



OBSERVATIONVM LEGALIVM, ET IVRIDICARVM AD RESPONSA I. V. D. CELEBERRIMI IACOBI MENOCHII

Quibus vel approbantur, vel improbantur eiusdem Conclusiones.

IN QVO SINGVLA EIVS RESPONSA Tàm Primæ quàm Secundæ partis diligenter examinantur.

AVCTORE

ROLANDO CAVAGNOLIO I. V. D. PATRITIO CASALENSI, Aduocato, &, Ciue Mediolani.

Duplici Tabula opus indicat ea, quæ continet. Prima scilicet principia Responsorum; altera autem singularium rerum materiam indicat.

Huic operi accedunt in calce, [illegible] I.C. IACOBI MENOCHII ad alia [illegible] Responsa

ADDITTAMENTA AVREA.





MEDIOLANI.

Ex Officina Hieronymi Bordonij Bibliopolæ priuilegiati. Anno M. DC. XVII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.




Imprimatur

Fr. Aloysius Bariola Augustinianus Consultor Sancti Officij Mediolani pro Reuerendissimo Inquisitore.

Aloys. Boss. Can. Ord. Theol. pro Illustriss. Cardinali Archiepiscopo.

Vidit Saccus pro Excellentissimo Senatu.





ILLVSTRISSIMIS
Præstantissimisque viris
D. IOANNI BELTRANO
GVEVARÆ
COMPOSTELLAE ARCHIEPISCOPO, AC REGIO CONSILIARIO, D. PHILIPPO AB HARO, ET D. HIERONYMO CAYMO

Apud Catholicam Maiestatem, ac in supremo rerum Italicarum Consilio Regentibus, & Consiliarijs.



Hieronymus Bordonus S. D.



Bseruantiæ erga vos meæ, vestrorumque in me meritorum, Amplissimi viri, magnitudo facit; vt aliqua mihi, si non referendæ gratiæ, cum mearum virium tanti non sit imbecillitas; saltem declarandæ voluntatis; ne ingrati animi nota inuratur: ineunda sit ratio. Itaque cum mihi hoc primum Volumen Obseruationum per approbationem, & improbationem in Conf. Menochij venisset ad manus, cum ab eruditis, atque in iure ciuili præstantibus, tum præsertim à Rolando Cauagnolio Iurisc. in hoc genere experientia, ac scientia egregio scriptarum: confestim amplissimo nominum vestrorum splendore emittendum, atque illustrandum constitui: quod vos cum dignitatis honore excellatis, optime tueri: cum iuris prudentia praclarissimi sitis, perfectè cognoscere: cum humanitate præstetis, vehementer ornare possitis. Accipite igitur veluti perpetuum animi mei testem, singularisque erga vos obseruantiæ pignus ea frontis hilaritate, qua cętera vobis gratiora soletis. Quod si vobis arridere, ac probari intellexero: mirandum in modum ad alia multa, quæ & ab alijs, & potissimum ab eodem Cauagnolio iam perfecta sunt, & quæ limantur, & quæ texuntur ad communem hominum vtilitatem edenda incitabor. Neque vero hic vestrarum laudum, spectatissimi viri, & virtutem præconia celebrare nitar; cum ita vbique locorum passim elucescant; vt neque

mea linguæ infantia, neque cuiusquam omninò egeant eloquentia. Hoc tantum nunc velim; cum hoc opus in vestram honestissimam, ac plenam auctoritatis clientelam dicauerim ad meam erga vos, vel in omnē consequent ætatem hominibus obseruantiam testificandam; vt hoc Dominici Natalis diei tēpore, quo plurima vltrò, citroque munuscula vbique terrarum mitti consueuerunt, tamquam strena, & bonorum loco verborum ad animos mutuo confirmandos, diuturnamque, ac feliciorem vitam augurandam uobis deferatur. Valete Mediolani. 10. Kal. Decemb. M. DC. XVI.





Auctoris ad Lectorem Breuiloquia.

De Ratione operis.



Oc ideo venisse ad istas obseruationes, seu paraphrases testatur auctor, quia viderit, & probè norit nihil esse vtilius, tùm Aduocatis, tùm Iudicibus in diffiniendis causarum meritis, quam ponderare responsa & decisiones eorum qui hactenus consuluerunt, & de iure scripserunt, eo namque examine facto, vel quod datur de iure responsum, vel quæ fertur de re sententia firmitati magis accedit. Hinc quod iure sancitum fuerit perpetuum erit. Esto quod vulgi quandoque resistat opinio, cui numquam cedit gratia veritatis. Eum etenim religiosum in iure nuncupare non valemus, qui in obseruandis aliorum sententijs, sic addictum se esse arbitratur, vt potius voluerit adhærere, quam veritatem satagere, quia alias sicuti voluntarium in sequendo insidus quis esset sibi ipsi, ita stultitiæ notum incurreret, si inuoluntarium sequeretur errorem.

Dicitur autem à Menochio Cauagnolins obseruationes inchoasse, quia sit auctor ille grauissimus & ex recentioribus, qui casus magis contigibiles annotauerit. Et non leui studio circa eosdem elaborauerit. Et cum eisdem alios affines casus ob similitudinem controuersiæ accommodauerit auctor, vtilius cuicumque opus euadet, cui proindè ne obijciatur, quod magna fuerit aggressus. Quia si referenda venit dubitatio ad personam in eo, quod quandoque dissentiat, scias quod minimus interdum potest meliora sentire, quàm magni senserint viri, & quòd nō auctoritate, sed ratione iuris adæquatur intellectus. Hinc errant qui moderniores subsanādo scribentes respuunt. Si verò ad opus ipsum proponitur dubitatio, quasi quod ingens sit & viribus impar dixeris auctorem velle quoad potest.

De obseruationum ordine.

AD has lucubrationes venit auctor non per simplices rememorationes, seu remissiones, sed per examen materiarum, quod hoc ideo factum putato, vt æqua iuris dispositio magis enucleata resurgeret, & veritas quæ solet aliquando delitescere in lucem facilius prodiret. Hinc duo pendent. Primum est quòd in foro, & extrà non prohibentur allegari, quod secus esset, si nudis remissionibus ageretur, vt Menoch. testatum facit in Responso 106. num. 100. lib. 2. Alterum quod auctori non poterit obijci, quod sit testis de auditu.

De Auctoris excusatione.

SVnt, qui vt audiuimus ægrè ferunt, quod Iurisconsultorum tam viuentium, quam non auctoritates, & sententias non amplectendo eas non recipi, sed improbari dixerimus, verum tamen noscant non animo contradictionis, sed potius veritatis studio id contigisse, cum libera sit eo casu, cuiusque scribentis opinio, sic enim liberè cuique philosophari permissum cēsemus, vt si filius à Patre dissenserit pietatem minimè lædere videatur; sicuti enim incauta locutio in errorem protrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant in errore derelinquit, siquidem pro veritate scribentem meminisse oportet, non solam potestatem scribendi sibi datā fuisse, sed, & fidem habitam, vt non quid ipse velit cæterique applaudent, sed quid lex & religio iuris cogat pronuntiare, quare si improbationes veritate fuerint exornatæ, non est, quod retractationes factæ videantur exosæ sin minus beneuolum correctorem patienter sustinebimus, vbi vero excusationes istæ deductæ non prænaluerint, pro veritate supplicium, quam pro adulatione beneficium malumus sustinere.

De oblatione operis.

QVod faustum fęlixvè, aut qualecumque sit opus hoc in tui gratiam editum pates proinde si quidpiam à iuribus tuis purgatissimis frigidum, atq; ieiunum occurrerit, humanum opus esse arbitraberis, & tunc præteress si quid non facit ad stomacum, si vero quid iocundum & proficuum inde obuenerit, ad ostentationē noueris minime referendum, si quid enim sciuit Auctor, non ad finem tantum expetiuit vt sciret, quia turpis fuisset curiositas, nec sciuit, vt scientiam vēderet, quia turpis quæstus, nec vt Auctor tantum sciretur, quia turpis vanitas. Quare sic eum sciuisse putato, vt ædificaret, & ædificaretur; quo casu charitas, & iuuādi cupiditas summa fuit.

CAPITA CONSILIORVM tam primi quàm secundi voluminis Iacobi Menochij: super quibus Rolandi Cauagnolij cadunt obseruationes tabella sequens indicat.

Haec

FINIS.



NOTABILIVM

RERVM ET SINGVLARIVM MATERIARVM

Quæ in obseruationibus ad Consilia Iacobi Menochij, & Primi, & Secundi Voluminis continentur.

INDEX LOCVPLETISSIMVS.

A

A Actu

I N D E X.

Affe-

I N D E X.

INDEX.

Ao

INDEX

B

I N D E X.

stris-

I N D E X.

Cessi-

I N D E X.

Clau.

INDEX.

Com-

I N D E X.

Con-

I N D E X.

Conie-

I N D E X.

Con-

I N D E X.

I N D E X.

Datum

I N D E X.

I N D E X.

Digni-

I N D E X.

I N D E X.

Exemplis

I N D E X.

possit

I N D E X.

Femina

INDEX.

& tibi

INDEX.

Filius

G

Gena-

I N D E X.

I N D E X.

Impedi-

I N D E X.

I N D E X.

Iudex

I N D E X.

Ius

I N D E X.

L

Legata.

INDEX.

Legatum

I N D E X.

Legitima-

I N D E X.

Lex si.

I N D E X.

D Locatio

I N D E X.

Matri-

I N D E X.

Mon-

O

Obien.

I N D E X.

Pactum

I N D E X.

Pignora in

Præ-

I N D E X.

Procu-

I N D E X.

k Pro-

I N D E X.

c'.

Quod

I N D E X.

I N D E X.

I N D E X.

I N D E X.

INDEX.

von

I N D E X.

Statu-

INDEX.

INDEX.

T

Taxa-

I N D E X.

INDEX.

Trans-

INDEX.

V

enm

Vicarius

I N D E X.

Vxor

INDEX.

F I N I S.



OBSERVATIONVM

Legalium, ac Iuridicarum

IACOBI MENOCHII.

Ac etiam Rolandi Cauagnolij, & aliorum Auctorum.

IN CONSILIA EIVSDEM MENOCHII

I. V. D. Papiensis Regij Ducalisque Senatoris, ac redditaum, Extraordinariorum Regiæ Catholicæ Maiestatis Præsidis Mediolanensis, & Consiliarij.

Pars Prima.

Quæ plurimas declarationes ac intellectus cum improbationibus, & reprobationibus, ac emendationibus pro veritate iuris, ad singula huius voluminis consilia continent, & quæ sic conferunt notabilium rerum cognitioni, vt quæ aliquando periculosæ visæ fuerint conclusiones. Quibus responsa exarata fuerunt per eam expurgationem, quæ per istas obseruationes inducitur, indubitabiles fiant.

SVMMARIVM.

A necessa-

necessario inferatur.
39 *Consentiens actui in quo dicitur, quis habere interesse sibi praeiudicat.*
40 *Taciscens de bonis super quibus quis habet interesse sibi praeiudicat.*
41 *Renunciatio expressa maioris virtutis est tacita.*
42 *Ignorantia & obliuio sunt termini diuersi.*
43 *Obliuio supponit quandoque interuenisse scientiam.*
44 *Obliuio rerum grauium non praesumitur.*
45 *Successor quandanon praesumatur ignorare gesta sui praedecessoris.*
46 *Scientia arguitur in eo, qui habet penes se scripturas continentes factum de quo agitur.*
47 *Obliuio non cadit etiam in magnis Principibus, vbi agitur de caussa status, & facto egregio.*
48 *Renunciatio debet intelligi secundum mentem renunciantis.*
49 *Primogenitus quando vocatur, excluditur secundogenitus, sed temporaneè, quia decedente primogenito sine filijs succedit secundogenitus, qui in locum primogeniti ingreditur.*
50 *Donatio non praesumitur, sed intelligitur in dubio.*
51 *Feudi subinfeudatio non potest fieri in fraudem agnatorum etiam quòd regulariter subinfeudatio sit permissa.*
52 *Successor in feudo tenetur seruare conuentiones sui antecessoris, quae fuerint licita.*
53 *Promissio de contrahendo, an habeatur pro contractu.*
54 *Promissio de donando, an habeatur pro donatione. num. 56.*
55 *Promissio de vendendo non est venditio, & quare.*
56 *Matteus Cunonus de pactis. lib. 1. cap. 6. nu. 189. non recipitur.*
57 *Promittens facere non habet liberum agere, quia remittit se in tempus futurum.*
58 *Promittens donare, non videtur donare, praesertim si contractus donationis habet, quid aliud pertinens ad obligationes contrahendas.*
59 *Donatio quae fit sub certis conditionibus habet correspectiuitatem ad eas.*
60 *Correspectiui contractus hi sunt, quorum vnus sine altero stare nequit.*
61 *Promissio personalis non egreditur personam.*
62 *Dictio ei personalissima est.*
63 *Stipulatio non mutat naturam principalem contractus, sed illum roborat.*
64 *Stipulatio non facit, vt promissio de futuro, trahatur in tempus praesens.*
65 *Stipulatio non corroborat contractum cui lex resistit.*
66 *Ius publicum priuatorum pactis laedi non patitur.*
67 *Geminatio arguit magis deliberatam intentionem agentis.*
68 *Geminatio non alterat naturam primi contractus.*
69 *Geminatio non validat actum erroneum.*
70 *Nullitas donationis factae de Marchia Monticferrati resultat ex natura rei, & personarum, vt sensit Imperator.*
71 *Belli timor quandoque maior est ipso bello.*
72 *Conductor ita potest recedere à contractu propter timorem belli, sicuti propter ipsum bellum.*
73 *Feudatarius, qui vtitur opera amicorum pro defensione feudi, non committit in dominum. Etsi quod amici, dicti Domini sui forent inimici.*
74 *Amicitio inimicorum Domini sui, non dicitur de genere prohibiturum. declara num. 75. quando scilicet non praecessit monitio, amplia vt ibi.*
75 *Oratoribus Principis aduersantis, in odiosis non est credendum.*
76 *Copiae non est magis credendum, quam originali.*
77 *Bellum agressiuum non ita de facili praesumitur iustum.*
78 *Bellum indictum per eum qui superiorem recognouit, non est licitum.*
79 *Bellum non est iustum, nisi quando suscipitur ex mera necessitate.*
80 *Principis cura, qualis esse debeat, dum bellum gerit.*
81 *Bellum per aliquas Principes recognoscentes Imperium geri prohibetur, speciali sanctione Imperatoris, Maximiliani, Caesaris, & inde Caroli Quinti.*
82 *Donatio & pacta facta super Marchia Montisferrati nulla declarantur ab Imperatore.*
83 *Laudum latum eo die, quo factum fuit compromissum non tenet.*
84 *Laudum latum caussa non cognita non valet, amplia numero 85.*
86 *Caussa cognitio non praesumitur, quòd interuenerit ob breuitatem temporis.*
87 *Laudum est nullum, vbi compromissum fuerit nullum.*
88 *Compromissum meticulosum non tenet, minusque ratificatio laudi.*
89 *Compromittens negotium graue in inimicum, vel amicum de recenti reconciliatum, valdeque amicum, & affinem partis aduersae praesumitur, quod coacte, & per metum compromiserit.*
90 *Metus belli eo fortior est, quò quis belli aciem expertus fuit, cum particulari ammissione status.*
91 *Metus exceptio non tollitur, ex eo quod quis ad superiorem non recurrerit.*
92 *Recursus probatur ex prouisione, quam facit superior ad grauamen illorum.*
93 *Alienatio partis feudi, non valet praesertim quando est dignitatis, & tendit ad diminutionem coronae.*
94 *Feudum Marchiae Montisferrati non erat alienabile sine licentia Imperatoris.*
95 *Donatio & pacta alius facta de Marchia Monticferrati non fuerunt probata per successores in feudo.*
96 *Confirmatio actus non tenet, vbi actus ipse non est confirmabilis.*
97 *Confirmatio est eiusdem naturae, & qualitatis, cuius est actus confirmabilis.*
98 *Ratificatio non tenet, vbi lex resistit actui ratificando.*
99 *Socinus Iunior in consil. 77. num. 67. lib. 1. defenditur ab impugnationibus.*
100 *Clausulae insolitae arguunt suspicionem fraudis, & quandoque fraudem ipsam.*
101 *Clausula insolita, quae dicatur.*
102 *Clausulam insolitam, qui dixerit contra stilum Notarij, & consuetudinem patriae, tenetur probare, & quomodo probetur num. 103.*
104 *Diligentia nimis exacta doli suspicionem arguit.*
105 *Clausulae superabundantes sunt suspectae.*
106 *Clausula vbi omnes fuerint fauorabiles parti, & odiosae promittenti sunt suspectae.*
107 *Dolus facilius probatur simul, ac metus, vbi praecesserunt minae, tentata donatio rei non donabilis, detentio filij: laudum fulminanter pronocatum, simul cum alienatione hominum.*
108 *Locus non tutus, & renuntiatio procurata ad exceptionem metus, augent metum.*
109 *Excusatio non petita, accusatio est manifesta.*
110 *Caussae quae regulariter excusant, si fuerint affectatae non excusant.*
111 *Laudum ob laesionem rescinditur.*

Ladi

111 *Lædi quando quis dicatur.*

113 *Compromittens si fuerit læsus vltra dimidiam habet beneficium. l. 2. C. de rescind. vendit. amplia numero 114.*

115 *Læsio quibus modis probetur.*

116 *Sagacitas, & prudentia non tollit remedium. l. 2. C. de rescindenda vendit. vbi coacte fuerit factus contractus.*

117 *Sagacitas & prudētia inducit præsumptionem, quod quis non fuerit læsus, sed non tollitur, probatio contraria.*

118 *Sciens valorem rei de qua contrahit, an possit dici læsus.*

119 *Clausula ex certa scientia, an tollat remedium rescissorium contractus.*

120 *Accessorium corruit, vbi non sustinetur principale.*

121 *Lædi dicitur, qui spoliatur.*

122 *Directum dominium consideratur dupliciter.*

123 *Lædi dicitur, qui sine caussa patitur spoliari.*

124 *Emens iustum retis nihil certi emit.*

125 *Acquirens recognitionem subditorum, quid certi acquirit.*

126 *Emens actum retis pretio excessiuo, dicitur lædi, & datur rescissio.*

127 *Clausula, quo magis superabundant, & geminantur: Eo magis suspecta sunt.*

128 *Nullitas actus non tollitur per geminationem, vbi durat error.*

129 *Clausula promittentes attendere, & obseruare, nec aliqua ratione, & caussa contrauenire, an tollat remedium. l. 2. C. de rescind. vendit.*

130 *Læsio enormissima dicitur, quando quis priuatur statu, & feudo dignitatis.*

131 *Temporalia, quæ sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.*

132 *Hæres dicitur, qui est de liberis, & quomodo, numero 133.*

134 *Monitio an requiratur in contractu vltro citroque obligatoria ad fauorem agentis ex ea.*

135 *Agens ex contractu vltra citroque obligatario debet in primis ex sui latere adimplere.*

136 *Mora non imputatur, alicui ob non factum, nisi præcedat interpellatio.*

137 *Corneus in consilio 205. in littera O. lib. 1. declaratur, tanquam minus recte allegatus per Menoch. in cons. 1. num. 371.*

138 *Principis donatio excedens summum quingentorum, an egerat insinuatione.*

139 *Princeps agens cum subdito potest derogare iuri positiuo, sed agens cum alio Principe non derogat.*

140 *Donatio ob caussam dicitur vbi præcessit caussa.*

141 *Insinuatio an requiratur in donatione ob caussam.*

142 *Insinuatio an requiratur in donatione iurata, & numero 144.*

143 *Iuramentum in donatione an appositum censeatur potius ex stilo Notarij, quam ex voluntate partiū.*

145 *Insinuationi an sufficiat, quod renunciatum fuerit in genere, vel requiratur specialis renunciatio.*

146 *Insinuationi an possit renunciari in donationibus, quæ fiunt in dominio Mediolani, attentis nouis constitutionibus in tit. de donationibus.*

147 *Solemnitates quæ requiruntur in donationibus ex nouis Constit. & ex statutis Mediolani, an sint de forma, ita quod illis renunciari non possit.*

148 *Donationes quæ fiunt in Ducatu Mediolani, an exigant duplex iuramentum, vnum scilicet Nouarū constitutionum in tit. de Donationibus, statutorum vero Ducatus Mediolani alterum: & concluditur vnicum tantum desiderari, & affertur decisio.*

149 *Iuramentum in donatione ex communi tollit insinuationem.*

150 *Iuramentum non tollit insinuationem in donatione facta per Hebræum.*

151 *Marchia Montisferrati fuit feudalis.*

152 *Facultas alienandi concessa feudo, intelligitur accedente consensu Domini.*

153 *Feudatarius non potest alienare feudum, nisi in personam gratam Domino directo.*

154 *Sententia Cæsaris præsumitur, quod fuerit facta cum caussæ cognitione.*

155 *Caussæ cognitio non requiritur in notorijs.*

156 *Notorium dicitur probatio probata & finita, quæ nulla indiget discussione.*

157 *Executio legis non desiderat caussæ cognitionem, sed facti probationem.*

158 *Geminatio tollit defectum obreptionis, & subreptionis.*

159 *Reticentia eius, quod non potuisset remouere animū concedentis non habet naturam subreptionis, nec nocet.*

160 *Marchia Montisferrati referuntur nonnullæ inuestitura.*

161 *Fœmina semel exclusa, an perpetuò dicatur exclusa. num. 165.*

162 *Iuramentum an tollat beneficium. l. 2. C. de rescinden. vendit.*

163 *Confessio feudi facta viuente vassallo an teneat.*

164 *Marchia Montisferrati natura, quæ sit remissiuè dicitur.*

166 *Tempus non currit, quādo disputatur super eo, quod expediendum venit.*

167 *Lex vbi vnum disponit, & alterum præsupponit non procedit dispositio, nisi prius verificetur præsuppositum.*

168 *Marchia Montisferrati erat feudalis, vsque de anno 1310. & sic ante donationem, & conuentiones.*

169 *Masculi donec extant in feudo recepto pro se, & masculis excludunt fœminam.*

170 *Metus reuerentialis absque minis an attendatur.*

171 *Metus minor sufficit matrimonium, quam cæteros actus.*

173 *Sententia Caroli Quinti Imperatoris proponitur in caussa status Montisferrati pro Serenissimis Ducibus Mantuæ, quos Deus foueat in æternum.*



Ir iste fuit I.C. ex Inclita Ciuitate Papiæ oriundus primo docuit, antequam Lauream docturatus assequeretur in Gymnasio Ticinensi, deinde in Monte Regali, vt patet in † suis consilijs quę edidit ibidem, vt meminit ipse Menochius in consil. 7. ibi huius Magnificæ Ciuitatis Montis regalis; quod repetijt in consil. 37. mirari satis non possum, & in consil. 45. Respōsum quod elapsis in principio libr. 1. postmodum p multos docuit Patauij, vnde vocatus fuit ad munus Senatorium subeundum in Vrbe Mediolani, quod deindè sic laudabiliter per aliquot annos functus est, vt is ipse ad summam dignitatem Præsidis Regij Ducalisq; Magistratus extraordinariorum reddituum Potentissimi Philippi Secundi Regis Hispaniarum, de tanti viri meriti informati benignitate, peruenerit, in eo munere moritur Mediolani die decima Augusti ann. 1607. sepultus iacet in Ciuitate Papię, in Ecclesia Sanctæ Marię Canapæ nouæ apud M. Reuer. Clericos Regulares Sancti Pauli: De laudibus huius summi viri verba facit Antonius

1

Riccobonus. De Gymnasio Patauino. lib. 2. cap. 1. & 2.

Quantæ fuerit laudis ob eminentem eius doctrinam testatum fuit Io. Baptista Canatius I.C. Bononiensis in epistola ad additiones eiusdem Menochij factas super Tractatu de Arbitr. Iudic. & inde in tractatu quem idem Canatius composuit sub tit. Flores oculi Reipublicæ. cap. 4. num. 28. fol. 96. quod fuerit indefessus in studio. & incomparabilis doctrinę in scientia legali dixit Rimin. Iun. in consil. 681. Dominus Baptista Bailus num. 48. lib. 6. & prius in cons. 592. super quibus articulis num. 3. libr. 5. vocat eum clarissimum inter modernos, & numer. 5 gratias agit, quòd eundem Rimin. vocauerit Menochius eruditissimum. Item eundem Menochium Iurisperitissimum appellat Costa Papiensis de facti scientia, & ignorantia inspect. 5. nu. 12. Doctissima esse eius scripta dicit Andreas Fachineus lib. 9. controuersiarũ iuris. cap. 103. versic. sed præter.

De Additionibus quas Menochius cõposuit ad Commentar. de Arbitrarijs Iudicum nulla fit hoc opere mentio sicuti, & de compilatis ad tractatum de præsumptionibus cum iam sint typis impressæ iunctim, scilicet ad commentaria, & inde separatim eas verò quas cæteri Doctores fecerunt, & quæ sparsim leguntur non omittimus in studiosorum gratiam respectu autem obseruationum ad cõsilia eas præcipuas habebis, quæ eiusdem Auctoris Menochij propriæ sunt, quæ sic mirificè cõferunt, vt meritò vir egregius Hieronymus Bordonius Bibliopola Mediolanẽsis insudauerit, vt eas haberet, vt vnà cum plurimis alijs diuersorum Auctorum in adiutoriũ legalis philosophiæ, iuxtà ordinem consiliorum typis ære proprio consignarentur.

2 *Lucubrationes legales † quæ ab hoc doctissimo viro prodiere, sunt hæ.*

Tresdecim libri Consiliorum, quæ respõsa continent mille ducentum octuaginta sex.

Commentaria adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis.

Commentaria de Præsumptionibus, quæ libris sex continentur.

Tractatus de Arbitrarijs iudicum, in sex Centurias distinctus, quem nouissima Auctoris editio luculentissimis additionibus illustrauit, proùt similiter fecit tractatum de præsumptionibus.

Leguntur etiam nonnullæ additiones ad lecturas Barroli.

Ad Consilium primum, Consultatio hæc adeo.

IN caussa status Montisferrati cuius meminit
3 Menoch. in isto consilio scripserunt, † Rol. à Vall. in consilio 1. viso themate, & secundò in causa præsentis. lib. 1. Gozad. in cons. 7 & 8. & 9. in hac causa Soc. Iun. in cons. 75. Quamquam vt audio, & in consil. 76. cum diebus elapsis. lib. 1. cũ multis alijs relatis per Zancum in Obseruationibus ad d. consil. Socin. Rol. Cauagn.

Ad ista iura super quibus firmat Menochius conclusiones suas ad commodum Serenissimi Ducis Sabaudiæ, post multos alios respondet sufficientissimè, ac ita concludenter, vt nihil magis auctor quidam incertus, sub nomine Archiuistæ Mantuani in opere, quod inscribitur, *Risposta al Compendio del fatto, & breue discorso*, cum responsionibus ad replicationem, quibus titulus est. Annotationi sopra la replica, vbi omnia sub breui compendiolo resoluuntur, & adeo clara insurgit decisio ad fauorem Serenissimi Mantuæ, & Montisferrati Ducis, vt nulli omnino dubitationi, quæ probabilis sit locus relictus esse censeatur, sic punctum feriunt, sic iura elucidant, vt iure meritò pronunciauerit.

4 Inuictissimus Imperator † Carolus Quintus sub tertia Nouembris anni 1536. in Ciuitate Ianuæ ad fauorem Serenissimi Ducis Mantuę, cuius intuitu. Illius Marchiæ nunc Ducatus Montisferrati. Iudicialiter possessionem fuit adeptus. Rol Cauagn.

Quod autem Marchia tunc, & nunc Ducatus Montisferrati, qui legitime obuenit in Serenis-
5 simum Ducem † Mantuæ, non habuerit annexum onus aliquid soluendi creditoribus Merchionis vltimo loco defuncti, scribit Soc. Iun. in cons. 42. præsupposito lib. 3. Rol. Cauagn.

Numer. 2.

Ibi (ibi donationis verbum appositum) vide
6 Purpur. in consil. 367. omitto † ea nume. 20. cum pluribus seq. lib. 1. Iac. Men.

Quod ex verbo donamus distinguantur contractus à titulo feudi plures ex scribentibus vo-
7 luerunt † multis in locis, quos videre poteris in Decis. mea Consultiua 71. Dubitat, vt audio, & Decis. consultiua cuius caput est in causa Illustrissimi, & Excellentissimi lib. 8. pro Excellẽtissimo Principe de Auria in facto tertiæ partis loci, & Vallis Stellanelli, in qua pro donatione libera creditor pronunciandum. Rol. Cauagn.

Numer. 102.

8 Successor factum † prædecessoris inualidum potest impugnare, idem not. Menoch. in consilio 112. Præpositæ consultationi, per totum libr. 2. pro materia, vide quæ ibi dixi in Obseruationibus legalibus, & iuridicis. lib. 1. quod tamen secus est, vbi est validum, quia tunc illud seruare tenetur idem Menoch. in consil. 940. Proposita consultatio duo habet capita. num. 27. lib. 10. citat l. in his. §. 1. & l. quod ipsis. ff. de regul. iur. & rationem adducit, quia ad locum in quo reperitur, non potuit venire nisi media persona sui antecessoris, quæ vbi fuerit sublata sequens non posset admitti. Rol. Cauagn.

Numer. 126.

Pro eo, quod hoc loco dicitur sub num. 126. in
9 materia feudi concessi cum † facultate alienandi, & disponendi, quod possit vassallus hæredem facere de eo sine licentia domini directi, probat idem Menoch. in consil. 1224. rationes per multa. num. 3. lib. 13. vbi in hanc sententiam refert 52. Doctores. Rol. Cauagn.

Eodem numero 126. cum fit mentio de inuestitura

ftitura Ottonis, plura obijciuntur contra eum,
videlicet, quòd non fit vera. Quinimò fuspe-
10 ctiffima dicitur,† quia de originali non conftet
diuerfitas fit in fubfcriptione. Data reperiatur
de anno 967. anno fexto Imperij apud Ottonē,
qui tamen Imperium fuerat adeptus anno 964.
& omni cafu loquitur de certis tantum locis, vt
penes eundem Archiuiftam Mantuanum appa-
ret. folio mihi 7. verfic. *Quanto alla concessione
d'Ottone.*

Numer. 132.

Confuetudo localis, non egreditur locum fuū
dicit hic Menochius pro materia, vide quæ di-
xi in decifione mea confultiua 112. Quæ iudi-
cialiter num. 38. libr. 3. Quod tamen in isto ca-
fu non fuerit probata confuetudo, nec per fcri-
pturas, nec per teftes probant optime, qui in ea
cauffa fcripferunt, & nouifsime doctiffimus au-
ctor ille Archiuifta Mantuanæ. verfic. vengo al
ponto della cōfuetudine, vbi data probatione,
quod in facti contingentia plures acceſſerint,
prout ita fuit, licentiæ Imperatorum de alienan
12 do tollitur illa † vniformitas, quæ debet effe fun
damentum confuetudinis, qualis autem debeat
13 effe confuetudo, & quomodo probanda. notat
idem Menoch. in conf. 226. Dubitationes mul-
tæ, ex propofita. num. 39. lib. 3. poft Rolandum à
Vall. in conf. 2. In cauffa prȩfentis. nu. 117. lib. 1.
Rol. Cauagn.

Numer. 135.

Ibi cum nactus fuerit potentiorem. dicas hāc
rationem fecundum iura ftatus retorquendam
14 effe, quia quo potentior eft feudatarius. † Eo
magis periculofa funt iura dominij directi, ex
Ariftotele lib. 2. Politicorum. fua enim intereft
15 miniftros habere fub ea forma, fub † qua non ef-
ficiantur magiftri, vt bene differit Petrus Gre-
gorius Tolofanus de Republica lib. 13. cap. 12.
num. 9. & 10. Rol. Cauagn.

Numero eodem ibi. (Id quod Marchiones ip
16 fi non præftiterunt) contrarium † vidi in litte-
ris, quas Gulielmus vltimus eiufdem nominis
Marchio Montisferrati dederat Imperatori, vf-
que de anno 1506. quibus refpondet Romano-
rum Regi eum momenti, vt accingeret fe ad eū
Romam profecturum pro coronatione Imperia
17 li concomitandum, iuxta † ea quæ notantur in
cap. 1. §. fimiliter. de cap. Corradi. & in cap. 1. in
§. fin. de Allod. & in cap. 1. §. firmiter. de prohi-
bita feudi alien. per Friderici, & Schred. de feu.
parte 6. cap. 6. num. 103. poft Baldum in titul. de
Allodijs. cap. Ad hoc. num. 19. vbi dicit, quod de
bet ire non mittere, & datur corona in veteri
Roma. non in Conftantinopoli, quæ litteræ re-
fponfionales penes me reperiuntur. In manufcri
ptis per q. D. Rolandum Trapellarium auum
meum maternum, qui à fecretis fuerat eiufdem
Marchionis, quarum tenor eft, vt infra. Sere-
niffimo Regi Romanorum. Sereniffime & inui-
ctiffime Rex, & Domine, Domine femper obfer-
uandiffime. Poft humilem commendationem.
Recepi reuerenter litteras facratiffimæ Veftræ
Maieftatis à fuo Tabellario nuper mihi reddi-
tus, per quas dignata eft veftra Maieftas, redde-
re me certiorem, quòd fit itura in prȩfentiarum
ad Romanam vrbem, pro fua coronatione con-
fequenda. Monetque me propterea ijfdem lit-
teris, accingat quanto citius, & ifthùc me tranf-
feram. Veftram Maieftatem in Italiam, & ad vr-
bem ipfam, vt debeo commitaturus, vbi polli-
cetur fe expedituram res meas omnes, quæ ab
oratore meo, proximis diebus fibi expofitæ fue-
runt, & quas alijs plurimis impedita negotijs, ci
tius expedire non potuit. Ago Sacratiffimæ Ve-
ftræ Maieftati, & habeo immortales gratias, qđ
voluerit huius felicifsimȩ profectionis fuȩ me
participem effe, atque admonitum, & debeo Ve
ftrȩ Maieftati in hac tanta fua erga me clemen-
tia, & bonitate, quantum nec litteris, nec vllis
verbis coram exprimi poffit. Fuerunt Illuftrif-
fimi prædeceffores mei Marchiones Montisfer-
rati, facro Romano Imperio femper fidelifsimi.
Nec à fua fide ob aliquam cauffam, vllo vnquā
tempore receſſerunt. Idē ego Inuictifsime Rex
facturus fum, dum vixero, tùm ipforum maiorū
meorum imitatione, & exemplo; tùm ex meo
naturali inftituto, qui Veftram Sacratiffimam
Maieftatem, tamquam numen meum in terris,
fingulari reuerentia, & perpetua deuotione co-
lo, & obferuo. Nec vlla ratione vnquam addu-
ci potero. De facro Romano Imperio & de Ve-
ftra Sacratiffima Maieftate, aliter quàm debeo
fentire à meifque maioribus degenerare Ita de
me ftatuat, ac pro firmo conftanrique habere ve
lit Veftra Maieftas, cuius mandatis vt fidelis, &
obediens facro Imperio, & Veftrȩ Maieftati, &
nunc, & in futurum femper fum pro viribus meis
obtemperaturus. Quo verò ad negotia mea
fpero Veftram Maieftatem facturam in Italia, vt
mihi benignè pollicita eft, præcipuè, quòd peti-
tiones meȩ nihil iniufti, & inhonefti continent.
Felix diu valeat Sacratifsima Veftra Maieftas, cu
ius gratiæ humillime, & iterum me commendo.
Dat. Cafali die 4. Septembris 1506. E V. Sacra-
tiffimæ Maieftatis fidelis Gulielmus Marchio
Montisferrati. Rol. Cauagn.

Numer. 136.

Ad id quod dicitur de pacto dotalitio, aduer
fus illud plura dicit nouiffime auctor ille incer-
tus fub nomine Archiuiftæ Mantuani in refpon
fione ad compendium diuulgatum in ifta mate-
ria. pagina mihi 18. verf. *Queste considerationi*, cui
rei non obftant replicationes factæ in contra-
rium, quia tolluntur omninò per iteratam refpō
fionem, vt in margine dictæ replicationis conti-
netur. Rol. Cauagn.

Numer. 153.

18 Quod priuilegia † conceffa militibus dentur
etiam feudatarijs. Efto quòd non fint Comites,
feu Marchiones, dixi ego confulendo in patria
Montisferrati, ad commodum feudatariorum
Cuchari in materia, vt in decifione mea conful-
19 tiua. Cuius caput eft in ifta cauffa. miles enim †
idem eft, quod vaffallus. Rol. Cauagn.

Numer. 160.

Voluit hoc loco Menoch, quod pacto dari pof
20 fit pars † hæreditatis, fed non recipitur ifta opi-
nio per Andræam Fachineum. lib. 5. controuer-
fiarum iuris. cap. 84. vbi tollit fundamenta, qui-
bus aliqui voluerunt fuftineri pactum, vbi fit de
quota hæreditatis; tum præfertim illud, quod
non auferatur libera teftandi facultas, in quo
propofito faciunt ea, quæ dixi in decifione mea
confultiua. 101. Duo fratres DD. Andreas lib. 3.
21 vbi tenui pactum factum inter duos † fratres, qđ
altero decedēte fine filiis mafculis, alter fuper-
ftes, & eius defcendentes mafculi fuccedant,
non valere. Rol. Cauagn.

Nu-

Numer. 162.

Pactum de futura successione in contractu ma
22 trimonij factum † valere dicit hoc loco Meno-
chius, sed non probatur opinio, vt per Andræã
Fachiueum, lib. 5. controuersiarum iuris. cap. 87.
Conuentiones de futura successione, versic. sed
istis ego non assentior, vbi declarat articulum,
vt ibidem in responsione ad contrarias leges, vi
de tñ notata in mea Anatomia Iuris. ad l. Diui
Constantini. C. de naturalib. liber. ad l. Pactum.
C. de pact. & l. Hæreditas. C. de pact. Conuent.
Rol. Cauagn.

Num. 170.

Dùm inquit, quod legatum factum cognatis,
23 intelligitur pro cognatis, nàtis de tempore † te-
stamenti conditi, non de futuris, benè faciunt no
tata per eundem Menochium in consilio 1118.
num. 17. & 18. lib. 12. vbi dicit, quod legatum fa-
ctum agnatis intelligitur, de his qui erant agna
24 ti de tempore legati. Idem † & de legato facto
liberis. Hæc tamen conclusio sic indistinctè po-
25 sita minus vera est, quia & quandoque liberi †
non solùm nati, sed etiam nascituri consequun-
tur, per testatorem relicta, vt post Romanum in
consilio 271 nu 3. & Socinum Iuniorem in con-
sil. 172. numero 22. lib. 2. dicit idem Menochius
in consilio 220. Perplexa, & difficilis. Hæc con-
sultatio. num 105. & sequentib. libr. 3. vbi ait, ꝙ
quando in substitutione fideicommissaria non
constaret necessario, quòd testator senserit, de
filijs futuris, & eius dispositio posset in alijs ve-
rificari, non censetur vocasse futuros, sed illos
tunc existentes tantum, & dantur ibi exempla,
quæ videri poterunt. In quorum confirmatio-
nem illud facit, quòd dispositio testatoris sem-
per intelligitur circa tempus præsens, vndè non
trahitur ad futurum, nisi ex necessitate: vt idem
Menochius in terminis scribit in consil. 97 Ha-
bet hæc consultatio. num. 79. libr. 1. non tamen
26 idem est, in legato facto Episcopo, † quia tunc
ad successorem etiam pertinet, quia dicitur le-
gatum factum dignitati, vt probat idem Meno-
chius in consil. 257. est grauis, ac perplexa. nu-
mero 91. lib. 3 quod intelligas de dignitate pro
27 pria, † non autem de alia dignitate dependenti
ab ea, vtputa de legato facto Vicario Episcopi,
qui ex se ipso dignitatem non habet, vt ibi Me-
nochius. num. 91. Rol. Cauagn.

Num. 185.

Istud argumẽtum minus rectè cõcludit. licet. n.
magis diligantur nati, quàm nascituri, non tñ
28 tollitur, quominus etiam futuri diligantur, † ma
ioritas enim dilectionis non tollit aliam dile-
ctionem, licet sit minor. vndè quod prædicatur,
29 vt magis, & minus, non remouet vocationem. l.
Auus. ff. de cond. & demonstr. & l. cum acutissi-
mi. C. de fideicom. sed vocationis duntaxat præ-
lationem. Rol. Cauagn.

Num. 186.

30 Dicit Menochius hoc loco, quod vna † pars
testamenti declarat alteram, & istud probat etiã
in consil. 10. Quod Magnifica Rota numero 2. in
consil. 95. & si doctè & adeò. num. 79. vbi dicitur
31 procedere, tam in lege, † quàm in testamentis
in cons. 61. Controuersi Iuris consultatio. nu. 33.
in cons. 96. Respondendum videbatur nouitium
hunc. num. 12. & 15. & in cons. 97. Habet hæc con
sultatio, numer. 33. sed dictum intelligas, vt vna
32 pars testamenti. clara declaret aliam † obscu-
ram, sic notat Menoch. in consilio 193. Vereor
nè cùm apud virum. num. 14. lib. 2. in consil. 611.
De prima proposita dubitatione. numer. 167. in
consil. 1191. num. 3. & in consil. 1184. num. 6. lib.
12. Rol. Cauagn.

Num. 187.

33 Quod filiorum appellatio strictior sit libero-
rum appellatione, notauit passim idem Menoch.
in cons. 347. superioribus mensibus respondi.
num. 3. 4. & 18. lib. 4. vbi dicit ex proprietate ser
34 monis filiorum nomine nõ venire nepotes, † qui
tamen appellatione liberorum veniunt cum ea
latissima sit nepotes, aliosque descendentes con
tineat, vt idem affirmat in cons. 315 & si hac de
facti specie. num. 42. consilio 328. De perdiffici-
li egregiaque. nu. 1. 3. 27. 28. 55. & seq. ac in con-
silio 333 Dubitationes aliquot sunt. nu. 14. lib.
4. & in consil. 836. & si de hac facti specie, adeo
num. 3. lib. 9. post tradita ab eodem in consilio
44. Iusta ratione acquiescere. nume. 8. libr. 1. ac
in consil. 698. Proposita consultatio plures. nu-
mero 1. libr. 7. & in consilio 743 Respondendum
existimo prædictum. num. 3. lib. 8. Rol. Cauag.

Num. 197.

Pro materia, qui nam veniant liberorum ap-
35 pellatione, & vsque ad quem † gradum, vide quę
latè dixi in Anatomia Iuris ad l. Iurisconsultus.
§. parentes. ff. de gradibus. Rol. Cauagn.

Num. 200. 201 & 202.

Dùm inquit hoc loco Menochius, quòd vnus
36 notarius solus † possit leuare instrumentum à
pluribus receptum dicas, quòd ista opinio sic
indistinctè posita non est vera, pendet enim de-
cisio ab eo articulo, an quilibet ex Notarijs sit
insolidum rogatus, quo casu posset dici, quod
eorum quilibet habeat facultatem leuandi in-
strumentum, vt benè perpendit. Thesaurus de-
cis. Pedemontana 45. Notarij duo fuerunt, vbi
dat cautelam, quòd Notarij apponant clausu-
lam, per quam dicant quemlibet eorum de eo-
dem instrumento fuisse rogatum, & refert opi-
nionem Menochij in isto consilio, & attestatur
contrariam sententiam esse communem, eam ta
men moderat. Rursus pro materia videnda sunt
ea quæ dicit D. Alexander Raudensis de Ana-
logis, & vniuocis. capit. 32. incipit, postea quam
pertractatum fuit. num. 3. & pluribus sequentib.
Rol. Cauagn.

Num. 211.

37 Quod renunciatio sit proprij iuris † donatio,
dixit idem Menochius in consil. 371. Duo huius
consultationis capita. num. 17. libr. 4. & consilio
991. Cum interrogatus sim. numero 10. libr. 10.
Rol. Cauagn.

Num. 216.

Dum dicitur renunciationem nõ præsumi, vbi
38 dari potest alia consideratio, dicas, † quòd in
dubio numquam intelligitur facta renunciatio,
nisi ex actu facto necessario inferatur. Menoch.
in consil. 389 Non possum non summopere, num.
13. lib. 4. Rol. Cauagn.

Num. 217.

Dum segregat Menochius nouam pactionem,
initam de anno 1407. 2. Aprilis, inter Sabaudiæ
Ducem, & Marchionem Montisferrati, à renun-
tiatione ad suppositam conuentionem de anno
1330. non videtur benè dialecticare, constituẽ-
do differentiam inter actum translationis Mar-
chiæ, & Dominij, inter filios Marchionis, & ius,
quod

quod fupponitur competijffe Dnei Sabaudiæ,
quia dum vocatur primus Marchionis filius ad
fucceffionẽ vniuerfalem, ex pacto pręceffit inter
ipfum Marchionem, & Sabaudiæ Ducem, nemi-
ni dubiumeft, quin illi fucceffioni affentiendo
dicatur Sabaudiæ Dux. Ius fuum remififfe, & fibi
ipfi præiudicaffe in eodem iure fuccedendi. Si
39 enim confentiens † fimpliciter contractui, vel
alteri difpofitioni in qua confentiens habet in-
tereffe fibi præiudicat in dicto iure fuo. l. fi fun-
dum per fideicommiffum.ff.de leg.1.l.nihil.§.1.
ff.eod.cum pluribus alijs relatis per Iofephum,
Ludouicum.conclufione 7 in princip. cum plu-
ribus verfic. fequentib. id ipfum meritò magis
procedit in pacifcente. Super bonis, in quibus
40 alias † dixit habere ius. maior enim erit virtus
41 renunciationis † expreſsę, quam tacitę. l. cum
quid.ff.fi cert.pet.Nec eft habẽda diftinctio per-
fonarum hoc cafu, quia fi benè perpendatur mi-
nimè quadrat, quia ius folum attenditur quod
quis habet in re non perfona in quam transfer-
tur. Rol.Canagn.

Num.219.

Hoc loco vtitur Menochius eodem argumen
to, quo videtur vfus in confil.248 Graue falfi cri
men. num.29.lib.3 fed ni fallor. Videntur con-
42 fundi termini ignorantiæ, & obliuionis, † qui
tamen apud me funt, ita diuerfi, vt vnus ab al-
tero multum diftare videatur, aliud eft enim di-
cere, quod in facto proprio cadat obliuio, quia
43 fupponitur, quod vno quandoque † tempore in-
teruenerit fcientia aliud dicere, quòd in facto
alieno cadat obliuio, nifi dixerimus, quod per
exceptionem obliuionis, præfupponatur quan-
doque adfuiffe fcientiam, quo cafu frigida ca-
44 dit exceptio obliuionis † rerum grauium, quæ
non præfumitur, vt idem Menochius perpendit
in conf.1004. num.32. libr.11. & facti egregij,
etiam quòd antiquum fit. vt idem Menochius in
conf.264. Interrogatus vt de percelebri hac nu
mero 14.& 265. Refpondendum eft pro inclito
nu.29.lib.3.vbi loquitur de facto notabili. prout
etiam facit in tractatu de Arbitrarijs Iud.lib.2.
centuria prima.cafu 26.num.6. Alba Mandell.in
confilio 547. Præter ea quæ iura.nume 21. & ibi
Apoftillator in littera D.lib.3. Siue igitur dedu-
catur hæc ignorantia ex facto alieno, fiue ex fa-
cto proprio per exceptionem obliuionis. Vtro-
que cafu dicitur affectata ignorantia, & illius ex
ceptio fatis eft irrelevatoria, quia primo cafu
45 fucceffor non † dicitur habere ignorãtiam eius,
quod anteceffor fuus egerit, præfertim, quia vbi
detur veritas illius præfuppofitæ conuentionis
anni 1330. cum ea fuerit penes fucceflorem,
vtique contentorum in ea præfumitur habuiffe
46 fcientiam † inftar eius præfumptionis, quæ ca-
dit de fcientia in filio, qui penes fe copiam te-
ftamenti paterni habuerit, vt in iftis terminis ar
guit. Idem Menoch.in dicto conf 265. num. 22.
cui rei plures aliæ coniecturæ refultantes ex fa-
cto confiderantur. Secundò verò cafu, tollitur
ignorãtia, quia etiam quòd verfemur in magnis
47 principibus non datur obliuionis † confidera-
tio, in his quæ Principis ftatum, & adaugent, &
eundem magnum faciunt, quicquid fit in leui-
bus, & quæ ad Principis ftatum minimè perti-
nent, vt fuperius dictum fuit de facto egregio,
& ita ceffant, quæ dicit Menoch. hoc loco fub
num.220. Rol.Cauagn.

Num.223.

Dùm inquit Menochius renunciationem de-
48 bere intelligi, fecundum renuntiantis intentio-
nem benè arguit, fed dùm fubdit per eam con-
uentionem anni 1407. prouidiffe genero fuo, &
eius pofteritati tantum, fed non receffiffe à iu-
ribus, & pactis primo loco conuentis, minus re-
ctè concludit. Namque primò eam fcientiã con
uentorum admittit, aduerfus ea quæ fuperius
deduxit. Secundò id ipfum refurgit, quòd pro-
uifio facta ad fauorem Generi, & prolis ab eo
defcendentis non poteft cenferi, quod fuerit
fulcita ea confideratione priuandi fratres eiuf-
dem Io.Iacobi fecundogenitos, deficiente pro-
le primogeniti, quod mihi probant ea verba
conuentionis dicti anni 1407. ibi. Hoc expreffo
pacto adiecto. Quòd Theodorus fecundus ip-
fius Io.Iacobi Pater conftituet, ac ordinabit ip-
fum Io.Iacobum dominum, & Marchionem Mon
tisferrati. Totiusque territorij, ac Bononiæ, &
quòd alijs filijs, quos deindè fufcipiet aliquid
relinquet, proùt fecit Ioannes dicti Theodori
pater alijs fuis filijs. En igitur, quòd per iftud
exemplum, quod voluit Amadeus inferi, in no-
ua conuentione dignofcitur aptè, quod vocatio
49 primogeniti † non excludebat affatim fecundo
genitos, fed temporaneè duntaxat, exiftente fci-
licet prole, & defcendentia primogeniti: vnde
prouifio non poteft cenferi facta per Sabaudiæ
Ducem, certo tantum cafu prolis defcendentis
ex Io.Iacobo. Hinc etiam defcendit approbatio
difpofitionis iam aliàs factæ per Marchionem
Ioannem, ex quo capite debilitantur etiam iura
Sabaudiæ domus. Rol.Cauagn.

Num.225.

Quod dicitur de non præfumenda donatio-
50 ne, non videtur ad † rem pertinere, quia propo-
fitio procedit in dubio, quod nõ militat in actu,
qui citra remiffionem iuris fieri, & celebrari nõ
potuit, vt dictum fuit fupra ad num. 217. Rolan.
Cauagn.

Numero eodem ibi. (Marchiam donaret, quã
deindè is Amedeus in feudum concederet Ioan
ni primogenito dicti Ioannis Iacobi. Nota quòd
51 feudi fubinfeudatio † etiam, quòd fit à lege per-
miffa non poteft fieri in fraudem agnatorum. gl.
in cap.1.§.fed etiam res, in titulo per quos fiat
inueftitura, in verbo, in fraudem, ficuti nec etiã
refutari in manibus domini directi, in odium ip-
forum agnatorum. Menoch.in confilio 226. Du-
bitationes multæ, numer.31. & 32.lib.3. Roland.
Cauagnol.

Num.226.

Ad iftam prætenfionem donationis, & infeu-
dationis bellè non minusquam concludenter
refponfum fuit per Archiuiftam Mantuanum, in
prima refponfione folio mihi 30 fub verficulo,
refta da effaminare, cum verficulis fequentibus.
Rol.Cauagnol.

Num.228.

Regula, quòd fucceffor ligetur facto fui ante-
cefforis, non procedit vbi factum anteceſſoris
eft illicitum, vndè fucceffor in feudo, licitas tã-
52 tum conuentiones † feruare cogitur. Alba Man-
dellus in confilio 186. Quod ea quæ continen-
tur in primo, nu.38. lib.1. vide in propofito, quæ
dicta funt fupra ad numer.102. Quòd autem illa
donatio effet illicita, vide eundem Archiuiftam
Mantuanum loco citato ad num.226. Rol. Cau.

Num.

Num.234.

Ibi numero 12. vide quæ dixi in conſilio 92.
Habet non leues, num.22. hoc eodem libro. Vi-
de Theſautum decisione 233. promiſſio de ven-
dendo, vbi dicit, an promiſſio de contrahendo
53 habeatur pro ipſo contractu. Adde Petram de
fideicom quæſt.8.n.18. Iac Menoch.

Eodem numero 234. Dum quæritur inter Do-
54 ctores, an promiſſio de donando † ſit donatio.
Ea ſolet adduci conſideratio, quòd vbi aliquid
aliud extrinſecum deſideratur ad perfectionan-
dum contractum, vltra conſenſum qui colligi-
tur ex promiſſione, non poteſt argui contractus.
Vt eſt exemplum in venditione, in qua vbi ſola
promiſſio de vendendo interuenerit non erit
venditio, quia vltra conſenſum de vendendo,
55 requiritur deſignatio pretij, quæ neceſſaria † eſt
ad venditionem. l 2.§.1. l. In venditionibus. l. ſi
quis fundum. & l. pacta conuenta. ff. de contrah.
empt. & l. finali. C. eod. vnde licet per iſtam ratio
nem dicat Matthæus Cunonus in tractatu de pa
ctis. lib.1. cap.6. num.189. Promiſſionem de do-
56 nando continere † donationem, attamen id ip-
ſum mihi probari non videtur, quia qui promit-
57 tit facere pro eo tempore, quo promittit † non
habet liberum agere. remittit enim ſe ad id qđ
futurum eſt, & ideo benè quadrat dictum, quod
promittens donare non donat, tùm præcipuè,
58 quod illa promiſſio reſtringitur ad certas † obli
gationes, quibus donatarius vult teneri, præſer-
tim intuitu infeudationis, quo caſu potuiſſet nõ
leuis cadere differentia circa qualitates infeuda
tionis, ita quòd etiam ex iſto capite poſſet cen-
ſeri, quid aliud perficiendum ad mentem eiuſ-
dem Cunonis. cum enim hi duo futuri contra-
ctus ſint ad inuicem correſpectiui, vt puta, quia
59 † promiſsio facta fuerit de celebrando vnum cõ-
tractum, vt alter inde fieret. Bald. in l. Petens. &
ibi notant omnes. C de pact. non poterit primus
60 cenſeri perfectus, niſi ſimul † alter ad perfectio-
nem reducatur. Vltra quòd præter inualidita-
tes dictarũ pactionũ, quarũ meminit iam dictus
Archiuiſta Mantuanus in prima, & ſecunda re-
ſponſione ad iura contraria poſſet dici, quod pa
ctio in omnem caſum legitur de donando, D.
60 Amadeo, & ita perſonalis † eſſe dicitur, quæ non
videtur tranſmiſſibilis ad alias perſonas. vbi. n.
certa perſona nominatur perſonalis tantum cõ-
ceſſio reſultat. cap. Quoniam Abbas. de officio
delegati. Alex. conſ.86. In cauſſa datiorum vini.
numero 2. & ibi apoſtillator Pariſius vol.1. præ-
62 ſertim, quia adiectum reperitur pronomen † ei,
quod perſonaliſsimum eſt, ſic ex Baldo in conſ.
304 vol.5. Oldrado conſilio 21. nume.2. Rolan. à
Valle conſilio 58. num. 28. vol.3. & Ancharano
in cap. Priuilegium de regul. iur. in ſexto. notat
Burſatus in conſ. 281. Grandem difficultatem.
num.27. & 28. lib 3. Rol. Cauagn.

Num.235.

Poſſet reſponderi ad fundamentum, quod fa-
cit Menochius reſpectu ſtipulationis, quòd ea
63 non mutat principalem † naturam promiſſionis
factę de donando, ita vt de futuro in præſens tẽ-
64 pus redigat contractum, ſed naturam illius † imi
tatur, licet pactum ſoleat quandoque roborare,
65 quando tamen † lex non reſiſtit, prout etiã poſ-
ſet dici in caſu noſtro, quia tunc priuatorum pa
66 ctis ius publicum † lædi non poteſt, vt nouiſsi-
mè diſcutit recolendæ memoriæ D. Coſta Papié-
ſis, in ſuo tractatu de ſtipulationibus, parte 1.
num.54. Rol. Cauagn.

Num.236.

Contra Menochium facit, quòd licet gemi-
67 natio † arguat magis deliberatam intentionem
agentis. iuxta l. Baliſta. ff Ad Senatuſconſultum
68 Trebell. non tamen alterat ſubſtantiam primi †
actus, à quo vbi per geminationem poſſet dici,
quòd diſcedatur ceſſaret virtus geminationis,
quia fieret ſegregatio ſecundi actus à primo.
69 Hinc ſi primus actus fuerit erroneus, nihil † re-
leuabit geminatio, vt alias dixi in deciſione cõ-
ſultiua 37. inſtructo proceſſu. numero 12. lib.1.
& latius infra ad conſil.6. Rol. Cauag.

Num.243.

Ob quas rationes, & iuta fuerint illicitæ pa-
ctiones illæ, ſatis luculenter oſtendit ſcitiſſimus
ille quiſquis fuerit, qui ſub nomine Archiuiſtæ
Mantuani in ſuis reſponſionibus, quorum ſupra
meminimus. Rol. Cauag.

Numero eodem verſiculo. Tertia eſt Sereniſ-
ſimi pro reſponſione videantur dicta per eundẽ
Archiuiſtam in ſua Reſponſione. ſolio mihi 31.
verſic. Terzo la nullità, vbi ſimiliter eneruatur
laudũ ipſum, qđ illi donationi cauſsã dediſſe ſup
70 ponit Menochius, quo loci videbis † ſimiliter
Diploma Cæſareum, Emanatum per Sigiſmun-
dum Imperatorem cum litteris ad Ducẽ Saban-
diæ de reſtituendis his locis, quæ retinebat, de-
clarando pacta ipſa illicita, & donationem viri-
bus non ſubſiſtere, quorum tenorem habes in-
fra numero, & hoc tam ex natura rei, quàm per-
ſonarum. Rol. Cauagn.

Numer.250.

Argumentum, quod hoc loco facit Menoch.
de oblatione belli, aut pacis ad tollendum præ-
cedentiam belli non valet, quia eſto quod ita
71 ſit. Maior † eſt quandoque timor belli ipſo bello,
vt refert Natta in conſ. 610. Vtrùm conductor,
& per iſtam rationem dixi in deciſione mea con
ſultiua 83. Contentio iudiciaria. num. 60. lib.2.
72 quod conductor † ita poteſt à contractu locatio
nis diſcedere propter bellum, ſicuti propter ti-
morem belli. Rol. Cauagn.

Numer.254.

Verba facit Menochius de bello iuſto. Ex eo,
quod Montisferrati Marchio aduerſaretur Cę-
ſari, ſed iſta qualitas non probatur, quia eſto,
quod conueniret cum Venetis id ipſum fuit, vt
ſtatum proprium, & iura defenderet, aduerſus
73 † tunc Mediolani Ducẽ, & eius ſectatores, quod
omni iure videbatur ei permiſſum. Eſto enim q
partes Venetas ſectatus fuerit Marchio Montiſ-
ferrati, non ob id dicitur iura Imperij læſiſſe,
quia ſcilicet opera, & auxilio Veneto dicebatur
vti ad defenſionem iurium ſuorum aduerſus;
tùm Mediolani, tùm Sabaudiæ Ducem. Quo ca-
ſu non ſolùm dicitur iura Imperij non lędere,
ſed ea tueri, prohibendo ne per indirectum dire
cta Cæſaris iura occuparentur. Et iſto caſu ami-
74 citia hæc † non dicebatur de genere prohibito-
rum cum non appareat, quod Marchio inimici-
tiam contraxerit cum Venetis, eſto quod eſſent
Imperatoris inimici. tunc enim feudatarius pro
hibetur inimicitiam contrahere cum inimico
Domini ſui, quando relicto domino ad eum ac-
75 cedit, † & cum eo commoratur, vt multis com-
probauit Menochius in conſil. 102. Nouum cri-
men, quod Illuſtri Domino Scipioni, ferè per to-
tum,

cum,& præsertim. numero 36. lib. 1. R.C.
Et dum allegat Menochius, Sigismundum Impe
ratorem mandasse Ducibus ipsis, vt Marchio-
ni recusanti recedere ab amicitia Venetæ Rei-
publicæ, bellum indiceret hoc ipsum non pro-
batur, nec dicitur esse credendum Oratoribus
76 ipsorum, cum dependeant ab eorum † princi-
pibus. Quibus sicuti in ista facti specie lex, om-
nino non credit cum partis fungantur officio,
multo minus eorum oratoribus, alias sequere-
77 tur absurdum plus fidei adhiberi copiæ, † quàm
originali ad notata in Auth. si quis in aliquo. C.
de edendo. Quibus etiam illud accedit non cō-
stare alicubi, de monitione Cæsarea, prout re-
quirebatur, ita quod non sufficiat allegare sciē-
tiam in Marchione, quia vbi monitio est de sub
stantia, scientia non sufficit. Bald. in ca. Ad hoc
num. 20. de Allod. minusque quod fuerit Mar-
chio positus in banno Imperiali, ita vt liceret
cuilibet eum habere in hostem, prout de iure
requirebatur. Quinimò ex his litteris, quas de-
derat Sigismundus Imperator de anno 1434. ad
Sabaudiæ Ducem, quarum tenor inferius anne-
ctitur, illud ipsum colligitur, quod Marchionē
Montisferrati, & Principem, & consanguineum
suum vocitat Imperator, quod non fecisset,
vbi eum in refractorium habuisset. Earumdem
litterarum meminit Archiuista Mantuanus in
prima responsione sub folio 33 & sequenti. Ro-
lan. Cauag.

Eodem numero 254 dicta de Belli Iustitia sa-
78 tis periculosa sunt. tantò magis, vbi agitur † de
bello agressiuo, in qua materia videnda sunt,
quæ post alios dixit Ioann. Azorius institution.
moralium. parte 3. lib secundo. cap. 6. & 7. Illud
tamen notandum venit, quod quicquid hoc lo-
co dixerit Menoch de licito bello ex consuetu-
dine totius Italiæ reprobatur ex eo, quod is idē
alibi dixit bellum nō esse licitum, vbi indicitur,
78 & fit per eum † qui superiorem recognoscit, vt
latè probat idem Menochius in consilio 701.
Proposita facti species. numero 84 & infra libro
octauo. Hinc etiam dicimus nullum bellum es-
79 se iustum, nisi quando suscipitur † ex mera ne-
cessitate remedijs alijs, scilicet prius tentatis.
cap. Noli. 3. § Hoc ergo. 23. quæst. prima. sic no-
tat Petrus Gregor. Tholosanus de Republica.
lib. 11 cap. 1. numer. 11. vbi dicit ea omnia reme-
dia tentanda esse, quibus bellum vitari potest,
80 & eo casu docet † curam Principis esse, vt quam
minimo suorum detrimento, quaque mini-
ma sanguinis Christiani fusione, & breui finia-
tur. Rol. Cau.

Ad id autem, quod dictum fuit eum, qui supe
riorem recognoscit non posse bellum indicere,
& exercere, satis est in aperto ob sacrosanctam
Maximiliani Cæsaris, & inde Caroli Quinti Im-
peratorum constitutionē. Vormatiæ ann. 1548.
qua prouisum extitit specialiter, & expressè,
81 † Neminem post publicatam dictam constitu-
tionem sub sacro Imperio constitutum cuiuscū-
que sit dignitatis, status, & conditionis vllius
rei caussa qualecumque nomen habuerit, quovè
id fieret, alteri bellum inferre armisvè eum in-
festare, oppugnare, spoliare, capere, inuadere,
obsidere, aut aliquam conspirationem prohibi-
tam, seu fœdus contra alium facere, ferireve de-
beat. Ne quis alterum possessione sua arce,
oppido, pago, cum æde monasterio, sacello red
ditibus pensionibus decimis. Immobilibus, mo-
bilibus, vt bonis regalijs, iurisdictione, iudi-
cijs, mero ve mixto Imperio spiritualium, aut
secularium telonijs, vectigalibus, fluminibus,
pascuis, alijsque quibuscunque iuribus nullo
excepto, vt manuque armata, ac de facto teme-
tè priuet aut subditos abstrahat, aut ad inobe-
dientiam aduersus suos magistratus conciret,
aut eos inscio, aut nolente magistratu, præter
morem hactenus, alias tuendas, ac defenden-
das suscipiat, vt ad litteram meminit. Petrus
Gregorius Tholosanus, de Republica. libro vn-
decimo. cap. decimoquarto. sub numero vnde-
cimo. Vbi similiter prohibentur ex eadem con-
stitutione fautores, & adiutores, & vlterius ca-
uetur. Ne quis, qui in alium ius habere se pu-
tat viam belli agrediebatur, sed de eo expe-
ctiantur suo loco, ac iudicio, in quo iam an-
tea, aut ex nunc, inquit Imperator caussæ ex
ordinarinne nostri Iudicij Cameræ expedien-
tur, aut deinceps ordine fuerint expediendæ.
Cuius constitutionis sensum, hoc ideo aperiri
volui, vt amputetur omninò in futurum illa
quæstio, quam Menochius hoc loco facit de li-
cito bello ex consuetudine per eum allegata.
Reliqua verò dictæ constitutionis, vbi scire vo-
lueris eundem Tholosanum petito loco iam re-
lato. Rol. Cauagn.

Num. 258.

Fundamentum, quòd hoc loco facit Meno-
chius Montisferrari Marchionem non fuisse cō
questum, penes Cæsarem tollitur ex eo rescri-
pto Imperiali, & facta declaratione de anno
1434. per Sigismundum Imperatorem super in-
82 ualiditate † pactorum, & donationis Imperij
assensu neutiquā interueniente, prout requi-
rebatur, quia Marchionatus Montisferrati pen-
debat à directo Dominio eiusdem Imperij. Ro-
land. Cauagn.

Num. 269.

Dùm fit mentio de validitate laudi, dicas plu-
ra obstare contra validitatem, præsertim quod
omni casu laudum ipsum dicitur emanatum eo-
83 dem die † quo factum supponitur fuisse compro
missum, vt notat Archiuista Mantuanus in pri-
ma eius responsione. fol. mihi 31. sub versiculo
terzo la nullità. Vnde tamquam fulminanter
84 emanatum, & caussa non † cognita non valuit.
Rolandus in consil. 76. Pluribus ex caussis nul-
lum. numero vigesimotertio. volumine primo.
vbi tenet hoc ipsum procedere, etiam si com-
85 promissum factum fuisset † cum plena potesta-
te in quo proposito facit Consiliū Socini Senioris
87. per totum volumine quarto. Siquidem ob
temporis breuitatem non præsumitur, quod
86 causæ cognitio fuerit † adhibita. Baldus in l.
prolatum. C. de sentent. & interlocutor. omn.
iudic. columna vltima. versiculo Quærit hic Bu
trigarius, quod etiam dictum procedit si latum
fuerit laudum post diem compromissi. Afflict.
decis. 73. Item potest dici nullum laudum, tam-
87 quam sequutū † super compromisso nullo, quia
res ipsæ non erant compromissibiles. vide Iose-
phum Ludou. decis. Perusina a. nu. 18. quibus et

accedit, quod dicitur laudum, & compromissum factum in loco non tuto, & supposita rati-
88 ficatio habebat subsistentiam † metus, qđ hoc sit verum videantur litteræ, quibus vtebatur Marchio Montisferrati, tunc temporis cum Duce Sabaudiæ, in quibus eumdem vocabat Dominum metuendissimum, & dum Menochius in isto consilio nititur adducere laudi validitatem ex persona Ducis Mediolani, quem dicit arbitratoris officio functum fuisse id ipsum arguit, quod coactè in eum præsumatur, vel inimicum, vel amicum de recenti recounciliatum Marchio compromisisse, vtputa, quia non est
89 verosimile, † quod in eum cum quo diu bellum sustinuit, multaque damna passus fuit libenter in eum compromisserit, tum præsertim ob intrinsecam amicitiam, & affinitatem, qua Dux tunc iungebatur cum Sabaudiæ Duce. Rolan. Cauagn.

Num. 299.

Dùm ad remouendum metum allegat non esse verosimile, quod metu percussus donauerit compromisserit, & laudum latum, confirmauerit Montisferrati Marchio, quia idem Marchio bellum gesserit cum Duce Mediolani, qui fortior & potentior erat Sabaudiæ Duce. Quinimò etiam bellum fecerit cum eodemmet Duce Sabaudiæ, quia per ista non tollitur metus, quinimò magis dicitur excreuisse in ipso Mar-
90 chione † Ioanne Iacobo, qui fuerat expertus eiusdem belli aciem, non solum cum altero ex ipsis Ducibus, verum etiam cum ambobus simul, & iunctim, in quo particularem status amissionem passus fuerat. Nec est alicuius considerationis, ꝙ verosimiliter recurrisset ad Cęsarem ad tollendum metum, quia per hoc non potest inferri, quod nullus metus extiterit. Vl-
91 tra † quod si benè factum attendatur apparet, Eundem Marchionem ad Imperatorem, tunc Sigismundum recurrisse, vt patet ex litteris Cę-
92 sareis per eundem Cæsarem † datis, prout suprà meminimus, quarum tenor hic annectitur, quia seruit ad veritatem plurium cōclusionum, quas remouare intendit hoc loco Menochius. R.C.

Tenor litterarum Imperialium directarum ad Io. Iacobum Marchionem Montisferrati.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croatiæ &c. Rex. Illustris Princeps consanguinee Noster Carissime. Iamdudum sensimus te ad manus Illustris Principis cō sanguinei nostri, & cognati tui Ducis Sabaudiæ exposuisse plurimos ex Ciuitatibus Terris Castris, & locis, Dominio, & Marchionatui eius suppositis, quod credidimus tunc fuisse factum, vt illas seruares ab incursibus Ducis Mediolani, cū quo in apertis bello, & inimicitijs fueras; post modum audiuimus super dictis Terris, Castris, & locis te ad aliqua pacta cum præfato Duce Sabaudiæ deuenisse illicita, & priuatiua non parum Baroniæ Marchionatus Montisferrati, quod displicenter intelleximur, & valde moleste tulimus; quoniam facilè intelligere debueras, quod super Terris dicti Marchionatus, qui feudu est imperiale tibi nequaquā licitum fuit, nec honestum saluis iuribus, & honore Imperij, & iuramento fidelitatis Nobis facto ad aliqua huiusmodi pacta derogatoria iuribus dicti Marchionatus Nobis maximè inscijs, & irrequisitis peruenire: Vnde nolentes pro honore nostro, & Sacri Imperij hæc tollerare, nec vllo quouismodo pati scribimus præfato Duci Sabaudiæ sicuti ex copijs nostrarum litterarum hijs inclusis, videbis contineri, quod nostræ omnino intentionis est, vt dictas Ciuitates, Terras, Castra, & loca ad manus suas repositas, in manibus nostris, aut illorum, quos ordinauerimus, sine contradictione aliqua reponat, & consignet. Volumus etiam pari modo, & sic tibi expressè mandamus, vt de præfatis Ciuitatibus Terris Castris, & locis te vlterius non intromittas, sed paciaris realiter, & bona fide illos ad manus nostrę Maiestatis reponi, nam nostrę intentionis est, postquam Terras illas ad manus nostras habuerimus, de ipsis Terris auditis præfato Duce, & te ant vestrum nuntijs, & Ambasciatoribus disponere, & ordinare, secundum, quod iuris fuerit, & honori nostro cognouerimus conuenire; Super quo, per harum delatorem tuum expectamus responsum, antequam ad vlteriora procedamus. Dat. Vlmæ die decima mensis Iunij, Regnorum nostrum anno Hungariæ 28. Romanorum 24. Bohemiæ 14. Imperij vero secundo.

Tenor litterarum Cæsaris, ad Sabaudiæ Ducem.

Illustris Princeps consanguinee noster carissime. Iam dudum sensimus, Illustrem Principem consanguineum nostrum, & cognatum tuum Marchionē Montisferrati, ad manus tuas reposuisse aliquas ex Ciuitatibus, Terris, locis, & Castris Marchionatui suo Montisferrati suppositss, quod credidimus tunc fuisse factum, vt Marchio ipse ab incursibus Ducis Mediolani, & seu gentium suarum illas saluaret; postmodum audiuimus præfatum Marchionem tecū super dictis Ciuitatibus, Castris, Terris, locis ad aliqua pacta peruenisse minus iuridica, & eneruatiua, satis Baroniæ præfati Marchionatus, quod displicenter intelleximus, & valdè molestè tulimus; quia debuisti tu, & ipse, qui Princeps es tia Imperij facilè intelligere, quod super terris dicti Marchionatus, qui feudum Imperiale est, nobis nequaquam licitum fuit saluis iuribus Imperij, & iuramentis fidelitatis nobis factæ, ad aliqua huiusmodi pacta derogatoria iuribus dicti Marchionatus nobis inscijs, & irrequisitis peruenire. Ex quo nolentes, pro honore nostro, & sacri Romani Imperij, quouis modo supportare huiusmodi inconuenientia, scribimus præfato Marchioni, sicuti ex copijs nostrarum litterarum hijs inclusis poteris aduisari; quemadmodum nostræ intentionis est, quod omnes dictæ Ciuitates, Terrę, Castra, & loca ad manus nostras perueniant, & de illis vlterius se nō intromittat sed patiatur illas realiter, & bona fide, ac sine aliquo impedimento in Nos, aut quosuis ordinauerimus peruenire. Quocirca te etiam requirimus, & sic tibi expressè præcipimus, & mādamus, vt dictas Ciuitates, Terras, Castra, & loca dicti Marchionatus, & præfati Marchionis in potestate tua repositas ad manus

manus nostræ Maestatis,seu illorum,quos ordinauerimus omni excusatione, & contradictione reiectis, reponere debeas; nam nostræ intentionis est omnino,quod terræ ipsę ad manus nostras perueniant; & postquam sic peruenerint, de hijs auditis te, & dicto Marchione,aut vestrum nuntijs, & Ambasciatoribus, disponere, & ordinare, prout iuris fuerit, & honori nostro videbimus conuenire; Super quo,tuum per harum latorem expectamus responsum, antequam ad vlteriora procedamus. Dat. Vlme, die 10. mensis Iunij, Regnorum nostrorum &c.

Num.307.

Quod alienatio partis feudi, tum præsertim
93 illius, quod est dignitatis,† quando fit in diminutionem Marchionalis coronæ non teneat, volunt communiter Doctores in capit. Intellecto de iureiuran. & ibi Bald. qui hoc idem affirmat in prooemio feudorum. numero 32. Alexand. in l.filio quem pater. ff. de liber. & posthum. Io. Baptista Caccialupus in l.Imperium, nume.35. ff. de iurisdict. omn. iudic. quos omnes allegat Menochius in consilio 1274. Grauissima maximique ponderis est. numero 24. libr.13. quibus adde Bartolum in l. prohibere.§.Planè. ff.Quòd vi, aut clam, vbi dicitur,quod quando alienando læditur Princeps non tenet alienatio,& exẽplum ponit ibi Bartolus de Principe, qui castrũ limitrophum alienauerit, quia hoc tendit in magnam diminutionem Imperij, etiam si diceretur alienatio facta cum iuramento,vt in capit.Intellecto extra de iureiurando. Capicius decisione 101. In caussa officij consecutaroris. numero primo, facit vorum Grammatici 28. Dũ ad querelam.numero decimoquarto. & de prohibita alienatione regalium, verba facit Osasceus decisione 101.In hac quæstione litis.numero decimotertio. fallit tamen, vbi enormiter Princeps non læderetur, quia tunc valet donatio,seu alienatio, vt idem Menochius loco iam relato scribit, cui accedit Franciscus Marcus. quæst.78. Quæritur an Princeps possit infeudare. numero septimo. parte prima. qui mouetur ex cap.Abbate sanè.de re iudic.lib.6.Item fallit quando fit alienatio de rebus dignitatis ad ipsam dignitatem pertinentibus,vt est exemplum de Principe, qui donauerit de rebus sub conditione si fiant eiusdem principatus,vt ex Ancharano probat Capicius in dicta decisione 121. numero decimoquarto, quo casu successor stabit contractui sui prædecessoris. R.C.

Num.315.

Ibi.(Nam falsum hoc est,quoniam feudum iã erat alienabile,) in hoc facit æquiuocum Me-
94 nochius, quia declarauerit Imperator† feudũ hoc non potuisse alienari, non accedente Cæsaris consensu,vt firmiter decreuit Imperatoria Maiestas sub his litteris,quarum supra meminimus in obseruationibus ad numerum 299.Rol. Cauagn.

Num.317.

Dùm inquit hoc loco Menochius Rolandum in consilio 2. in caussa præsentis petitorij, in fine. lib.1. errasse in facto halluecinatur, quia putat donationem laudum, & cætera omnia feudo Marchiæ præiudicialia probata fuisse per Marchiones, Ioannem Iacobum,& Ioannem Patrem, & filium,quod est ex omni parte erroneũ,
95 & pro tali nedum Sigismundus† declarauit Imperator, verum etiam, & Carolus Quintus, per diffinitiuam sententiam, cuius in fine obseruationũ ad istud Consiliũ memini,& idẽ Menoch. probat bona ipsa fuisse declarata feudalia ex recognitionibus factis, vt legere est penes eum in consil.160.laudare in facti specie.libr.2.Rol. Cauagn.

Num.322.

Quod nullum possit fieri fundamentum super præsuppositis ratificationibus, satis planũ est ex eo, quod cum Gozadino dicitur in consilio nono. In hac caussa Illustrissimi. numero 37.& 38. ac in consilio 62. Prima facie videtur dicendum. numero 14. & 15. Post Baldum in l. secunda.C.de his qui per metum Iudicis nõ ap-
96 pellauerunt confirmationem, scilicet illius † actus,qui nullus est,nihil operari.cap.cum dilecti,vbi Abbas numero quarto. extrà de emprione, & venditione.cum enim in actu confirman-
97 te rappresententur omnes illæ qualitates,† quæ sunt in actu confirmato. l.Asse toto.ff.de hæred. instituend. dicendum erit eodem vitio laborare confirmationis actum, quo primus actus laborabat, vnde cum nihil reperuerit ipsa confirmatio, quod posset confirmari, ita corruit secundus actus.sicut primus, vt quandoque solitus fuit Menochius arguere, vt in consilio 345. existimo iure optimo. numero octauo,nono, & decimo. lib.4. Quæ omnia eò fortiora credidi, quo nullitas ipsa descendit ex lege, quæ priori actui resistebat,attenta præsertim declaratione per Cæsarem facta super ipsis pactionibus, & donationibus, & eum nullitates sic conueniant confirmationi, sicuti actui confirmato, nullius
98 dicuntur esse considerationis præsuppositæ †ratificationes,quia nec etiam habiles sunt ad nouum actum inducendum. Rol.Cauagn.

Num.337.

Reprehenditur hoc loco Socinus Iunior,
99 quod in consilio † septuagesimoseptimo. Licet in præsenti consultatione. numero sessagesimo septimo. libro primo, quia in versiculo, est præterea aduertendum dixerit fuisse reclamatum. Reprehensionis autem caussam vestit, quod antequam filij Marchionis Ioann. Iacobi impetrarent aliquas inuestituras ab Imperatoribus factæ fuerint illæ ratificationes donationis,& laudi, sed pace Menochij dictum sit non intrat reprehensio, quia dicit Socinus, quòd post mortem Marchionis Ioan. Iacobi, & eius primogeniti, cæteri successores reclamarunt, vtputa Gulielmus, qui fuit frater Ioannis, & filius secundogenitus, Ioannis Iacobi, qui eidem Ioanni decedenti sine masculis successerat, & qui recusauerat subinfeudationem, & alia pacta suscipiendo inuestituram ab ipso Cęsare, quod iure proprio fecisse planum est cum fuerit de comprehensis in inuestitura Marchionatus, cui proindè nullum potuit censeri factum præiudicium medio tempore per eius antecessores, vnde fuit intentio Socini in loco citato deducere ipsas reclamationes, & recusationes ad sustinendam exceptionem nullitatis

B 2 dicta-

dictarum pactionum , & donationis ob metum
illatum,& vim ob potentiam Ducis Sabaudiæ ,
ob metũ periurij, & perditionem bonorũ. R.C.

Num.338.

Benè dicit hoc loco Menochius , quod clau-
sulæ insolitæ, nedum suspicionem arguunt frau
100 dis, sed† etiam fraudem ipsam,vbi aliquæ con-
currerint coniecturæ. vt idem Menochius dixit
in consilio 685. Permultæ sunt rationes. nume.
29 lib.7.imò etiam,& falsitatem.Menoch.in cõ-
silio 260. Respondebo paucis quantum per me
licebit. num.40.lib.3. Quod autem clausula illa
101 dicatur insolita, quæ dicitur † contra naturam
contractus,vel contra stylum, & consuetudinẽ.
dixit idem Menoch. in consilio 422. Cum falsi
crimen detestabilius. num.114. libr.5. Quando
tamen clausula non est contra naturam contra-
102 ctus,sed præter stylum , † & consuetudinem in-
cumbit onus probandi esse insolitam clausulam
ei qui sic allegat, quod esse difficilis probatio-
nis affirmat idem Menochius in d consilio 685.
numero 28. Verum tamen est insolitas clausu-
103 las argui ex inspectione plurium† instrumento-
rũ,vt post alios nouissimè probat Marta in tra-
ctatu de Clausulis.parte 4 clausula 18. in fine .
Hoc tamen casu nescio videre , quomodo benè
se extricet Menochius ad euitandas nimias cau
telas,quæ leguntur in ipsis instrumentis , & ex
104 quibus, tamquam ex nimis † exacta diligentia
suspicio doli arguitur, vt notant Baldus,Castrẽ
sis,& alij in l.Testamentum.C.de Testament Ti-
raquell.de retractu conuentionali in proœmio.
num.17. Menoch. in consilio 109. Responden-
dum videbatur contractum hunc.num.35.lib.2.
quod repetit in consilio 230. Peraeutæ,& si val
dè sunt.num.59.lib.3.præsertim quando sunt su
perabundanter appositæ ad confirmatione con
tractuum, & sunt omnes , vt in casu nostro sunt
105 odiosæ promittentibus , † & fauorabiles alteri
parti,per ea quę post Castrens.Anchar.Soc.Sen.
Decium,Crottum,Decianum,Cardin. Nattam ,
Beroum & Rimin.Iun. dixit Franciscus Bursat.
in consilio 320. Collige ex processu serioso,nu-
mero 8.lib.3.Dum enim scopulum hunc euitare
contendit Menochius hoc loco quòd pacta non
consueta solum doli , & metus suspicionem ar-
guant,quando alia non concurrant ad inducen
dum dolum scire debet Menochius plura alia
sic contigisse,vt metus dolusque probetur ine-
107 uitabiliter,numquam † præcesserunt minæ per
intimationem belli,& demum bellum ipsum ten
tata donatio rèi,& feudi, quod ex sui natura do
nari non potuit captura, & detentio Ioanni Ia-
cobi filij primogeniti Marchionis Ioannis pro-
curatum,& affectatum laudum hominum subdi-
torum alienatio , aduersus eorum voluntatem
cum pacto iuramenti fidelitatis , seu assecura-
tionis per homines dicti Merchiones præstandi.
Procurando , quod ista fierent in loco proprio
108 Ducis Sabaudiæ † vbi liberam vocem non hahe
bat Marchio Montisferrati , & cum enormissi-
ma læsione adiecta clausula , quòd dictus Mar-
chio Ioannes erat positus in plena libertate .
Quod dictamen , ita non solum suspectum dici-
mus, sed apertè dolosum perinde,ac solemus in
similibus dicere,quod sit excusatio non petita,
109 quæ manifestam †continet accusationem ad no
tata per Doctores in §.Item tria onera.Institut.
110 de excusat.tutorum, vbi & si caussæ aliquæ † ex
cusent,vbi tamen sunt affectatæ non releuant .
Gozadinus in consilio 68 videtur prima facie
dicendum.num 10.Tiraquell ad l.si vnquam.in
verbo Bona.num 5.& in tract. de retractu con-
sanguinitatis. § 35.num.27.Rol Cau.

Num.348.

111 Quòd laudum ob læsionem † rescindatur, no
tat Franciscus Marcus.q.151.part 2.Rol.in con
silio 76. num.27.lib.1. & quando quis dicatur
112 læsus † scribit Guid.Pap. q.519. num.3. Ioseph.
Ludouic.decis.Lucensi 27 & quod compromit-
113 tens læsus vltra dimidiam † possit intentare re-
medium.l. 2.C.de rescind.vend. scribit Mynsin-
ger.obseruat.33 cent.1. & inquit Decius in cõ-
silio 60. Viso themate , & consideratis numero,
114 quòd istud procedit,etiam quod post †laudum
fuerit approbatum . Quibus autem probatio-
115 nibus possit † quis vti ad probandam læsionem
suam, vide Menochium de Arbitrar. Iud. lib.1.
quæst.72. Rebuff ad constitut.Reg in tit.de Ar-
bitr.artic.1.glos.12.nu 15.Bart. in l 2. C. de re-
scind.vend.numer.8.Abbat.in cons.77.parte 2.
Rol.Cauagn.

Num.350.

Inquit hoc loco Menochius ad euitandam
læsionem , quod Marchio Ioannes erat prudẽs
& sagax , sed ex hoc capite non tollitur læsio ,
116 quandoquidem ad eum contractum,† & dona-
tionem supponitur venisse coactum , quo casu
nihil iuuat prudentia,& sagacitas humana, nec
procedunt iura , quæ allegat in quibus libera
contrahentis supponitur voluntas . Et ideo per
istam exceptionem non benè declinatur obie-
ctum per Menochium . Vltra quod ista induce-
117 rent quandam præsumptionem , quæ non tollit
probationem contrariam,quia quandoque bo-
nus dormitat Homerus. Rol.Cau.

Eodem numero pro eo, quod hic dicit,quod
sciens valorem rei, de qua contrahit non potest
118 dici læsus,vide eundem Menochium † in con-
silio 1263. Hac de proposita facti specie. nume-
ro 9. lib.13. vbi enumerat triginta septem Do-
ctores,vide pariter eundem Menochium in cõ-
silio 844. Respondi superiore anno , numer.38.
lib.9.Rol.Cauagn.

Num 352.

Quod clausula ex certa scientia tollat reme-
119 dium rescissoriũ † cum Menochio hoc loco vo-
luit Marta in tractatu de Clausulis . parte pri-
ma. clausula 206. sed fallit quando contractus
super quo interponitur fuit coactus , & nullus,
quia si non valet principale,multò minus † ac-
cessorium. cap.Accessorium.de reg.iuris in sex-
to. Rol.C.

Num.353.

Negare non potest Menochius , quin dicatur
121 lædi , qui patitur † spoliari dominio directo .
Et licet isto casu dicat Menochius directum do
minium stare penes Imperatorem, aduertendũ
puto dupliciter considerari dominium directũ,
122 prout scilicet est superius,†& prout est inferius,
si de superiori dicimus , quod penes Imperato-
rem extat, adhuc negari non potest læsio , quia
pateretur notam existimationis propriæ alie-
nando id quod Imperatoris erat, si de inferiori
123 agimus, certum est læsionem † argui,quia nulla
subsistente caussa se ipsum priuat iure sibi , &

suc-

succesſoribus ſuis comperenti. Rol. Cauag.

Num.354.

Non quadrat argumentum, quod hoc loco
facit Menochius de emente iactum retis ad re-
cipientem recognitionem directi dominij, &
iuramentum ſubiectionis reſpectu Montisferra
ti Matchionum, & hominum, quia primò caſu,
124 qui emit futurum lactũ retis nihil † certi emit,
quod non poteſt dici in eo, qui directum domi-
nium de nouo acquirit cum iuramento ſubie-
125 ctionis. † Vltra quod multæ ſunt commodita-
tes directi dominij. Vltra quod etiam emens
126 iactum retis ob magnum † exceſſum pretij dici-
tur lædi, vt idem Menochius probat in conſilio
milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio. Hac
de propoſita facti ſpecie. ſub num. 13. libro 13.
Rol. Cauagn.

Num.356.

Quod hic dicitur de geminatione verborum
nihil eſt, quia vt ſuperius dictum fuit, quò ma-
gis geminatæ fuerunt clauſulæ, & ſuperabun-
127 dantes eo magis † redolent contractum meti-
culoſum. & ſuſpectiſſimum, & geminatio incon-
tinenti facta nõ arguit plures actus. Nec iuuat
quando in actu geminato cadit eadem nullitas
128 † quæ conſideratur in primo. vt dixi in deciſio-
ne mea conſultiua 37. Inſtructo proceſſu. nu-
mero 8. & 12. lib. 1 Rol. Cauagn.

Num 358.

De clauſula iſta promittentes attendere, &
obſeruare, nec aliqua ratione, & cauſſa contra-
uenire verba facit. Marta nouiſſimè in ſuo tra-
ctatu clauſularum. parte 1. clauſula 99. ſed eius
vis eneruatur, vbi non adfuit conſenſus, prout
in contractu meticuloſo, & de re non alienabi-
li, cuius ſcilicet alienationi lex reſiſtit, vt abun
danter ſuperius dictum fuit. Rol. C.

Num.359.

Dùm negat hoc caſu Menochius dari enor-
miſſimam læſionẽ errore facti decipitur, quã-
130 doquidem ſumma † eſt, nec maior dari poteſt,
quam ſtatum perdere eumque diminuere, ſub
eo prætextu. qui nullus fuit, vt plenè diximus, &
probarunt. Rol. Soc. Iun. Gozadinus, Decius. &
reliqui, qui iſtius cauſſæ merita deguſtarunt.
Rol. Cauag.

Num.363.

Dicas aduerſus Menochium hoc loco non no
cere allegatam præſumptionem, quia quæ ſunt
131 ad agendum temporalia † ad excipiendum ſunt
perpetua. l. licet. C. de exception. l. t. §. fin. ff. de
exception. l. purè. in fine. ff. de excepr. doli. Quod
etiam probarut in tit. Inſtit de perpetuis, & tẽ-
poralibus actio. Franciſcus Curt. in l. ſi ex falſo.
C. de tranſaction. num. 33. Rol. Cau.

Num.370.

In materia feudali claudicat argumẽtum Me-
132 nochij, quia qui eſt de liberis dicitur † eſſe hę-
res, præſertim vbi non eſt appoſita dictio qui-
buſcunque, vt bene probat in terminis Gozadi
nus in conſilio 9. In hac cauſſa Illuſtriſſimi. nu.
52. Qui enim ex deſcendentibus eſt, dicitur hę-
133 res † proprij corporis, vnde & ad eum pertinet
exceptio inadimpleti, tanto magis, quia con-
uentus pro defenſione iurium ſuorum poteſt vti
quibuſcunque iuribus, & exceptionibus, quæ
pertinent ad rem tutandam. Rol. Cau.

Num.371.

Fragile viſum fuit argumentum cui hoc loco
videtur inniti Menochius, quod ſcilicet nulla
præceſſerit monitio, iuxta doctrinam Cornei,
præſertim in conſilio 205. Circa præſentem cõ-
134 ſultationem in littera O. lib 1. Quia non † admit
titur concluſio pro vera, quod agens ex contra-
ctu, vltro citroque obligatorio non cogatur ex
ſui latere adimplere conuenta, niſi tunc demum
cum præceſſerit denunciatio. contraria enim
iuris eſt parœmia, quod quis non poſſit vti con-
135 uentione, niſi prius ex ſui † latere adimpleuerit,
vt colligitur opportunè in l. Iulianus. § offerri.
ff. de act. empt. & ibi dixi in mea Anatomia Iu-
ris. Nec Corneus dicit id ad quod allegatur,
136 ſed inquit, quod mora non † poteſt imputari ali
cui ob non factum, niſi prius præceſſerit inter-
137 pellatio, iuxta l. magnum. de contrahen. empt. l.
mora. ff. de vſuris. & l. ſi ex legati cauſſa. ff. de ver
bor. obligation. Huius fragilitatem argumenti
benè poſtmodum perpendit Menochius hoc lo
co in fine dum dixit. Erit tamen conſilium, vt
antequam Sereniſsimus Dux noſter actionem
moueat, offerat ſe ex latere ſuo paratum ſatiſ-
facere ſi quid implendum, & agendum ſupereſt.
Rol. Cauag.

Eodem numero ibi. Reſpondeo me non vide-
re, quid ex latere Ducis Sabaudiæ implendum
fuerit. Adde, quod omni caſu, & inter cætera,
quæ præſtare tenebatur Sabaudię Dux, illud eſt,
quod ex integro omnia loca Montisferrati reſti
tuere tenebatur. R. C.

Num.374.

Non videtur ſufficiens, nec ex omni parte
138 probabilis iſta reſponſio, quod Principis † do-
natio non egeat inſinuatione, quia cum agatur
de donatione non inter Principem, & priuatũ,
ſed inter ipſos Principes, quorum quilibet ſub-
eſt Imperio nulla videtur adduci ratio, quod il-
le contractus ſit exemptus à vinculo inſinuatio
nis, iuxta l. ſancimus in §. 1. C. de donat. cuius di
ſpoſitio tendit ad euitandas fraudes, & falſita-
tes, vt meminit Menoch. in conſilio 261. eſt pro-
fectò valdè difficilis. num. 18. lib. 3. & in conſil.
423. de propoſitis tribus egregijs. num. 17. libr.
5. Ratio autem diuerſitatis eſt in promptu, quia
139 Princeps † agens cum priuato eſt ſupra ius po-
ſitiuum, ſed agens cum alio Principe non tollit,
nec diſpenſat ius ipſum. R. C.

Num.375.

Articulum hunc, quòd donatio Principis nõ
ſubiaceat inſinuationi iterũ tuetur Menochius
in conſilio 1278. Grauiſſima maximique ponde
ris. num. 44. 45. & 46. lib. 13. vbi hunc locum ci-
tat, vnà cum dictis per eundem in conſil. 413.
Cum hac de graui controuerſia. numer. 14. libro
5. vbi tamen nihil dicit ad hoc propoſitum.
Rol. Cauagn.

Num.376.

Quod dicitur hoc de donatione ob cauſſam
poſſet procedere, vbi cauſſa iuſtificaretur, ſed
140 in facto ſupponitur nullam extitiſſe † cauſſam,
& clarum eſt requiri expreſſionem cauſſæ, vbi
verſamur in donatione remuneratoria, vt bene
dixit Myſinger. obſeruatione 75. Centuria 4.
141 Quod autem † inſinuatio non requiratur, vbi
donatio fiat ob cauſſam, ſcribit Natta in conſil.
674. Ex Priuilegio Illuſtriſsimiq. Ducis, vide

Guid.

Guid.Pap.fing.375. R.Cauag.

Num.377.

Dùm dixit hoc loco insinuationem non esse
142 necessariam † vbi adest iuramentum, nota contrarium sanxisse eundem Iacobum Menochium in consil.84. Hæc proposita dubitatio. numero 52. hoc eodem libro, vbi dicit, quòd clausula iuramenti apposita pro obseruatione donatio-
143 nis praui facienda est, vtpotè, quia potius † ex stylo notariorum, quàm ex voluntate donantium, & contrahentium sit apposita, & huius opinionis fuisse, dicit Tiraquell. Decium, Curt. Iuniorem, Ripam, Parisium, Socinum Iuniorem. Grammat. Ferrat. & Corneum. Quæstio autem principalis, an insinuatio requiratur in donatione, in qua adsit iuramentum fatis ingés esse dicitur, vt videre est penes Capic. decisio. 159. numero 31. Francis. Marc. quæst. 326. Guid. Pap. quæst. 350. Capell. Tholosan. quæstio. 382. Caballinum milleloq. 806. Clar. in §. donation. quæst. 18. qui omnes dixerunt requiri. Contrarium verò dixerunt. Paulus Aemilius decis. 286. Andræas Gail obseruat. 39. lib 2. Crauet. consil. 318. In hac causa non mediocriter. Rebuff. ad reg. constitution. in Proemio. glos. 5. num. 104. Dec. consil. 238. proponitur quod nobilis. 432. Cùm sit quòd Almericus, & 488. in causa, & lite quæ oritur. Menoch. consil. 292. Quod de multis propositis lib. 3 & 308. Respondi superioribus annis. lib. 4. Roland consil. 70. Quod hæredes q. dominorum. lib. 2. sunt tamen qui ad conciliandas scribentium sententias distinguunt,
144 an in specie fuerit ei renuntiatum † vt videre est penes. Magon. decif. Florentina 64. numero 23 & decis 65. Clar. d. q. 18. Rol. in consil. 19. facta fuit donatio. lib. 1. & Guid. Pap. singul 341. Hanc opinionem sequutus est Menochius in cònsilio 465. Cum caussa hæc. numero 16. libro 5.
145 † vbi dicit non sufficere, quod generale præstetur iuramentum, sed requiri, quod in specie cum iuramento sit renuntiatum insinuationi ex Castren. Rom. Ant. Canar in Patria tamen Mediolanensi. Crediderim ipsam renunciationem specificè factam non sustineri in donationibus,
146 ob nouas † constitutiones in titulo de donationibus. libro 3. vbi datur iuramentum pro forma sub certa verborum structura, vt patet ibi in §. Donationes, & cessiones alio modo factæ nullæ. & irritæ sint, cui correspondet statutum Mediolani, sub titulo de Cessionibus 440. libro 1. Quicquid in contrarium dixerit. Becius in consilio 221. Respondi superioribus mensibus. numero 3. libro secundo, pro cuius rei diffinitione videnda sunt, quæ dicit Lambertengus de cōtract. licitis, & illicitis. folio mihi 372. in glos. 15. num. 2. ex Ploto de in litem iurando. nume. 865. Vidi tamen isto casu dubitari nunquid stãtibus statutis, & Nouis constitutionibus. Duo
148 debeant † præstari iuramenta à cedente & cessionario; primum scilicet secundum statuti dispositionem: alterum verò iuxta constitutionis verba, sed vnicum tantum iuramentum putat Menochius præstandum esse, vt per eum in consilio 1077. Mediolanensi statuto numero 11. vbi concludit non esse abrogatum statutum per nouas constitutiones, & ita dicit fuisse decisum per Excellẽtissimum Mediolani Senatum 1583. die 3. Septembris, vbi ponitur decisionis tenor ad extensum, in cuius rei fidem aliam eiusdem amplissimi ordinis sententiam, & decisionem. Vidi latam sub die nona Octobris anni 1581. cuius tenorem hic subijcere visum fuit conueniente, & est talis. Philippus Hispaniarum, &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Dilecti nostri in cōtrouersia pendente inter fiscum nostrum, & Nobilem Alphonsum Vicecomitem, in qua apprehensis nomine fisci nonnullis bonis. q Nob. Petri Francisci Vicecomitis eius patris ob condẽnationem scutorum duorum mille, eisq; ad cridas positis, & facta per ipsum Alphonsum contradictione exhibitoque instrumento donationis à patre sibi factæ de omnibus bonis confecto die 31. Martij 1564. oppositum fuit nomine fisci donationem ipsam non valere, & sustineri non posse ea præsertim ratione, quod in instrumento superinde confecto appositum fuisset rã tummodo iuramentum ex forma Nouarum constitutionum requisitum, omisso altero ex dispositione statutorum sub titulo de donationibus requisito. Lectis coram Senatu nostro litteris vestris diei decimi noni Augusti proximè præteriti ad nos ea de re datis quibus eiusdem ordinis sententiam cum agatur de interpretatione statutorum, & constitutionum requisitis, & excitato rursus vno ex Fiscalibus, qui opponeret si quid haberet opponen. ac omnibus denique diligenter, & maturè perpensis. Censuit Senatus eam donationem, & aliàs eiusmodi valere, & sustineri debere non obstan. obiectis, & ideo apprehensionem nomine Fisci nostri de dictis bonis factam fieri non potuisse in præiudicium ipsius donationis, & propterea reuocandam esse. Quam sententiam nos quoque probantes idem decernimus, & declaramus; uobisque mãdamus, vt iuxta illam exequamini, Dat. Mediolani die 11. Octobris 1585. Signat Octauianus Robin. à tergo spectabili, & egregijs Iurisconsultis, ac Nobilibus vir Præsidi, & Quæstoribus Redditũum Extraordinariorum Status Mediolani nostris dilectis, & sigill. in cera rubea sigillo R. Duc. more solito. &c. R.C.

Eodem numero 377. ibi est enim verior, &
149 crebrior sententia iuramentum † insinuationẽ tollere. (Adde quod huic opinioni) subscribit Hieronymus de Ceuallus in speculo aureo com mun. opinion. quæst. 222. Donatio excedens. numero 13. versiculo sed contrariam sententiam. Tomo primo. vbi num. 14. & 15. limitando dicit
150 non procedere in donatione † iurata facta per Iudæum, & inquit primam opinionem, quę habet non tolli defectum, esse communem legistarum, & hanc vltimam esse canonistarum, cui in materia iuramenti standum esse dicitur. Rolan. Cauagn.

Num.394.

Rationes decidendi, quas hoc loco ponit Menochius satis sunt fragiles, & mendicatæ, nã-
151 que primò dicit Marchiam † fuisse Allodialem, & liberam, sed punctus est; id ipsum minus rectè probatum fuisse, & contrarium fuisse iure sancitum firmat idem Menoch in consilio 160. laudare in figuratione casus. lib. 2. Hinc nulla fuerunt placita partium, & conuentiones. Secundò dum admittitur feudum, sed illi adiungitur
152 facultas † alienandi, id ipsum astruitur, quod naturæ feudorum repugnat, quia vt abundè dixerunt,

runt, qui pro fendo scripscrunt, & nouissimè do
ctissimus ille Archiuista in cius responsione da-
ta ad compendium præsuppositi iuris Sabaudi-
ci licentia Domini requirebatur. Vltrà quod
353 ctiam † fcudatarius non valer alienare feudum
esto millies, quod esset alicnabile, nisi in perso-
nam gratam ipsi Domino directo. R.C.

Num.395.

Aducrsus dicta per Menochium hoc loco fa-
cit, non esse præsumendum, quod Imperator si-
354 nc caussę cognitione † declaraucrit pacta illi-
cita donationem non posse fieri de his bonis,
& fendo cuius dircctum dominium penes eum
residet, quia caussæ cognitio præsumitur adhi-
bita conformis rescripto Menochius in consil.
587. Respondendum verè videbatur. nume.40.
libr.3. Vltrà quod satis notorium erar Cameræ
Imperiali, quod illa Marchia erat feudalis, & in
355 notorijs nulla requiritur caussæ † cognitio cum
babeat vim confessionis, & sententiæ ex nota-
tis per Butrium in cap. cùm specisli. §. Porrò. nu-
mero 6. de appellat. Alba consilio 90. Ego sum
buius opinionis. numero 5. & dicitur tale no-
356 torium † probatio indubitata, & finira, quæ nul
la dicitur indigere discussione, Bald. in l. Ciues.
C. dc appellat. Menocb. dc tccuperanda posses-
sionc. temedio 5. numet. 56 t. Ant. de Butrio in
tract. de Notorio, nec porest dici, quod Cæsar
debuisset adhibere cognitionem caussæ sustinē
do isto interim eam spoliationem directi Domi
nij, & superioritatis, quæ videbatur facta per
illicitas pactiones, præsertim quia aduersus Cę-
sateam declarationem, per qusm omnia repo-
nebantur in pristino statu, poterat quandocū-
que audiri prout auditus fuit, & tandem pro-
nunciatum dispositiones factas de ipsis bonis,
& feudis non tenere, quæ similiter eo Imperio
quo factæ fuerunt rcuocari debuèranr, quod si-
cuti in pœnam contrahentis leges, & vsus feu-
357 dales statuunt nullitatem contractus in † exe-
cutionem illius vlterior non desiderabatur co-
gnitio caussæ, sed sola iustificatio facti. Roland.
Cauagn.

Num.399.

Fundamentum, quod facit hoc loco Menoch.
super obreptionibus, & subreptionibus rcuo-
cationum quas fecerunt Imperarores de pactis,
& donationibus ac laudo secuto super Montis-
ferrati Marchia satis est debile, quia geminatio
reuocationum, maximæ virtutis est ad notata
in l. Balista. ff ad Senatusconsulr. Treb. & scien-
tiam, ac maturam animi dispositionem arguit.
Bart. in l. cum scimus. numeto 11. C. de Agricol.
& Ccnsir. lib. 11. & habet vim specialis nomina-
tionis. Gozadinus in consil. 4. Prima facie vi-
detur dicendum. num. 25. & in consil 30. In hac
caussa de qua. num. 3. vbi dicit, quod geminatio
358 † adimit omnem dubitationem, & iura quæ hoc
loco Menochius allegat, non procedunt in actu
geminato. Nec est facienda vis super prima ob-
reptione, quod per metum, & fraudem laudum
obuenerit, & donatio similiter facta fuerit, quia
id ipsum probatum plenè reperitur, prout iii-
dem probata dicitur qualitas feudalitia. R.C.

Num.400.

Subreptiones quę narrantur hoc loco per Me
nochiū non attendūtur, quia esto qđ nō fuerint
narrata omnia, non tamen vitiantur ea Decre-
ta Cæsarea, quæ ad illud præcipuum attende-
rent, non potuisse Marchionem Montisferrati
pacisci de feudo Marchiæ, eo modo quò fecit
cum Ducibus Sabaudiæ. Vnde nihil refert, quod
non fuerit Imperatori narratam donationem fa
359 ctam de ipso feudo, & Marchia fuisse † pluries
ratificatam per filios Io. Iacobi, quia hoc erat
multiplicare nullitates alienationum, & dispo-
sitionum contra metam iuris feudalis, prout ēt
dicitur de iuramentis fidelitatum, quæ dicun-
tur Ducibus Sabaudię præstita per Marchiones
Montisferrati, vndè cum ista non fuissent suffi-
cientia ad remouendam Cæsaris sententiam.
Esto quod fuerint ommissa, non vitiant. R.C.

Num.458.

Satis caducum visum fuir hoc fundamentū,
namque Ducissa Margarita non venit ad feudū
ex inuestitura concessa per Sabaudiæ Ducem,
Ioanni, Iacobo, seu Ioanni primogenito, sed ex
antiquissimis inuestituris concessis maioribus
160 suis per Carolum † Quartum, vsque dc anno
1369. per Vincislaum Imperatorem anno 1384.
Per Federicum, anno 1464. pet eundem anno
1481. Per Maximilianum anno 1494. Per Caro-
lum Quintum anno 1552. Quarum tenore, fęmi-
na descendens nullo cxtante masculo admitti-
tur, prout aliss ctiam cuenerat, namque de an-
no 1310. finita linca masculina Domus Saxoni-
cæ, obuenit feudum Marchiæ prædictæ in Iolā-
tam sororem Ioannis, qui descenderat ex Aled-
ramo, quæ postmodum feudum ipsum trans-
misit in Theodorum Paleologum, qui dc anno
1310. 25. Octobris fuit dc Marchia Montisfer-
rati per Henricum Septimum inuestitus, ex cu-
ius proindè linea cum sola superstes fuerir. Mar
garita matrimonio iuncta cum Federico Gonza
ga Duce Mantuæ, meritò successit in feudo.
Hinc meritò possidetur, per Serenissimum Fer-
dinandum Gonzagam, eiusdem Margaritæ pro-
nepotem de præmissis autem inuestituris pas-
sim fit mentio per scribentes, tùm præsertim
per Menochium in consilio 160. in facti specie
Montisferrati marchia. lib. 2. R.C.

Eodem numero, non videtur tuta propositio,
quam facit hoc loco Menochius, quod fęmina
161 † semel exclusa perpetuo remanear exclusa,
quia hoc dictum non procedir, vbi fęmina non
simpliciter excluditur, sed dum vocatur in in-
uestitura pro masculis, & fęminis ordine succes-
siuo dicitur ex natura rei datus ordo prælatio-
nis masculorum ad feminas, quo casu masculis
nolentibus, vel existentibus incapacibus fęmi-
na dicitur admitti; vt in terminis statuti exclu-
dentis fęminas propter masculos; dicit Brunus
in tractatu quòd stantibus mascul. articulo 10.
num. 23. R.C.

Num. 160.

Tenet hoc loco Menoch. quod iuramentum
165 in contractu adhibitum aufert beneficium. l. 2.
C. de rescind. vend. quod etiam probauit idem
Menochius in consilio 1263. Hac de proposita.
nu. 18. lib. 13. Vbi hunc locum citat, & pro ista
sententia enumerar viginti tres Doctores, &
subdit hanc opinionem habere locum, quando
tentatur rescisio contractus, non autem quan-
do petitur suppleri pretiū, sed improbatur per
Fachineum. lib. 2. Controuers. Iuris. cap. 17. vbi
adducir fundamenta, & authoritates, & con-
trarijs respondet. R.C.

Num.

Num.420.

De veritate iſtius opinionis,quòd valeat cō-
163 ceſsio feudi vaſſalli viuentis in genere † nullo
certo vaſſallo demonſtrato videndus eſt An-
dræas Fachin.lib.2 controuerſ. iuris.c.28.R.C.

Num.458.

De natura huius feudi cuius hic memini, vi-
164 de † quæ dixi iuſra in conſilio 160. laudare.nu.
3.& 4. vol.v.Iac. Menoch.

Num.460.

Debile ſatis eſt hoc fundamentum,quod Mar
garita ſuccedens in feudo Marchiæ Montisfer-
rati non ſuſcepetit inueſtitutam à Duce Sabau-
diæ intrà annum, & diem, namque ſi intendit
nullum ius directum potuiſſe transferri in ipsū
Sabaudiæ Ducem, quomodo debuit pendente
articulo ſibi præiudicare, vtique non eſt vide-
166 re † per regulam, quod pendente diſputatione
ſupet eo, quod prius expediendum eſt nullum
currit tempus, etiam quod inde cōtingeret pro
nuntiari contra eum ad cuius commodum pen-
det dilatio temporis, faciunt notata per Ale-
xandrum in conſilio 42. In cauſſa, & lite. libr.3.
& per Nattam in conſilio 171. in cauſſa, & quę-
ſtione. num.16.vol.1. vbi dum diſputatur ſuper
articulo non currit terminus, facit etiam,quod
vbi lex vnum diſponit, alterum præſupponen-
167 do, † non procedit diſpoſitio, niſi prius verifi-
cetur pręſuppoſitum. gloſ.ad l. Mancipia.in ver
bo aduertendum,de ſeruis fugitiuis. R.C.

Eodem numero. verſic. Non obſtat nunc fa-
cilè corruunt ea quę hoc loco ſcribit Menocb.ſi
dixerimus, quud omni caſu, vſq; de anno 1310.
& ita longè antequam fierent ea pacta,quæ ſup
168 ponuntur fuiſſe de anno 1330. † Marchia Mon-
tisſerrati fuerat feudalis, vt ex inueſtitura pri-
mi Theodori ſuſcepta per eum, & conceſſa per
Henricum Septimum, vtſuprà in obſeruatio.ad
numerum 458. dictum fuit. & ipſemet Meno-
chius probat in figuratione caſus conſilij 160.
laudare.lib.2. R.C.

Num.468. & 470.

Dicitur hoc loco, quòd in feudo hæreditario
fœmina non eſt capax, quod dictum probat
169 in conſilio 1276. Reſpondendum hoc de con-
trouerſia. num.3.libr 13. vbi in hanc ſententiā
numerat trigintaquatuor Doctores, pro priori
tamen opinione,tenuit idem Menochius in con
ſilio 391. non ignoro difficilem, & dubiam.nu-
mero 36.lib.4. & in conſil.443. Petegregijs his
propoſitis.num.69.libr.5.in conſilio 745. Cum
grauis hæc controuetſia.num.16.lib.8.in conſi-
lio 986. De prima propoſita dubitatione,nume
rus,& in conſilio 999. De peregregijs his mul-
tis propoſitis.nu.17.lib.10. Rol.Cauag.

Num.485.

Prætenſio hæc poterat ommitti, quia exta-
bant maſculi comprehenſi in inueſtitura, quo-
170 rum exiſtentia † fęminam Blancam dicebatur
excludere,vt ſuperius dictum fuit.R.C.

Super hac cauſſa in qua diu elaborando ſcri-
pſit Menochius pronuntiatum fuit per Carolum
171 † Quintum Imperatorem inuictiſſimum 3. No-
uembris 1536. In Ciuitate Ianuæ,pro Sereniſſi-
mis Duce Mantuæ, aduetſus Sabaudiæ Ducem,
& contra Marchionem Saluciarum, cuius pro-
indè tenot connectitur inferius.

CAROLVS diuina fauente clementia, Romanorum Imperaror Auguſtus. Defuncto Illuſtr. Ioan. Georgio vltimo Marchione Montisferrati ex linea Paleologa Marchiam, & ſtatum Mōtisſerrati ſub noſtram Imperialem manum reduximus; tùm vt quod Cæſareæ dignitati, & Iuſtitiæ conueniret præſtare poſſemus; tùm vt prouideremus ne quid de facto, & vi attentaretur. Quod Italicæ Paci.& Tranquillitati obſiſteret cumque pro more noſtro nihil magis cu peremus, quam in hoc negotio de plano procedi, & cum ſumma æquitate,& iuſtitia proſpici. Vt oībus volentibus de iure ſuo experiri equa lance vera, & breuis iuſtitia adminiſtraretur cauſſam dictæ Marchiæ quondam Antonio de Leyua Principi Aſculi Marino Catracciolo Protonotario tuuc Apoſtolico,nunc Cardinali, & alijs condelegatis cognoſcendam, & vſque ad ſententiam excluſiuè inſtruendam commiſimus, vt illam legitimè inſtructam cum eorum conſilio.& ſenteutijs nobis decidendam remitterēt. Coram quibus delegatis comparuere,& Procuratores Illuſt. Principum Ducum Sabaudię, & Mantuę,ac Marchionis Saluciarum prętendentes, ius vniuerſale, & particulare ad Marchiam prædictam, ac nonnulli alij prætendentes ius particulare ſuper aliquibus locis, & Caſtris dictæ Marchiæ, & tàm coram dictis delegatis,quam coram alijs noſtris delegatis in dicta cauſſa Neapoli videlicet Maio vice Cancel.&c. Vſque ad concluſionem in cauſſa excluſiuè proceſſerunt, & ita cauſſam inſtruxerunt, vt meritò illius deciſioni incumbere illique vltimam manū imponere,& id præſtare debeamus,quod huiuſmodi cauſſæ, & perſonarum grauitati, & temporibus iſtis conuenire arbitramur. Iccirco habita prius, & audita à dictis noſtris delegatis diligenti cauſæ relatione,& intellectis eorum iuditijs,& ſuffragijs, ac viſis, & omnibusq; diligenter,& matnrè diſcuſſis, & examinatis. Accedente etiam conſilio, & narura deliberatione aliorum procerum noſtrorum, patribus pro hac die, & hora ad audiendum ſententiam coram nobis legitimè citatis. Ante omnia ex ſuprema noſtra poteſtate, & Cæſareo officio, cauſam hanc inter dictas partes, tàm ius vniuerſale,quàm particulare ſuper dicta Marchia Montisſerrati, & bunis locis, & caſtris dictę Marchiæ prætendentes, tàm in poſſeſſorio,quā in petitorio concludentes, & pro concluſa habere volentes CHRISTI nomine inuocato in hunc, qui ſequitur modum diffinitiuè pronunciamus, & declaramus. In primis, quoad petitionem vniuerſalem Illuſtr. Franciſci Marchionis Saluciarum perentis ſibi Marchiam adiudicari cauſis de quibus in proceſſu. Pronunciamus,& declaramus.nullum ius dicto Marchioni Saluciarum competere in dicta Marchia Mōtisferrati, & ſtaru, & bonis per eum petitis. Ad petitionem autem particularem dicti Illuſtr. Marchionis Saluciarum reintegrationis poſſeſſionis, & adiudicationis ciuitatis Albæ pronunciamus, & declaramus in iuditio poſſeſſorio nullum ius competere dicto Marchioni Saluciarum in petitorio, tàm dicto Marchioni Salutiarum,quàm Ciuitati Albæ. Ius, quod eis competere prætendunt releuando. Ad petitiones vero vniuerſales Illuſtr. Ducis Sabaudiæ,tàm ra

tione

tione pacti dotalis, quam ratione successionis ex persona,& iure Violantæ filiæ Theodori primi Marchionis Montisferrati,ex linea Paleologa,quam ex persona, & iure hæreditario Blancæ filiæ Marchionis Gulielmi. Pronunciamus,& declaramus nullum ius vniuersale ex dictis causis,& petitionibus dicto Illustr. Sabaudiæ Duci in dicta Marchia Montisferrati, & bonis supradictis competere. At in petitione particulari dotis octuaginta mille ducatorum dictæ Blancæ declaramus dictam dotem deberi prædicto Duci Sabaudiæ,vt hæredi dictæ Blancæ eamque sibi adiudicandam esse, prout adiudicamus super bonis allodialibus,mobilibus, & immobilibus, & super melioramentis factis in Marchia Castris, & locis per tunc Marchionem Gulielmum dictæ Blancæ patrem possessis ratione hypothecæ,& iurium dotalium saluis exceptionibus,tam solutionis,quam alijs si quæ competūt in executione reseruatis.In petitione verò vniuersali Illustr.Fedrici de Gonzaga,& Margaritę Paleologæ coniugum Ducum Mantuæ, tam circa possessorium, quam petitorium. Pronunciamus, & declaramus dictam Marchiam Montisferrati,& Castra,& loca feudalia, & alia p Marchiones Paleologos possessa fore, & esse illis ad iudicandam,& adiudicanda, prout illa eis adiudicamus. Reseruatis locis bonis, & castris, de quibus in donatione facta à Ioan. Iacobo Marchione Montisferrati Illustr. Amedeo tunc Duci Sabaudiæ,vt infra super quibus pronunciamus, & declaramus quoad dicta bona de quibus est contentio inter dictas partes ratione, & causæ dictæ donationis, & infeudationis per dictum Illustr.Ducem Sabaudiæ prætensarum prędictos Duces Mantuæ immittendos esse in possessionē dictorum locorum bonorum, & castrorum,& totius Marchiæ. Reseruata tñ nobis diffinitione petitorij ex eisdem actis super bonis, & castris prædictis. Ita tñ, quod prædicti Illustr. Duces Mantuæ in prædictā possessionem non immittātur,nec illam quouismodo assequi possint, nisi prius præstiterint ad manus nostras idoneam,& sufficientem cautionem pro arbitrio, & satisfactione nostra de relaxatione, & dimissione reali,& effectuali possessionis locorum, & castrorū prædictorū,& se submisserint sub pęna amissionis omnium iuriū,quæ prætextu huius sententię dictis Illustr. Ducibus Mātuæ in dicta Marchia, & bonis cōpetere posset, casu quo repertū fuerit,& pronuntiatum prædicta loca, & castra, & bona ad Illustr. Ducē Sabaudiæ spectare, & pertinere. Quam quidem sententiam intendimus proferre infra annum,& interim quandocunq;, & ad dictam sententiam audiendā partibus mādamus, vt suos idoneos procuratores in curia nostra habeant prolaturi sententiam eorum cōtumacia nō obstante. Quantum verò attinet ad fructus perceptos tpe sequestri de dicta Marchia,locis,& bonis Illustr. Ducibus Mantuæ adiudicatis fructus omnes prædictos præfatis Illustr.Ducibus Mantuæ adiudicamus.Ita tamen, qd habeatur ratio impensarū, & sumpturum ꝓ gubernatione,conseruatione, & manutentione prædicti Marchionatus tempore dicti sequestri rationabiliter factorum per Ministros nostros, quas quidem expensas prædicti Illustr. Duces compensare,& soluere teneantur. Circa petitionem dotis, & castrorum per Illustr. Annam de Alenconio factam, quia plenè non constat de eius intentione,reseruamus iura quæ sibi competunt in alio iuditio. In petitione verò dotis, & donationis propter nuptias quatuordecim mille scutorum Illustr. Domine Iuliæ de Aragonia,pronunciamus, & declaramus dictā summā quatuordecim mille scutorum dictæ Illustr. Iuliæ deberi,& pro illis fore, & esse sibi obligata, & hypothecata bona omnia feudalia dictæ Marchiæ, & alia castra omnia, & bona per dictum Ioannem Georgium eius virum tempore obitus possessa. Ad petitionem, & supplicationem Casalensium dicimus, & declaramus dictos Duces Mantuæ esse immittendos in possessionem dictę Ciuitatis Casalis; ad alias verò petitiones particulares dictæ Ciuitatis Casalis, de quibus in processu,quia non plenè constat de iuribus per eos prætensis dicta iura si quę eis competunt in petitionibus prædictis fore,& esse eis reseruanda. In petitionibus etiam, & supplicationibus vassallorū dicti status, & Marchiæ, Declaramus illorum supplicata locum non habere. Ad petitiones verò particulares Ciuitatis Ianuensis, Vercellensis &c. Qm̄ processus causarū prędicta rū non sunt plenè instructi earū deliberationem nobis reseruamus, cōmittentes earū cognitionē,& diffinitionē admodum Reuer. Card. Marino Carracciolo, & ita in omnibus supradictis pronuntiamus, & declaramus, & ad maiorem corroborationem manu propria scripsimus &c.

Ad Consil. 2. magni ponderis controuersia.

SVMMARIVM.

1 *Finarium dicitur feudum Imperij, & num. 66.*
2 *Res iudicanda est in eo statu in quo reperitur.*
3 *Imperator dicitur Iudex competens omnium controuersiarum, & dicitur ordinarius legatus, seu proconsul Dei.*
4 *Iurisdictionem qui exercent, vel mediatè, vel immediatè à Deo dependent.*
5 *Finorium dicitur esse eius natura, cuius est Montisferrati Marchia nunc ducatus.*
6 *Extrema sapiunt naturam extremorum.*
7 *Forum quis sortitur ratione delicti.*
8 *Reseruatio nihil iuris tribuit, sed seruat ius competens illæsum.*
9 *Respublica Genuensis, an sit exempta ab Imperio.*
10 *Imperij iura, an possint alienari per Imperatorem.*
11 *Imperij maiestas, & honor, an possint alienari.*
12 *Principi reseruata in signum superioritatis, & vniuersalis dominij non possunt alienari.*
13 *Priuilegium Imperatoris concessum Reipublicæ Genuensi, qualiter sit intelligendum declaratur.*
14 *Mediolani Dux, quandoque se Genuæ dominum vocauit in pluribus instrumentis.*
15 *Dispositio superuacanea non potest censeri, quando potest aliquid operari.*
16 *Regaliū concessio non complectitur ea quæ sunt reseruata Principi in signum superioritatis.*
17 *Princeps si concesserit aliquid in præiudicium suæ dignitatis supremæ potest illud reuocare.*
18 *Imperator communicans alteri merum imperium, imò maximum, non abdicat a se ipso superioritatē, quam habet ratione imperij.*
19 *Persona concedentis non comprehenditur in concessione, declara numero 20.*

C In

21 *In fauorabilibus, quis censetur primo loqui de se ipso, & inde de alijs.*
22 *Prima charitas incipit à se ipso.*
23 *Persona loquentis non comprehenditur in concessione in præiudicialibus.*
24 *Lex iuqu sisia. C. de solutionibus declaratur.*
25 *Princeps confirmans statuta non dicitur ea confirmare in his quæ faciunt contra se.*
26 *Priuilegia exemptionis, & separationis sunt odiosa, & strictæ interpretationis.*
27 *Nemo præsumitur concedere priuilegium contrà se.*
28 *Finarium dicitur esse in liguria.*
29 *Argumentum à parte ad totum, quandò procedat, & num. 30.*
31 *Historijs an sit fides adhibenda.*
32 *Cronicis antiquis, quando sit credendum.*
33 *Historijs tanta fides adhibetur, quanta est auctoritas publica, qua comprobantur.*
34 *Suspectus in cognoscenda an sit suspectus in delegando.*
35 *Bruni consilium 31. improbatum à Menochio per auctorem comprobatur.*
36 *Feudatarius vbi est inimicus subdita suo priuatur iurisdictione in eum, & quid soleat Excellentissimus Mediolani Senatus ea casu decernere.*
37 *Imperator respectu iurisdictionis habet præsumptionem pro se.*
38 *Imperator regulariter non declarat se Iudicem incompetentem omninò priuatiuè.*
39 *Exceptio friuola cognoscitur, quandoque ex sola deductione.*
40 *Subditus quis sit ratione delicti, & spolij.*
41 *Spolians sortitur forum spoliati.*
42 *Imperatori interest feudatarium suum non opprimi.*
43 *Imperator est Iudex omnium iudicum.*
44 *Imperator an sit dominus totius mundi, & quomodo id intelligatur respectu eorum, qui non subsunt ei. num. 45.*
46 *Purpuratus in Rubrica. ff. de iurisd. omn. iudic. num. 20. declaratur.*
47 *Non recognoscere, & æquiparari sunt diuersa.*
48 *Serenissimus Dux Mantuæ, & Montisferrati potest omnia in suis dominijs, quæ potest Imperator in vniuerso orbe.*
49 *Clausula illa, qua principes vtuntur in suis edictis ante nomen dignitatis Dei gratia, quid significet.*
50 *Mediolani Dux, an Imperatorem recognouerit.*
51 *Curtius senior in consilio 49. declaratur.*
52 *Bologn. in consil. 1. declaratur.*
53 *Priuilegij concessio superioritatem arguit.*
54 *Riminald. senior in cons. 268. num. 41. lib. 2. perpenditur, & declaratur.*
55 *Frustra precibus impetramus, quod iure communi conceditur.*
56 *Verba enunciatiua Principis, an probent.*
57 *Mascard. de probationib. conclusione 1228. num. 97. & 98. non recipitur.*
58 *Verba enunciatiua Principis, an inducant tantam præsumptionem, vt onus probandi contrarium in aduersantem transferant.*
59 *Clausula datum in ciuitate nostra, an præiudicet illi ciuitati, quæ se fundat in priuilegio, vbi est inserta clausula prædicta.*
60 *Lex si filiusfamilias. ff. Ad Senatusconsultum Macedonianum declaratur.*
61 *Recipiens litteras, & illis non contradicens videtur sibi præiudicare.*
62 *Producens litteras videtur sibi præiudicare.*
63 *Expressi maior est virtus, quam taciti.*
64 *Vbi te inuenero ibi te iudicabo, quomodo sit hoc dictum intelligendum.*
65 *Iudex originis, vel domicilij, an cognoscat de delicto per subditum commisso in alieno territorio, & numero 67.*
68 *Criminaliter etiam agi potest ex spolio.*
69 *Lex prima. C. vbi de Criminibus agi oporteat declaratur.*
70 *Decisio 319. Capellæ Tholosanæ perpenditur contra Menochium.*
71 *Debitor in loco contractus conuenitur si ibi reperiatur.*
72 *Iudicare non potest, quis in causa eius à quo depẽdet.*
73 *Caput vbi est suspectum cætera mẽbra sunt suspecta.*
74 *Qui non vtitur priuilegio non potest allegare, quod sit validum.*
75 *Priuilegians ciuitatem non videtur dedisse exemptionem à se ipso, quando in data apposita est clausula in Ciuitate nostra.*
76 *Priuilegia concessa ob benemerita, an sint reuocabilia.*
77 *Imperator potest supprimere iurisdictionem singulorum, ac etiam Ciuitatum, declara num. 78.*
79 *Princeps reuocat priuilegia per eum concessa in præiudicium suæ dignitatis, etiam quod fuerint facta ob benemerita, declara tamen, vt num. 80.*
81 *Princeps non potest concedere Regalia in præiudicium successorum.*
82 *Iudicium declinare quando quis dicatur.*
83 *Lex sed & si susceperit. ff. de iudicijs declaratur.*
84 *Approbatus semel, an possit recusari.*
85 *Appellatio non datur à sententia Imperatoris, sed tantum reuisio, & recursus.*
86 *Nil innouari appellatione pendente, quando procedat.*
87 *Canonis redintegranda. 3. q. 1. remedium dicitur omnium plenissimum, & tutissimum, & quare. numero 88.*
89 *Contractus meticulosus, vt tollatur, an sit opus remedio rescissoria.*
90 *Metus si dedit caussam contractui facit, vt contractus non valeat, perindè, ac dicimus de contractu cui dolus caussam dederit.*
91 *Canonis redintegranda 3. q. 1. remedium an competat tantum clericis pro rebus Ecclesiæ.*
92 *Clausula sola veritate inspecta, quid operetur ad hoc vt censeatur cumulatum petitorium cũ possessorio.*
93 *Spoliatus iniustè etiam à Iudice in primis, & ante omnia restituendus est.*
94 *Proprietatis exceptio an admittatur in interdicto Canonis redintegranda.*
95 *Exemplis non est iudicandum.*
96 *Compromittere non licet de re feudali.*
97 *Compromittere non potest, qui de re liberè disponere non valet.*
98 *Compromissum vbi est nullum dicitur similiter laudum nullum.*
99 *Accessorium non valet, vbi nullum est principale.*
100 *Principis factum ex certa scientia reuocari non potest.*
101 *Audiri quis non debet contra id quod Princeps ex certa scientia facit.*
102 *Clausula ex certa scientia, cuius sit virtutis. n. 125.*
103 *Fidelitas an & quando arguat feudum.*
104 *Inuestire, & disuestire arguunt naturam feudi, seu reseruationem dominij.*

Dignitas

145 *Dignitas concessa tei, vtputa Marchionatui arguit feudum.*
106 *Imperator potest alienare oppidum villam, vel ciuitatem, sed non præsumitur ab eo abdicere superioritatem.*
107 *Feudum dignitatis non præsumitur datum cum facultate diuidendi, declara numero 108.*
109 *Præscriptio non datur sine possessione ciuili.*
110 *Ciuilis possessio, quam Dominus habet respectu directi dominij in feudo, quomodo ammittatur.*
111 *Feudum concessum cum potestate alienandi, an possit transferri in alium per hæredis institutionem.*
112 *Potentior in quem probibetur alienatio, quomodo intelligatur.*
113 *Alienatio quæ fit in rempublicam dicitur fieri in duriorem caussam.*
114 *Amartisatio, quid sit.*
114 *Alienatio, quæ fit in Rempublicam dicitur fieri in potentiorem, & quare.*
116 *Vniuersitas æquiparatur minori Ecclesiæ, & forensi.*
117 *Præsumptio semper est pro sententia.*
118 *Citatio, quando possit ommitti.*
119 *Lex de vnoquoque. ff. de re indic. declaratur.*
120 *Comparens coram Iudice, iurisdictionem dicitur prorogare.*
121 *Citatio potest ommitti, quando certi sumus citatum nolle venire.*
122 *Belli timor iustum metum inducit.*
122 *Genuenses affluunt auro, & argento.*
124 *Metus cadit in eos, qui non sunt in libera facultate ad arbitrium eorum faciendi.*
125 *Compromissum factum in personam suspectam arguitur meticulosum.*
127 *Lex bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. declaratur remissiuè.*
128 *Priuilegium ne currat præscriptio ab Imperatore cōcessum alicui non habet locum contra Imperium.*
129 *Concessio quantumuis generalis non comprehendit personam concedentis.*
130 *Priuilegij concessio arguit subiectionem.*
131 *Bona fides Imperatoris semper præsumitur.*
132 *Bona fides non cadit in eo, qui spoliat.*
133 *Occupans de facto, ammittit ius suum.*
134 *Sententia bonam fidem arguit.*
135 *Dominium translatum ex laudo ratificato, & iura eo reuocatur.*
146 *Pares curiæ eliguntur, vbi adest controuersia inter contendentes de feudo, quorum vnus prætenditur directus alter verò vtilis dominus.*
137 *Negligentia procuratoris nocet domino.*
138 *Procurator, qui recedit à loco iudicij nulla facta per eum substitucione, iuxtà facultatem sibi concessam præsumitur recessisse de mandato domini.*
139 *Procuratores ad negotia grauia solent habere instructionem priuatam, & separatam.*
140 *Procuratore recedente à loco iudicij, quando non sit opus noua citatione.*
141 *Litigatoris absentia suppletur ex præsentia Iudicis.*
142 *Procuratoris contumacia an noceat domino, quid vbi sit missio in possessionem ex secundo decreto. numera 143.*
143 *Curtius Iunior in l. prima. § si procurator. numera octauo. ff. si quis indic. non abtemperauerit declaratur.*
145 *Procurator si non fecerit id ad quod deputatur à Domino tribuitur culpæ ipsius Domini, qui peccauit in electione.*
146 *Appellatio notoriè calumniosa debet sperni.*
147 *Mediolani Senatus Excellentissimus, quid soleat decernere, vbi adest appellatio notoriè calumniosa.*
148 *Capitula in dubio sunt admittenda saltem cum clausula saluo iure impertinentium, & non admittendorum, quid operetur.*
149 *Clausula saluo iure impertinentium, & non admittendorum, quid operetur.*
150 *Capitula Actoris desumuntur ex corpore libelli.*
151 *Capitulorum pertinentia, & impertinentia, quomodo cognoscatur.*
152 *Aedificans scienter in re aliena, perdit melioramenta, non tamen necessaria. num. 152.*
154 *Prædo perdit impensas, & melioramenta facta in re de facto occupata. limita num. 155.*
156 *Mala fides attenditur etiam ab origine.*

CONsultationem hanc ad eum finem tendētem, quod Imperator non sit dominus di-
1 rectus feudi † finarij, haud tutam semper credidi, cum illud per antiquissima tempora recognouerint Genuenses in feudum dependens ab Imperio, prout ipse Menochius etiam passim meminit, vnde & ab istis recognitionibus scienter factis petitis, scilicet, & concessis visum fuit per declinationē Iudicis non posse recedi, quia
2 iudicanda sit res in † eo statu in quo reperitur, tum præsertim in iudicio intentato, & in dubio negari non potest quin Imperator sit Iudex
3 competens omnium † controuersiarum, & dicitur ordinarius legatus, siue procōsul Dei. Bald. in commentatiolo super pace constantiæ. num. 1. & isto casu satis dicitur Imperator habere intentionem suam fundatam videlicet, quòd omnes iurisdictionem exercentes, eam eius nomi-
4 ne mediatè, vel immediatè † exerceant, vt probat Hēricus Rosentalis in Synopsi feudali. cap. Quinto. conclusione 4. num. 1. & cum hoc loco
5 dixerit Menochius feudum hoc Finarij † in omnibus assimilari, & esse eiusdem naturæ, cuius fuit Marchia Montisferrati, satis planum est eodem iure censeri. Locum illum Finarij esse feudalem, prout talis fuit Marchia Montisferrati, quod etiam locorū vicinitas probat, quia dicantur extrema saperè naturam extremorū. Arbor quæ. ff. commun. diuid. Rolan. Cauagnol.

Num. 41.

Poterat longus hic discursus ommitti, quia esto, quod Genuenses exempti fuerint à subie-
7 ctione Imperatoris, † attamen quia agebatur de spolio commisso in feudo Imperiali poterit iudicium exerceri etiam in non subditum, qui ratione spoliationis forum sortitur. l. 1. C. de Iurisd. omn. Iudic. Auth. Qua in prouincia. C. de crim. Rolan. Cauagnol.

Num. 53.

Quod illud diploma Cæsareum Caroli Quinti, loquatur de exemptione à iurisdictione Imperij, hoc opus hic labor, non enim hoc ipsum ibidem legitur; Quinimò cum Imperij iura sint reseruata in ipso diplomate, non licet ab eo desumere vim aliquam exemptionis, licet enim vt Menochius infra loquitur. num. 56. & sequenti-
8 bus reseruatio † nihil iuris tribuat, attamen per hoc ipsum non infertur, quominus apte debeamus arguere per ipsum diploma Cæsareum

Carolum Quintum nihil iuris respectu præsuppositæ exemptionis tribuisse Reipublicæ Genuensi, quia sicuti reseruatio nihil iuris tribuit. Ita ius sibi competens seruat illæsum. Ruinus consilio 40. pro euidentia dicendorum. numero 7. lib. 1. cum multis alijs relatis per Menochium in consilio 319. Respondendum videhatur hanc missionem. num. 22. lib. 4 quod etiam probat idem Menoch. infrà hoc eodem consilio 2. num. 73. dùm inquit nihil Carolum Quintũ, nihilque cæteros eius antecessores transtulisse
9 in Rempublicam † Genuensem, sed tantum declarasse eam liberam, quod dictum extendit, et aduersus Imperium, verùm vtrum hoc istud ita sit. Eodem numero 73. diffiniemus. R. C.

Numero 69.

Versic. Nec quoque superuacanea videtur hæc disceptatio, an possint iura Imperij in aliũ
10 alienari † per Imperatorem, cùm appareat per reseruationem factam per ea verba saluis Romani Imperij iuribus. Eadem Imperij iura fuisse retenta, & reseruata, vtsupra dictum fuit. Rol. Cauagn.

Num 70.

Contra Menochiũ hoc loco facit, quod superio-
11 ritas maioritas, & Imperij maestas, & honor, nõ possint in alium transferri, cum nullus inferior sit capax, nec possint euelli de corpore Imperij, vnde non potest inferior sic acquirere, vt videatur exemptus à suprema potestate, & sit quodã-
12 modo acephalus, quia quæ sunt † reseruata Principi in priuilegium, & in signum vniuersalis dominij, sic soli Imperatori, vel ordini Papali competunt, vt quoad alios non sint quæsibilia, & sic inhæret superioritas ossibus Imperij, vt separari non possint, ita post multos, quos allegat probat Ioannes Baptista Caccialupus in repetitione. l. Imperium. ff. de iurisdict. omn. Iudicum. num. 35. R. C.

Num. 73.

Dùm inquit hoc loco Menochius, quod declaratio facta per Carolum Quintum, & cæteros alios Cæsares antecessores, Genuensem Rẽpublicam esse liberam trahatur etiam ad libertatem erga Imperium, visus est mihi non benè argumentari. Namque dùm inquit, quòd alias Imperatorum assertio nihil operaretur. Tolli posse videtur si dicatur mihi libertatem prædi-
13 ctam à cæteris omnibus † Italiæ Principibus, tũ præsertim ab his, qui eandem Rempublicam diu occuparunt, vt inter cæteros fecit. Philippus Maria Dux Mediolani, qui similiter Domi-
14 num † Ciuitatis Genuæ, & illius ditionis se ipsum vocitauit, vt constat pluribus inuestituris, & publicis instrumentis conscriptis, vsque de anno 1431. in inuestitura concessa q D. Antonio, & Bertolameo fratribus de Carreto die 9. Nouembris, & pluribus alijs, quæ venerunt ad manus meas, ex quibus infertur, quod per aliqua tempora ante annum 1421. dominium Reipublicæ Genuensis retinuit, vt probat eruditissimus I. C. Dominus Scipio Casanoua inter Decisiones meas consultiuas in secundo libro post decisionem 71. nume. 2. per quos actus occupationis ne videretur ille Princeps, & qui uis alij dependentes ab eo aliquid iuris acquisiuisse, non est mirum, quod Genuenses procurauerint apud Cæsares eas declarationes quarum memi-
15 nit hoc loco Menochius, cuius † propositio per hanc instantiam ad nihilum reducitur, quia satis est, quod operetur in aliquo. Nec quidquam facit consideratio, quod verba illa liberam, & exemptam sint generalia. seu verius indefinita, quia si videmus, quod regalibus in genere con-
16 cessis non veniunt reseruata † Principi in signũ supremæ auctoritatis, vt diligenter aduertit Ossascus decis. 29. & 101. num. 12. quanto magis id ipsum dicendum erit in casu factæ simplicis declarationis. Faciunt ad hoc propositum notata per Grammaticum in decis. 28. nu. 14. per quæ dicitur, quòd si Princeps concesserit aliquid in
17 præiudicium suæ dignitatis, seu auctoritatis † supremæ, potest illud reuocare, & non tenetur obseruare. Hùc etiam pertinent ea per quæ dicimus, quod Imperator communicãs alteri merum imperium. Quinimò etiam maximum non
18 abdicat † à se ipso maioritatem, & superioritatem, quam habet ratione Imperij, vt supra diximus num. 12. & probat etiam Ioann. Caccialup. ad l. cunctos populos. num. 12. C. de Summa Trinit. & fide cathol. Rol. C.

Num. 75.

Declinare intendit obiectum, quod persona
19 concedentis † non comprehendatur in concessione, sed declinatio satis est debilis, namque dùm inquit, quod in dispositione fauorabili, per sona disponentis comprehẽditur id ipsum agir, quod obiectum firmat, quia si per dispositionẽ
20 superioritas tolleretur † Imperij non vtique fauorabilis esset, nec respectu rei; nec respectu personæ in cuius Rei fidem peto Crauettam in consilio 274. In hac caussa Monasterij, numero 12. libro 2. à quo simul & à Socino fallentiam ipsam desumit. is enim dicit, quod in fauorabili-
21 bus † censetur, quis potius loqui de se ipso, quã
22 de alio, quia prima † charitas incipit à se ipso. l. Præses. C. de seruitutibus. & aqua, sed vbi tractatur de concessione extendenda in præiudicium concedentis, tunc versamur in odiosis, quo ca-
23 su persona loquentis non includitur, † quia non est verosimile, quod concedens voluerit sibi præiudicare. & ad hoc est aduertendum, tùm præcipuè, quia repugnat clausula reseruatiua, cuius supra meminimus, quæ in dicta concessione reperitur apposita ibi saluis Romani Imperij iuribus, per quam sic vrgens mihi resultat argumentum contrarium, quod persona concedentis in concessione non comprehendatur, cui ni-
24 hil magis, cui ẽt illud est affine quod ex † l. Inquisitio. C. de solutionibus dicimus, quod Prin-
25 ceps confirmare statuta non dicitur † ea confirmare contra se ipsum, vt post Cardinalem Zabarellã. Brunum, & alios scribit idem Menochius in consilio 250. Cum interrogatus sim, vt hac de percelebri. numero 19. & 53. libro 3. Cui rei accedit ea vulgaris paræmia iuris, quæ habet pri-
26 uilegia separationis, & exemptionis † esse odiosa, & strictissimam pati interpretationem. cap. Priuilegia de priuilegijs Abbas in cap. cum dilectus de donationibus. Menochius in cons. 75. Hæc iamdiu controuersa dubitatio. num. 18. & sequenti. lib. 1. & alibi dixit idem Menochius,
27 quòd nemo † præsumitur concedere priuilegiũ contra se ipsum, vt in consilio 1007. numero 4. lib. 1. & in hanc rem facit id quod in simili dicimus de Comite Palatino legitimante naturales

les

les ad feuda, qui nunquam censetur legitimas-
se ad feuda sui superioris, & sic ad feuda con-
cedentis facultatem, per ea quæ dicit Marcus
Anton.Peregrin.in consilio 5.Ad singula dubia.
numero 23.libro 1. R.C.

Num.85.

Argumentatio quam facit hoc loco Menoch.
28 Finarium est † in Liguria. Ergo sub ditione Ge-
nuensium reperitur, seu præsumitur esse, nimis
lata est, & peccat consequentia per negationē
termini antecedentis, quia non omne, quod est
situm in Liguria dicitur sub iurisdictione Ge-
nuensium, namque in primis erat probandum
Genuenses fuisse dominos totius Liguriæ, quia
29 tunc si finarium probabitur pars Liguriæ, dubio
procul intraret præsumptio, & ita isto casu lo-
queretur Doctores allegati per Menochiū, tùm
præsertim Socinus senior in consilio 8c. In caus-
sa communitatis.num.6.lib.1 dum arguendo di
cit, quod id omne, quod reperitur intra fines,
præsumitur esse de finibus, vel illius cuius sunt
fines ex Baldo in Rubr. C.de contrahenda em-
ptione. En igitur, quod præambulum ad istam
conclusionem illud est, quod dominium suppo-
30 nitur de finibus, & sic militat † argumentum
de parte ad totum. Porrò cum nullibi docea-
tur, quod Genuenses fuerint Domini totius Li-
guriæ, non procedit deductio facta.R.C.

Num.87.

Quod dicit hic Menochius, ex Episcopo Ni-
biensi non videtur mihi concludere, vel quia
31 Historijs non est tanta † fides adhibenda.vt su-
per eis possit constitui aliquod fundamētum,
quia nec etiam Cronicis antiquis credimus, ni-
si tunc demùm cum illatum fidem esse de publi-
32 co † receptam apparuerit, vt cum Decio in ca.
cum caussam. numero 8. de probation. scribit
Idem Menochius in consil. 112. Propositæ con-
sultationi.numero 70. libr.2. vbi cum Parisio in
consilio 23 Prima in huiusmodi consultatione.
numero 252. versiculo Prout etiam.lib.1. inquit
33 Historicis tantam † fidem adhiberi, quantum
auctoritate publica comprobati sunt. R.C.

Num.90. & 91.

Dùm inquit.quòd suspectus in cognoscendo
34 † non sit suspectus in delegando. Adde quod
ista propositio sic indistinctè sumpta non est ve
ra, per ea quæ lato calamo scripsi in decisione
mea consultiua 111. Quæ iudicialiter terminau
da.numero 21. & ferè per totam. libro 3. vbi
diffusè articulum examinaui, & probaui consi-
35 lium† Bruni 31.quod Menochius improbat hoc
loco, & docui recipi per Nattam & alios, vt ibi-
dem patet, & constat, in obseruationibus meis
ad ea loco Bruni, & Nattæ, qui in eadem caus-
sa consuluerunt, & secundum istam opinionem
36 solet ad simplices preces cuiusuis subditi † Ex-
cellentissimus Mediolani Senatus decernere, &
mandare Iudici parum distanti à feudo, in quo
pendet controuersia respectu inimicitiæ cùm
feudatario, quòd constitò de inimicitia, præci-
piat nedum feudatario, sed omnibus officiali-
bus eius, vt in omnibus caussis, tàm ciuilibus,
quàm criminalibus abstineat à cognitione, &
quod ipsemet tamquam delegatus Excellentis-
simi Senatus caussas ipsas cognoscat. R.C.

Eodem numero 91.in versiculo, Tertio dato,
ibi attamen adhùc constat clarè, debet legi; At-
tamen adhuc non constat clarè, aliàs destrui-
tur argumentum, quod etiam ego credidi alia
ratione corruere, quia constito quod illud feu-
dum non sit Genuensium clarum est. Eisdem
prohibitam fuisse spoliationem. de qua agitur,
37 vltrà quod Imperator † habet præsumptionem
pro se, cum omni casu pateat ab eo prouenisse
feudum ipsum. Vltrà quod ea cadit interpre-
tatio præsumptiua, quòd Imperator sit illius do
minus. R.C.

Num 94.

Frustra, & gratis cōqueritur Menochius hoc
loco, quod D. De Nigro delinatoriam oppo-
nens. In Camera Imperiali non fuerit auditus,
38 quia nullo† iure debuerat Imperator decerne-
re se Iudicem incompetentem, & ex sola dedu-
39 ctione visa fuit satis† friuola exceptio, quæ pro-
indè poterat reijci. R.C,

Num.95.

Versic.quarto dato. Non est videre, quomo-
do subsistat argumētatio sub eo prætextu, quod
Genuenses non sint subditi, quia non ignora-
mus, quòd etiam non subditurus ex origine, fit
40 subditus saltem†ratione spoliationis, & delicti,
ex communi iuris axiomate, quod ratione deli-
cti, quis sortitur forum. vt idem Menochius ait
in consilio 1072. num.7.libr.11.& in cons.1156.
num 2.lib.12. vndè sicuti is qui spoliauit forum
sortitus fuit, ita sub eius censura stare cogitur.
Rol.Cauagn.

Num.97.

Mira videtur ista deductio ex eo, quòd Impe-
rij feudatarius spoliatur, & quod spoliatus spo-
41 liantis † iudicium, & forum subire teneatur. In-
terest enim Cameræ Imperiali decernere nè
42 feudatarius opprimatur, † quisve futurus sit ve-
rus, & iuridicus feudi possessor, cui nec esse pro
hibitum video caussas ipsas, ad suum tribunal
43 auocare dicitur enim Imperator † Iudex om-
nium iudicum, vndè & cum omni magistratu in
iurisdictione concurrit, vt ex Bartolo, & Baldo
notat Ioannes Caccialupus ad l. Cunctos popu
los num.19.C.de Summa Trinit.& fide Catholi-
ca. R.C.

Num.98.

Dicit hoc loco Menochius non esse veram
illam propositionem, quod Imperator sit totius
44 mundi Dominus, † quod & numeris sequenti-
bus probare nititur allegando plures esse mun-
di partes, quæ non subiacent Imperio, sed ista
propositio Menochij aduersatur. l. Deprecatio.
ff ad legem Rhod.de iactu.ibi ego quidem mun-
di Dominus, quod dictum etiam in proposito
probat Petrus de Bellapertica, ad l.Cunctos po-
pulos.C.de summa Trinitate, & fide Catholica,
numero 3.cum quo placet arguere. Verum esse,
quod de iure Imperator cūctorum est dominus,
45 licet plures nationes sint, † quæ de facto non
45 reguntur. & ideo bene dixi superius, † quod Im
perator habet iuris præsumptionem pro se cum
à Deo data sit ei potestas in temporalibus. R.C.

Num.104.

Ibi sensit Purpuratus in Rubr. ff. de iurisdict.
omnium iudicum. num.20. Adde quod Purpu-
46 ratus ibi † non dicit Serenissimum Ducem Sa-
baudiæ non recognoscere Imperatorem, sed in-
quit tantummodo æquiparari porrò longè di-
47 uersum est non recognoscere † & æquiparari,
nec

nec ab vno termino poſſumus ad alium inſerre,
dicimus enim æquiparari in pluribus cauſſis ,
nempe,vt quoad ſubdiros ſuos poſſir facere ea,
quæ poteſt Imperaror , & quilibet Princeps iu
ſuo, vr dicit Oſaſcus deciſione 155. Theſaurus
† in proœmio ſuarum deciſionum. num. 14. De
48 Sereniſſimo Duce † Mantuæ , & Monrisſerrati,
ſcribit D Raudenſis de Analogis.cap 28 nume-
ro 6.Rol.Cauag.

Eodem numero non viſum fuit ex omni parte
tutum illud argumentum,quod deſumir Meno-
chius ex verbis,& clauſula quæ præponitur di-
49 gnitati,videlicet Dei gratia † Dux, &c. nempè
vt tunc Deum tãtum cognoſcat in ſuperiorem ,
quia non procedit hoc vbi titulus ille ſuerit da-
tus ab Imperatore , vnde poteſt inrelligi Dei
graria lege diuina dante miniſterio illius ſupe-
rioris Imperatoris,ſcilicet, qui ab ipſo Deo de-
pendet,prout in ſimili dicimus de Epiſcopo,cui
pariter videtur concedi , quod in epiſtolis , &
edictis. Vocet ſe Dei graria Epiſcopum miniſte
rio ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ,quod ſe ipſum
corrigendo probar Menochius hoc eodem lo-
co ibi,ſed verius arbitror eſſe; Ducem Sabaudię
Imperstorem recognoſcere , quamquàm Impe-
rij iura in ſuo dominio habeat. R.C.

Num 105.

50 Dicit Menochius Ducem Mediolani† non re
cognouiſſe ſuperiorem, & citar Curtium ſenio-
rem in conſilio 49.memoria repeto conſuluiſſe,
& in conſilijs ſequentibus, ac Ludouic.Bologni
51 num † in cõſilio 1.ſed Pace. dictum ſit,nec Cur-
52 tius † nec Bologninus, nec alij allegati,& citati
per Bologninum , & Currium dicunt hoc ſiqui-
dem dictus Curtius in conſil.49. numero 50.di-
cit, quod Dux Mediolani in ſuo Ducatu obti-
net locum ſupremi Principis , & pro ſupremo
Principe cenſetur virtute dignitatis perpetuæ ,
quæ annexam poteſtarem habet , inferens , qđ
ſimiles Duces faciũt in ſuo Ducatu cum ſubdi-
tis eorum ea omnia, quæ poteſt Imperator in to
to orbe,quod etiam firmat Bologninus loco ci-
taro. numero 25. qui multos allegar , ex quorũ
dictis non poſſumus inferre,quod nõ recogno-
ſcar Imperatorem,quod an verum ſit indè pro-
batur,quod ad Cameram Imperialem deuolutũ
fuit feudum, & exinde Diuina fauente clemen-
tia in Potentiſsimum Hiſpaniarum Regem ob-
uentum . Roland.Cauagn.

Num.106.

Obiectum , quod hoc loco tollere intendit
53 Menochius ad idquod Priuilegij conceſſio† ſu-
perioritatem arguit ex Doctrina Riminaldi Se-
nioris in conſilio 268. viſa facti narratione. nu-
mero 41.libro 2.nõ remanet ex omni parte ſub-
54 latum,quia non eſt verum , quod † Riminaldus
ibi dicar concluſionem illum procedere in Pri-
uilegijs,quibus lex imponitur priuilegiato , ſed
quærens de validitate ſtaturi ſecularium , quo-
ad clericos dirimir eam diſtinctionem , quæ ſit
inter ſtatuta priuilegiatiua, quæ conrinent pro
hibitionem, vel arctationem, & ea quæ merè
priuilegiatiua ſunt,ita enim hoc vltimo caſu ſu-
perioritatem argui, prout in primo ſupponit Ri
minaldus, prout colligitur ex verbis illius,pau-
lo ante numerum 41. ibi , & ſic parer, quòd ra-
tiones prædictæ conueniunt intelligendo non
ſolùm in ſtatutis præceptiuis , & arctatiuis , ſed
etiam in ſtatutis merè priuilegiatiuis. Vlrà qđ
eriam in propoſito cadir præſumprio, quòd vbi
iure proprio habuiſſent Genuenſes libertatem,
de qua agitur vtique non fuiſſent ſolliciti de
52 iſto priuilegio,quia fruſtrà † precibus impetra-
mus,quod iure communi conceditur . l.1. ff. ad
municipales,& l.vnica. C.de Theſauris . lib.10.
Idem Menochius in conſilio 52. Dubia ſemper
quæſtio fuit, lib.1. R.C.

Num.107.

Quod dicit hoc loco Menochius,verba enun-
56 ciatiua Principis † non probare dicas contra-
rium voluiſſe Alexandrum in conſilio 15. viſis
narratis in themate. nu.3.vol.5. vbi dicit,quod
verba enunciatiua Principis , eſto etiam quod
in eis intentionem fundare non dicatur faciunt
eam qualem qualem probationem ſicuti facit fa
ma. cui enunciationi ſi temporis antiquiras ac-
ceſſerit plena probatio inſurgit. Butr. in cap.fi-
nali de ſucceſſ. ab inteſt. Ioannes Andr. in cap.
Non licet.de regul. iur. in ſexto , & firmat Ale-
xander loco citato hoc ipſum probari commu-
niter etiam ſi verba eſſent de facto alieno . Soc.
ſen.in conſilio 266. in cauſſa quæ verritur . nu-
mero 38 .libro 2 & licet in iſto propoſito ſoleat
57 Maſcardus de probationibus.concluſ.1228.nu-
mero 97. & 98. vbi præmiſſa retulit ea . ſub nu-
mero 99. conciliare ſub eo prætextu , quòd illa
qualis qualis præſumptio non inferar ad præro-
gatiuam transferendi onus contrariæ probatio
nis in aduerſarium . Ea tamen conciliatio ſatis
eſt frigida , & ieiuna , quia ſi dicta verba enun-
ciatiua per Principem prolata in damnum ter-
tij, etiam in his in quibus liberè diſponere nõ
poſſit eam præſumptionem inducunt,vt veniẽs
aduerſus illam grauatur onere contrariæ proba
tionis,multo fortius procedet concluſio in iſto
caſu , vbi aliàs dabatur præſumprio pro dictis
verbis enunciatiuis , vt ſuperius dictum fuit, &
de præſumptione in damnum tertij ſic ſentit
Menoch.in conſil. 100. Quæ nunc diſcutiendæ
proponuntur.num.26. & infrà hoc libro primo.
58 quem locum † probat Maſcardus loco cirato .
num 110. vbi dicit induci rantam præſumptio-
nem, vt onus transferatur in aduerſarium pro-
bandi contrarium. Rol.Causg.

Num.109.

Non videtur(pace tamen tanti viri dictũ ſit,)
quod ſufficienrer hoc loco reſpondeat Menoch.
ad obiectum factum de ommiſſa proteſtatione
aduerſus aſſertiones Imperatoris Caroli Quin-
59 ti ibi dat.in Ciuitare † Noſtra Ianuæ , iuxta no-
60 tata in l.ſi filiusfamilias † ff.ad Macedonianum,
quia declinatio,quam facit Menochius hoc lo-
co , tantum abeſt,vt per eam rollatur obiectio ,
quòd potius redditur firmior, dùm enim inquit
eum textum , & Doctores ibi loqui cum alicui
61 daræ ſunt † litteræ, quæ alicui detrimentum af-
ferre poſſunt,quibus is non contradicit hoc ip
ſum ſupponit , quod taciturnitas ei noceat , &
confeſſionem ſaltem tacitam inducat . Porrò ſi
hoc verum eſt, quanto magis procedet conclu-
ſio in eo,qui nedum Imperatoris litteras rece-
62 pit,ſed eas inſuper producendo† probat, & eiſ-
dem vtitur,vtique tanto fortius militabit obie-
ctum , quanto ſolemus dicere maiorẽ virtutem
63 eſſe in † expreſſo, quàm in tacito. l.cum quid.&
ibi notant omnes.ff.ſi cert. petatur. Aretin.in l.

ex

ex duobus.col.2 versic. tu autem adverte. ff. de duobus reis. Rol.Cauagn.

Num.111.

Ibi sed de facto posset dici de facto,quia erat sub Imperio. Rol.Cauagn.

Num.118.

Hnc idem dixit Menochius in cōsilio primo. consultatio hæc.numero 3. hoc eodem lib. primo. Rol.Cauagn.

Num.129.

64 Dictum illud,vbi te inuenero,† ibi te iudica-
64 bo potest †commodè retorqueri dicendo,quòd Imperator poterit iudicare alibi, quàm in loco delicti; Vltrà quod per illud obiectum non potest impediti processus instructio.R.C.

Num.130.

Dùm inquit, quòd Iudex ratione originis, vel domicilij non cognoscit de delicto per subditum commisso in alieno territorio non mili-
66 tat,quia sicuti finarinum † est sub Imperio, ita non potest censeri delictum commissum in alieno territorio. vt iam dictum fuit, vel etiam pro eo,quod ad regulam pertinet, non ita de plano procedit, siquidem prima intelligentia est,
67 ne procedat vbi Iudex † delicti hoc est offensæ iurisdictionis non procedit.Rol.C.

Num.131.

Quod dicit hoc loco Menochius non potuisse criminaliter, sed ciuiliter conueniri non rectè probatur, & contrarium decernitur † in l.
69 1.† C vbi de crimine agi opport. Decisio autem 319. Item fuit quæsitum quidam de Narbona
70 Capellæ † Tholosanæ, non probat id ad quod allegatur, sed dicit tantummodo vna cum Cyno,& Collect. adductis per Menochium, quod quando ciuiliter agitur ex caussa delicti;non fit remissio instar eius, quod dicimus obseruari quando agitur ex contractu, iuxtà l. finalem.ff. de libero homine exhibendo. vbi in loco con-
71 tractus † quis conuenitur si ibi reperiatur.R.C.

Num.132.

Non benè concludit, quod Præses Prouinciæ sit Iudex ordinarius Genuæ, qui cognoscat, an Genuenses à quibus dependet spolium commis-
72 serint,vel nè, cùm non sit verosimile † quòd inferior velit iurisdictionem exercere in superiores & in eos à quibus dependet, cum sit vnum,
73 & idem tribunal,quo casu suspecto † capite omnes officiales ab eo dependentes sunt suspecti, vt aliàs dixi abundè in decisione cōsultiua 111. quæ iudicialiter terminanda per tot.lib.3. R.C.

Num.134.

Ad versiculum, Respondetur primo dicas, ꝙ ista responsio non tollit obiectum reuocationis, namque si alio iure prætendunt Genuenses se exemptos, quàm ex priuilegio satis est in a-
74 perto de priuilegio non esse † habendam rationem,quoad eos, qui pro eo, quod allegant suo iure esse liberos non videntur id ipsum probasse ex iuribus supra citatis. R.C.

Num.135.

Frustratorium videtur examen, quod hoc loco facit Menochius in materia reuocationis Priuilegiorum, quę dicuntur per Imperatores concessa, quia vt iam dictum fuit. numer.13.19.26. 27.& infrà ea priuilegia nullo modo se extendut ad libertatem ab imperio, cui rei vltrà iam dictum illud accedit, quod si Imperator Carolus Quintus in eius diplomate Cęsareo voluisset liberare Genuenses ab imperio vtique non dixisset in eo priuilegio. Datum in Ciuitate
75 nostra Genuæ, cum per istam † clausulam retinuerit Imperator Imperium in ea, vndè concessio sic facta fuit, vt induceretur declaratio nulli alij suppositos censeri Genuenses iurisdictioni, sed tantum Imperiali,vt diximus supra numero Rol.Cauagn.

Num.136.

Quod priuilegia concessa ob benemerita nō
76 sint reuocabilia † sine iusta caussa,quia descendunt ex titulo oneroso, probat idem Menoch. in consilio 75.Hæc iam diu controuersa. numero 43.& 44. hoc eodem libro primo. Hinc licet in materia concessæ iurisdictionis ad sui libitū reuocet,& tollat.Grammat. voto 28. & decisio. 46.vbi dicitur,quòd non solum potest Imperator supprimere iurisdictionem singularium personarum, sed & ciuitatum, limitatur tamen qñ
78 concessio facta † fuit in præmium seruitutis, vt ibidem notatur faciunt tradita per eundē Grāmat.decis.65.numero 28 & 29. Capicium decis. 176.Nattam in consilio 121. Conclusio videtur vera.num.14. & in consilio 669. ad euidentiam dicendorum,& per Gaillium obseruat. 60. Circa ammissionem priuilegiorum. libr.2. vbi plures declarationes adducit. In proposito tamen crediderim benemerita nō esse tantæ virtutis, vt firment eam concessionem, quàm Princeps
79 fecerit in præiudicium suæ dignitatis, † ac auctoritatis supremæ, quia potest illam reuocare, & non cogitur obseruare. Grammat. dicto voto 28.numer.14. pro benemeritis tamen crediderim aliter esse statuendum respectu satisfactio-
80 nis,quàm per traditionem † eius,quod imperiū minuit, & quod vti coronæ Imperiali affixum amoueri non potest,quia nullo modo Princeps
81 potest concedere † regalia in præiudicium successorum. Osascus decisione 101. In hac quæstione litis motæ.num.13. Rol.C.

Num.148.

Non videtur, quod sit bona solutio,namque licet negatum fuerit finarij feudum pendere à Dominio directo Cameræ Imperialis, non hoc ideo infertur ad oppositam exceptionem declinatoriæ, quinimò stando in puris terminis exceptionis,quod feudum non pendeat ab Impe-
82 ratore non dicuntur recusasse † Imperatoris iudicium, nec ab eo declinasse, quinimò approbarent forum,eoram quo videntur acquieuisse ad eum effectum,vt cognoscatur, an istud feudum ab eo pendeat,vel ne, & ita subsistit obiectum,
83 quod fit de † l. sed & si susceperit. ff. de iudicijs
84 Iudicem,scilicet semel approbatum non † posse recusari. Rol.C.

Num.150.

Dubium stat contra Menochium, quia à sen-
85 tentia Imperatoris † non datur appellatio, sed recursus,& reuisio apud eundem, vt notatur in Auth. quæ supplicatio C.de precib.Imperatori. offerend & ibidem scribunt omnes non proce-
86 dere † edictum appellatione pendente nihil innouari. Rol.C.

Num.153.

Quòd omnium plenissimum,& tutissimum re-
87 medium sit † can. redintegranda.3.q.1 Hinc deducitur,quod illud conueniat omnibus alijs remedijs

medijs

nec ab vno termino possumus ad alium inferre,
dicimus enim æquiparari in pluribus caussis ,
nempe,vt quoad subditos suos possit facere ea,
quæ potest Imperator , & quilibet Princeps in
suo, vt dicit Osascus decisione 155. Thesaurus
† in proœmio suarum decisionum. num. 14. De
48 Serenissimo Duce † Mantuæ , & Montisferrati ,
scribit D.Raudensis de Analogis.cap 28 numero 6.Rol.Cauag.

Eodem numero non visum fuit ex omni parte
tutum illud argumentum, quod desumit Menochius ex verbis,& clausula quæ præponitur di-
49 gnitati,videlicet Dei gratia † Dux, &c. nempè
vt tunc Deum tãtum cognoscat in superiorem ,
quia non procedit hoc vbi titulus ille fuerit datus ab Imperatore , vnde potest intelligi Dei
gratia lege diuina dante ministerio illius superioris Imperatoris,scilicet, qui ab ipso Deo dependet,prout in simili dicimus de Episcopo,cui
pariter videtur concedi , quod in epistolis , &
edictis. Vocet se Dei gratia Episcopum ministerio sacrosanctæ sedis Apostolicæ,quod se ipsum
corrigendo probat Menochius hoc eodem loco ibi,sed verius arbitror esse; Ducem Sabaudiç
Imperatorem recognoscere , quamquàm Imperij iura in suo dominio habeat. R.C.

Num 105.

50 Dicit Menochius Ducem Mediolani† non recognouisse superiorem, & citat Curtium seniorem in consilio 49.memoria repeto consuluisse,
& in consilijs sequentibus, ac Ludouic.Bologni
51 num † in cõsilio 1.sed Pace. dictum sit,nec Cur-
52 tius † nec Bologninus, nec alij allegati,& citati
per Bologninum , & Curtium dicunt hoc siquidem dictus Curtius in consil.49. numero 50.dicit, quod Dux Mediolani in suo Ducatu obtinet locum supremi Principis , & pro supremo
Principe censetur virtute dignitatis perpetuæ,
quæ annexam potestatem habet , inferens , qđ
similes Duces faciũt in suo Ducatu cum subditis eorum ea omnia, quæ potest Imperator in toto orbe,quod etiam firmat Bologninus loco citato. numero 25. qui multos allegat , ex quorũ
dictis non possumus inferre,quod nõ recognoscat Imperatorem,quod an verum sit indè probatur,quod ad Cameram Imperialem deuolutũ
fuit feudum, & exinde Diuina fauente clementia in Potentissimum Hispaniarum Regem obuentum . Roland.Cauagn.

Num. 106.

Obiectum , quod hoc loco tollere intendit
53 Menochius ad id quod Priuilegij concessio† superioritatem arguit ex Doctrina Riminaldi Senioris in consilio 268. visa facti narratione. numero 41.libro 2.nõ remanet ex omni parte sub-
54 latum,quia non est verum , quod † Riminualdus
ibi dicat conclusionem illum procedere in Priuilegijs,quibus lex imponitur priuilegiato , sed
quærens de validitate statuti secularium , quoad clericos dirimit eam distinctionem , quæ fit
inter statuta priuilegiatiua, quæ continent prohibitionem, vel arctationem, & ea quæ merè
priuilegiatiua sunt,ita enim hoc vltimo casu superioritatem argui, prout in primo supponit Riminaldus, prout colligitur ex verbis illius,paulo ante numerum 41. ibi , & sic paret , quòd rationes prædictæ conueniunt intelligendo non
solùm in statutis præceptiuis , & arctatiuis , sed
etiam in statutis merè priuilegiatiuis. Vltrà qđ
etiam in proposito cadit præsumptio, quòd vbi
iure proprio habuissent Genuenses libertatem,
de qua agitur vtique non fuissent sollicitî de
52 isto priuilegio,quia frustrà † precibus impetramus,quod iure communi conceditur . l.1. ff. ad
municipales,& l.vnica. C.de Thesauris . lib.10.
Idem Menochius in consilio 52. Dubia semper
quæstio fuit, lib.1. R.C.

Num, 107.

Quod dicit hoc loco Menochius,verba enun-
56 ciatiua Principis† non probare dicas contrarium voluisse Alexandrum in consilio 15. visis
narratis in themate. nu.3.vol.5. vbi dicit,quod
verba enunciatiua Principis , esto etiam quod
in eis intentionem fundare non dicatur faciunt
eam qualem qualem probationem sicuti facit fama, cui enunciationi si temporis antiquitas accesserit plena probatio insurgit. Butr. in cap.finali de successſ. ab intest. Ioannes Andr. in cap.
Non licet.de regul. iur. in sexto , & firmat Alexander loco citato hoc ipsum probari communiter etiam si verba essent de facto alieno . Soc.
sen.in consilio 266. in caussa quæ vertitur . numero 38 .libro 2 & licet in isto proposito soleat
57 Mascardus de probationibus.conclus.1228.numero 97.& 98. vbi præmissa retulit ea . sub numero 59. conciliare sub eo prætextu , quòd illa
qualis qualis præsumptio non inferat ad prærogatiuam transferendi onus contrariæ probationis in aduersarium . Ea tamen conciliatio satis
est frigida , & ieiuna , quia si dicta verba enunciatiua per Principem prolata in damnum tertij, etiam in his in quibus liberè disponere nõ
possit eam præsumptionem inducunt,vt veniẽs
aduersus illam grauatur onere contrariæ probationis,multo fortius procedet conclusio in isto
casu , vbi aliàs dabatur præsumptio pro dictis
verbis enunciatiuis , vt superius dictum fuit, &
de præsumptione in damnum tertij sic sensit
Menoch.in consil. 100. Quæ nunc discutiendæ
proponuntur.num.26. & infrà hoc libro primo.
58 quem locum † probat Mascardus loco citato .
num 1 . o. vbi dicit induci tantam præsumptionem, vt onus transferatur in aduersarium probandi contrarium. Rol.Cauag.

Num. 109.

Non videtur(pace tamen tanti viri dictũ sit,)
quod sufficienter hoc loco respondeat Menoch.
ad obiectum factum de ommissa protestatione
aduersus assertiones Imperatoris Caroli Quin-
59 ti ibi dat.in Ciuitate † Nostra Ianuæ , inxta no-
60 tata in l.si filiusfamilias † ff.ad Macedonianum,
quia declinatio,quam facit Menochius hoc loco , tantum abest,vt per eam tollatur obiectio ,
quòd potius redditur firmior, dùm enim inquit
eum textum , & Doctores ibi loqui cum alicui
61 datæ sunt † litteræ, quæ alicui detrimentum afferre possunt,quibus is non contradicit hoc ipsum supponit , quod taciturnitas ei noceat , &
confessionem saltem tacitam inducat . Porrò si
hoc verum est, quanto magis procedet conclusio in eo,qui nedum Imperatoris litteras rece-
62 pit,sed eas insuper producendo† probat, & eisdem vtitur,vtique tanto fortius militabit obiectum , quanto solemus dicere maiorẽ virtutem
63 esse in † expresso, quàm in tacito. l.cum quid.&
ibi notant omnes.ff.si cert. petatur. Aretin.in l.
ex

ex duobus.col.2 versic. tu autem aduerte. ff. de duobus reis. Rol.Cauagn.

Num.111.

Ibi sed de facto posset dici de facto,quia erat sub Imperio. Rol.Cauagn.

Num.118.

Hoc idem dixit Menochius in cõsilio primo. consultatio hæc.numero 3. hoc eodem lib. primo. Rol.Cauagn.

Num.129.

64 Dictum illud,vbi te inuenero,† ibi te iudica-
64 bo potest †commodè retorqueri dicendo,quòd Imperator poterit iudicare alibi, quàm in loco delicti; Vltrà quod per istud obiectum non potest impediri processus instructio. R.C.

Num.130.

Dùm inquit, quòd Iudex ratione originis, vel domicilij non cognoscit de delicto per subditum commisso in alieno territorio non mili-
66 tat,quia sicuti finarium † est sub Imperio, ita non potest censeri delictum commissum in alieno territorio. vt iam dictum fuit, vel etiam pro eo,quod ad regulam pertinet, non ita de plano procedit, siquidem prima intelligentia est,
67 ne procedat vbi Iudex † delicti hnc est offensæ iurisdictionis non procedit. Rol.C.

Num.131.

Quod dicit hoc loco Menochius non potuisse criminaliter, sed ciuiliter conueniri non tectè probatur, & contrarium decernitur † in l.
69 1.† C vbi de crimine agi opport. Decisio autem 319. Item fuit quæsitum quidam de Narbona
70 Capellæ † Tholosanæ, non probat id ad quod allegatur, sed dicit tantummodo vna cum Cyno,& Collect. adductis per Menochium, quod quando ciuiliter agitur ex caussa delicti,non sit remissio instar eius, quod dicimus obseruari quando agitur ex contractu, iuxtà l. finalem.ff. de libero homine exhibendo. vbi in loco con-
71 tractus † quis conuenitur si ibi reperiatur.R.C.

Num.133.

Non benè concludit, quod Præses Prouinciæ sit Iudex ordinarius Genuæ, qui cognoscat, an Genuenses à quibus dependet spolium commis-
72 serint,vel nè, cùm non sit verosimile † quòd inferior velit iurisdictionem exercere in superiores & in eos à quibus dependet, cum sit vnum,
73 & idem tribunal,quo casu suspecto † capite omnes officiales ab eo dependentes sunt suspecti, vt aliàs dixi abundè in decisione cõsultiua 111. quæ iudicialiter terminanda per tot.lib.3. R.C.

Num.134.

Ad versiculum, Respondetur primo dicas, quod ista responsio non tollit obiectum reuocationis, namque si alio iure prætendunt Genuenses se exemptos, quàm ex priuilegio satis est in a-
74 perto de priuilegio non esse † habendam rationem, quoad eos, qui pro eo, quod allegant suo iure esse liberos non videntur id ipsum probasse ex iuribus supra citatis. R.C.

Num.135.

Frustratorium videtur examen, quod hoc loco facit Menochius in materia reuocationis Priuilegiorum, quę dicuntur per Imperatores concessa, quia vt iam dictum fuit. numer.13.19.26. 57.& infrà ea priuilegia nullo modo se extendunt ad libertatem ab imperio, cui rei vltrà iam dictum illud accedit, quod si Imperator Carolus Quintus in eius diplomate Cęsareo voluisset liberare Genuenses ab imperio vtique non dixisset in eo priuilegio. Datum in Ciuitate
168 De geminata & triplicata † conscientia, vi-
dendus est Felynus in cap. si quando in vlt. col.
de rescriptis. & Decianus in responso 2. & pri-
ma facie intuenti num. 159. lib. 1. R.C.
169 De geminato motu † proprio, vide Decianū
in responso 2. & prima facie intuenti. num. 159.
lib. 1. post Felynum in cap. si quando in vltima
col. de rescriptis R.C.
170 De geminata clausula non † obstantibus, vi-
de Felynum in cap. si quando, extrà de rescrip.
quem citat in proposito Decianus in responso
2. & prima facie intuenti. num. 159. lib. 1. faciūt
quæ superius annotantur de reuocatione dero-
gatoriorum. num. R.C.
171 De geminatis verbis bonis, & hæreditate †
meminit Tiberius Decianus in responso 1. ex
prædicta ergo facti contingentia. nu 203. libro
1. Rol Cauag.
De geminatis verbis, quicquid sibi videbi-
172 tur, & † placebit mentionem facit Tiberius De
cianus in responso 4. ex prædicta ergo facti cō-
tingentia. num. 103. libr 1. vbi dicit quod sicuti
ista verba simpliciter, & separatim pronuncia-
ta, important arbitrium boni viri, attamen ge-
minata, & iuncta simul videbitur, & placebit li-
berum arbitrium representant ex Corneo in cō
silio 302. Prænuttendum est in littera E. post
medium. lib. 4 R.C.
73 De geminatione eorum verborum de se ipso †
solo verba facit Decianus in responso 29. Circa
primum ergo dubium. numero 50 libr. 2. vbi di-
cit, quod fortius restringunt dispositionem ad
eam tantum personam reliqua, vide in gemina-
tione dictionum restrictiuatum. R.C.
De clausula geminata omnique alia Bailia.
174 † Iure modo, & forma, quibus melius possumus,
verba facit Tiberius. Decianus in responso 41.
Pro fundamento infrà dicendorum. num. 34 li-
bro 2. vbi dicit per ista verba cumulari omnem
auctoritatem, & potestatem R.C.
175 De geminatione scripturarum, † verba facit
Decianus in responso 25. Quæritur ergo primo.
num. 56. lib 1. R.C.
176 De geminatione dictionum meminit † Decia
nus in responso 2. quæritur modò ex præmissa.
num. 26. lib. 2. R.C.
Quæ tamen dicta sunt de geminatione non
procedunt, quando in actibus geminatis adest
177 idem defectus, † & vbi primus actus prohibitus
est Aldouinus de Aldouinis in cons. 77. respon-
dendū prima, qđ aiūt fronte. n. 34. 35. 36. & 38.
quod. & ego dixi in decis. mea consultiua 57. in
structo processu. nu. 12. lib 1. hinc dicit Petrus
Anton. Anguissola in consilio 11. dicta per Bar
tolum. num. 5. lib. 2. quod geminatio actus non
efficit, quin error possit allegari, ad quam rem
conferunt notata per Ioan. Cephalum in consi-
lio 142. Magnifica D. Hieronyma. num. 54 & se-
quentib lib. 1. vbi loquitur de geminato contra
ctu confesshone, & consensu, & in consilio 152.
Quamuis abundè aliàs. num. 70. lib. 2. vbi dicit
geminationem quandoque non augere potesta
tem, & quod non operetur geminatio quando
est restricta ad specificata, voluit Ioannes Cœ-
phalus in consilio 186. Magnif. Comes Io. Bapt.
Sacratus. num. 51. lib. 2. Inducit tamen gemina-
tio solam præsumptionem enixæ voluntatis, nō
autem certam probationem. Decianus in re-
sponso 5 Primo igitur opponitur. num. 27. libro
1. Rol. Cauagn.

Num 5.

178 Quid importent ea verba Donna Madonna †
& vsufructuaria, notant scribentes in authent.
Hoc locum C. de secund. nupt. pro materia, vi-
de quæ ad eum textum annotaui in mea Ana-
tomia iuris, & in decisione consultiua, cuius ca-
put est admissa opinione cum alijs sequentibus
lib. vbi disputatur, an semel restrictum legatum
179 † huiusmodi ad alimenta ob existentiam filiorū
extendatur ei cessantibus ex consil. Nattæ 605.
vide similiter, quæ ad idem consilium annota-
ui. Rol. C.

Num. 12.

180 De clausula omni meliori modo † de eius vi,
& efficacia iam verba fecimus in Paraphrasi ad
primam decisionem consultiuam, sub num 40. &
seqq. lib. 1. Quibus addi possent, quæ postmodū
scripsit Matta in tracta. Clausularum, claus. 84.
parte 1. R.C.

Ad Consilium 11. Dubitatur an iure.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens marito ne relinquat vxori, an censeatur prohibere vxori ne relinquat marito.*
2 *Alex. in cons. 26. num. 4. libr. 2. defenditur ab impugnatione Menochij.*
3 *Hæres, an & quando possit venire contra factum defuncti.*

Num. 18.

PRo materia statuti prohibentis marito re-
linquere vxori, an scilicet censeatur prohi-
1 bere vxori † ne relinquat marito; vide quæ di-
xi infrà in consilio 136. Respondendum videba-
tur. numero 12. libro 3. late D. Costa Papiensis
in consilio 3. Duo proponuntur in secundo du-
bio. nu. 23. lib. 1. qui Doctores inuicem pugnan-
tes allegat; & pro affirmatiua concludit Iacob.
Menoch. circa huiusmodi statutum, vide Nattā
in cons. 363. Perscrutatus sum. num. 2. R.C.

Num. 23.

1 Dum Menochius hoc loco versic. non obstat,
repræhendit Alexandrum in consilio 26. viso. &
considerato themate. nume 4. lib. 2. Improba-
tur per Laderchium Imolam in cons. 87. statuto
Candiani. numer. 13. vbi dicit quod Menochius
2 non † benè intellexit Alexandr. R.C.

Num. 25.

Pro limitatione regulæ habentis hæredem nō
3 posse venire contra † factum defuncti, vide quæ
latè dixi in Anatomia iuris ad l. Cum à matre.
C. de rei vindic. interim videas eundē Menoch.
in consilio 89. non leuis ponderis est. numer. 5.
& 6. libro 6. vbi plures auctoritates allegat. de-
clara tamen, vt legitur in eodem cōsilio sub nu-
mero 98. & sequentibus & in consil. 1094. Hæc
non leuis ponderis, & egregia. num. 37. libr. 11.
vbi dicit hæredem posse contrauenire facto de-
functi, prout etiam vbi adest fraus, vt ibid. nu-
mero 35. pro regula, vide eundem in consilio
264 interrogatus, vt de percelebri, ac proposi-
ta. nu. 19. in cons. 274. testantium dispositiones,
& voluntates, nu. 59 lib. 3. & in cons. 777. respon
dendū est factum non esse locū. n. 10. & prius in
cōs. 715. de prima proposita dubit. n. 17. 18. 19.

lib.8. in conſ.752.Redditur ſatis difficilis con-
ſultatin.num.20. lib.eodem in conſilio 325. De
prima propoſita dubitatione reſpōdendum eſt.
num.36.lib.4.& 357 dubitatio hæc egregia qui
dem eſt.num. 19.lib.eod.& in conſilio 1280.Nul
lum eſt ius.num.3.lib.13.R.C.

Ad Couſilium 12. Reſponſum quod à me.

S V M M A R I V M.

1 *Diuiſionis materia duplicem habet inſpectionem.*
2 *Societas an & quando ex pacto tranſeat ad hæredes.*
3 *Societas qeando dicatur continuari, vel renouari.*
4 *Societas omnium bonorum an tacitè contrahatur.*
5 *Societas ad hoc, vt tacitè contrahatur, quæ requirantur.*
6 *Minor curatore carens an poſſit contrahero ſocietatem.*
7 *Acquiſita poſt receſſum à ſocietate, an & quando ſint communicanda.*

AGit Menoch. in iſto conſilio de diuidēdis
1 bonis, quo caſu duplex conſideratio †
diuiſionis intrat, vna eſt ad cognoſcēdum, quā
quiſque partem in ſocietate debeat habere, cir
ca verò res communes diuidendas verſatur al-
tera, pro qua materia videnda ſunt, quæ dicit
Hector Felicius in tractatu de ſocietate. ca.39.
ſub titulo de diuiſione.R C.

Num 9.

Dicit hoc loco Menochius pacto non poſſe
2 conueniri inter ſocios, vt ſocietas † tranſeat ad
hæredes. Pro veritate iſtius concluſionis plura
verba facit Hector Felicius in tractatu de ſocie-
tate. cap.32. Qualiter ſocietas finiatur, nu.33.
& pluribus ſequentibus, vbi quærit quid iuris
ſi teſtator iuſſerit hæredes ſuos continuare, itē
quid ſi pactum eſſet iuratum. Pro regula datur
quod ſocietas morte alicuius ex ſocijs finitur,
& ad hæredes non tranſit, licet conuentum ſit.
Ozaſ.deciſ.Pedemont.76. Reuerēdiſsimus Epi-
ſcopus.num.4 & deciſione.150.Iacobus A ma-
deu, vide Franc.Marc.q.626. Quæritur quia di
ctus quondam Thomam Minado, deciſ. 30. fuit
dubitatum in conſilio numer.5.Rot. Gen.deciſ.
71. Ambroſius Lomellinus Abbat.in conſ.86.vi
ſis capitulis initis inter Magnif. libr. 1, Hanc ta-
men regulam limitat idem Menoch. in conſilio
321.Et ſi cum in cauſſis diffiniendis. nume. 88.
lib.2.in eo hærede qui annuens præcepto teſta-
toris de continuanda ſocietate dimittit capi-
tale apud ſocium, qui ſimiliter retinendo illud
3 continuat in negotiatione, quia tunc † non re-
nouatio fingitur ſocietatis, ſed continuatio.
Quando autem ſocietas, quæ morte finitur in
hæredem tranſeat, vide Theſaurum deciſ.242.
Contracta fuit ſocietas,& Ozaſ.dicta deciſione
76. Quid ſi damnum, & lucrum obuenerit poſt
mortem ſocij, vide eundem Ozaſ.ibi num.4. Et
Vincentium de Franch.deciſ.249.ſocietas mul-
tis modis finitur.nu finali.Quę autem dicta ſunt
de ſocietate finita per mortem ſocij,procedunt
etiam in colonia,idem Menoch. in conſ.989.Nō
parūm difficiles.num.27.lib.10.R.C.

Num.10.

4 Inquit Menochius hoc loco, quod ſocietas
† omnium bonorum tacite contrahi poteſt, &
probatur iſta propoſitio per Andræam Fachi-
neum.lib.13. controuerſiarum iuris. capitu.14.
Rol.Cauagn.

Num.18.& 19.

Verſic.non obſtant nunc adducta eorū, quæ
5 hoc loco dicit Menoch. † non fuit memor in
conſilio 656. Reſpondendum videbatur dictum
D.Quinterium.numer.7.& ſeqq. lib.7. vbi dicit
6 hæc tria ſufficere, quæ hic negat, & minorem †
etiam carentem curatore potuiſſe contrahere
ſocietatem,& concludit pro minore, & ſocieta-
te.Rol.C.

Num. 27.

Quod dicit hic Menoch. non eſſe communi-
7 canda acquiſita poſt receſſum † à ſocietate ex
Alexandro in conſilio 78. Diſcuſſis his, de qui-
bus.nu.1.lib.2.limita ne procedat in lucris ob-
uentis ex cauſſa præteritæ ſocietatis, quia etiā
finita ſocietate lucrum præparatorum debetur
ſocio & eius hæredibus.vt notat Vincentius de
Franchis deciſ.249. cuius ſupra meminimus.nu
mero Rol.Cauag.

Ad Conſilium 13. videbatur reſpondendum.

S V M M A R I V M.

1 *Conductor in fine anni non poteſt fundum exfructuare in præiudicium ſucceſſoris, vel Domini, quod trahitur ad multa exempla.*
2 *Locatio non eſt ſimilis ex omni parte emptioni.*
3 *Emptor in re empta poteſt mutare quadrata rotūdis.*
4 *Conductor non poteſt mutare faciem rei.*
5 *Argumentum ab emptione ad locationem, quando valeat.*
6 *Conductores non poſſunt excidere, & extirpare ſyluā radicitus, & num.6.*
7 *Diſpoſitum de ſyluis, & arundinibus in materia emptionis non procedit in locatione.*
8 *Conductor poſitus in locum, & ſtatum locatoris, an poſſit immutare faciem rei.*
9 *Conductor ex vi pacti de meliorando an poſſit immutare faciem rei.*
10 *Conſuetudo attendenda eſt in locationibus.*
11 *Arbores grandes an æquiparentur fructiferis.*
12 *Conductor an poſſit arbores grandes incidere pro refectione domus conductoris.*

Num.1.

QVòd conductor nō poſſit in fine anni ex-
fructuare fundum, ſed quod debeat reſti
tuere prædia in eo ſtatu, in quo illa
reperijt de tempore contractus, not.
Ioſeph. Ludouic.in deciſ.Peruſin.62. Ser Bonā-
nus.num.1. 5. & per tot. parte 2 vbi dicit,quod
ideo conductor in vltimo anno ſuæ locationis
non poteſt reſtipulare, ſeu vt vulgo dicitur re-
ſtuuiglare,quod ego ſimiliter obtinui corā Ex-
cellentiſsimi Montisferrati Senatu in cauſa pē-
denti inter D.Fabriciū Mulā,& Io.Paulum Picū
patricios Caſalenſes,cuius tunc actuarius erat
D.Io. Ant. Morus ſic referente D. Senatore Io,
Bapt.Morra, & quod non poſſit conductor pri-
mus in fraudem ſecundi conductoris aliquid fa
cere,not.Vinc.de Franchis deciſ.96.Ciuitas Sa-
lerni.par.1.vbi ponit caſum de colonis, qui ita
erodunt fundū in fine temporis, q̃ fructus anni
ſequentis corrūpontur, & in vltimo anno nō be
ne putant vineam, ad vberiores fructus cape-
ſcēdos, qa multa capita dimiſerūt, vnde anno
ſequenti non recipiuntur fructus ex vinea, q̃d
etiam

etiam pertinet ad eos qui videntes vsufructuarium moriturum, siue beneficiatum fructus colligunt immaturos. R C.

Num. 6.

Ibi quod si id verum est, dum sumit Menoch. argumentum ab emptione ad locationem in subiecta materia visus est mihi hallucinari, quia
2 non ex omni parte similis est locatio † emptioni, namque videmus quod emptor fit dominus rei emptæ, sic vt de ea valeat libere disponere, & abuti, quia fit translatio dominij, vnde potest
3 mutare † quadrata rotundis fundum exfructua-
4 re conductor autem † non valet mutare faciem rei, & prædium pratiuum ad cultutam redu-
5 cere, & proinde argumentari † non licet de vno ad alterum, nisi in his in quibus versatur similitudo, quæ circa tria consideratur. Primum est, quia ambo contractus sunt iurisgentium. Secundum, quia ambo contrahuntur solo consensu, tertium, quia in vtroque requiritur conuentio de pretio, seu mercede. §. Primo instit. locat. & l. a. ff. eod. vnde in eo solo casu in quo datur similitudo procedit argumentum, non autem in his in quibus cadit differentia ad notata in cap. 1. de solutionibus, ita scribit Nicolaus Euerardus in loco à simili. 13. num. 11. Cuius in proposito verba sunt hæc. Sed solùm valet argumentatio in his in quibus à iure æquiparantur, non autem in his in quibus à iure diuersimodè statuitur. Porrò cùm iure cautum fit conductorem non posse sic fundum erodere, vt damno cedat id locatoris, per ea quæ dicit Vincentius de Franchis in decisione 96. Ciuitas Salerni. parte 1. & Ioseph. Ludouic. decis. Perusina 6a. nō videtur bene inserre Menoch ad id quod
5 conductores † possint excidere, & extirpare syluam radicitus. Cuius rei contrarium tenuit idē Menoch. in cons. 372. Duæ sunt caussæ, quibus iure. num. 31. lib 4. vbi dicit sic non licere simplici conductori syluam euellere, sicut emphyteutæ per auctoritates, quas ibidem allegat. Rol. Cauagn.

Num. 7.

Dum loquitur de excidenda sylua cædua bene concludit, sed de euellendis radicibus, siue
6 quibus fundus in posterum † non dabit ligna, minus rectè loquitur. R.C.

Num. 8.

Versic. quarto clarius, dùm arguit à venditione ad locationem obstant, quæ superius deducta sunt, quia non ita pleno iure veniunt sylu-
7 ua † & arundines in contractu locationis, sicuti in contractu emptionis. R.C.

Num. 13.

Versic. dicendum est illis licuisse. Quicquid hoc loco dicat Menochius veritas est, quod per ea verba ponens dictos conductores in suu locum, vt ea possint colendo, & vtendo dicta possessione, quæ potest ipse locator non insertur ad
8 concessionem facultatis † immutandi faciē prædiorum, & extirpandi syluam, quia licentia prędicta refertur ad eam culturam, & fruitionem, qua dicebatur vti locator. Nec subsistit auctoritas Bolognini in consil. 67. In qua solummodo dubitatur, quia dicta per eum ibi minus legitimè probantur, nāque si attendatur positio conductoris in locum locatoris, cuius ipse Bolognini meminit sub numero 2. Ea est ampla, quia dicitur ibi facta constitutio Procuratoris in rem propriam, cum amplo mandato, & verbis geminatis, & prægnantibus, quæ in casu Menochij non leguntur. R.C.

Numero eodem ibi Præterea cedendo syluæ. Quod dicitur hic de facultate extirpandi syluam sub ea pactione facta de meliorandis bonis. Responsionem habet, quòd promissa me-
9 lioratio † intelligitur in eo statu in quo reperiebatur res locata nempe, vt fiat syluæ cæduæ excisio, quoad ligna debitis emptoribus, & quoad radices lignorum, nulla potest dari melioratio, nisi per conseruationem earum, alias non melioratur sylua, sed ita destruitur, vt & ipsum syluæ nomen ammittatur. Et proinde conductor qui promisit syluam meliorem reddere, seu meliorare explicitè dicitur habere negatiuam facultatem immutandi eam in aliam prædij speciem. R.C.

Num. 15.

Pro eo quod dicitur in similibus attendendā
10 esse consuetudinem † videnda sunt omnino, quę dixit idem Ioseph. Ludouic. in dicta decis. 6a. num. 7. cum pluribus sequentibus, vsque ad finem. R.C.

Eodem num. de arboribus meminit Menoch. tu pro materia quid in fructuario in feudatario, & emphyteuta, vide quæ scripsit Bec. in consil. 33. prima videtur facie per totum. lib. 1. R.C.

Num. 16.

Propè finem dum inquit hoc loco Menoch.
11 arbores grandes non comparari arboribus † fructiferis apud me non admittitur, quia nulla grandis arbor existit, ex qua fructus non colligantur. Esto etiam quod arbores sint capitarę, quarum Pedamenta certo quoque tempore per deglabrationem fructus afferunt, vt notatur in l. In lege locationis. ff. locati cuius meminimus in decisio consultiua 95. In caussa obiecti desectus lib. 2. quod etiam probat idem Menochius in cons. 372. nu. 31. cuius supra meminimus sub num. 5. dicitur enim ibi, quod ita potest expelli simplex colonus ob incisas arbores ceduas sicuti ob fructiferas. R.C.

Num. 17.

Dicitur licere conductoribus arbores gran-
12 des incidere † pro refectione domus, sed parcat mihi Menochius non transit hoc dictum sine difficultate, quia forsan Domino magis expedit de arboribus prouidere aliunde, quā per excisionem, quam pro libito fecerit conductor. Nec ille text. in l. Arboribus. ff. de vsufructu, & quemadmodum dicit hoc ad quod allegatur, namque loquitur in vsufructuario, qui poterit vti arboribus vi vētorum deiectis, & euulsis ad refectionem domus, vt ibidem notat glossa in verbo materiam, vndè non cadit illatio, quòd valeat conductor pro suo arbitrio euellere, & eradicare. R.C.

Ad Consilium 14. Dubius anceps quàm non parum.

SVMMARIVM.

1 *Registrationis prædiorum materia, quibus locis pertractetur.*

2 *Registrum in catastro, quam fidem faciat.*

3 *Exactor collectarum iustè repellitur per eum, qui non est descriptus in libro æstimi.*
4 *Descriptio in libro æstimi arguit subiectionem.*
5 *Ommissum non dicitur quod eadem ratione concluditur.*

Num. 1.

IN materia registrandorum † prædiorum, inter vnam vniuersitatem, & aliam, & collectarum imponendarum facit Consilium Menochij 21. Et mea quidem sententia, in prima dubitatione hoc eodem libro 1. In hoc proposito finium distinguendorum extat nouissimum, & plenum Consilium Gasparis Lotti muttine impressum cuius caput est Quemadmodum optimus Mediens per totum reliquum, vide infra ad consil. Rol. Cauagn.

Num. 8.

Versic. (me plurimum mouent) similis est, & frequens ista conuentio inter plura contigua oppida in patria Montisferrati, præsertim inter locum Mirabelli, & locū Lù, inter Castagnetū, qui locus est Montisferrati, & Clauaxium, quod dicitur esse ex ditione Pedemontium cuius rei causa plures suboriuntur sæpe difficultates, in simili materia, cuius meminit hoc responsum cōsuluit Alba Mandellus in consil. 130. Et vt casus iste. lib. 1. Rol. Cauagn.

Quod registratio bonorū in catastro arguat
4 subiectionem † scribit Menoch. in cons. 264. Interrogatus, vt de perecelebri nume. 6. & 7 lib. 3. late Alba Mandellus in cons. 111. licet iam multa. num. 4. & seqq. lib. 1. R. C.

Num. 9.

Quod registrum in catastro non faciat fidem, nisi inter ipsum registrantem. & eum per quem facta est registratio, probat idem Menochius in consil. 191. Non parum difficultatis, & dubitationis habet. nume. 83. lib. 2. & licet ex eo catastro non probetur possessio, nec dominium, insurgit tamen probatio iurisdictionis ad fauorē communitatis registrantis, sic notat Menoch. in cons. 147. Quæstio de finibus. nu. 5. lib. eodem, vnde communitas dicitur habere intentionem suam fundatam ex quo bona alicuius sunt descripta in eius æstimo, vt probat Alba Mandellus in d. consil. 130. vt casus iste clarior reddatur. numer. 5. lib. 1. & è conuerso, qui non est descriptus in libro æstimi iustè repellit exactorē, idem Alba in cons. 249. Intentio multum Magnifici Domini Comitis. num. 18. lib. 2. quia habet fundatam intentionem, quod non sit subiectus oneribus. Idem Alba in consilio 335. stantibus verbis supradictæ conuentionis. numer. 6. libro eodem. Rol. Cauag.

Num. 15.

Quod omissum non dicatur id quod eadem
5 ratione concluditur † dixit Menochius supr. in consilio 5. excitatur noua iuris dubitatio. num. 25. hoc eodem libro ex Baldo in l. per diuersas. C. mandati. Item non dicitur omissum, quod venit ex mente disponentis Menoch. consil. 232. De proposita hac consultatione. num. 35. libr. 3. vnde & pro expresso habetur id quod ex mente venit ipsius disponentis. Idem Menoch. in cons. 289. in ea graui controuersia. nu. 46. lib. 3. R. C.

Ad Consilium 15. Dicendum videbatur.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia metu contracta quomodo dissoluantur.*
2 *Caussa iusta, quæ dicatur pro dissolutione sponsaliorum.*
3 *Sponsalia immature an arguant dolum etiam in matre.*
4 *Sponsalia, vt dissolui possint partium consensu, quæ requirantur.*
5 *Sponsalia an possint dissolui ob discordiam, & timorem odij.*
6 *Sponsalia an possint dissolui si sponsa diues ad inopiam peruenerit.*
7 *Sponsalia an dissoluantur si sponsus sponsam abhorreat.*
8 *Sponsalia an possint dissolui ob dissensum parentum.*
9 *Sponsalia an dissoluantur ob imminentiam scandalorum.*
10 *Sponsalia iurata an dissoluantur ex iusta caussa.*
11 *Sponsalia cum impubere an valeant, quid si fuerit minor septennio, quid si facta fuerint cum auctoritate superioris.*
12 *Sponsalia inualida an conualescant ob mutuam cohabitationem.*
13 *Sponsalia de futuro, quibus casibus resoluantur.*
14 *Sponsalia de futuro quot modis contrahantur.*
15 *Sponsalia dupliciter considerantur.*
16 *Sponsaliorum executio an sit differenda ob mortem patris.*
17 *Sponsalia contracta contra bonos mores an valeant.*
18 *Sponsalia contracta per puellam detentam, quæ postmodum, aufugit, an valeant.*
19 *Matrimonium an probetur ex instrumento dotis, & quid vbi extat statutum requirens biennium ante dotis confessionem.*
20 *Matrimonium an probetur contractum ex eo quod coniuges nominant se maritum, & vxorem, & filios legitimos.*
21 *Matrimonium an præsumatur ex mutua coniugum tractatione.*
22 *Matrimonium an probetur ex cohabitatione, & fama viciniæ.*
23 *Matrimonium præsumptum non præiudicat matrimonio celebrato in faciem Ecclesiæ.*
24 *Matrimonium quomodo probetur quoad quasi possessionem.*
25 *Matrimonium an probetur per oscula, & cohabitationem.*
26 *Matrimonium an probetur per vnum testem deponentem de verbis matrimonij, & per alium de confessione.*
27 *Paria sunt non esse, vel esse, & non apparere.*
28 *In dubio pro sententia præsumendum est.*
29 *Sententia præsumitur iusta.*
30 *Dictio si quando importet conditionem.*
31 *Dispensatio facta non seruata solemnitate rescripti est inualida.*
32 *Dispensatio ad hoc vt legitima sit quæ requirantur.*
33 *Dispensatio quando subreptitia dicatur.*
34 *Dispensatio super matrimonio inualida respectu vnius coniugum an valeat respectu alterius.*
35 *Dispensatio vbi nulla præcesserit caussæ cognitio amittit nomen proprium, & dicitur dissipatio.*
36 *Dispensatio sine caussa non est tuta quoad Deum.*
37 *Dispensatio sine caussa quando valeat.*
38 *Dispensatio quando fit per Principem habet præsum-*

sumptionem, quod caussa praecesserit.

39 *D sponsatio facta per inferiorem a Principe debet habere caussam expressam.*

40 *Promittens factum alienum regulariter non obligatur.*

41 *Promittens se facturum, & curaturum obligatur potius ad factum proprium, quam alienum.*

42 *Promittens factum alienum cum pœna obligatur, declara num. 43. 44. & 45.*

46 *Promittens factum alienum obligando se de suo proprio, quomodo teneatur.*

47 *Obligatio facti alieni cum clausula, & cum effectu quid operetur.*

48 *Promittens quod non simulatè, sed sincerè, ac bona fide curabit, quod talis sic faciet, ad quid obligetur.*

49 *Indemnitatis obligatio quando resultet ex promissione facti alieni.*

50 *Promissor qui facit casum, & factum proprium, quomodo se obliget.*

51 *Promissio facti alieni, quando non teneat.*

52 *Promittens factum alienum quando excusetur.*

53 *Promittens factum alienum cum pœna ad hoc, vt incidat in pœnam requiritur interpellatio.*

54 *Promittens factum alienum non excusatur, quando agitur de interesse promissoris.*

55 *Promittens quod aliquis reddet rationem cum obligatione soluendi, quidquid facti calculis compertum fuerit deberi an excusetur.*

Num. 1.

DE sponsalium dissolutione, sub ea ratione
1 quod metu fuerint † contracta, etiam
quod coram ordinario fuerint repetita, & geminata
late scribit Menoch. in cons. 1227. Crediderim
non sine magna per totum. volum. 13.
Quid si fuerint iurata, vide eundem Menoch. in
cons. 60. longo studio. num. 11. lib. 1. & 786 & si
peracutæ num. 10. lib 8. vbi dicit, quod sic dummodo
adsit, iusta causa quæ autem, & quales
2 sint † istæ iustæ causæ not. Menoch. nume. 11. 13.
& 14 Quid de dissensu parentum. ibid. num. 16.
Quid de timore discordiæ, & alijs scribit idem
Menoch. cons. 69. quæstionis præpositæ dissolutio.
num 45. lib. 1. de sponsaliorum verbis, & eorum
declaratione videnda sunt notata per Cor.
in cons. 91. licet in hac consultatione. nume 10.
lib. 3. quem tamen non probat & omni casu declarat
idem Menoch. in cons. 368. Nulla certè
3 apud me. num. 19. lib 4. quando sponsalia sunt †
immatura an arguant dolum etiam in matre, notat
Crauet. in cons. 18 Andreas Iuuenis. lib. 1. &
post eum Vincentius Grilenzonius in consilio
110. Nobilis puella. num. 3. & 19. R C.

Eodem numero ibi solo partium consensu dis
4 solui possint, quæ † requirantur ad hoc, vt sponsaliorum
dissolutio fiat. & in quibus casibus spōsalia
dissoluātur, latè scribit Iulius Sannazarius
de Rippa in tractatu de sponsalibus, & matrimonijs.
capit. 2. artic. 6. Vltimus superest articulus
per totum. Quando autem, & ob quas caussas
possint sponsalia facilè solui, scribit Menoch. in
cons. 69. Quæstionis propositæ dissolutio. num.
45. & 66. lib. 1. post Abbatem in cap. requisiuit.
numer 4. extra de sponsalibus. vbi fit mentio de
5 discordia † & timore odij inter spōsum, & sponsam.
an autem iusta caussa sit dissoluendi sponsalia
6 si sponsa † dites in inopiam deuenerit, scribit
Menoch. in cons. 386. Duabus propositis dubitationibus.
nu. 3 & 25. libro 4. vbi etiam quæ-
7 rit, quid si sponsus sponsam † abhorreat an compelli
debeat ad matrimonium, & an parentum
8 dissensus † præbeat. iustam caussam discedendi
à sponsalibus, vide eundem Menochium in consilio
786 & si peracutæ sunt ac doctæ, nume. 16.
lib. 8. De sponsaliorum dissolutione inter puberem
& impuberem, etiam ob odium, & immi-
9 nentiam † scandalorum, scribit Alba Mandellus
in consilio 550. Respondetur quod cum Pater.
num. 4. lib 3. vbi dicit posse dissolui ex iusta
10 caussa etiam si fuissent † sponsalia iurata, quod
etiam dixit Menochius in d. cons. 386. nume. 1.
& 2. quod procedit etiam quod fuerint contracta
cum potestate superioris. Bartol. de Cartaris
in consil. 63. Venerabilis, & clarissime Doctor
num. 3. inter consilia matrim. diuersorum,
11 an autem sponsalia † cum impubere valerent,
scribit Franciscus de Assio in cons. 2. An matrimonium
contractum inter consilia matrimonialia
diuersorum. Quid de sponsalibus contractis
cum minoribus septennio. vide Luchinum
de Corte in consil. 14. factum proponitur num.
1. inter Consilia matrimonialia diuersorum, vbi
12 dicit conualescere ob mutuam † cohabitationem,
vel alia signa. Quibus verò casibus spon-
13 salia † de futuro resoluantur. Vide Luchinum
de Curte in d. cons. 14. num. 2. vbi tresdecim ca-
14 sus enumerat. Quot autem modis sponsalia † de
futuro contrahantur. Vide Martinum Garatū
in consil. 15. Ioannes de Maranno. numer. 5 & 6.
Inter consil matrim. diuersorum, vbi dicit spon-
15 salia † dupliciter cōsiderari, prout scilicet sunt
de futuro & de præsenti, & numero 9. & 11. scribit
qualiter dissoluantur, & separentur. Quid
de sponsalibus metu gestis, vide ibidem numero
13. & de differenda sponsaliorum executio-
16 ne ob mortem † Patris. ibid. num. 19 & de spon-
17 salibus contractis † contra bonos mores. numero
20. & 24. & de sponsalibus contractis per
18 puellam † detentam, quæ postmodum aufugit,
ibidem num. 34. Sponsalia verò contrahere, quomodo
intelligatur de iure, not. Angel. de Vbaldis
Iunior in consil. 45. De anno Domini. num.
1. inter consilia matrimonialia diuersorū, quomodo
probentur. ibid num. 10. & quibus modis
ratificentur. num. 13. R.C.

Num. 11.

Quod ex instrumento dotis probetur matri-
19 monium. † Probat Alba Mandellus in consilio
180. Pro resolutione primi dubij. num. 1. 2. & 3.
& 4 lib. 1. vbi adducit textum in cap. 2. de clandestina
desponsatione cum alijs iuribus, ad id
quòd ex confessione coniugum probatur matrimonium,
dummodò tamen illa confessio non
tendat in præiudicium alterius matrimonij.
Quo loco dicit Apostillator Vincentius Annibaldus
in verbo confessio, quod ista est communis
opinio Theologorum, Canonistarum, & Iuristarum
ex Socino Iuniore in consilio 82. viso
themate suprascripto. num 9 lib. 2 & illud dictū
ampliat ibi Alba, procedere etiam quod adesset
statutum requirens saltem biennium, ante
dotis confessionem, vt ibidem nume 4 dicitur.
Quod autem matrimonium præsumatur contra
20 eum per coniuges inuicem nominantes † se maritum,
& vxorem, & eorum filios natos legitimos.
Probat Menoch. in cons 490. Nulla est certè
apud me probabilis. nu. 11. & 12. lib. 5. & prius
in

in consil. 199. Matrimonialis hæc controuersia.
num. 46 quod ibidem declarat. num. 51. libro 2.
non procedere vbi tractaretur de præiudicio
alterius matrimonij. Item de mutua coniugum
21 tractatione † verba facit idem Menochius ad
probandum matrimonium in consilio 614. cum
magni ponderis, ac grauis sit. nu. 21 libr. 7. vide
Martinum Gararum in consil. 16. visis processi-
bus, & attestationibus. num. 1. & 9. Inter consi-
lia matrimon. diuers & Hieronym. Grat. in con-
silio 75. Innocato diuino suffragio. num 42. In-
ter dicta consilia matrim. Iac. Leonissam in con-
sil. 50. Domina Maria de Viguntio. num. 1. inter
cons. matrim. R.C.

Num. 12.

De cohabitatione, ac de fama Viciniæ ad
22 probãdum matrimonium † verba facit Alba in
ciraro consil. 130. num. 7. vbi ex Abbate in cap.
Super eo, de eo qui cognouit consanguin. vxor.
dicit hoc esse potissimum in probando matri-
monium. De probatione viri, qui tenuerit mu-
lierem secum per decem annos, & eam tracta-
uerit in mensa, & in lecto tanquam vxorem, &
de hoc tractatu sit publica fama ad præsumen-
dum matrimonium. Vide Iacobum de Ruber-
tis Parmensem, in Additione ad Consilium 50.
Domina Maria Iacobi Leonissæ. sub nu. 3. & 4.
Inter consil. matrim. diuersorum, vbi tamen sub-
23 dit hoc præsumptum † matrimonium non præ-
iudicare illi, quod est factum in faciem Ecclesię.
Faciunt etiam tradita, per Petrum Albignanum
in cons 67. Leonardus de Regio. nume. 1. 2. & 3.
Inter consilia matrimonialia diuersorum. Insu-
24 per quod matrimonium probetur † saltem quo-
ad quasi possessionem, si tanquam coniuges se
tractabant, scribit Garatus in cons. 17. contra-
cta sunt sponsalia num 3. & 7. inter consilia ma-
trim & num. 6. inquit per oscula, & cohabita-
25 tionem † matrimonium præsumi ex glos. in ca.
1. de desponsat. impub. lib. 6. & quod per vnum
26 testem deponentem † de verbis matrimonij, &
alium de confessione probetur matrimonium,
dixit idem Martinus Garatus in citato consilio
16. num. 14. R.C.

Num. 13.

27 Paria sunt non esse, vel esse † & non apparere,
Ad regulam hanc mirificè faciunt, quæ notat
Iodocus Damhonderius Burgensis in Enchiti-
dion parium, aut similium iuris sub verbo esse
inapparenter, vbi plura ad exornationem ad-
ducit. R.C.

Numero eodem ibi, quæ non apparent non
præsumuntur posset contra Menochium allega-
28 ri, quod ex quo in dubio est præsumẽdum † pro
sententia, vt idẽ Menoch. Animaduertit in con-
silio 1182. De prima proposita dubitatione. nu-
mero 13 & 14. libr. 12. Videretur dicendum
dari præsumptionem, quòd fuerit ritè, & rectè
lata. si enim in dubio sententia præsumitur iu-
29 sta † vt idem Menoch. dixit in cons. 676. Peruẽ-
ra est nouẽ excitata. num. 8. libro 7. vtique præ-
sumendum est præcessisse ea omnia, quæ ad il-
lius validitatem desiderari possunt. R.C.

Num. 14.

De ista dictione si cuius hoc loco meminit Me
nochius, Vide quæ dixi in decisione mea con-
sultiua 19. Dubitatur contra D. Antonium. nu-
mero 21. libro 1. vbi dixi, quòd quando hæc di-
30 ctio † si reperitur adiecta verbo futuri tempo-
ris, prout est casus Menochij, ibi si de præmissis
vobis canonicè constiterit, tunc dubio procul
conditionem importat R.C.

Numero eodem ibi Non possumus dicere re-
scripto satisfactum fuisse Adde quod dispensa-
31 tio facta non obseruata solemnitate † rescripti
inualida est. Menoch. in cons 442. Propositæ cõ-
sultationis dubitationes nume 65 lib. 5. vbi lo-
quitur de inualiditate dispensationis factæ per
Episcopum Casalensem de quodam qui sacris
ordinibus erat initiatus. R.C.

Num 15.

Ibi, quæ vt legitima sit quatuor requirit, vide
eundem Menoch. in consil. 629. Cùm doctè, &
acutè admodum. num. 9 & 10 lib. 7. vbi similiter
32 dicit vitiari dispensationem † ex defectu cau-
sæ cognitionis, & in cons. 20. Quod Magnificus
D. Honorius. num. 41 hoc eodem libro ait, quod
in dispensatione legitima caussa requiritur. In-
33 super quòd dispensatio † concessa non proba-
tis necessariò requisitis dicatur subreptitia, &
nulla censuit idem Menoch. in citato consil.
442. num. 51. an autem data inualiditate dispẽ-
34 sationis † super matrimonio saltem ex parte v-
nius ex contrahentibus sit validum, ita vt ex eo
matrimonio natus ad fideicommissi successio-
nem reddatur habilis. vide eundem Menochiũ
loco paulò ante citato, num. 67. R.C.

Num. 16.

Vbi nulla fuit adhibita caussæ cognitio non
35 dispensatio † sed dissipatio dicitur, sic inquit
hoc loco Menoch. pro quo benefacit conside-
36 ratio, quod vbi dispensatio est sine caussa † non
est tuta quoad Deum, glos. in cap. non est voti
extrà de voto, & voti redemptione. Verum quia
multoties inuenies dispensationem, quæ sine
causa valet ad euitandas dubitationes scias, qđ
aut dispensatio fit per Principem sine caussa, &
37 tunc valet † aut fit per alterum intuitu factæ
commissionis, & tunc nisi fuerit adhibita cau-
sæ cognitio non valebit, & pro hac re petito
Curtium Iuniorem in consil. 175. contra ea quę
superioribus. libr. 2. vbi de Principis potestate
non videtur esse disputandum. l. disputare. C. de
Crimine sacrilegij in delegato verò, quocunque
iure desideratur caussæ cognitio, sed hoc ipsum
videtur mihi clarius explicari per eundem Cur-
tium Iuniorem in cons. 75. quod est primum in
secundo volumine. & incipit habita diligenti
consideratione. nu. 3. & 4. vbi rationem reddit.
38 quia in Principe dispensante † contra ius com-
mune præsumitur caussa ob plenitudinem po-
testatis, quam non censetur in dubio concessis-
se inferiori, qui proindè cum non valeat dispen
39 sare sine caussa dispensando † tenetur caussam
exprimere, vt ibidem firmat idem Curtius di-
cto numero 4 Ad id quod dicitur dispensatio-
nem sine caussa factam dissipationem censeri ad
de. Decianum in cons 90. Nobiles de Ripa re-
cognoscebant. num. 25. lib. 2. in responso 88 quę
ritur ergo ex prædicta facti serie. nu. 49. lib. eod.
Rol. Cauagn.

Num 17.

Quando quis promittit facturum, & curatu-
40 rum Dicas, quòd regulariter † promittens fa-
ctum alienum non obligatur. l. stipulatio ista in
princip. & l. inter stipulantem. ff. de verb. oblig.
sed

sed huic conclusioni plures dantur fallentiæ, quarum pro parte meminit Ludouicus Roman. in conf. 520. Quoad primum consultationis articulum, num. 22. & inter alias ea est, quæ per Menochium hoc loco exprimitur, quòd scilicet valeat promissio, quando quis promittit se facturum
41 rum † & curaturum, quia tunc videtur quis obligare se potius ad factum proprium, quàm alienum. § si quis alium institut. de inutilibus stipulationibus. l. 1. & §. t. & l. si ita stipulatus fuero te sisti. § Possum. ff. de verborum oblig. & l. finali in fine. ff. si cert. per. alius verò fallentiæ casus cuius non meminit Romanus loco citato is est,
42 quando pœna † adijcitur, quia tunc promissio facti alieni, quæ nullius erat roboris conualidatur, vt bene aduertit Curt. Iun. qui de communi attestatur in consilio 124. mature, ac cum maxima diligentia consideratis. num. 19. libr. 2. ex l. stipulatio ista habere licere. §. primo ff. de verborum oblig. sed ad eam pœnam obligari nō
43 videtur, † qui fecerit pro posse suo, & omnem ex sui latere diligentiam adhibuerit, etiā quòd promittens factum alienum dixerit se curaturum, & facturum, quinimò etiam si adiecta fuerit clausula, ita quod faciendo possibilia nō excusetur, sic notant Ludouicus de Alferijs, & Felix Phebeus in conf. 145. Dirigat verba nostra num. 23. & 24. Inter consilia Criminalia diuersorum. lib. 1. cum quo dicto cōcordant alia quatuor consilia, quæ sequuntur, vbi materia hæc promissionis facti alieni latè discutitur. In eo tamen consilio 145 sub nu. 20. dicunt Iidē Phebeus & Alferius magis communem opinionem esse, quod promissio facti alieni etiam cum pœ-
44 na non teneat, † & pro hac sententia citant Iasonem, Parisium, Bartolum, Crottum, Carolum, Ruinum, Lancellotum, Galliam, & Patisium, & demum, vt hanc diffidentium opinionem concilient, & à contradictione subleuent inquiunt cum Didaco Couarruuio in cap. Quamuis de pactis in sexto. § 5. in secunda parte relectionum, num. 3. & 5. versiculo quorum opinionem, quod prima sententia, quæ vult promissionem tenere locum habeat de rigore iuris ciuilis, altera ve-
45 rò † quòd per diligentiam adhibitam excusetur à pœna de æquitate Canonica procedat, cui declarationi accedunt notata per Ripam in l. Qui Romæ. § Cato. num. 88. ff. de verborum obligation. Has difficultates, vt euitent contrahentes nostri temporis cauti sunt, & curant promissioni, quam quis facit de facto alieno adijci plures clausulas, quibus promissio ipsa resoluatur in factum proprium, per eam clausulam præ-
46 sertim, vt teneatur de † suo, cuius meminit Decius in conf. 313 Promittit D. Io. Maria. nume. 5. vbi nititur respondere Socino in conf. 288. Circa primam quæstionem. nu. 33. lib. 2. Huic clausulæ similis est, ea quæ communiter etiam solet
47 adijci, & cum effectu, † vt meminit idem Decius sub num. 2. propè finem, de qua similiter verba faciunt dicti Phebeus, & de Alferijs numero 18. Verùm quia vis dictæ clausulæ facilimè declaratur, ex eo quia resoluatur in eū sensum, quòd
48 promittens scilicet nō simulatè, sed sincerè † & verè, ac bona fide curabit, quod talis sic faciet, vt paulò supra relati Doctores affirmāt bonū tñ esset scire, tunc posse obiectionem procedere si clausula prædicta fuerit adiecta soli curæ, & diligentiæ, cui se astrinxit is qui factum alienum promisit, quia secus erit, vbi dictum fuerit per promittentem se facturum, & curaturum, quòd talis, pro quo fit promissio faciet cū effectu, quo
49 casu † indemnitatis obligatio resurgit ad traditta per Franciscum Ripam in l. quod te. num. 47. ff. si cert. petat Item solet adijci alia clausula in
50 promittente, vtputa faciens casum † & factum proprium, per quam dicitur quis se constituere principalem debitorem, vt nouissimè scribit D. Costa Papiensis in suo tract. clausularum conuentionalium sub clausula 111. Quamuis ille, vbi dicit, quod promittens factum alienum sub ista forma si factum non præstetur tenebitur de proprio, citat Pancirolum in conf. 45. In instrumento dotali. num. 24. aduersus quem stat consilium Cachetani 75. facti species sic se habet. nu. 11. & infrà, quorum dicta licet applicata casui inuicem pugnate videantur, vbi tamen separatim & cum distinctione fuerint declarata procedūt,
51 nempe vt promissio † non teneat, quando iusta caussa non adfuerit secus, vbi iusta præcesserit occasio, vt est de mente Abbatis in consilio 43. videtur primo dicto. lib. 1. Quod autem dictum
52 fuit promittentem factum alienum † excusari si fecit, quod potuit, licet actus non sequatur, probatur per Menoch. in conf. 239. Tribus egregijs iuris dubitationibus. num. 13. 14. & 15. lib. 3. vbi loquitur de eo, qui promisit aliquem ratum habiturum; Vbi tamen pœna fuerit adiecta pro-
53 missioni, dicas quod ad hoc, † vt quis in pœnā cadat requiritur interpellatio. Menoch. in consilio 279 & si permultæ dubitationes. nume. 62. lib. 3. post Bartol. Bald. Ang. Aret. & Dec. quos ibid. allegat Alba Mandell. in consil. 417. Difficultates excitatæ per Fiscum. num. 2. libr. 1. vbi loquitur de promissione sistendi aliquem in iudicio. Rursus ad id quod dicitur excusari promissorem facti alieni. Addas non excusari quan-
54 do vltrà simplex factum † eius qui factum alienum promittit tractatur etiam de promissoris interesse, quia tunc ne fraudibus via dicatur aperiri, non liberabitur promissor. sic ex Socino in d. conf. 288. Non tamen Alba in consil. 592. Caussa Pontiæ videtur esse. num. 6. lib. 3. vbi dat exem-
55 plum de eo, qui promittit aliquem † redditurū rationes cum obligatione soluendi quicquid factis calculationibus constiterit per eum deberi. Rationem autem vbi quæsieris ob quam promittens factum alienum simpliciter non videatur promisisse se illud facturum, quantumcunq; enixè, & verbis amplissimis promisserit dicas eam esse ne immutetur penitus substantia negotij, & ne fiat trāsitus de vna persona in aliam contra mentem contrahentium. tūm præsertim ipsius promissoris, qui intelligitur promisisse se curaturum, quòd ille faciet. l. Quoties, quis alium. ff. de verb. oblig. sic notat Alba Mandell. in consil. 328. Præsens casus videtur habere. nu. 57 lib. 2. & in conf. 417. difficultates excitatæ. num. 2. lib. 3. R. C.

Ad Consilium 16. Quod iam non satis pridem.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per subsequens matrimonium facit deficere*

ficere eoaditicaem contra Menoch. & num. 2.

3 *Aetas legitima intelligitur de ea quæ verè & naturaliter eſt talis.*

4 *Legitimatio eſt ſimilis alchimiæ, quæ vnam ſpeciem in aliam tranſmutare noa dicitur.*

5 *Statutum Ciuitatis vocans agnatos, & filios an habeat locum ia legitimatis.*

6 *Legitimatus an veniat ſub ſtatuto excludente fœminas extantibas maſculis.*

7 *Nataraies per ſubſequens matrimonium efficiaatur verè legitimi, & ia poteſtate.*

8 *Legitimati per ſubſequens matrimonium, an differant à legitimato ex reſcripto Principis.*

9 *Legitimati ex reſcripto Imperatoris in Hiſpania non gaudeat ea nobilitate, quæ Hidalgaia vocatur.*

10 *Legitimati aoa gaudeat in Hiſpania immunitate conceſſa parentibus legitimatorum.*

11 *Legitimatus per ſubſeqaens matrimonium, ita ſuccedit in feudo, vt legitimus.*

12 *Legitimationis effectus eſt, vt retrotrahatur.*

13 *Legitimatio facta per ſubſequens matrimonium, quando non valeat.*

14 *Clar. in § feudum. q. 82. comprobatur.*

15 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium procedit etiam, quod matrimonium contractam fuerit cum ſene decrepito, vel in mortis articulo.*

16 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an admittatur ad feudum Marchiæ, vel alterius dignitatis.*

17 *Feudum dignitatis, an requirat legitimationem ex vtero matris.*

18 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium, an exigat, quod de teapore coaceptionis potaerit matrimonium coatrahi.*

19 *In legitimatioae per ſubſequens matrimonium, an requirantur inſtrumenta.*

20 *In legitimatione filiorum ſeruatur ius Caaonicum, ſed reſpectu ſucceſſionis ſeruatur ius ciuile.*

21 *Inſtrumenta dotalia in legitimatione filiorum, quando aon requirantur.*

22 *Multi ſunt habiles ad prælaturam, qui non ſunt habiles ad feudum, ſeu ad bona.*

23 *Legitimatus per Papam, quoad bona eſt vbique locorum cenſetur legitimatus vbique locorum.*

24 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium admittitur ad feuda dignitatis.*

25 *Legitimatus regalariter non ſuccedit in feudo, & emphyteuſi eccleſiaſtica.*

26 *Papa an legitimet in Gallia, quoad ſucceſſionem bonorum.*

27 *Papa an legitimat ſubditum imperio in temporalibus, & num. 28.*

Num. 6. & 19.

MEnochius hoc loco reſpondet contra legitimatum per ſubſequens matrimoniū;
vt non admittatur ad fideicommiſſum, & allegat plures Doctores, qui non faciunt ad rem,
1 vt ſcribit Ladrech Imola in conſilio 24. ſi rectè. num. 49. vbi tenet pro legitimato R.C.
Contra Menochium fuiſſe deciſum teſtatur
2 D. Raudenſis† in deciſ. ſua Piſana 43. ad Clariſſimos. num. 73. R.C.

Num. 7.

Ibi quod equidem verè, & propriè eſt intelligendus ad probationem illius dicti, Adde l. final. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. Vbi dum fit mentio de legitima ætate ſemper
3 cadit intelligentia de ea quæ † verè, & naturaliter eſt talis. non autem de ea quæ per fictionē & ſeu diſpenſationem dicitur talis, cuius rei dictum in propoſito firmat Bald in cap. 1. de conſtitutionibus. Inquiens, quod legitimatio ſimi-
4 lis eſt † Alchimiæ. quæ ſicuti demonſtrat id quod non eſt ita vnam ſpeciem in aliam tranſmutare non dicitur Hoc idem dictum probat Soc. Sen. in l ſi cognatis. num. 22. ff de reb. dubijs Et ideo
5 alias reſpondi ſtatutum † ciuitatis Mediolani, quod vocat agnatos, & filios non habere locum in legitimatis, vt in deciſione mea conſultiua agnationem, quam in familia de Gluſſianis, & cum iſta ſententia tranſit Decius in conſilio 52. viſo eleganter. verſic. ſed tamen his non obſtantibus & in conſil. 306. In caſu propoſito. verſic. venio ad ſecundum. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. verſic. ex prædictis apparet de vſuc. Curtius Sen in conſilio 16. Iſtis duabus legitimationibus. & 35. vt veritas eluceſcat. Bologn. in addition ad Io. de Anania in conſ 26. vbi loquuntur
6 in materia ſtatuti † excludentis fœminas extantibus maſculis licet Curt Iun. in conſ. 153. Circa controuerſiam vertentem. verſic. tertio principaliter. vol. 2 & Iaſ in l. cum acutiſſimi. C. de fideicō. ac Ruin. in conſ 94. vt eius de quo quæritur. num. 13. vol. 3. contrarium ſenſerint quod tamen dictum poſſet habere locum in legitimatis per ſubſequens matrimonium, vt idem Dec. in d conſ. 52. videtur affirmare, pro qua ſententia videtur ſtare text. in l Nuper in princ. cum ſequenti. C. de natur. liber. vbi naturales per
7 ſubſequens† matrimonium efficiuntur verè legitimi & in poteſtate, maxima enim ſemper fuit
8 differentia inter † legitimatos ex Principis reſcripto, & legitimatos per ſubſequens matrimonium, vnde qui legitimantur ex reſcripto Im-
9 peratoris † non gaudent in Hiſpania in nobilitate, quam Hidalghiam vocitant, vt refert Ioan. ab Otalora in Summa nobilit. Hiſpan. in 2. parte 3. principalis cap. 3 num. 42 vbi legitur Imperatoris conſtitutio ad hunc effectum regiſtrata. Item & in partibus Hiſpaniarum, ijdem legiti-
10 mati non gaudent † immunitate conceſſa parentibus legitimatorum, vt ſcribit idem Ioann. ab Otalora loco citato. verſic. Quibus non obſtantibus. R.C.
Numero eodem ibi (non tamen verum eſt) contra Menochium hoc loco ſtat Clarus in § feudum. q. 82. verſic. Item quæro, vbi dicit quod
11 legitimatus per ſubſequens matrimonium † ita ſuccedit in feudo, vt legitimus, etiam quod illud fuerit receptum pro ſe & filijs legitimè natis, quod dictum ibi dicit Clar. in verſiculo, ſed quid ſi feudum commune cenſeri, quia tales in omnibus, & per omnia legitimè natis æquiparantur, quod mihi viſum fuit confirmari ex eo,
12 quod legitimationis † effectus eſt, vt retrotrahatur etiam in præiudicium iuris delati, vel ſola ſpe ad alterum competentis, vt etiam dici ſolet de legitimatione, quæ fit per reſcriptum ex Pariſ. in conſ. 1. Redemptoris noſtri inuocato præſidio num. 56. lib. 2. poſt Doctores ad l Gallus § & quid ſi tantum. ff de liber. & poſthum. quod tamen dictum fuit de legitimatione, quæ fit per ſubſequens matrimonium, declara dummodo de tempore conceptionis mulier potuiſ-
13 ſet eſſe vxor eius, cum quo concubuit, quia †

alias

a'ias non valeret legitimario per subsequens matrimonium facta per alium, quàm per Papã, vt norant Doctores in cap. Tanta extra qui filij sint legitimi, de qua re multa verba facit Gabriel. in suis communibus conclusionibus sub titulo de legitimatione. conclus. 2. numero pri-
14 mo. Cum claro tamen dicas † stare Mysingerium. obseruatione 42. Illud controuersum, cẽturia quinta. & Hyppolitum de Marsilijs in singulari 542. textus in cap. 1. § Naturales, vbi dicitur, quod licet legitimatus ex Principis rescripto nõ admittatur ad feudum, si tamen fuerit legitimatus per subsequens matrimonium erit admittendus, in quo proposito videnda sunt tradita per D. Raudensem de Analogis. ca. 55. sunt etiam frequentes, vbi dicitur, quod tales legitimati per subsequens matrimonium dicuntur verè legitimi, etiam quoad statuta Andreas Guillius obseruatione 14. supra obseruatione proxima. lib. 2. numero octauo. vbi
15 hoc dictum ampliar etiam † quod matrimoniũ sit contractum in mortis articulo, vel à sene decrepito. Quod limitatur non procedere in nepote si filius naturalis mortuus sit, antequàm pater eum matre filij naturalis mortuus sit, matrimonium contraxisset, vt ibidem nume. 9. faciunt notata per Cassaneum in consuetudinibus Burgundiæ. titulo des successions des Bastards. § 3. glos. 2. num. 8. R.C.

Num. 8.

Ibi, non autem verè succedere potest in feudo Marchiæ, vel altero quod dignitatis est. Aduerte quia contrarium statuit idem Menochius in consilio 799. Nulla est mea quidem sententia. numero 12. lib. 8. vbi dicit, quod legitima-
16 tus † per subsequens matrimonium admittitur etiã ad ea quæ sunt dignitatis, & subdit, quod Baldus, & sequaces. Loquuntur in legitimato per rescriptum Principis, quo casu pace dictum sit (parùm mihi constans fuit Menoch. in hoc articulo, in quo dùm impugnat dictum Baldi,
17 quod feudum † dignitatis requirit legitimationem ex vtero matris, inquit a Baldo fuisse deceptum, quia dicat legitimatum per subsequẽs matrimonium censeri legitimè natum, quia prẽsumatur contractum matrimonium, antequam copulæ carnali, vir & vxor iungerentur, vt ibidem num. 16. 17. & 20. adde eundem Menoch. in cons. 227. iuri, & æquitati. num. 43. libr. 3. In ista causa memini scripsisse pro legitimatis per subsequens matrimonium, pro quibus similiter stat consilium Surdi 213. Non est noua quæstio proposita. numero 18. libro 2. quem sequutus est Lancellotus Gallia in consilio 112. Non possum, nisi manibus, & pedibus. num. 18. vbi dicit cum Surdo, quod Menochius senio confectus sententiam mutauit in melius. R.C.

Num. 10.

Ibi. Imò censent multi filium præsumi à marito etiam si adulter ad eam re consueuit. Vide quæ latè scripsi in anatomia iuris ad l. miles. § Defuncto. ff. ad leg. Iul. de adulter. & in decisione mea consultiuã pro Comite Biliano, cuius caput est. Ea est prima dubitatio. R.C.

Num. 12.

18 Ibi, cum eo tempore nati sint † quo non poterat consistere matrimonium, pro ista opinione stat Osasc. decis. 119. tertius principalis articulus. num 10. 17. 18. & 19. Vide Francis. Marc. decis. 472. quæritur tali parte 2. contrarium tamen tenuit Bart. in l. bonorum. ff. rem ratam haberi. num. 3. & in l. penu. §. vxor ff. sol. matrim. & ibi Bald. Ang. in §. fin. num. 12 instit. de nupt. Tiraquell. in l. Boues § hoc sermone in princip. num. 4. ff. de verb. & rerum signif. in 3. limitat. num. 8. & 17. vbi attestatur de communi, & in tract. de primogenit. q. 34. num. 3. Abbas in ca. tanta, Qui filij sint legitimi. nu. 33. R.C.

Num. 13.

sit sufficiens, vt colligere est ex dictis per Bru.
in cõs. 29. in causa dominorũ 8. ex Bal. in c. 1. §.
cõuenticulas de pact. iur. firm. & isto casu qua-
drat consideratio, quod si in cõgregationibus
fiendis ad causam licitam requiritur superio-
9 ris auctoritas † quanto magis ad causam vnio-
nis, quæ ex eo est illicita, cum sæpe intersit ho-
mines habere loca diuisa, & separata potius,
quam vnita, quod si ad regimen publicum re-
feratur, & magis procedet, quia quò minus pe-
10 tentes † sunt subditi, eo securior est domina-
tio, iuxta illud, si vis regnare diuide, quod ta-
men sano, & christiano more velim intelligas
alias reijcito, Rol. Cauag.

Num. 6.

Quod dicitur hoc loco de illicita pactione
per quam non tenentur homines Crucisfer-
reæ ad excubias in loco millesimi, sic constans
est, vt tolli nequeat, quia non ad vniuersitatẽ
11 millesimi pertinere † dicitur eximere homines
Crucisferreæ ab onere excubiarum, sed ad ip-
sorum millesimi Dominos ad quos pertinet cu
ra, quod locus ille custodiatur pro defensione
ipsius, ac inde personarum ipsorum condomi-
norum, in quibus consideratur custodia respe-
ctu officij, seu feudi, quia prouidere ne oppri-
12 matur locus infeudatus pertinet ad † feudata-
riũ qui vt caput reipublicæ tenetur custodire,
& subditos suos tueri ab omni malo alias tenẽ-
tur de omni malo, & damno, tex. in l. nam salu-
tem. ff. de succed. Ruin. & Mysing. quem in ca-
su custodire adhibendæ de tempore pestis ci-
tat, & sequitur D. Io. Petrus Bimius in cons. 14.
diligenti consideratione nu. 30. hoc idem pro-
bat Mysing. obseru. 70. Domini terrarum ad
custodiam centur. 5. dum inquit quod Domi-
ni terrarum ad custodiam sui territorij ea-
13 renus † tenentur, vt si rapina in eorum di-
tione contingat ipsi sint ad damnum obnoxij,
idem Mysing. in obseru. 71. in præcedenti cẽ-
turia 5. & Crau. in conf. 196. & si abundè satis
iusta num. fin. lib. 1. Vnde cum hoc sit de spe-
cialiter reseruatis Priucipi, & Domino vtili
nullum ius habebãt vniuersitates sic transigen
di, & paciscendi, ac immunitatem aliquibus

conce,

concedendi tendit enim actus ille contra supe
rioris auctoritatem quo casu nec etiam habi-
ta licentia se inuicem congregandi poterant
14 vniuersitates† sic decernere ad notata in l.1.&
2.C.de Decret Decur.super immunit. libr.10.l.
Immunitates & ibidem scribentes. C.de agric.
& censit lib.11.Idem Losæus de iure vniuersi-
tatis, parte 3. cap.10. vidimus superius. num.
1. Rol.Cauag.

Num.7.

Conuentio cuius hoc loco meminit Menoc.
licet si fuisset facta in congregatione, & adu-
nantia licita, vtputa quia præcessisset licentia
vtique posset sustineri. Verùm quia fuit illici-
15 ta, & in dubio præsumitur † facta ob malam
caussam potest meritò dubitari de suspecta cõ
uentione per ea verba tàm in iudicio, quàm ex
trà, quod enim ad actus extraiudiciales refer-
16 tur cum principio† prohibito adauget suspicio
17 nem verba enim ambigua prolata à malo † ma
lum sensum habeat. R.C.

Eodem num. quòd pactum factum per sub-
ditos de assumendo litem in communi, & de
18 defendẽdo tã in iudicio, quàm extrà arguat †
conspirationem, & confœderationem contra
dominos, quia ob publicum auxilium fiunt au-
daciores erga eos, probat Matthæus Cunonus
de pactis.lib.1.c.24. Decimonono quæro.num.
191. vbi citat hunc Menoch.locum.R.C.

Num 8.

Impositionem collectæ in congregatione fa-
19 cta per subditos nulla præcedente licentia †
damnat tãquam actum iurisdictionalem. Brun.
in cons,29. nu.9. lib.1. qui licet loquatur hoc
fortasfsis non procedere in ea villa, quæ facie
vniuersitatẽ, attamen quia locus Crucisferreæ
est. Quarterium Millesimi, vt mihi notissimũ
est habui enim in eo loco Milesimi, vt auditor
simul, & illis hominibus Crucisferreæ, tanquã
de mandamento Millesimi iusdicere, cuius sci-
licet penes me sit multa notitia, attamen quia
hoc idem fatetur. Menoc in isto cons in ea par-
te in qua supponit factam fuisse transactionẽ,
& pactum inter homines ipsos, & homines Mi-
lesimi, ne teneãtur ad excubias, ad quod pa-
ctum non fuisset opus deuenire, vbi locus Cru-
ciferreæ fuisset separatus, licet ex post separa-
tionem prædictam fateatur. Menoc. hoc loco
nu.27. ad quod dictum crediderim, eum venis-
se minus rectè informatum de veritate facti.
R.Cauag.

Num.11.

Tenet hoc loco Menoc. quod impunè pos-
20 sit vniuersitas se ipsam congregare † sed erro-
nea est opinio, quæ prius fuerat. Crau.in cons.
4. præsupponitur consuetudo in loco Goncel-
lini nu.20.lib.1. Nec repetio, quod Soc. sen. al-
leg.in cons.95. in causa communis Bulsiglianæ,
lib.3. vna cum Ias.in cons.71. ordinatio cõsilia-
riorũ lib.3. dicat id ad ꝙ allegatur per Crau.&
Menoch. minusq; Bartol. in l. obseruare C.de
decurion. & eorum officio lib.10. quia ibi quę-
rit tantum quando consilia facta sine auctori-
tate superioris oblique omnes de cõsilio. Quod
autem erronea sit opinio satis aptè colligitur
ex hic quæ dicta sunt superius ad numerum pri
mum, ex notatis per Guid.Pap.in cit.q.631. in
8. dubio, licet eam dicat Alcia. ex Fabro esse
ex locali consuetudine Franciæ, vt memini vi-
disse pœnes eum in cons. 103. Numquid homi-
nes Montilij nu.1.lib. 5. namq; in progressu il-
lius consultationis tenet pro regula, & nititur
tueri cõgregationem hominum Munusilij per
Fallentias ad regulam quas ibidem tradit in
patria autem Montisferrati paucis ab hinc an-
nis audio publicatum fuisse decretum Serenis-
21 simi Ducis Mantuæ † & Montisferrati prohi-
bens quascunque vniuersitatum congregatio-
nes sine superioris licentia. R.C.

Num. 12.

Qualitas personarum, quam deducit hoc lo-
co Menoc. deberet operari sinistram præsum-
22 ptionem † intuitu conuenticulæ, quæ cum fa-
cta fuerit per subditos eo fortior est præsum-
ptio, quia vt plurimum subditi, qui pro maiori
parte sunt personæ rurales per quos multoties
teguntur vniuersitates tùm præcipue Langa-
23 rum quærunt, & † satagunt ad extinguendam
nobilitatem, vt aliàs dixi ad antiqua Montis-
ferrati decreta, sub decreto 1.§. 22. lib.1. qua-
24 litas verò causæ parum † iusta fuit ex rationi-
bus quę superius dictæ sunt ad num. 6. & ideo
non intrant illæ duæ qualitates quarum memi-
nit. Bald.in cons.cui innititur hic Menoc. 262.
decretũ dñi disponi nu.2. lib.2. ad mitigãdam
pœnam debitam ex facta congregatione sine
superioris licentia. R.C.

Eodem nu.vers.3. moueor, dicit Menoc.lici-
tam esse congregationem amicorum etiam ar-
25 matorum † pro defensione iuris proprij, vndè
ab hoc arguit permissionem congregationis
hominum vniuersitatis, sine licentia superio-
ris, sed illatio nõ congruit, quia sicuti hæc vl-
tima congregatio restricta est ad eos termi-
nos necessitatis cui aliter subueniri non pos-
sit. & grauamen, quod imminet nequeat aliter
reparari, vt scribunt Luc.de Penna, & alij ad l.
prohibitum.C.de iur.fisci, & in l. deuotum. C.
de mettalarijs. Cyn. in l.ab executione.C.quo-
rum appellat. non recip. prout etiam diffusè
dixi in meo theatro criminali par. 4. quęstio. &
prius in materia etiam violentię illatæ per Iu-
dicem annotaui ad obseruationes Montiferra-
ti sub decreto 1. §. 6. Iudices ex eo dicti sunt,
lib. 1. num. 9. sicuti inquam hæc propositio
26 non habet liberas † habena, sed continetur
sub suis terminis, & regulis, quando scilicet
versatur periculum in mora, ita ab ea ad hanc
non licet arguere ob diuersitatẽ rationis vul-
gata. l. Papin. exuli ff. de minorib. & vbi dandus
esset casus similitudinarius, tunc posset habe-
27 re locum illatio quando superioris † auctori-
tas non posset haberi, & res pertractanda ce-
leritatem desideraret, quo casu damus quòd
possit licitè fieri congregatio, quia necessitas
28 nulli legi subiacet, & excusat † a solẽnitate iu-
ris non seruata. Menoc.in cons.351. Respondẽ-
dum esse iure existimo nu.35. lib.4. & in consil.
106. dubitationes aliæ, exortæ num. 17. lib. 11.
R.Cauag.

Num.13.

Ibi, quòd vbi non est dolus, addo quòd imò
dolus præsumptus arguitur a non obseruata
29 iuris † solẽnitate. Menoc.in cons.406. non pos-
sum nõ summopere nu.51.lib.5. Nec dolo caret
30 qui † legi non obtemperat. Idem Menoch. in
consil.

conf.100. Quæ nunc discutiendæ proponuntur.num.1.6 hoc eod.lib.1. Et dolus præsumi-
31 tur in eo, qui non † facit,quod facere tenetur.
Idem Menoch.in conf 375. Recusassem libēter
hoc.nu.26.l b.4 cuius rei dolus tò maior erit,
quò dictæ vniuersitates solebant in alijs cōgre
gationibus facere mentionem de adunantia,
seu congregatione facta de ordine & licentia
Prætoris. sic enim ex libris millesimi.& Crucisferreæ dicitur solitum fuisse annotari.& quandoque in facti contingentia † inibi obseruatū
vidi,& de consuetudine petendi licentiam,patet ex dictis per Menoch. in isto conf.sub num.
14. Quo casu magis conuincuntur de dolo homines prædicti, qui dicuntur ommisisse scienter id quod facere consueuerant. Et debebant
idem Menoch in conf.214 Iuri & æquitati consentanea nu 8 lib.3.Ozasc. decis.109. In causa
fisci contra Petrinum.num.9 & in euidenti ca-
33 lumnia sunt qui fecerunt † contra formam iuris,aut consuetudinis Caball milleloq 650. In
euidenti calumnia facit l dol.ff mand.vbi dicitur in dolo,qui non vult facere id ad quod scit
se teneri.R.C.

Eod nu ibi, nec est delictum pœna dignum.
Contrariū voluit Men.in suo tract de arb.iudi.
casu 324.est vera, ac diuina, dum inquit quod
34 delictum etiam sine dolo commissum† punitur,
quod tamen inquit intelligendū non pœna ordinaria,sed extraordinaria tantum. R.C.

Numero 14.

Ibi secundo non prius deuentum fuit.Hoc ipsum quod dicitur & allegatur ad excusationē,
fortiorē culpam arguit in hominibus, qui eo-
35 dem iuris † quo vsi sunt circa petitionem licentiæ vti debebant in actu ad primam congregationem per ea quæ dicta sunt, & intrat consideratio de non solito ad num præced. R.C.

Eod.nu.ibi,Tertiò præsentibus ipsis replica-
36 ri posset, quod iste actus non tollit † contemptum dominorum in quem inciderāt homines,
qui se inuicē sine corū ordine cōgregarūt. R C.

Num.18.

Ibi non essent duo corpora, sed vnum per
hoc datur inconuincibile argumentum. qđ tractabatur in ea congregatione de iuribus dominorū,quibus intendebāt per exēptiones factas
præiudicare. vt superius dictū fuit ad n.6.R.C.

Num.21.

Ibi ex protestatione declaratoria animi Nota qđ licet vera sit iuris propositio,qđ protesta-
37 tio actus,qui tendit ad sui † exonerationē sufficiens sic etiam parte absente. vt post Bart. in
l.non solùm §.morte.q.2.ff de nou.op.nunc.attamen hic ea cadit replicatio, qđ qđ fuit de facto cogitatum. & illud idē executioni deman-
38 datū protestatio subsequens,† non excusat delictū,quia fraudulēta,& suspecta dicitur ad notata per Bald.in c.Cumana.extra de elect.quinimò simulata protestatio fraudem auget.l.si libertas.ff.de iurepatr. & protestatio iuris nō tollit quę sunt facti,& præcesserunt. Bal.in d.c Cumana.§ hoc quoq; latè de materia similis protestationis scribit Rim.iun.in cōs. 285. Mag D.
Hyppol.nu.40.& plurib.sequentib.lib.3. R.C.

Num.22.

Ibi vt sentit Brun.conf.29 num.7. Dicendum
39 est,quod Brunus † hoc dicit in rationibus dubitandi,sed decidendo probat,quod illi de Ponte
tantummodo delinquerunt congregantes se sine
licentia superioris & facientes vnionem.R.C.

Num.26.

Ibi cogi non possint homines Crucisferreæ,
40 quod subditi nō possint cogi subire onus † excubiarum,& custodiæ Castri. scribit idem Men.
in conf 198. nu 30.lib 2. ad quam rem facit,qđ
regulariter vbi nulla causa legitima adfuerit,
41 & in dubio subditi habent † iuris præsumptionem pro libertate personarū & rerū. vndè pro
eis decernendum est in possessorio. Capibl. de
auctoritate Barnnum pragm 3. Quin etiam n su-
42 per.num.116 Quod autem subditi teneantur †
pro tutela patriæ,& Domini sui, quādo ex proprijs redditibus non potest se tueri, facit canon. omni timore & can si nulla 23 q.8.Nat.in
cōs 557 Nō me latet olim.n 7.lib.3 qn tū istud
procedat.vide Nat.in conf.185.Pancis agendo
teneo.lib.1.& Iacob à S.Georg.de Homag. nu.
43 43.itē an dñs possit cogere subditos†ad custodiam nocturnam, & quando Dominus debeat
custodire tuerim, & quando communitas, vide
Boer. decis 2.2 & quod istud onus custodien-
44 di ciuitatem.vel locum sit personale, † & non
possit Indici forensibus ratione honorum, quæ
possident in territorio, scribit Natt. in consil.
447.lib 3.R.C.

Num.27.

Ibi,hoc pactum esse potius ad vtilitatem, &
fauorem ipsorum Dominorum. Dicas hāc considerationem procedere, vbi alia ratione non
fuissent obligati hoīes millesimi ad excubias.

Num 29.

Ibi per se vel per aliam se tueri, hoc idē probat Menoch. in conf 29 Non parum substiti.nume.11. hoc eod lib R.C.

Numero 32.

Hunc locum Menoch. probat Stracca in additionibus ad consilium Crau 45. Quidam homines patriæ Delphinatus.nu.1 R.C.

Eod num.ibi,non prohiberi ordinare à se ipsis, pro materia vide quæ dixi in Theatro meo
45 Criminali.lib.1 §.2 & 3. vbi plura † narrantur
in materia condendi statuta, & circa facultatē
statuendi. R.C.

Insuper pro eo,quod hoc loco dicit Menoc.
post Felynum in cap.cum omnes.extrà de constitut.numero 9. faciunt dicta per Ioseph. Sessam decis.Regni Aragoniæ 70. Dubitatū fuit,
vbi notatur quòd hoc ideo statuere,licet circa
46 gubernium, quia actus † ipse potius sit administrationis,quàm iurisdictionis.Alexāder Raud.

Numero 33.

Ibi, vt ipsarum collectarum impositio, an &
47 quando vniuersitas possit imponere † collectas
late scribit Nicolaus Losæus in tractat. de iure
vniuersitatis. parte 3. cap 9.per totum.R.C.

Numero 34.

Hunc locū particulariter probat Franc. Bec.
in additionib. ad consil Ias.71. Ordinatio cōsiliatiorum.lib.3. in litt.L.& in verbo Necessitatis, vbi adducuntur comprobantes. R.C.

Num.36.& 37.

Ibi qđ difficilis est recuperationis, pro veritate istius opinionis videnda sunt,quæ scribit Rimin.Iun in conf.285.Mag.D Hyppol.Trott.nu.
55. vbi hanc solutionem non admittit. R C.

Ad Consil. 29. Non parùm substiti.

SVMMARIVM.

Num. 14.

PRo eo, quòd hoc loco dicit Menoch. mi-
1 norem non posse etiam† cum decreto do-
nare immobilia, vide quæ superius notaui ad
cons. Menoch. 22. hæc consultatio. versic.
num. 15. dicitur hoc eod. lib. 1. R.C.

Num. 16.

Dum dicitur redditus annuos connumerari
2 inter † immobilia, vide eundem Menoc. in con-
sil. 301. non dubito. nu. 12. lib. 3. Surd. in decis.
204. si pro venditione. num. 3. & 5. vbi proptere-
rea dicit, qđ annui redditus possessor sic suble-
3 uatur ab onere satisdandi, sicut is † qui possi-
det immobilia, aliqui tamen tenuerunt non ve
nire annuos redditus appellatione stabilium,
vt meminit Menoch. in consil. 482. De multis
his nu. 32. lib. 5. de materia latè scribit Ioseph.
Ludou. concl. 48. Ponit Ant. Gabr. versic. annui
redditus. R.C.

Num. 19.

De metu reuerentiali in filio erga patrem
multa verba facit Ludou. Morotius in quodam
suo consilio inserto inter Decisiones meas con-
sult. in 1. volum. post decis. 42. Acturi Domini
Iugales de Guatijs. lib. 1. sub num. 9. 10. & sequ.
4 & in isto casu Menoch. † eo fortior insurgit præ
sumptio metus, quo tractatur de donatione fa-
cienda per filium extraneo. Quo casu etiam qđ
nullæ præcessissent minæ, attamen ob læsionem
quæ inducebatur in filio ob rei donatæ perdi-
5 tionem metus † præsumptio de facili resurgit.
vt etiam scribit Vincent. Honded. in consil. 29.
Magnif. Domina Syluagia. nu. 42. lib. 1. R.C.

Num 20.

Ibi erant, vel sunt nunc probanda. Imò dicas
qđ sicuti validitas donationis dependet à ve-
ritate meritorum, ita non vr̄ allegantem dona-
6 tionem debere audiri, nisi prius, & ante † om-
nia probauerit ipsa merita, vt omnium elegan-
tissime probat Vinc. Honded in cons. 47. si do-
natio in præced. cons. num. 35. & seq. lib. 1. post
Menoch. in cons. 112. Propositæ consultationi.
nu. 22. & seq. li. 2. in quo proposito non videtur
silentio prætereunda famigerata conclusio, qđ
7 lex permittens minorem† posse donare ob caus
sam non procedit, nisi prius verificetur illud
præsuppositum super quo fundata est permis-
sio. Glos. in verbo aduocandum ad l. mancipia.
C. de seru. fugit. & ibi Fulgos. Castr. & Salyc. Ro-
man. in cons. 480. Hæc Domina Petra. Hinc est,
quod dicunt Doctores assertioni meritorū fa-
8 ctæ in donatione † sequuta inter personas pro-
hibitas non esse credendum, quia sint alio mo-
do probanda præsertim hodiernis temporib.
in quibus omnes donationes fiunt cum ista me
ritorum assertione. vt considerat Honded. loco
relato. nu. 21. vbi dicit per istam generalem cō-
9 suetudinem notariorum assertionem † illā non
debere attendi, quasi ex stilo potius notarij, q̄
ex veritate facti deducantur, faciunt etiam no
tata per eundem Menoch. in cons. 308. Respon-
di superioribus annis. nu. 9. vbi dr̄ donatori asse
renti merita præcessisse in donatione prohibita
non esse credendum. Et ista meritorū probatio
non est, qđ fiat perfūctoriè, sed in valore equi-
ualenti ad res donatas, ita vt illa remuneratio-
ne digna sint. Rim. Iun. in cons. 289. D. Annibal
Corell. nu. 20. lib. 3. faciunt ad rem hanc mirifi-
cē notata per eundē Men. in cons. 388. Consul-
tatio hæc de qua doctè. n. 12. lib. 4. vbi dicit nō
valere donationem minoris, in qua facta fuerit
10 mentio meritorū, etiā cū Decreto † Iudicis, qñ
illud non fuit adiectum cū caussæ cognitione.
Nat. in cons. 173. Accedo fnīæ præstantiss. R.C.

Num. eod. ibi minor regulariter donare pro-
11 hibetur, hoc idē voluit Menoc. in cons. 819. Et
si multa doctè, & acutè. nu. 1. lib. 9. & prius in d.
cons. 388. num. 13.

Iterū sub eod. nu. notatur, qđ donatio ex fal-
sa causa nō valet, in quo proposito dixi aliàs qđ
12 donatio facta alicui contēplatione† oneris tu-
telaris, quod donatarius erat suscepturus non
valet si non fuerit agnitum onus prædictum, vt
casum dixi in decis. mea consult. 35. Agit surna
ria cum duabus sequentib. lib. 1. R.C.

Num. 23.

13 De securitate † per Principem solum conce-
denda. Plura dixi in Theatro meo Criminali.

parte

par.4.q. quod autẽ eam solus princeps concedat. Voluit etiã idem Menoch. de arbitrar. iudic lib 2 casu 388. Sortilegia pœna. nume.8. qui proprie loquitur de Saluaguardia cuius hic fit mentio. Et quam inibi concedi solere
24 affirmat sine partis † citatione, quia nemini nocet quod autẽ in casu nostro dicitur Marchionem Messerani non habere facultate concedendi Saluaguardiam. Quia obstet Decretum Sabaudiæ, seu Pedemontanum dicas quod vbi bona pro quibus prętendebatur protectio fuissẽt sita in eo loco Messarani nihil obstabat Decretum. quia sit feudum dependens ab Ecclesia, vt idem Menoch. affirmat infra num.45. R.C.

Numero 24.

Fundamentum quod hoc loco, & pluribus nnmeris sequent. facit Menoc. non videtur mihi considerabile, quia esto quod promissio facta fuerit personalis, vt ipse suppon it non tamẽ tolliĩ ex isto solo capite validitas donationis, namque satis est, quod promissa fuerit protectio per Marchionem pro eo tempore vitæ suæ, quia sic conuenisse patet, nec erat de natura
25 ipsius donationis, † quòd obligarẽtur eius hæredes, & successores. quod probat idem Men. sub num. 28. dum inquit illud verhum in perpetuum restringi duntaxat ad tempus vitæ ipsius promittentis, siue ergo promissio fuerit personalls, siue transitoria ad hæredes, & successores vtroque casu militat dispositio, nec potest dici, quod cessante protectione ob mortem promissoris dicatur euanescere donatio, quia satis sit, quod ea fuerit præstita pro vita promittentis cum mens contrahentium non
26 extendatur vlterius, sunt enim cõtractus † stricti iuris. l. Quicquid adstringendæ. ff. de verbor. oblig. & in eo id tantum continetur, quod est verbis expressum, vnde ommissum pro ommisso habetur, nec datur extensio. Menoc. in cons. 32. Ardua est. lib. 1. R.C.

Numero 28.

Ibi perpetuum intelligi, idest donec vixerit. Nota quod licet ista dictio perpetuum regula-
27 riter † intelligatur sine præfinitione temporis. l. falsò. C. de diuers. rescr. l. purè §. vlt. ff. de dol. except. Menoch. in cons. 327. Cum ex proposita facti specie. num. 114. lib. 4. attamen certum est
28 aliquando. Intelligi secundum † subiectã materiam, idem Menoch. in cons. 451. Propositæ huius dubitationis. nu. 25. vnde etiam solet intelligi donec is ad quem verba diriguntur viuit. Idem Men. in cons. 265. num. 35. lib. 3. R C.

Numero 29.

Crediderim non posse dici contractum clau-
29 dicare, quia ab initio contrahentes dicuntur † tanti ęstimasse eam protectionem, quam in contractum deduxerunt pro certo tempore, quãti valeret annua pensio promissa per Cassinam, vt superius dictum fuit ad nu. 24. R.C.

Numero 30.

Ibi cum nulla obijcitur in illud exceptio simili etiam vtitur ratione Io. Vinc. Honded. in cons. 33. Quoniã caussa vertens. nu. 57. lib. 1. vbi
30 dicit, ꝙ instrumentũ rem † claram, & liquidam non facit, qñ aliquid in contrarium obijci potest ex Bart. in l. si caussa cognita. nu. 4. & ibid. Alex. nu. 9. C. de transf. Ruin. in l. 1. num. 44. ff. de nou. oper. nunc. citat etiam Menoch. de recup. possess remed. 1. nu 135 & in isto casu Menoch.
21 posset dici non sustineri instrumentum † respectu minoris, qui fecit cõtractum, qui nullus est ipso iure cum lex ei resistat, vt numero sequenti probat Menoch. R.C.

Num. 35.

Ad ea, quæ hoc loco dicit Menoch. de iuram. præstito. Addas quod licet iuramentum tollat minorem ætatem, attamen intelligentia cadit saltem quoad excludendum beneficium resti-
22 tutionis † in integr. Vt procedat qñ minor iurans non fuit enormiter læsus, vel qñ iuramentum pręstitum fuit in amplissima forma cũ promissione de non contraueniendo ex capite minoris ætatis enormissimę læsionis, vel alia quacunque de caussa, secus vbi minor contrahendo iurauit simpliciter seruare contractum, & non contrauenire, quia tunc licet iuramento
23 dicatur suppleri defectus † minoris ætatis, qñ enormis est læsio non dicam vltrà dimidiam. Verum etiam, & in 6. parte, non obstante iura-
24 mento, quia illud non debet esse † vinculũ iniquitatis dabit in integ restit. sic multis probat Ioan. Vinc: Honded in cons. 18. Visis scripturis transmissis. num. 18. & seq. lib. 1. hoc idem probauit Menoch. in cõs 609. Egregia quidem est. & si num. 33. lib. 7. dum inquit iuramentum pro
25 bare minoris † contractum, sed non impedire restitutionem in integr. R.C.

Eod. nu. pro eo quod dicitur iuramentum de
26 bere habere † tres Comites veritatẽ iuditiũ, & iustitiam, vltra auctoritates adductas hoc loco per Menoch. facit tex. in can. Animaduertendũ 22. q. 2. Abb. in cons. 8. tria ad decisionẽ huius dubij. lib. 2. Crau. in cons. 144 Mag. q. D. Vrbanus. nu. 16. lib. 1. & Affl. decis. 80. fuit magnũ dubiũ. qđ aũt non noceat vbi non concurrunt isti tres Comites, not. Ioseph. Lud. decis Perus. 63. Francisc. Ioachini. parte 2. Idem Menoch. in cons. 401. Dubitationes permultæ. n. 198. lib. 5. quia sicuti iuramentũ habens istos tres Comites excludit quãcunq; erroris allegationem, vt dicit idẽ Affl d decis. 80. nu. 7. ita eis cessantib. non operatur iuramentũ Ozasc. decis. 41. Anto. Conrad vbi dicit tres Comites deficere vbicũque ex contractu in quo pręstitũ fuit iuramẽtũ quis enormissimę lęditur. De iudicio, & iustitia iuramenti verba facit idẽ Men. in cõs. 212. Multa sunt quæ suadere, num. 7. lib. 3. & in consilio 1074. priusq̃ causæ huius merita. nu. 25. lib. 11.
27 vbi dicit iuramentum non † impedire restitutionẽ in integr. ex cap. enormis læsionis, quam materiã tractauit prius in cons. 603 nu. 11. 17. & 20. lib. 7. nuper ẽt ad præmissorũ cõprobationẽ posset dici, ꝙ sicuti natura donationis repugnat in minore, qui nõ habet liberã administrationẽ rei donatæ, ita regulari debet iuramentũ in ipsa donatione appositũ. vt non obstante
28 assertione † donãtis. Etiã qđ voluerit donationẽ perpetuò valere, & in oẽm casum debeat donans audiri, Menoch. in cons. 84. Hæc proposita dubitatio. nu. 41. hoc eod. libro 1. R.C.

Num. 36.

Ibi defuit in Bertolameo pupillo iudiciũ, bene loquitur hoc loco Menoch. quia iuramenti
29 fundamentum est consensus. quo remoto † iuramentũ vim non obtinet, l. vltima. C de non numer. pecunia. Butr. in cap. cum contingat. n. 13.

K 2 de

de ureiut.Menoch in cons.24.Iam me solutum
opinabar.num.7.hoc eod.lib.1.R.C.

Num. 39.

Pro eo quod pertinet ad interpretationem
30 Auth sacramenta puber †C. de sacrosa.Eccles.
vide notata per me in Anatomia iuris ad eum
textum.Rol. Cauag.

Num.54.

Ibi hæc discordia in accidentalibus non no-
cet, quid si testis in accidentalibus caussæ fal-
31 sum dixerit,an puniendus sit , & dicas pœna †
falsi non esse puniendum ordinaria , sed extra-
ordinaria arbitrio Iudicis, vt innuit Menoc. de
arbitrar.casu 306. crimen falsi graue admodū
nu 20 & seqq. vbi declarat opinionem contra-
riam Doct.Rol.Cauag.

Ad Consilium 30. Proposita facti serie diligenter.

SVMMARIVM.

1 *Armor,& insignium ius est indiuisibile , sicut ipsa nobilitas.*

2 *Cuique licitum est assumere nomina, & insignia dū-modo non sint alterius generis.num.3.*

4 *Mercatori non licet sumere marcam alterius mercatoris .*

5 *Ius transferendi nomen , & arma , an possit praescribi .*

6 *Cimeria, quæ dicantur.*

7 *Bastardi an possint portare arma agnationis.*

8 *Bastardi an contineantur sub appellatione domus , & familiæ.*

9 *Bastardi debent portare barram transuersam in scuto armorum,& quomodo.*

10 *Bastardi, quomodo cognoscantur à legitimis.*

11 *Bastardi an possint deferre arma nobilium.*

12 *Naturales,seu illegitimi an dicātur de domo et agnatione parentum.*

13 *Ratio est anima dispositionis.*

14 *Ratio,quid sit,& num.15.ac 16.*

17 *Ratio præfertur verbis , etiam quod impropriandа essent verba,& num.18.*

19 *Familiæ nobiles paupertate sordescunt.*

20 *Institutio conditionalis fieri potest .*

21 *Testator præsumitur noluisse , quando ommisit id , quod vno verbo potuit exprimere .*

22 *Conditio, quodquis teneatur defferre arma insignia, ac nomen testatoris, an conueniat ei , qui non est de familia .*

23 *Voluerit , verbum hoc , an denotet liberum arbitrium .*

24 *Familia vocata per testatorem , quomodo intelligatur .*

25 *Testator an præsumatur inimico suo legasse.*

26 *Dispositio generalis non trahitur ad casum verosimiliter non cogitatum.*

27 *Delatio armorum,& insignium vnius familiæ , an prohiberi possit .*

28 *Conditio potestatiua , seu mixta , vbi non possit adimpleri, an faciat deficere dispositionem.*

29 *Conditio protestatiua,quæ dicatur.*

30 *Tempus subiunctiui respicit futurum.*

Num.1.

IN casu istius responsi consuluit Crau.in cō-
sil.830. Claudius à Thouerio. lib.5. vbi hoc
idem concludit.Iac.Men.

Eodem num.1. pro materia quæ hic pertra-
ctatur de insignijs,& armis , quæ gentilitia vo-
cantur alicuius familiæ, sciendum est, quod ius
1 armorum & † insignium,sicut ipsa nobilitas ge
neris est indiuisibile,& proindè ad omnes de a-
gnatione transit. vt not. Francis.Marc. q 1138.
Quæritur an Arma. par.1. Ea tamen familiæ, &
agnationi,seu generi sic congruūt. vt licet pu-
blico quodam consensu, & iure communi gen-
2 tium inductum sit,vt liceat cuique † nomina,&
insignia sibi assumere . Non tamen permittitur
3 nomina saltem gentilia , & insignia alterius †
generis sibi assumere,vt aduertit Gomez. Leo
decis.65.in decis.diuersorum.Tomo 2 eod.iure
4 quo alterius mercatoris signum marchæ † non
permittitur mercatori, vt aduertit Menoch. de
arbitr.iudic.casu 318. committitur etiam falsi-
tas.num.24.& 25.quem articulum licet propo-
nat Alberic.in l.5. ff.de iurepatr. nu.2. vt refert
Rota Genuæ 201.visum fuit Rotæ. num.4. in fi.
attamen pro negatiua sentit Rebuff. in suis Cō
mentarijs ad tract de mercat ad min. vend.nu.
26. Tomo 2. & Gasp.Caball. in milleloq. 796.
Negociator est qui rem,ex quibus visa fuit mi-
hi potissima dubitandi ratio in casu proposito,
vbi familia,& agnatio de Thoueria impedimē-
to fuisset hæredi nominato per Clarum ne insi-
gnia assumerentur,quod an. id fieri,& prohibe
ri posit videndus est Bartol. in tracta.de Insi-
gnijs,& armis.num.5.& plurib.seq.vbi conclu-
dit, qđ sic ēt inuitis agnatis,dūmodo id ipsum
illis incommodum nō sit,quod dictum post An-
ton.Butr.in cap.dilecta.num.18 de excess.præ-
lat.sequitur Crau.in cons. 829. Magnifici Mar-
tinus,& Thom.num.4.lib.5.& nouissimè D.Ga-
spar Thesaurus in additionib. ad decision.270.
Nomen,& arma, seu cognomen Anton.Thesau
5 ri patris sui,vbi similiter dicit. quod † istud ius
transferendi nomen,& arma,sicut ius alieni co
gnominis potest præscribi plura autem alia per
tinentia ad huiusmodi insignia, & arma longo
sermone, scribit idem Anton.Thesaur. in d.sua
decis.270. quæ est vltima , vbi similiter de Ci-
6 merijs quæ deferuntur † in caput insignium,&
armorum multa verba facit R.C.

Eod.num. 1. ibi nec ad spurios,vel bastardos
eiusdem familiæ transire. Quod bastardi non
7 possint portare arma † agnationis,probat post
alios , Bartol. in l. cum legitimi. ff. de statu
hominum. Guid. Pap. decis.580. An bastardus
retineat, fallit tamen nisi contrariū seruaretur
de consuetudine per quam potest etiam indu-
8 ci, quod appellatione † domus, vel familiæ con
tineantur bastardi,vt ex Bart. in l. suggestioni .
C de verb.signif.voluit Apostill. ad Guid. Pap.
in d.decis.530.in verbo consuetudine,facit de-
cis.Boer. 127.& Iacob.de S.Georg.nu.21. Fran-
cisc.Marc,d.quæst.1138.par.1.& q.62.quæritur
an bastardus.par 2.vbi tamen ex consuetudine
permittitur similibus Bastardis delatio armo-
9 rum,& insignium domus, debeat bastardi † por
tare barram transuersam in scuto armorum in-
cipientem à sinistra parte alterius, & descendē
tem ad dexteram.vt scribit Rebuff. in suis Com
ment.gl.5.procemij.num.111. Cassan. in con-
suetud. Burgund.tit. de successions de Bastar.
Rubric.8 §.3. gloss.1. num. 17. quia hoc modo
co-

10 cognoscuntur † nobilie legitimi . ab alijs qui
non sunt legitimi. sic not. Runch. nouiss Apo-
stillator ad Guid. Pap. in versic. Licet Bastard.
Quod verò dictum fuit de Bastardis prohibitis
deferre arma domus. & insignia haber etiam lo
cum in filijs legitimis bastardorum qui simili-
11 ter non possunt ipsorum nobilium arma † de-
ferre, nisi de licentia capitis illius generis , qđ
dictum probat Sola in patria Pedemontana .
procedere . ex particulari illius Decreto anti-
quo Sabaudiæ. in rit de banneretis, vt etiã idẽ
Sola scribit in alio Decreto , filij naturales in
titulo de materia armorum, & insigniũ. vbi di-
12 citur quod filij naturales † seu illegitimi non
dicontur de domo, & agnatione parentum.

Num. 5.

13 Ibi siquidem ratio anima est † dispositionis.
Nota quod ratio cuius hic fit mentio, ea est per
14 quem motus † animi vera à falsis distinguit , vt
inquit Cicero lib. 1. de Inuentione Rethoric.
& secundum B. Thomam primo sententiarũ di-
15 stinct. 3. q. 4. Ratio † est natura intellectualis
obumbrata , & accedendo proprius ad istam
partem prudentiæ , qua bonum à malo discer-
nimus . dicitur Ratio ex sententia Platonis .
apud Macrobium de somno Scipionis est di-
16 scursus † Intellectus quo applicantur vniuer-
salia principia agibilium ad particularia varia
& intelligibilia. & ideo benè dicitur , per Me-
noch. hoc loco , quod est anima dispositionis ,
17 quæ † verbis antefertur , vt idẽmet ait in cons.
187. Ardua, & maximè controuersa est. no. 34.
& 64. lib. 2. & prius in consil. 173. Respondi
superiore anno, nu. 64. lib. eod. & inde in cons.
393. Respondi superioribus annis. num. 44. lib.
4. Quod dictum in tantum est verum, vt proce-
18 dat etiam si verba † forent impropriãda , vt
inquit Menoch. in consil. 11. Dubitatur an iu-
re consistat. num. 17. hoc eodem libro. R. C.

Num. 6.

Ibi eiusq; dignitatem, per hanc hæreditatẽ,
& bona augeret , dicas opportunè qđ Nobiles
19 familiæ † inopia, & paupertate sordescunt. Me-
noch. in consil. 723. Donationis reuocatio nu.
18. lib. 8. in 813. De propositis dubitationibus
num. 12. lib. 9. & prius in cons. 116. Primæ huius
consultationis num. 3. & cons. 117. Neque no-
ua, neq; leuis, num. 50. lib. 2. Rol. Cauag.

Num. 7.

Ibi hæredem institui posse hoc modo adie-
cto , vt ferat noua & insignia ipsius testatoris .
20 Quod institutio hoc modo fieri possit , † & qđ
ea sit conditionalis , & quod conditionis
assumendi , & deferendi nomen, & arma testa-
toris . plures sint effectus latè scribit Antoni-
nus Thesaurus in decis. 270. quæ est vltio vbi
multa notabilia colliguntur . Vide Guid. Pap.
decis. 251. Testator præcepit, & ordinauit, per
totam. Rol. Cauag.

Num. 9.

Ibi hoc non fecit , ergo dicendum est . vera
21 est præsumptio, quod testator noluerit † quan-
do ommisit id quod vno verbo poterat expri
mere, vt notat idem Menochius in cons. 1152.
Cum interrogatus sim, vt num. 37. lib. 12. vnde
quod non expressit , noluisse dicitur, Menoch.
in consil. 439. Duæ sunt præcipuæ dubitatio-
nes, num. 9. lib. 5. Rol. Cauag.

Num. 9.

Concludens mihi visum fuit hoc argumen-
tũ, quo similiter vsus est in indiuiduo hac facie
specie Crau in cons. 830. Claud. à Thoueria.
num. 11. vers. Quinto verba li. 5. vbi dicit quod
22 sicuti conditio adiecta † dispositioni de ge-
standis armis , & insignijs, ac nomine testato-
ris non congruit, nisi illis qui non erant de ip-
sius familia ita dicendum est non sensisse testa-
torem de his qui erunt de eiusdem familia , &
quibus frustratoriũ fuisset onus adiectũ. R. C.

Num. 11.

Ibi ob vim illius verbi voluerit . Quod istud
23 verbum denotet † liberum arbitrium , probat
etiam Menoch. in cons. 408. Nun est captato-
ria mea. num. 14 lib. 5. R. C.

Numero 13. & 14.

Vrgens est fundamentũ, quod dessumit Me-
noch. à distinctione familiæ Thoueriæ de fer-
miniac. à familia Thoueria de Perien , quia
24 censendum est, quod testator † voluerit conti-
nuationem familiæ propriæ. vt ex Curt. Senio.
deducitur , ad quod argumentum non aduer-
tit Crauet. quia fortassis in facto ista qualitas
non fuerit eidem exposita , ad id quod dicitur
de familia fontana de Paucris extat consilium
Iason. 142. In præsenti consultatione. libr. 2. &
Soci Iun. in cons. 30. Maxima profectò videba-
tũr. lib 4. R. C.

Num. 15.

Ibi non ergo in ea generali pro materia, vi-
de Crauet. in cons. 579. De nobis petitur. num.
14. & 15. lib. 4 Iac. Men.

Num. 15.

Facit ad id quod dicitur hic , non præsumi,
25 quod testator inimico † legauerit . quòd imò
inimicus semper censetur exceptus , & exclu-
sus Menoch. in cons. 1033. De proposita egre-
gia dubitatione. nu. 20. lib. 11. & in cons. 1115.
Respondendum esse existimo. num. 29. libr. 12.
Rol. Cauag.

Eodem num. ibi. Non ergo in ea generali di
spositione dicas vulgatum esse iuris axioma ,
26 quod generalitas ad casum verisimiliter † non
cogitatum non extenditur . Idem Menoch. in
cons. 84. Hæc proposita dubitatio. num. 42. hoc
eodem lib. per l. Qui iure militari. ff. de militari
testam. R. C.

Num. 17.

Ibi hos fratres de Thoueria non esse ex fa-
27 milia testatoris in specie, ob id prohibere † nõ
possunt. Adde quod etiam si fuissent de fami-
lia in specie non possent prohibere delationẽ ,
& assumptionem armorum, & insignium per ea
quæ superius ad numerom primum istius con-
silij diximus. R. C.

Num. 18.

De conditione potestatiua si deficiat, an ex-
28 piret dispositio, & quid de conditione mixta †
si non impleatur, an & quando pro impleta ha
beatur. vide Bart. in l. 1. C. de instit. & substit.
29 dicitur autem conditio † potestatiua , quæ est
in arbitrio, & potestate ei⁹ cui adscribitur Me-
noch. in cons 697. Respondẽdũ videbatur præ
dicta. num. 4. lib. 7. in cons. 1168. Cùm de hac
proposita facti. nu. 28. lib. 12. R. C.

Num. 19.

Versic. non obstat secundum . Ad obiectio-
nem

nem ſecundo loco factã de ſermone teſtatoris
reſoluendo in tempus præſens reſpectu geſtio-
nis armorum,& inſignium non mihi videtur cõ
cludenter ſatisfieri per eam reſpõſinnem,quod
mens, & non verba ſit attendenda. Tu pro
vera reſponſinne adeas Crau. in iam citato cõ-
blin 830.num.6. qui perpendendo verba caſus
propoſiti dicit quod verbum tempus ſubiuncti
30 ui † reſpicit ad futurum hoc eſt qui non portet
ex gl.& Doct.in l.in Crim C.de iuriſd.omn.iud.
D.autem Gaſp.Theſaurus doctiſs I.C.in ſuis ad
ditionibus ad Patris deciſ. 270. dicit, qund ſi
quis grauatur de teſtituẽdo hæreditatẽ illi,qui
deferat nomen,& arma teſtatoris. Intelligitur
in futurum.R.C.

Ad Conſilium 31. Grauis eſt hæc contronerſia.

S V M M A R I V M.

2 *Adultery crimen grauiſſimum eſt, & proximum eſt crimini laſa Maieſtati. num.2.*
3 *Conatus ſolus punitur in crimine adulterij.*
4 *Adulterium tripliciter conſideratur.*
5 *Mulieri, an & quando liceat accuſare maritum de adulterio.*
6 *Mulier ob adulterium commiſſum de tempore viri ſui, an priuetur ſubſtitutione facta per maritũ.*
7 *Adulterium an probetur ex eo,quod nudus cum nuda fuerit repertus.*
8 *Stuprum an arguatur ex continua pernoctatione, et continua cohabitatione.*
9 *Probat hoc eſſe, quod per hoc ſæpe contingit adeſſe.*
10 *Adulterium an probetur ex ſuſpicionibus.*
11 *Conſanguinitas tollit ſuſpicionem adulterij.*
12 *Mulier adulterata,quæ non clamauerit ob imminen tem verecundiam,an excuſetur.*
13 *Adulterium vxoris,an poſſit accuſari per maritum, qui in adulterum conſenſerit.*
14 *Adulterium qualiter arguatur non fuiſſe perpetratum.*
15 *Hæredes mariti an poſſint accuſare viduam de adulterio commiſſo in vita mariti,& num.16.*
17 *Maritus, quomodo de adulterio vxoris poſſit conqueri.*
18 *Adulterij exceptio, an poſſit opponi per hæredes.*
19 *Adulterij exceptio an poſſit opponi contra hæredes adulteræ.*
20 *Adulterium intra quæ tempora poſſit proponi contra vxorem.*
21 *Vxor ob adulterium commiſſum de tempore viri ſui, an ammittat dotẽ donationem propter nuptias, ac bona paraphernalia, declara num.22. 23. 24. 25.& 26.*
27 *Vxor an ammittet dotẽ propter oſculum libidinoſũ.*
28 *Vidua an emittat dotem ob ſtuprum, quid de donatis per teſtatorem.*
29 *Adulterium ex quibus actibus præſumatur.*
30 *Adminiſtrator non poteſt cedere, vel donare iura, & bona eius,cuius eſt adminiſtrator.*
31 *Tutoris confeſſio extraiudicialis, an noceat pupillo.*
32 *Prælati confeſſio extraiudicialis, an noceat Eccleſiæ.*

Num. 1.& 2.

TRactatur hoc loco materia adulterij, quæ eo
grauior eſt quo videtur crimen obijci per fi-
2 lium matri, & ſi à ſe † ipſo ſit grauiſſimum, ita
2 quod etiam crimini læſæ Maieſtatis † proximũ
eſſe dicatur. Gramm.deciſ.38. Magnifica Lucre
tia Scagliona.nu 11 & deciſ.74.In cauſſa Ioan.
de Sancto Seuerino.num.14. Clar.in §.adulter.
Quinimò adeo graue crimen eſſe dicitur, vt co
3 natus † ſolus in eo puniatur. Gram d.deciſ.38.
& nulla cauſſa poſſit excuſari, vt ſcribit Marc.
Mantua.ſing.368. Adulterium adeò graue, &
4 ſicuti ſolet adulterium tripliciter † conſidera-
ti.vt aduertit Sola ſuper antiq. conſtit. Pedem.
in tit. de concubinatu. in gloſſa ad Decretum
omnem,num 6.ita tribus modis quis accuſatur
de adulterio Verùm an & quando liceat mu-
5 lieri maritum † accuſare ſicut,licet marito vi-
deas Franciſcum Marcum, q. 513. Quæritur an
vxor licitè parte 1. An autem mulier cui obij-
citur adulterium cõmiſſum de tempore viri ſui,
6 priuetur ſubſtitutione facta † per maritum. Ei-
dem, vbi filius inſtitutus decedat ſine liberis.
Vide quæ dixi in facti contingentia in deciſio-
ne mea conſultiua 94.inſignis eſt Quæſtio pro-
poſita, per totam,libro 2. Rol.Cauag.

Num.6.18.& 25.

In materia probandi adulterium, vel ſtuprũ
7 dicitur, quòd ex Metheſilat † ſententia in no-
tab. 119. ſi repertus fuerit nudus cum nuda nõ
facit probationem, minusque ſi ſolus cum ſola
in thalamo repertus fuit,ita vt vir fuerit reper-
tus ſolutis caligis, & mulier recuſauerit appe-
rire hoſtium, ſed iſta indicia adeo vehementia
opinor quod de facili inducatur probatio ſal-
tem vbi ciuiliter agitur, vt idem Menoch. ait
infra,num. 20. & ita memini alias obtinuiſſe in
vna cauſa Burgi Sancti Martini vbi arguendo
8 à continua † pernoctatione, & diuturna coha-
bitatione arguebam ad ſtuprum retorquendo
cum Bald. in l.neq; natales C.de probat. quod
9 in ſimilibus Probat hoc eſſe quod per † hoc ſæ
pe contigit adeſſe, vt videre eſt in deciſ. mea
conſult.cuius iam memini in obſeruationibus
meis ad deciſ. conſult. 18. libro primo, verum
10 quod ex ſuſpicionibus probetur † addulteriũ,
vltra hic tradita per Menochium, ſub num. 18.
& 25.Faciunt notata ad Bart.in l. ſi hi qui adul
terij.C.ad leg.Iul.de adult. in l.2.§.ſimul.Quis
ff. ad leg.Iul.de Adult.in cap.Præterea.& ibidõ
gloſ. extra de teſtib. & in cap. literis fraterni-
tatis tuæ & cap.ſequen.extra de præſumption.
Franciſ Marc.q.513.Quæritur an vxor,num.14.
& quæſt. 897. Quæritur, quia præſupponitur.
Crauett. in conſil. 205. Pernoctatio arguit. nu.
20. & 21. & in conſil. 321. Federicus de Vgo,
& Natta in conſil. 201. Non puto cogi poſſe,
num.fin.libro 1.Menoch.de arbitr.iud.lib.2.ca
ſu 475. Diſputari etiam. Caſſan. in conſuetud.
Burgund.tit. des droicts,Rubr. 4. §.ſexto.gloſ.
13.num.28. R.C.

Num.7.

Ibi attamen veniam mereri videtur. Pro de-
fenſione obiecti criminis deducit Abb. in ſua
practica.c.152.videndum reſtat qualiter. num.
11.poſſe probari, quod illa cum qua commiſsũ
fuiſſe ſuſpicatur Iudex adulterium,eſt ſibi con-
11 ſanguinea, † & quod ideo cum ea naturale fœ-
dus nihil permittit ſæui criminis ſuſpicari Rur-
ſus an ignoranter commiſſum adulterium ex-
cuſetur, vide Bart.in l. Cum ſeruus. ff.de cõdict.
ſine cauſſa. uerſ. & cũ in lectũ cũ ſeq.34.q.1.&

c.item

12 a. item an excusetur mulier † adulterata, quæ
non clamauit ob imminentē verecundiā adul-
terij, vide Felyn. in cons. 34. Non sine colorata.
13 Item vxoris adulterium † accusari non potest
à marito, qui in adulterum consenserit Menoc.
in cons. 645. cum præstantissimis. num. 15. lib 7.
tunc enim vir patronum turpitudinis se fecit.
Francis. Marc. d q. 513. num 3. Qualiter autē ar-
14 guatur † adulterium non fuisse perpetratum,
not Menoch. in cons. 850. Est satis superq; fun-
data 15. lib. 9. R.C.

Num. 11. & 13.

Ibi numquam, vel apud Iudices, vel apud
priuatos conquestus est, dicas aperti iuris in
proposito eam esse conclusionem, quòd hære-
15 des mariti etiam sui non possunt † accusare vi
duam de adulterio commisso in vita mariti, vel
mulieri agenti non possunt obijcere exceptio-
nem ipsius adulterii, sic notant Guido Pap. sin-
gul. 431. si mulier committat. Ozasc. decis. 77.
Vertitur quæstio ardua. nume. 10. & decis. 132.
In dubium vertitur. nu. 5. Boer decis. 338. quo-
ad secundam quæstionem. Adde Hieronym à
Ceuall. in suo tract. comm. contra comm. quæst.
708. Difficillima sequitur disputanda quæstio.
nu. 16. Tom. 2. quod tamen dictum limitat Vin-
cent. de Franch. in decis. 184. Mulier quæ adul
terium. par. 1. & 240. cum esset quidam. par. 2.
16 ne procedat si maritus † viuens fuerit conque-
stus etiam extrà iudicium. Quia eo casu etiam
ad hæredes transit exceptio adulterij: vt hoc
loco dicit Menoch. sub n. 33. Insuper an & quo
17 modo † maritus de adulter. conqueri debeat.
vide Boer. in decis. 298. sed alias post, & Men.
in tract. de arbitr. iudic. casu 482. Rectè equidē
faciunt, quod autem adulterii exceptionē ne-
18 queant † hæredes opponere, scribit Menoc. in
cons. 1080. nu. 12. lib. 11. & quid contra hære-
19 des † adulteræ, vide eundem Menoch. in cons.
626. De prima proposita. nu. 5. lib. 2. R.C.

Num. 15.

Ibi quę intra semestre instituenda est, quan-
do maritus, & intra quæ tempora vxorem † de
20 adulterio iure mariti possit accusare, scribit
Francisc. Marc. q. 542. Quæritur qualiter mari-
tus. par. 2. R.C.

Num. 17.

In versic. His tamen. Inquit Menoch. mulie-
21 rem ob adulterium commissum viuente † viro
dotem perdere dicas hoc idem habere locum
etiam in donatione propter nuptias, & bonis
parapheualibus Boer. d. decis. 338. Franch. in
citata decis. 184. & Frāc. Marc. dicta quæst. 513.
& isto omnia marito applicantur Bart. in cons.
96. Pone hæredes mulieris. volu. 2. & in §. quia
verò authent. vt liceat matri, & auiæ in §. si quā
authen. vt nulli iudicum Bald. in l. 1. C. ad l. Iul.
de adul. Petr. Gerard. sing 48. Menoc. de arbitr.
iudic. lib. 2. casu 287.
22 Hæc tamen conclusio fallit † vbi adesset cō-
sensus viri, vel adesset, & adulterium etiam ex
23 parte viri, vel etiam vbi facta † esset redinte-
gratio matrimonij post adulterium, commissū
per vxorem facit lex viro. ff. sol. matrim. & no-
tata per Boer. & Franc. in locis citatis, ac per
Petrum de Rauen. in sing 319. mulier si commi
sit adulterium, & post eos per Solam in consti-
tutionibus Pedemont. in tit. de mulieribus for-
nicarijs in gl. sine decreto castarum. nume. 22.
Item fallit conclusio ne procedat quando mu-
24 lier adultere patrem habet, † vel filium ex pri-
mo matrimonio, quia tunc, nec pater, nec filij
propter adulterium filiæ, vel matri dotem non
amittunt, sic not. Boer. d. decis. 338. nume. 5. &
faciunt notata per Franciscum Cremens. in sin-
gul. 87. statuto cauetur. Caball. milleloqu. 527.
Pater an propter adulterium. Cassan. in cōsue-
tud. Burg. tit. des droicts. rub 4. § 6. gl. 13. num.
20. & in tit. des infans. §. 1. num. 8. & nouissimè
per Vinc. de Franch. decis. 421. Mulier quædam
25 vidua. nu. 12. Item fallit quando maritus † adul-
terij vxor dederit occasionem, vel quādo vxor
per mar. illud commiserit Marc. q. 729. Quæri-
tur quia dictus præsidēs. par. 1. & Abb. in cons.
4. facti contingentia talis est. par. 1. quod etiā
procedit quando ignoranter fuisset commissū
26 adulterium prout audiui † annis præteritis ac-
cidisse can. in lectum cum sequenti 34. q. 1. & 2.
Quod autem dictum fuit de omissione dotis
adulterium extendit Ozasc. in allegata decis.
77. num. 31. contra mulierem conuersantem in
conuitijs, & interuenientem in ludis theatra-
libus, quod, & ego dixi in decis. mea consulti-
ua, cuius memini supra ad num. 6. 18 & 25. Item
27 etiam locum habet non solum † propter adul-
terium etiam propter osculum libidinosum pro
materia, vide Clar. in §. Adulterium, & Menoc.
de arbitr. iud. casu 276. Cū explicare cęperim,
& 287. Quoniam superiori casu, quod tamē ob
28 stuprum non ammittat † vidua dotem, sed do-
nationem, & legata per testatorem relicta, post
alios probat Hieron. Cęual. pract. quæst. sub q.
708. Difficillima sequitur disputanda per to-
tam. Rol. Cau.

Num. 20. & 21.

Ibi ita de pernoctatione, vide ad hoc propo
situm notata per Crauet. in cōs. 205. Pernocta-
tio arguit stuprum de alijs verò præsumptioni-
29 bus nascentibus † ex vigilijs, & ludis, & comme
stionibus noctis tempore verba facit Ozasc. in
allegata decis. 77. R.C.

Num. 38.

Ibi administrator non potest ius sui princi-
palis remittere dicit alibi Menoch. quod non
30 possit cedere † vel donare iura, vel bona eius,
cuius est administrator, vt in cōs. 279. & si per-
multæ dubitationes. num. 42. lib. 3. & in consilio
100. Quæ nunc discutiendæ. num. 80. libr. 1. di-
xit administratorem simplicem non posse re-
mittere vsuras. R.C.

Num. 40.

Quod confessio tutoris extraiudicialis, & vo
31 luntaria non noceat † pupillo minusque ipsum
32 obliget, sicuti etiam dicimus de confessione †
Prælati, quæ tendat in præiudicium Ecclesiæ
post Bart. Alex. & alios, quos ibidem allegat,
latè dicit Menoc. in cons. 39. Noua excitatur du
bitatio. nu. 36. & 37. libro hoc eod. R.C.

Ad Consil. 32. Ardua est, & si egregia.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius duorum Principum stat sub magno pe-
riculo.*

2 *Feudatarius habens duos Dominos tenetur seruire
Priori.*

Priori.

3 *Feudatarius seruiens priori Domino non offendit posteriorem.*

4 *Fidelitas præstita prior Domino semper excipitur.*

5 *Adhærentia, seu confœderatio, an sit permissa Priori Domino.*

6 *Confœderationes semper fieri debent sine præiudicio, & damno alterius.*

7 *Associatio in feudo, an sit permissa.*

8 *Feudum ligium, est vbi vassallus iurat fidelitatem nullius alterius fidelitate reseruata.*

9 *Fidelitas ligia præstatur flexis genibus, & quare.*

10 *Vassallus ligius nemo potest esse duorum, & nu. 12.*

11 *Vassallus ligius potest esse quis vnius domini, & alterius simplex.*

13 *Ligius homo obligatur non solum respectu feudi, sed personæ, & bonorum.*

14 *Natt. in cons. 288. perpenditur.*

15 *Submittens se intelligitur pro eo iure, quod sibi competit.*

16 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.*

17 *Adhærentia arguit vnionem voluntatis.*

18 *Adhærentia, non transfertur Dominium, vel iurisdictio.*

19 *Vassalli inuiti, an possint alienari.*

20 *Subditorum interest habere Dominum potentem.*

21 *Subinfeudatio, an sit permissa, & quando.*

22 *Alienatio prohibito ratione publicæ vtilitatis admittitur.*

23 *Remunerans tenetur de proprio remunerare.*

24 *Alienatio Castri limitrophi, an permittatur.*

25 *Obligatio durior, non potest transferri per alienationem in subditos.*

26 *Alienatio on differat à subinfeudatione.*

27 *Collectas indicere, an sit de regalibus, & num. 32.*

28 *Dominus an possit subditos suos collectare, & quando. num. 29. 30. & 31.*

33 *Immunis, qui passus fuit describi in registro Communitatis, an dicatur ammittere immunitatem.*

34 *Libertas non soluendi collectas, quomodo acquiratur.*

35 *Princeps an possit imponere collectas pro vtilitate priuata.*

36 *Extensio de similibus, & similia non fit.*

37 *Interpretatio stricta fit in contractibus.*

38 *Transactiones initæ inter vnam vniuersitatem, & alteram pro soluendis oneribus enarrantur.*

39 *Transactio facta super oneribus sub verbis negatiuis vniuersalibus, quæ contra comprehendat.*

Num. 1.

LOquitur hoc loco Menoch. de vasallo, & feudarario duorum Principum, quæ res quantum sit periculosa † multi fuerunt experti his nostris temporibus, anni scilicet 1615. vrgentis bellici tumultus in istis Italiæ partibus. Rol. Cauag.

Eodem num. ibi poterit idem alteri secundo Domino præstare. Nota quod omni casu feu-
2 datarius habens duos dominos † tenetur primo Domino p̄sonaliter inseruire cui primo iurauit fidelitatem. Gramm. voto 10. Cœlestis curiæ Princeps. nu. 19. & isto casu dum seruit prio-
3 ri domino, † non offendit posteriorem, qua in fidelitate, quæ fit Domino posteriori semper ex-
4 cipitur † fidelitas præstita primo. Capic. decis. 262. In causa Francisci. num. 19. bene tamen faciunt hi qui feudum ab alio Domino capiunt cum expressa reseruatione iuramenti præstiti alteri domino, vt cautè memini fuisse actum p Marchionem Viquariæ, Amadeum Puteū Pondetani Comitem. R C.

Num. 3.

Ibi fieri potuit, quod licita sit ista adhærentia, seu confederatio † cum altero Domino dixi in tract. de arbitr iudic cent. 6. casu 584. est non purum vtilis. nu. 4. vbi citaui hoc idem consil. meum Iac. Menoch.

Eod. num. Adde quod confœderationes ini-
6 ri debent sine præiudicio, † & damno alterius. Quare nō possunt cogi subditi illius, qui cōfœderationē iniuit, ad præstandum iuramentum fidelitatis ei cum quo facta fuit confœderatio. Menoch. in cons. 377. Confœderatio hæc inita. libr. 4. quod tamen dicitur de confœderatione
7 non extenditur ad associationem † in feudo, quia sicuti sapit vim alienationis, ita dicitur interdicta vassallo sine licentia Domini. Natta in cons. 288. in caussa quæ vertitur. num. 1. libro 2. Rol. Cauag.

Num. 6.

Ibi nulla reseruata fidelitate alteri. Hoc esse
8 de natura feudi ligij, vt vassallus † iuret fidelitatē nullius alterius fidelitate reseruata Ozasc. decis. 163. Successit alius articulus num. 5. pro cognitione tamen ligiæ fidelitatis scias, quod
9 ea est quæ genibus † flexis reuerenter manib. iunctis intra manus Principis positis oris osculo interueniente præstatur in signum fœderis perpetui, ac indissolubilis, ita post alios norat Sola in constit. Pedem. antiq. in glo. 2. procemij. num. 21. R C.

Numero 7. & 8.

Ibi aliquem non posse esse vassallum ligium
10 duorum † etiam pro duabus diuersis rebus, hoc idem dixi de arbitrar. iud. casu 584. est non parum num. 1. cent. 6 quod probat Francis. Aret. in cons. 150. respondendo breuiter. nu. 1. §. Pro ista vbi declarat, quod quis potest esse vassallus ligius vnius. Iac. Men.

Eodem nu. pro intelligentia scias, quod vas-
11 sallus ligius potest esse quia vnius Domini. † Et alterius simplex, prout multi sunt in istis partibus Eo tamen casu ligius tenebitur inseruire de sua persona primo domino. Secundo verò per substitutum, vbi ambo Domini bellum inuicem faciant. Ligius autem duorum domino-
12 rum † quis esse non potest. vt scribit Capic. in citata decis. 162. nu. 11. Rol in cons 44. viso themate ad me transmisso. libr. 2 & Franc. Marc. q. 454. Quæritur an Imperator. nu. 20 par. 1. & ra-
13 tio est, quia ligius homo obligatur † non solum ratione feudi, sed & personę. & bonorum, vt ibidem scribit Capic. nu. 13. vnde, quoad alios nihil habet, quod obliget. R.C.

Num 9.

Ibi, & Nat. cons. 288. num. 1. lib. 2. qui in spe-
14 cie hac nostra † loquitur. Aduerte, quod Natt. in loco allegato loquitur de Marchionatu incisiæ, non autem de feudis Carrettorum, quæ longè distant ab eo Marchionatu. R.C.

Num. 12.

Ibi quorum opinio æquissima est. Placet mirum in modum hæc consideratio, quia submit-
15 tens censetur agere † pro eo tantum iure, quod sibi competit, & quod proindè sicuti morte extinguitur, ita remanet sublatum ius, quod ipso

vi-

vivente transtulerat in alium ex vulgati axio-
16 mate iuris, quod resoluto iure datoris † resol-
uitur ius acceptoris. l. lex vectigali ff de publi-
can. & vectig vbi autem versatemur in simplici
adhærentia res etiam quacumque dubitatione
17 careret, quia adhærentia † arguit tantum vnio
nem voluntatis ipsius adhærentis cum princi-
pali Menoch. in cons. 945. & si ex his quæ. num.
18 17. lib. 10. vnde per adhærentiam † non dicitur
transferri dominium, vel iurisdictio. idem Me-
noch. in cons. 725. num. 30. lib. 8. R. C.

Num. 20. 21 & 22.

Non est ex omni parte tuta ista conclusio, qđ
19 vassalli, & subditi nequeant inuiti per † Domi-
num directum alienari. licet enim pluries id ip
sum venerit in dubitationem, & iudiciariã quæ
stionem, attamen semper vidi decisum pro fa-
cultate Domini in patria Montisferrati contra
subditos, vtputa in caussa Tongi, in caussa Tu-
binarum, & in caussa Cerri, solet tamen vltra iu
ris communis dispositionem, quam validissimã
censeo in casibus subsequentibus dari cautela,
vt scilicet homines procurent particulare pri-
uilegium à Principe sub debitis cautelis, & in
vim contractus, ne ab ipso, & ab eius successo-
ribus in dominio alienentur inuiti, prout ita
consului ad commodum vniuersitatis Fubina-
rũ, cui fuit concessum priuilegiũ in ampla for-
ma. Pro eo aũt quod ad principalẽ conclusionẽ
pertinet scias subditos inuitos in alium inferio
20 rem non posse alienari, quia subditorum † in-
terest habere dominum potẽtẽ, & locupletem.
Nat. in cons. 506. Cupiebam non mediocriter.
num. 13. & 14. lib. 3. vbi vtitur eodem argumen-
to, quo vtitur hoc loco Menoch. ab æquipara-
tis, & correlatiuis. Rolan. in cons. 1. In præsenti
causa, nu. 36 lib. 1. facit tex. in c. 1. §. ex eadem.
de lege Contad. Idem Menoc. in cons 426. Per-
multæ sunt rationes. nu. 21 lib 5. Intriglius de
feud q. 62. Dominus & vassallus. num. 30. cent.
21 1. Hinc etiam dicunt feudistæ † subfeudationẽ
non esse permissam, vbi non sit pari, aut maiori,
sed minori. Verum & in hoc attendendam esse
loci consuetudinem affirmat. Henricus Resen-
talis in synopsi feudali. cap. 9. membro 1. concl.
44. tria illa subinfeudationis requisita. num. 4.
& 10. & in materia subinfeudandi locum Cerri,
sub eo prætextu, quod medio vassalli fuerit cõ-
clusum matrimonium inter vnum, & alterum
Principem faciunt notata per Iason. in consilio
227. Pro enucleanda. num. 35. lib. 2. vbi conside
rat isto casu rationem publicæ vtilitatis, quæ fa
22 cit vt alienatio † aliàs prohibita licita fiat. Ad
23 hoc tamen pertinet, ea cogitatio vtrum † is qui
remunerat possit de proprio ęre remunerare. vt
post Neuiz. in cons. 12. num. 92. scribit Menoch.
in cons. 425. egregia ac celebris est. nu. 34. lib.
5. Vltrà quod semper datur ratio æquiualẽtiæ,
vt idem Neuiz. aduertit, quo tamen casu satis
esse puto, quod remunerans Princeps id ipsum
declarauerit. Item dabitur cogitatio ad impe-
24 diendam alienationem, † quando agitur de ca
stro, & loco limitropho, in quo potest verosimi-
liter dubitari, quod de facili possit deperdi, sic
notatur ex dictis Menoch. in cons. 426. Permul-
tæ sunt rationes. nu. 27. concordant dicta Ignei
in l. donationes quas dicas. num. 40. C. de dona.
& cum Menoc. in loco citato sub num. 29. datur
alia consideratio dummodo, scilicet per aliena
25 tionem non inducatur † durior obligatio sub-
ditorum ad quam rem faciunt dicta per Purpu-
ratum in cons. 548 Mouentur plures difficulta-
tes. num 97. & 98. lib. 2. vbi colligitur etiam dif
ferentia inter alienationem subditorũ, & aliena
tionẽ vassallorum De veritate autem conclusio
nis, an liberum sit Principi loca, & oppida sui
principatus alienare inuitis subditis multa ver
ba facit Menoch. in cons. 264. Interrogatus, vt
de percelebri hac num 59 & plurib. seq. libro 3.
26 vbi discurrit de differentia inter † alienationẽ
& subinfeudationem, & plura dicit de consue-
tudine alienandi. R C.

Num. 30.

27 Ibi cum collectas indicere sit de † Regalibus,
hoc idem voluit idẽ Menoc. in cons. 983. Dubi-
tatio est egregia. nu. 22. lib. 10. an aũt possit dñs
28 subditos suos † collectare, & qualiter ius colle-
ctandi acquirat. vide Boer. decis. 126. & in di-
cto processu. Quatuor tamen casibus pręscri-
ptione, vel conuentione possunt subditi per do
29 minũ collectari primo † ob matrimoniũ filiarũ
30 secundo ob iterfaciendum vltrà † mare. tertiò
ob nouam caualcatam. Quartò ob captiuitatẽ
31 dñi † sic not Pap. lib. 13. tit. 3. Aresto 1. & seq.
vbi quærit an prima caussa extendatur ad filiã
naturalem, & qñ, item an ad sororem, vt ibidem
Aresto 5. Pro eo vero, quod ad solos nobiles
32 pertinet in subditos attenditur † conuentio, &
consuetudo, ut infra notatur. num. 63. R. C.

Num. 47.

Ibi (registrando in æstimo, & Catastro,) quòd
33 immunis qui bona sua in registro † cõitatis de-
scribi passus fuerit omni priuetur immunitate,
multò magis si collectæ fuerint exactæ. notat
Ozasc. decis. 91 superest ex præfata nu. 5. & 19.
ac 22. ubi notat quando hoc procedat. Adde
Thesaurum decis. 149 Forensis possidens bona.
num. 4 D. Raud. de Analogis vniuocis, & æqui-
uocis. cap 4. num. 17. vbi dicit quod descriptio
in æstimo præiudicat libertati, nisi fuerit appel
latum intra decem dies, quæ autem requirãtur
ad hoc vt possessio. & præscriptio libertatis ac-
34 quiratur non † soluendi collectas. vide Crauet.
in cons. 111. spectabilis Iuriscõsultus, quẽ hoc
loco citat Menoch. & iterum in cons. 132. Su-
prascriptæ sententiæ. num. 10. R. C.

Num. 50.

Ibi, q a nemo dat qđ non habet. Ad vim istius
argumenti in subiecta materia collectarũ bene
faciunt notata per eundem Menoc. in cõs. 437.
Cũ interrogatus sim. n. 16. lib. 5. vbi dicit, qđ si-
cuti pro priuata vtilitate nequit Dux collectas
35 imponere subditis † suis, ita neq; pòt ius ipsũ
transferre in vassallũ à se de feudo inuestitum,
& sub ista conditione negatiua crediderim cõ-
trahentes voluisse contrahere, tamquã sub casu
permisso. Idem Menoch. in cons. 308. Respondi
superioribus annis num. 35. & cons 309. De pro
posita hac iuris. nu. 24 & prius in cons. 307. Illu
stris hæc controuersia. num. 37. lib. 4. R C.

Num. 51.

46 Ibi non enim extensio fit de similibus † ad si-
milia, quod contractus non se extendat. nec in-
cludat personam alterius, voluit idem Menoc.
in cons. 135. Respondendũ videbatur propositæ
37 nu. 3. & quòd in contractibus stricta † sumatur

ſnterpretatio, notat idem Menoch. in conſilio 111. Tria ſunt huius ſatis.nu.23.lib.2. R.C.

Num.61.

Ibi,& ob id quoad reliqua libera cenſentur. Adde eundem Crauett. in conſ.68. In cauſſa hac num.6.lib.4.in conſ.807. Cogit me num.2. & conſ.905. Non poſſum.num.9. lih.5. Natt.in conſilio 649. Reddidi alias num.20. lib.4. Accedit etiam Brun.in conſ.182.Domini Macelli lib.2.Iac.Menoch.

Eod.num.De tranſactione inita per aliquam vniuerſitatem cum aliquibus hominibus alterius communitatis pro prædijs ſitis in ſuo territorio, vt non teneantur pro omnibus oneri-
88 bus † ſoluere, niſi certum quid annuum. verha facit idem Crauet.in conſ.294. verha trāſactionis hominnm, quod & ego ſimilirer habui in facti contingentia pro Equite Veraſio, & pro fratrib' Curionis. Item & pro hominibus Cerri dominij Montisferrati contra communiratē Annoni, pro cuius trāſactionis validitate ſcripſi, vt legitur in deciſ mea conſult. cuius caput eſt. Annonenſes. An autem huiuſmodi tranſactio facta ſub verbis vniuerſalibus negatiuis ex-
89 tendatur † ad onera quæ imponuntur ex cauſſa vrgentis neceſſitatis, puta belli, aut famis. Vide eundem Crauett. loco citato. Inſuper ſi in tranſactione fuerit conuentum ne communitas grauetur extra conrenta in tranſactione,& in ea poſt enumerationem aliquorum granaminum fuerit adiecta clauſula ne grauari poſſit pro alio quouis granamine nullo modo, an omnia dicantur comprehendi grauamina. Recurre ad Crauer.in conſ 309. Fiſcus Caramaniæ. De verbis vniuerſalibus, & prægnantibus poſitis in conceſſione immunitatis inter cæteros videndus eſt Natta in conſil.63.viſo priuilegio tranſmiſſo lib.1.R.C.

Ad Conſilium 33. Egregia eſt admodum propoſita conſultatio.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus de reſtituendo debet verſari in bona fide circa alienationē bonorū ſubiectorum fideicōmiſſo.*
2 *Dotis reſtitutio non fit ex bonis fideicommiſſi tranſuerſalis.*
3 *Vxor an poſſit agere pro dotibus aduerſus fideicommiſſum abſque eo quod prius ſit actū aduerſus bona libera & disbrigata.*
4 *Coſtade remedys ſubſidiarijs remedio ſexto,num. 9. perpenditur.*
5 *Vxor fratris, an poſſit conſequi dotes ſuas in bonis, per fratrem relictis, ſub vinculo fideicommiſſi.*
6 *Ratio eſt illa,q̄ diſpoſitionē declarat,& moderatur.*
7 *Ratio ſemper attenditur.*
8 *Bona ſoceri,cenſentur obligata pro dote nurus.*
9 *Dotis reſtituendæ idē ius eſt, quod dotis cōſtituendæ.*
10 *Reſponſio debet intelligi ſecundum interrogationem declara numero 19. & 20.*
21 *Reſcriptum debet intelligi ſecundum preces declara,numero 22.& 23.*
24 *Fauor publicus præfertur priuato declara, num.25.*
26 *Quod noſtrū eſt ſine facto noſtro auferri non poteſt.*
27 *Publicæ vtilitatis ratio ſumma eſt.*
28 *Dotari mulierem extraneam,quod quis teneatur publicè non intereſt.*
29 *Dotare paternum officium eſt.*
30 *Conſtituendæ,et reſtituendæ dotis an eadem ſit ratio.*
31 *Bona ſoceri quando ſint tacita hypothecata pro dote nurus remiſſiue.*
32 *Cautela dotium ſeruendarum, ea eſt quod ex dote fundus ematur.*
33 *Fideicommiſſum, an extinguatur ob ignorantiam in præiuditio ſubſtitutorum.*
34 *Ignorantia facti alieni non excuſat eum qui tenebatur inueſtigare.*
35 *Vxori q̄ detur actio ad collocandā dotē ſuā in tuto.*
36 *Excuſsio requiritur quando agitur in ſubſidium.*
37 *Qui cum alio contrahit, vel ſcit, vel ſcire debet conditiones eius cum quo contrahit.*
38 *Mulier ſine culpa ſua dotem ammittere non debet.*
39 *Mulieri non eſt danda dos ex bonis ſubſtitutorum.*
40 *Altare vnū nō debet diſcoperiri, vt alterū veſtiatur.*
41 *Alteri per alterum iniqua conditio inferri nō poteſt.*
42 *Dos non eſt conſtituenda nec reſtituenda ex bonis fideicommiſſi tranſuerſalis.*

Num.1.

Libenter vidiſſem iſtius conſultationis deciſionem ad fauorem mulieris contra ſubſtituros, quia inrer ſingulares, & pro mea ſententia inrer valde periculoſas ſi ius ſpectemus connumeranda foret,namque per eum diceretur aperiri via fraudibus, & de facili inſtrueretur is qui grauatus eſt de reſtituendis bonis ad ſubuertendum fideicommiſſum contra bonam
1 fidem, quam cogitauit in hærede grauato † is qui fideicommiſſum conſtituit, & ſic aduerſus textum in l.Titius Rogatus. ff.Ad Senatuſconſult.Trebb.& in Auth. contra rogatus. C. eod. titulo, an igitur vera ſit, vel erronea conſultatio ex ſequentibus poterit quilibet facillimè diiudicare. R.C.

Numero eodem ibi cum præſertim data fuit grauato poſt iniunctum fideicommiſſi onus. Pro vetitate iſtius opinionis,& eorum quæ ſcribit Angelus,& inde Iaſ. Videnda ſunt quæ late dixi in Anatomia iuris ad Authent.Res quę. C.commun.de legat.poſt Dec. in conſ.519. qui reptobat vtroſque faciunt notata per Curtium Iuniorem in conſilio 59. Noua, & ingenioſa. num.20.lib.1. Pro Iaſone tamen Pariſio,Ruino, Alciato, & Socino iuniore facir conſilium Socini ſenioris 23.In propoſita conſultatione numero 1.vol.3.R.C.

Num.5.

Ibi in liberis deſcendentibus,& non in tranſuerſalibus plene dixi in dicta Anatomia iuris. Interim ſcias hanc tertiam dubitandi rationē ſic ſtringete, vt videatur pro iure non ſuſtineri conrrariam ſenrentiam. Nec me torquet illa teſponſio, quam nixus fuit dare Menoch.num, 40.& 41.verſic.non obſtat tertium, quia ſi bene perpendatur apparebit liquidiſsimè, quod fuerit gratis ibi loquutus, prout ad eum numerum plenius annotatur.Interim ſcias hoc idem quod & nos dicimus placuiſſe huic viro Conſultiſſimo Iacobo Menoch.in conſ.1110. nume.
2 13.libro 11. Dotis reſtitutionem † non fieri ex fideicommiſſo tranſuerſali.R.C.

Num.10.

Ibi cum alia non ſuperſunt, quod dos dedu-
3 ci debeat ex fideicommiſſo † in ſubſidium,ſcribit idem Menochius in conſ. 1039. Priuſquam octo dubitationibus. numero octauo. libro vndecimo. in conſilio 1078. Iuri, & diuino

num.

num.1.& 2.libro eod. & in conf. 1110. Qnem-
admodum duæ funt.num.13. lib.12.& in conf.
1127. Propofita confultatio tota.num.20.21.&
28.lib.eod. Hæc tamen conclufio vbi vera fo-
ret in cafu reftituendæ dotis, prout aliquibus
placitũ fuiffe videtur, vt dixi in iam dicta mea
Anatomia iuris ad Auth. res quæ. Communia
de leg.cum plurib.alijs magnæ auctoritatis ho
minibus minimè confideret adhuc mulieri non
dabitur actio ad bona fideicommiffi, quando
de tempore exactionis hahebat vir bona libe-
ra, & disbrigata ab onere fideicommiffi quæ
3 diftraxit, quia aduerfus ea pro mea fenten-
tia cogetur agere. & poftea in iuris fubfidium
4 aduerfus fideicommiffum, quicquid dixerit D.
† Cofta de remedijs fubfidiarijs.remed.6. num.
9. & alij quos allegat, namque maritus contra-
hendo matrimonium videtur tantum, vel faltẽ
prius obligaffe bona libera quando extabant,
non autem fubiecto fideicommiffo, quia aliàs
aperiretur via fraudibus ad fubuertẽdum fidei
commiffum.vt dixi ad num.1.Rurfus pro eo ad
quod Menoch. hoc loco iuris hanc conclufio-
nem deducit fciendum eft fatis diuerfum effe
cafum ab eo præfuppofito in præfenti conful-
tatione, & ita differre ab eo, quod fcribunt Do-
ctores.& decernitur in iam citata Auth. res q̃,
vt nulla dari poffit congrua illatio de vno cafu
ad alium. Nec applicatio fubfiftit aliud enim
eft dicere filium defcendentem, feu neptem
poffe pro dotibus fuis agere ad bona fideicom
5 miffi, aliud eft dicere vxorem fratris † poffe cõ
fequi dotes aduerfus bona per fratrem relicta
fub vinculo fideicommiffi, prout eft cafus ifte
Menochij: ficuti enim diuerfa ratio eft ea q̃ cõ-
fideratur in primo cafu ab ea quæ datur in fe-
cundo, ita ceffat difpofitio.iuxta l. Adigere ff.
de iurepatr.& l. Papinian. exuli. ff. de minor.
6 quia ratio † eft illa quæ difpofitionem declarat
& moderatur. l.cum pater. §. Dulciffimis. ff.de
leg.2.Affic.decif.403. Conclufio huius longæ.
nu 8 & ceffante ratione ceffat effectus. Tiraq.
in fuo tract. ceffante cauffa num.134. & inquit
glof.vlt. in l.tale pactum. ff.de pact. quod fem-
7 per eft confideranda † ratio ob quam quid di-
fpofitum eft. R.C.

Num.12.

Ibi. Primo ex tex.in §.1. in verfic. Adierunt
non bene, nec concludenter meo iudicio appli
catur iftius textus auctoritas ad cafum propo-
fitum. licet enim ibi fiat mentio de controuer-
fia mota inter mulierem, & fratrem viri defun-
cti attamen. Veritas eft, quod ibidem tracta-
batur de dote Nurus pro qua foceri bona videã
8 tur † obligata.vt in l.fi cum dotem.§.tranfgre-
diamur.ff.fol.matrim. de qua re nos ipfi verba
fecimus in decif.noftra confult.44. Summa iu-
rium fauentium.lib.2.in cafu autem noftro lon
ge diuerfa ratio eft, quia agitur de dote mulie-
ris omnino extraneæ fuper bonis quæ mariti
frater vinculo fupponit fideicommiffo. Quod
verò dicta conftitutio in verficu. Adiuerunt
loquatur de dote per filium reftituenda pater
ibi, & patris proferebat volũtatem, & ibi quas
pater non exiftentibus filijs reftitui præcepe-
rat ei. Rol.C.

Num.eod.ibi attñ & cafum reftitutionis con
tinet hoc idẽ dicit Menoc.infr.nu.27. qđ.fc.idẽ

9 iuris fit de reftitutione, † qđ de conftitutione
dotis qui in fuos affeclas citat Io de Anan.Ca-
ftr.Alex.& plures alios, cum quibus ẽt conue-
nire fupponitur Couar lib.3.variar. refol.c.6 ve
rùm aduerfus hos oẽs,& Menoch.hoc loco fcri
bit Andr Fachin. Controuerf.iuris. lib. 4.c.47.
Certum eft res reftitutioni fubiectas in verfic.
Sed contrariam fententiam cum verf.fequenti-
bus, vbi figillatim refpondet ad fundamenta
Menoch. & aliorum pro cuius rei veritate re-
mitto me ad alias dicta in Anatom.iuris.R C.

Num.13.

10 Quod refponfio debeat intelligi fecundũ † in-
terrogationem, probat idẽ Menoch.in conf.82.
Iuffiftis æquiffimi.num.31.hoc eod.lib.in conf.
221. Nulla certè eft ratio, num. 14.& 244. Cum
rogatus fim, ac num. 2.lib.3. quia refponfio de-
bet conuenire interrogationi.Menoch in conf.
47. De re clara verba.nu.1.& 12.hoc lib.1. fal-
19 lit † tamen hoc dictum ne procedat quando re
fultaret prauus fenfus, & abfurdus. vt idem Me
noch.aduertit in citato conf 82.nu.32.vbi hoc
20 ideo dicit quandoque † refponfionem non in-
telligi fecundum petitionem, & interrogatio-
nem.Rol.C.

Num.14.

21 Quod refcriptum debeat intelligi, & exponi †
fecundum preces fcribit idem Menoc. in conf.
574. Et fi difficilis, & nu.6.lib 6. & in conf.913.
Non eft dubitandum. num 2.lib.10. & prius in
conf.244. Cum rogatus fim.nume.3. lib.3. & in
conf.250.cùm interrogatus fim.num 64.lib.eo-
22 dem vbi limitatur conclufio ne procedat † fi in
precibus fit petitum cauffam committi, vt pro-
cedatur fummariè, & fine ftrepitu, & refcriptũ
fuerit conceffum fimpliciter non dabitur intel
ligentia, vt procedatur fummariè, quia fi Prin-
ceps refcribens id voluiffet vno verbo id po-
tuiffet exprimere. Hinc benè dixit Menoch. in
conf 180. Cum grauiffima huius controuerfiæ
diffinitio.num.11.lib.2. quod tùnc demum re-
23 fcriptum † intelligitur, iuxta fupplicationem
quando eft fimplex.fecus fi eft determinatum,
quia tunc fpectamus non quod quæfitum, fed
quod refponfum fuit.Iaf.in conf.173.vifo.& di-
ligenter confiderato. lib.4.R.C.

Eod.num.ibi fecundo me mouet text.§.San-
cimus. Hunc locum non probat Fachin. in cita-
to lib.4.controuerf.iuris.c.47. in verf. fecundũ
argumentum eft ex.§ Sãcimus. vbi verba iftius
text. aliter declarat, & intelligit, quam faciat
Menoch.hic, quem proindè impugnat, cum fe-
quentib.R.C.

Num.16.

24 Fauor publicus priuato præfertur, † fed hoc
25 dictum non procedit in præiudicium † tertij,
26 quia id quod noftrum eft, fine facto noftro † au-
ferri non poteft à nobis. l. id quod noftrum. ff.
de reg.iur.licet enim quæ publicæ dicitur vtili-
27 tatis fumma femper † ratio fit, vt idem Menoc.
aduertit in conf.666. Controuerfia, quâ aduer-
fus.num.9.lib.7.attamen publico iuri non con-
28 gruit, quod ob publicã † vtilitatem quis tenea-
tur de fuo dotare mulierem extraneam cum il-
29 lud fit † paternum officium, l.fin.C.de dot.pro-
miff.l.qui liberos. ff. de ritu nuptiarum dixi in
obferu.ad antiq.Montisfer.decreta.li.2.decre-
to 73.§.6.num.1.R.C.

Num.17.

Ibi ergo fortius ꝑ reſtitutione hoc eſt argu-
mentũ à fortiori,ſed conſequentiã hanc negat
omninò Fachin.in citato lib.4. controuerſ. iur.
d.cap.47. in verſic. tertium argumentum,cum
verſic. ſeq.vbi probat non valere conſequentiã
30 pro conſtituenda † dote filiæ hæredis grauati
poſſunt alienari bona fideicommiſſi,ergo ſimi-
liter pro reſtituenda , vbi allegat rationem di-
uerſitatis,quæ eſt,vt primo caſu detur ratio , q̃
in ſecundo ceſſat,namque filiæ hæredis graua-
ti, & ita nepti tenetur auus dotem dare. Secũ-
do vero caſu ſocer non tenetur Nurui dotẽ cõ-
ſtituere,quæ ratio ſi procedit in caſu propoſi-
to. Multò magis militabit in vxore fratris ip-
ſius qui fideicommiſſum conſtituit , ex quibus
non bene arguit Menoch. in caſu dotium vxo-
ris cognatæ, vt ſuperius fuit abundè dictum .
Rol. Cauagn.

Num. 18.& 19.

Dicit Menoch. hoc loco , quòd bona ſoceri
31 intelliguntur tacitè hypothecata pro dote † à
Nuru recepta , ſed quando hoc verum ſit , &
procedat , latè dixi in deciſ. mea conſult. 44.
ſumma iurium fauentium.lib.2.per tot. R.C.

Num.22.

Quod dicit hoc loco Menoch. de conſ. Cra-
uettæ 221.Ioan.Curtini de,libro 2.non videtur
recipi per ea quæ ad eum Crauettæ locum ſcri
bit Bẽuenutus Stracca in Annotationib.ad re-
ſponſa Crauettæ , vbi dicit argumenta confu-
tari,& auctorem eo loco fuiſſe lapſum , in quo
propoſito lectorem remittimus ad ea , quæ in
obſeruationibus noſtris ad eum locum dixi-
mus.Rol.Cauag.

Num.23.

Hanc argumẽti ſpeciem in propoſito reijcit
Fachin. in iam citato loco cap.47.lib.4.Contro
uerſiarum iuris in verſic. Quartum , ac poſtre-
mum argumentum cum verſ.ſeq. R.C.

Num.24.

Ibi attamen alia via ſuccurſum eſt mulieri ſi
32 ex dote ab ea data fundus † ematur congruit
iſta cogitatio cum his quæ ad hoc propoſitum
dixit Fachin. in loco paulo ante citato ad nu-
merum 23. R C.

Num. 27.

Vide quæ dicta ſunt ſuperius ad nume.12.&
ſeq.ex Fachin.in allegatis inibi locis. R.C.

Num.28.

Ibi imò fatus diceretur ſi ſciens adeſſe fidei-
commiſſum dotem ſub tanto periculo daret .
Per iſtud dictum infert mulieris ius ſtare ſolum
ſuper ignorantia fideicommiſſi , ſed credide-
rim per iſtam ignorantiam non extingui fidei-
33 commiſſum† in præiudicium ſubſtitutorum,pro
quibus dicendum eſt, quòd bona quæ habent ,
ſeu habituri ſunt ex iudicio alterius ex aliquo
facto extrinſeco cuiuſuis tertij non poſſunt ab
34 eis auferri , quia ignorantia facti alieni non †
excuſat eum qui debuit inueſtigare.Menoch.in
conſ.406. Non poſſum non ſummopere . nu.97.
lib.5. vltra quod in facto ſupponitur maritum
vixiſſe luxurioſè dilapidando bona , quo caſu
poterat mulier ſibi prouidere videns maritum
35 tendere ad inopiam, † quia tunc licitum erat
ei petere, quod dos i tuto collocaretur,vt not.
Alba Mandell. in conſil. ad id quod dicit Me
noch. hoc loco faciunt ea quæ ſcribit idemmet
in conſ.1078. Iuri & diuino.nu.4. lib.11. R.C.

Num.eod. ibi non etiam repugnat ratio illa.
Dùm putat hoc loco Menoch. euitare ſcopulũ
ſub eo prætextu , quod ſubſtitutis , & ſucceſſo-
ribus fideicõmiſſi permittatur recuperare alia
bona alienata à manibus emptorum inferens
ex priuilegio ſpeciali licere mulieri bona fidei-
commiſſi capere , & retinere , abſque eo quod
cogatur ipſa iudicium ſubire id ipſum agit, qđ
eiuſdem concluſionem deſtruit. namque ſi bo-
na fideicommiſſi veniunt in ſubſidium, certum
36 † eſt,quod prius debet fieri excuſſio in bonis a-
lienatis aduerſus, quæ titulo reuocationis po-
teſt agi,vt ſuperius tactum fuit ad nu. & qđ
ſupponit mulier poſſe fieri per ſubſtitutos ad
euitandas multiplicationes litium deberet ad-
impleri per eam , & quia in propoſito dicta ſua
roborat Menoch.auctoritate Curt.Iun.in conſ.
59.Noua & ingenioſa.nu.8.lib.1.præter eas re-
ſponſiones quæ poſſent adduci hæc vna eſt , ꝙ
loquitur Curt. in fideicommiſſo aſcendentium
non autem tranſuerſalium , in quo nullo modo
procedit Auth.res quæ.C.comm.deleg.vt dictũ
fuit ſupra num. R.C.

Num. 31.

Dùm hoc loco dicit Menoch. l. qui cum alio
37 contrahit vel ſcit,vel ſcire debet† conditiones
eius cum quo contrahit ff de reg. iur.non pro-
cedere in muliere probatur per D. Coſtam Pa-
pienſem in tract.de facti ſcientia, & ignorantia
diſt.3.nu.6 & 7. de intellectu iſtius l.vide nota-
ta per me in Anatomia iuris. R.C.

Num.35.

Ibi attamen ex quo eadem eſt ratio, contra-
rium dicit,& probat Andr.Fachineus in ſæpius
allegato cap.47.lib.4.vbi rationem diuerſitatis
adducit. R.C.

Num.38.

Dicit hoc loco Menoch.quod mulier ſine cul
38 pa ſua non debet ammittere † dotem. Tu di-
cas concluſionem eſſe veriſſimam, ſed adde qđ
ex ea non ſequitur dotem eſſe mulieri dandam
39 ex bonis ſubſtitutorum , & ita ex bonis fidei-
commiſſi tranſuerſalis , quia hoc eſſet diſcon-
40 perire vnum† altare,vt alterum veſtiatur,& al-
41 teri per alterum iniquam † conditionem inſer-
re contra iuris vulgatiſſimi regulam. Vel demũ
addas,quod ſicuti Menoch ſupra num.29.dixit
ſuccurri ſucceſſoribus in fideicommiſſo tranſ-
uerſali, recuperando bona alienata à manibus
emptorum , ita quinimò magis iuridicè poteſt
obijci, quod eidem mulieri quoad dotes ſuas
per iſtam viam poteſt eſſe ſuccurſum, vnde ceſ-
ſabit conſideratio facta ſuper ammiſſione do-
tis ad incommodum mulieris.R.C.

Num.40.& 41.

Mihi ipſi viſum fuit,quod Menoch. hoc loco
gratis loquatur,vndè non videtur ſufficiens re
ſponſum ad id quod tertio obiiciebatur dubi-
tando,quia vbi etiam daretur, quod bona fidei
commiſſi non ſolùm pro conſtituendis,ſed etiã
pro reſtituendis dotibus eſſent obligata illud
ipſum omni caſu , vt latè ſuperius dictum fuit
42 habet locum in † fideicommiſſis aſcendentium
non autem tranſuerſalium prout hic agitur .
Et dùm dicitur hic,quod quiſquis dotem à mu
liere receperit ad reſtitutionem teneatur benè

loqui-

loquitur Menoch. sed dum infert, quod ex bnnis substitutorum pro iure, quod eis competit ex fideicommisso, non est vera illatio, sicuti ēt minus vera dicitur ꝑpositio, quòd testator fideicommissum constituendo non valeat impedire legis dispositionem editam respectū dotium, quia hoc dictum non potest habere locū in extraneo disponente de bonis suis. super quibus nullo fauore publico dici potest introductum, quod quis possit astringi ad dotandū mulierem extraneam. nulla enim lege hoc ipsum cauetur. R.C.

Ad Consilium 34. Non mediocri dubitatione.

SVMMARIVM.

1 *Clarascum dicitur oppidum insigne in partibus Pedemontium.*
2 *Gabella per vniuersitatem sub qua forma possit vendi.*
3 *Communitas an teneatur soluere gabellam, quam locauit, quid in Principe, vel fisco, num. 4.*
5 *Augmentum gabellæ, an pertineat ad emptores gabellarum, & num. 12.*
6 *Emptores gabellarum, an possint prætendere remissionem ob bellum, quod superuenerit.*
7 *Pedagij duplicatio, ad quem pertineat.*
8 *Emptores gabellarum si defecerint in aliquo termino solutionis, an possit priuari gabella.*
9 *Rei suæ quilibet Dominus est etiam in abutendo, nu. 10. limita num. 11.*
13 *Vectigalia quis possit instituere, & exigere.*
14 *Princeps per exactionem immemorabilem, an acquiratur.*
15 *Ius exigendi gabellam cui spectet.*
16 *Gabellarum impositio requirit legitimam causam, et qualis esse debeat.*
17 *Vectigal nouum imponere ad quem pertineat.*
18 *Augmentum monetarum in materia vectigalis, ad quem spectat.*
19 *Clausula stantibus rebus, vt stant, quomoda consideretur in materio locationis.*
20 *Aequalitas seruanda est in contractibus.*
21 *Aequalis conditio contrahentium, vt inducatur semper debet fieri interpretatia.*
22 *Conductor datij an possit aliquid facere in praiuditio secundi Datiarij.*
23 *Collegiorum maxima est auctoritas.*
24 *Collegium Iurisconsultorum Medialanensium, quanta sit auctoritatis.*
25 *Consuetuda patria vim legis habet.*
26 *Consuetudo localis non trahitur de loco ad locum.*
27 *Doctori attestanti de consuetudine, an credatur, & num. 28.*
29 *Attestatio Doctorum de consuetudine, qualis esse debeat.*
30 *Additio an faciat nouam dispositionem, vel ne, & num. 31.*
32 *Ignorantia regulariter non excusat.*
33 *Ignorantia iuris in muliere, an præsumatur.*
34 *Ignorantia non excusat eum, qui tenetur indagare.*
35 *Ignorantiæ præsumptio non cadit in persona litterata.*
36 *Ignorantia, an inducat bonam fidem ad lucrandum fructus.*
37 *Ignorantia iuris neminem excusat.*
38 *Ignorantia iuris perplexi, an inducat excusationem.*
39 *Ignorantia iuris perplexi æquiparatur ignorantiæ facti.*
40 *Ignorantia iuris quando admittatur, & quando nō.*
41 *Ignorantia mulieris minoris, vel rustici, an excuset.*
42 *Simplicitas, an præsumatur in muliere minore, & rustico.*
43 *Ignorantia iuris non excusat post litem contestatā.*
44 *De minimis, quando non sit curandum, & quomodo istud minimum consideretur.*
45 *Additio differt à reformatione.*
46 *Doctoris dictum debet intelligi secundum iura, quæ allegat, declara num. 47.*
48 *Tempus præsentationis attenditur in rescriptis non tempus datæ.*
49 *Rescripta semper intelliguntur si pars voluerit vti.*
50 *Rescripto quando quis non possit vti.*
52 *Actu qui vult vti debet vti eo tempore, quo potest fieri.*

Num. 1.

AGitur hic de gabella vendita per vniuer-
1 sitatem Claraschi, quod oppidum † insigne dicitur in partibus Pedemontium, pro qua materia dicas pro validitate contractus
2 † requiri, quod decretum Iudicis, & quidem sic precisè, vt suppleri non dicatur ex congregatione facta per vniuersitatem ad eum finem cū eiusdem Iudicis decreto, vt aduertit Minado in decis. sua 14 In Audientia Regia. nu 1. & 2.
3 An autem ea communitas † quæ gabellam vendiderit, seu locauerit ipsam soluere teneatur
4 emptori, & quid in principe † vel fisco. Vide quæ dicit Francisc. Marc. qō. 423. Quæritur an Princeps, vide Petrum de Rauen. in singul. 850. Princeps vendit gabellam, an autem huiusmo-
5 di gabellæ augmentum pertineat † ad emptores gabellarum scribit Dec. in cons. 4. & pro tenui facultate mea diligenter. vbi tenet, quod non quando augmentum factum est ex ordine venditoris. Hunc tamen locum Decij declarat Menoch. sed de hoc infrà. De ementibus gabel-
6 las à ciuitatibus † prætendentibus remissionē ob bellū, quod superuenerat facto venditoris stat doctrina Bart. in l. si merces. § culpæ ff. loc.
7 de pedagij collectis † casu duplicatis verba facit Boer. decis. 178 Et primò præsuppono, quod vbi quærit an vtilitas sit firmarij? an autem vectigal, seu pedagium soluant Princeps officiarij, Consules secretarij, & huiusmodi. vide eundem Boer. q. 246. Et primo præsuppono. Quid de Veterano, vide Bart. in l. 1. C. de Veteranis. libro c. 2. Quid si emptores gabellarum defece-
8 rint in aliquo termino solutionis, † an statim possit eis auferri gabella. Vide Petr. de Rauen. in sing 848. Nota vnum casum. R.C.
9 Eod. num. quod vnusquisque † sit dominus rei suæ, probat idem Menoch in cons. 226. Dubitationes multæ. num. 5. lib. 3. in cons. 666. Controuersia quam aduersus. nu. 1. lib. 7. in cons. 798. Controuersia, quam aduersus. num. 1 lib 8 & in cons. 1042. Egregia admodum est. nu. 7. libr. 11.
10 etiam † in abutendo, vt in cons. 255. Quod doctè admodum. num. 11. lib. 3. dummodo tamen
11 dispositio de re sua † in præiudicium tertij non tendat, vt dicit idem Menoch. in d. consil. 226. num. 51. quod infra probat sub num. 17. R.C.

Num.

Num.7.

Pro his quæ dicit Menoch. latè scribit Dec.
in cons 4. Et pro tenui facultate mea per totũ,
12 an augumentum gabellæ pertineat ad † empto
13 rem, vel venditorem vectigalia autem † insti-
tuere, vel exigere quis possit, vide Natt. in cõs.
66..& an ius exigẽdi vectigal acquiratur per
exactionem immemorabilem sine titulo, & an
14 sic acquisitum † Princeps possit auferre, vide
Rol.in cons.66. Quoniam veritas quantò ma-
15 gis.num.21.lib.2.& quod debeat interuenire †
16 legitima causa impositionis, & quæ nam † sint
dicit idem Rol.in cons.91. Decreuarã amplius
non scribere.lib 2.Ita vt causis cessantibus ces
sare debeat exactio Rol.ibidẽ nn.45. Quod au-
17 tem vectigal nouum † non possit imponere, ni-
si summus princeps in loco suo dixit Menoch.
in cons.901.& si hac de controuersia, num.80.
lib.10.Quod verò firmatur nouum vectigal im-
poni non posse, nisi per supremum Principem,
locum nõ habet in eo augumento monetarum
18 † quod inest facultati exigẽdi vectigal, vt alias
consului pro feudatario Castiglioni,& Cordu-
bæ, vt in mea decis.consult.116. lib.3. cuius ca-
put est, qui habet ius exigendi, quo casu facta
relatione Serenis Duci fuit obtentum, vt iam
memini in alia decis mea consult. Pro D.Comi-
tibus Triultijs contra vniuersitatem Cotto-
nei, quæ incipit ad sustinendam querimoniam.
Rol. Cauag.

Num.10.

19 De clausula stantibus rebus † vt stant in ma-
teria locationis dixi in decis.mea cons.83. con
tentio iudiciaria.num.3.lib.2.R.C.

Num.11.

20 De æqualitate seruanda † in contractibus,
scribit idem Menoch.in cons.203. Quod doctis
simè, & acutissimè.nume.16.lib.3. in cons.606.
De prima proposita dubitatione.num.13.libr.
7.Rimin.iun.in cons.306. Cum pax inita fuerit.
num.8 lib.3.vbi dicit quod sit interpretatio, vt
21 semper æqualis sit † contrahentium conditio.
per l.si id quod.§ fin.ff.de resciud.vend.& l.pe-
nult.in fi.C.com.diuid. R.C.

Num.12.

Quod conductor datij non possit aliquid fa-
22 cere in præiudicium † secundi datiarij, not.Io-
seph.Ludon. decis.Perus.62 .Ser Bonannus Ne-
potellus.nu 36.par.1.R.C.

Num.14.

23 Quod collegiorum maxima † sit auctoritas.
voluit idem Menoch.in cons.225. Responden-
dum videbatur.num.20. & quod collegij alicu-
ius opinio, vtputà collegij Iurisconsultorũ Me-
24 diolanensium † tanta sit auctoritas, vt præfera-
tur aliorum opinioni scribit idem Menoch.in
cons.11.Dubitatur an iure.num.15.hoc eodem
libro. Rol.Cauag.

Num.21.

25 Nota quod licet consuetudo patriæ vim le-
gis † obtineat, vt scribit Menoch. in cons. 442.
Propositæ consultationis.num.76.lib.5.attamẽ
26 tamquam localis † de loco ad locum non tra-
hitur, idem Menoch.in cons.401. Dubitationes
permultæ.num.25.lib.5.& in cons.486.Proposi-
ta consultatio, numer.23. lib.eod.quod autem
27 Doctori attestanti de † consuetudine Regionis
sit ita credendum, vt præsumptionem faciat,
dixit idem Menoch. in cons.1. consultatio hæc
adeo nume. 164. & in cons.37. Mirari satis non
possum.num.95.hoc eod. lib.1. Hinc & in cons.
92 Habet non leues dubitationes. nu.54. dicto
28 lib.1 dicit quod licet Doctoris attestatio † de
consuetudine non probet plenè. Est tamen at-
tendenda donec contrarium probetur hoc ip-
sum probat etiam in cons.264.Hac in causa.nu.
8.libr.4 Et prius in cons. 164. Non caret, mea
nume.12. & cons.190. Respondendum paucis.
nume.1. lib.2. in cons 215.Diu, ac multum an-
ceps num 94.lib.3. Verum quod non credatur
huiusmodi attestationi dicit idem Menoch. in
cons.238. Dubia admodum, prima num.20. lib.
3.declara tamen, vt ibi in num seq. vide eundẽ
in cons.510. Existimo Magnificam Dominam.
num 3.lib.6. & quod omni casu attestatio non
29 debeat esse de † consuetudine vniuersali, sed
aliquorum locorum tantum, vide eundem Me-
noch.in cons.238. Dubia admodum. nu.19 lib.
3.& in cons.911. Dubitatio est egregia. nu.10.
lib.10.Rol.C.

Ad Consil.35. Cum hæc non leuis.

Num.7.27.28.& 29.

Fit mentio de additione per quam actus, &
30 dispositio † quæ aliàs antiqua fuerit noua
efficitur, pro materia, vide quæ notaui ad l. Ius
ciuile.ff.de iust & iur.in mea Anatomia iuris,&
quòd per hanc legem non liceat addere in sub
31 stitutionibus, vbi per eam additionem noua †
inducitur substitutio, vide quæ scripsi in decis.
mea consult.12.lib.3.cuius caput est. Verba di
spositionis num. R.C.

Num.20.21.& 22.

Hoc loco dictis adde eundem Menoc.in con
sil.116. Prima huius consultationis. num.2. lib.
2.vbi comprobat.R.C.

Quod etiam iuris ignorantia possit aliquan-
do allegari, scribit Menoc.in cons.483. Cum hu
ius controuersiæ.num.9. lib.5. Sed quod regu-
32 lariter hominem † non excuset, probat idem
Menoch.in cons.37. Mirari satis non possum.
num.151. hoc eodem libr.1. In muliere tamen
33 hæc ignorantia iuris quandoque † præsumitur,
& quandoque non, Menoch. in cons.206. Et si
perdifficilis sit.num.131.& 133 lib.3.sed quan-
do quis tenetur indagare, & potest de facili
34 certiorari, non excusat † quia dicitur habere
admixtam negligentiam, sic not Rimin. Iun.in
cons.233.& in primis omnino dicendum vide-
tur.nu.54.55.& 56.lib.3.& tunc dicitur esse la-
ta culpa Idem Rimin.cons.295. Prima conside-
ratione dicendum videtur.nu.20.eod.libr.3.&
35 ubi sumus in persona litterata † non cadit præ-
sumptio ignorantiæ iuris ad effectum, vt lucre-
tur fructus Idem Rimin.in cons.333.Magnifica
Domina Ioanna.nu.33. dicto lib. 3. sed vbi da-
36 tur, nemini dubium, quia † causet bonam fidem
etiam ad lucrandum fructus perceptos. Meno.
in cons.214. Iuri, & æquitati consentanea. nu.
44.lib 3. Data igitur regula generali, quòd iu-
37 ris ignorantia † neminem excuset, vt post alios
voluit Franc.Marc.q.686. Quæritur an in facto
Andr. Gaill. obseru.48. Ignorantiam plerumq;
lib.2.& Menoch.de arbitr.iudic. casu 193. No-
mi-

minum simplicitate num.23. limita ex Capicio
decis. 69. In causa Ioannis num.24. ne procedat
38 quando allegatur ignorantia iuris † perplexi,
& intricati, quia tunc dicitur æquiparari igno
39 rantia † facti. Item quando sit admissibilis, &
40 quando non hæc iuris ignorantia. † vide nota-
ta in l. si adulterium § Incestum, & ibi glos. ff. ad
leg. Iul. de adult. Grammat. decis. 79. In causa
Reuer. num. 7. & Bellamer. conclus. 692. Erro-
nea confessio facta, & 693. Rursus de ignoran-
41 tia mulieris † minoris, vel rustici verba faciũt.
Capic. decis. 159. in causa Magnificarum num.
22. & 30. post Bart. in l. si adulterium. ff. ad leg.
Iul. de adult. & in l. 2. §. Cõpleta. ff. de iure fisci.
& in cons. 154. Maritus fecit heredem lib. 1. Cra
uet. in consil. 1. pro genero. nu. 218. Qui omnes
42 affirmant simplicitatem † præsumi in muliere,
minore & rustico, & ob eam excusantur, quan-
do peritos nequiuerunt consulere Mohedanus
decis. 196. sed vbi agitur de lucro eisdem per-
sonis non succurritur ex capite ignorantiæ iu-
ris. Franc. Marc. q. 291. Quæritur an subuenia-
tur. Quod tamen dictum fuit de excusatione ex
43 capite ignorantiæ iuris † limita ne procedat
post litem contestatam. Bart. in l. 2. nu. 11. ff. de
confess. R.C.

Num. 28.

Ibi quæ minima sunt considerati non solent
pro veritate istius cõclusionis distinguas quod
44 scilicet de minimis non sit curandũ quando † il
lud minimum est contra ius commune. secus
vbi est secundum ius cõmune, sic not. post Bar-
tolum in l. scio ff. de in integr. restit. scribit Me-
noch. in cons. 36. si iudicantem cuncta rimari
oportet. nu. 43. lib. 1. R.C.

Num. 29.

45 Quod additio differat † à reformatione. pro
bat idem Menoch. in cons. 1048. In eadem cau-
sa. num. 6. libro 11. vide quæ dixi ad l. Ius ciuile
ff. de iust. & iure. R.C.

Num 30.

46 Dictum Doctoris debet intelligi secundum †
iura quæ allegat, probat Menoch. in cons. 52. du
bia semper quæstio. num. 165. & in cons. 90. Pri-
mæ dubitationi. nu. 55. libro 1. in cons. 401. Du-
bitationes permultæ: quæ nume. 13. libro 5. in
cons. 471. Est quidem difficilis nume 9. eodem
libr. 5. Vbi autem Doctoris auctoritas allegata
47 † fuerit, quæ non possit in fonte videri, non
erit attendenda Menoch. in cons. 104. Proposi-
ta facti species. num. 18. lib. 1.

Num. 33.

Ibi, nisi eo rescripto is impetrans vtatur.
Nota conclusionem iuris, quod in rescriptis at
48 tenditur tempus † præsentationis non tempus
datæ, quia semper in rescriptis ea subintelligi-
49 tur clausula † si pars eo vti voluerit, sic per Fe-
lynum in ca. Cæterũm col. 7. in fine extra de re-
script. notat Ripa in c. Eum te, num. 54. tit. eod.
vbi dicit quod si post datam rescripti fuerit ac-
50 quisitum † ius parti, qui rescriptum impetrauit
eo vti non poterit. cap. sin autem, & cap. Plerũ-
51 que de rescript. quia quis debet vti actu † eo tẽ
pore quo potest geri. l. bonorum. ff. rem ratam
haberi. R.C.

Ad Consilium 36. Si iudicantem cuncta rimari oportet.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ noualium an debeantur.*
2 *Decimæ noualium, cui nam debeantur Ecclesiæ, vbi duæ fuerint vnitæ.*
3 *Decimalis causa, quot modis in iudicium deducatur.*
4 *Decimæ dicuntur esse de pertinentibus ad Ecclesiam parochialem.*
5 *Decimæ non possunt transire in laicum.*
6 *Decimæ qua ratione debeantur rectori Ecclesiæ.*
7 *Decimæ quibus Ecclesiis, & Parrochijs debeantur.*
8 *Rector Ecclesiæ Parochialis habet fundatam intentionem percipiendi decima noualia in sua Parochia.*
9 *Rector Ecclesiæ habet ius decimandi contra homines subditos suæ Parrochiæ.*
10 *Decimæ prædiales à quibus sint præstandæ.*
11 *Decimæ personales a quibus possint exigi.*
12 *Noualium decimæ existentes iusta Parochiã cui sint dandæ.*
13 *Decimæ de quibus bonis, & fructibus sint soluendæ.*
14 *Decimæ & noualia an differant.*
15 *Noualia, quæ sint.*
16 *Decimæ nimis graues, quomodo moderentur.*
17 *Decimandi ius, an dicatur reale, vel personale.*
18 *Decimarum exemptio intelligitur de extraordinarijs non autem de ordinarijs.*
19 *Priuilegium de non soluendis decimis, quomodo sit intelligendum.*
20 *Decimarum possessio, quomodo probetur.*
21 *Ius percipiendi decimas, quanto tempore præscribatur.*
22 *Actus vnicus regulariter non attenditur.*
23 *Actus vnicus non derogat iuri, & modo succedendi.*
24 *Actus vnicus attenditur quando eidem assistit ius commune.*
25 *Actus vnicus tribuit possessionem percipiendi decimas.*
26 *Generi per speciem derogatur, declara numero 27. & 28.*
29 *Clausula hæc ex certa scientia restringitur, & quando remissiuè.*

Num. 1.

TRactatur hoc loco quæstio. cui decimæ no
1 ualium † debeantur Monasterio, scilicet
an Curato. Pro qua materia si vis scire quid
iuris vbi pro Monasterio fuerit probata imme-
morabilis possessio. vide Crescent. decis. 1. alias
108. Rector Parochialis Ecclesiæ de decimis.
2 Quid vbi Monasterio fuisse vnita † Ecclesia Pa-
rochialis, cui scilicet decimæ debeantur. vide
eundem Crescentium in decisione 2. alias 310.
Vicarius perpetuus eodem tit. de decimis mo-
3 hed. decis. 220. Quot vero modis causa † deci-
malis in iudicium deducatur, latè & magistra-
liter scribit Menoch. in cons. 268. Diffinitio hu
ius caussæ decimalis. num. 3. & seq. lib. 3. R.C.
4 Dicitur decimas esse de pertinentibus † ad
Ecclesiam Parochialem, & istud probat idem
Menoch. in cons. 498. Respondendum videba-
tur. num. 31. lib. 5. & prius in cons. 402. egregia,
ac celebris. num. 20. lib. eod. quod in tantum est
5 † vt in laicum transire nequeant, nec etiam in

em-

Emphvteusim, saltem post Concilium Late-
ranense, sic post Abb.in capit.Ad hæc numer.4.
de decim.notat doctissimus, & mult.Reuer. D.
Alexander Moneta, nunc in sacrosancta Con-
gregatione Sancti Pauli Decolati, D. Io. Petrus
in tractatu de decimis, cap. 5. num. 68. & ideo
vidi contractus aliàs initos inter Ecclesiam, &
laicos, in quibus facta fuerat translatio in eos-
dem laicos de iure decimandi annullari, quod
ego credidi verum, pro ea parte, quæ ad ius
pertinet decimandi, vt in decis. mea consul-
tiua, cuius caput est. Brachium sæculare, cum
sequenti, quæ fuit Excellentiss q D Iacobi Ali-
feri qui fuit postmodum Senator integerri-
mus.Rol.Cauagnol.

Eodem numero 161. Quæ sub sua Parochia
6 sunt, Adde quod de iure cõmuni Decimæ † de-
bentur Rectori Ecclesiæ ratione sacramentorũ,
& curæ animarum, sic notat caputacquensis in
decisione 353 Possessio decennalis,num.3.par-
7 te 2 & ideo illis Ecclesijs,& Parochijs † deberi
dicimus in quibus sacramenta Ecclesiæ, perci-
piuntur. Et diuina officia audiuntur, facit de-
cisio 77. Gomez.Leon.in decision. diuersorum,
tomo 2. Vide Concilium Tridentinum,de refor
matione sess.25.cap.12. Non sunt ferendi. Hinc
8 Curatus Ecclesiæ Parochialis † intentionem
suam fundatam percipiendi decimas nouallium
in sua Parochia vt perpendit Paponius libro
1.tit.12. Aresto 14 Vn cure soy disant. Et scri-
bit Rolan. in consil.53. inspectis his, quæ aban
de libro 4. quod Rector Ecclesiæ habet ius de-
9 cimandi in sua Parochia † contra omnes, & si
10 de prædialibus Decimis agatur, illæ † præstan-
tur Ecclesiæ prædiali in qua prædia sita sunt,
11 si verò de personalibus decimis † agitur, illi Ec
clesię Parochiali, seu baptismali in qua homi-
nes per totum circulum anni, seu pro maiori
parte illius diuina audiunt, & sacramenta per-
cipiunt, seu percipere debent, vt doctissimè pro
more suo scribit D. Moneta in erudito eius tra-
ctatu de decimis, cap. 7. duas quæstiones con-
tinet, numero 17. & seqq. vbi multa notabilia
12 colliges. Quid si noualia essent † infra Paro-
chiam dic etiam cedere Ecclesiæ Parochiali.
Capell. Tholosan. quæst.433. Item fuit quæsitũ
Ioseph. Ludouic. decis. Perusina 72. Dum Pau-
lus Verducciola numero 12. parte 2. Francis.
Marc. quæstione 17. Quæritur an laicus, vide
etiã Puteum decisione 154. fuit dubitatum co-
13 ram libro 1. de quibus bonis,& fructibus † sol-
uendæ sint decimæ scribit Vincentius Grilen-
zonius,in consil.165. Rector Parochialis Eccle-
siæ num.23. Rolan. Cauag.

Eodem numero 161. Nulla est differentia.
14 Inter decimas, & noualia pro † eo quod perti-
net ad præstationem decimarum certum est ni-
hil differre, an fructus obuenerint ex agris no-
uiter cultis, qui noualium nomine veniunt, an
ex alijs solitis coli. Quid autem sit nouale
15 † subtiliter,& eleganter explicat D. Moneta in
suo tractatu de decimis, cap. 4. num. 52. & se-
quentibus vbi plura dicit de decimis noualium
pro significatione terræ noualis, secundum ius
canonicum, & quæ requirantur, ad hoc vt no-
ualis terra dicatur. Latè disserit Petrus Rebuf-
fus, ad l. sylua cedua est 70. in §. Noualis est
terra præcisa, folio mihi 181. versiculo Noualis
terra,& in versiculis seqq. Rol. Cauag.

Num 22.

Pro materia eorum, quę hoc loco tractantur,
scias quod vbi ex priuilegio decimarum Noua-
16 lium † Rector incipit nimis grauari moderan-
tur per ordinarios, vt scribit D.Moneta de De-
cimis.c.4.Quæro primo num.74. R.C.

Num.23.

Ibi, quia hoc ius ad rem continet spem, be-
nè dictum fuit ad rem, quia hoc ius decimandi
17 † dicitur reale, & in decimis non consideran-
tur personæ, sed ipsa Ecclesia.vt not.Crauet.in
cons.21.Homines Sanctæ Agnetis.R.C.

Hoc eod. numero posset dici aduersus mo-
niales, quòd priuilegium eis concessum de non
soluendis decimis debuit omni casu intelligi
18 de extraordinarijs † non autem de ordinarijs.
vt aduertit Puteus decis.65. In vna Burgen. lib.
3. Rol.Cauagn.

Num.31.

Ibi cùm iam semel ipsas Decimas soluerint.
Dicas etiam in proposito, quòd priuilegiũ con-
cessum de non soluendis decimis non extendi-
19 tur ad eas † in quarum possessione est is, cui de
iure communi competunt decimæ, per ea quæ
notat eruditissimus D. moneta de decimis c.5.
Quæro primo an omnes.nu.51.vel etiam dicas,
quod priuilegium concessum à Papa de non sol
uendis decimis non præiudicat possessoribus
in priuilegio decimarum noualium, quicquid
sit in cæteris.vt not.Gulielm.Cassiado.in decis.
1. in pluribus causis sub titulo de Priuilegijs,
20 quomodo autem decimarum † possessio pro-
betur ad obtinendam victoriam scribit Aegid.
Bellame.conclus.455. Monasteriũ allegans con
21 tra, sed quanto tempore præscribatur ius† per-
cipiendi decimas,not.Ioseph. Ludou. decis.Pe-
rusina 72. Dum Paulus Verdicciola,& Aug.Be-
rous q.121.R.C.

Num.34.

Ibi (nos verò loquimur in eo, qui cõsequitur
quod iure communi sibi debetur.) Laudãda est
& attendenda ista responsio, quia licet vnicus
22 actus † regulariter non attendatur, illud tamẽ
procedit, quando per eum derogatur iuri Hinc
benè dicitur per vnicum actum non derogari
23 iuri,& † modo succedendi. vt scribit Menoch.
in cons.815. Cum hæc, de qua num.47. lib.9. &
24 ideo quando actui etiam quod vnicus † sit assi-
stit ipsum ius commune plurimum tribuitur au
ctoritatis, & quod in subiecta materia vnicus
25 actus tribuat † possessionem vltra notata hoc
loco per Menoch. videnda sunt, quæ scribit D.
Moneta in sæpius allegato eius tracta. de deci-
mis. cap.9. Diximus hucusque de decimis.num.
9. ubi plures auctoritates adducit in proposito
huius quæstionis post Curt. quem allegat. Rol.
Cauagnol.

Num.42.

Ibi (non modica lęsio est) faciunt ad hoc pro
positum, quę superius dicta sunt ad istud cõsil.
ac ad numerum 22.R.C.

Num.48.

26 Quod generi per speciem† derogetur probat
Menoc.in cons.328. De perdifficili egregiaque
num.23.lib.4.in cons.738.Respondendum vide
27 batur.nu.4.lib 8. sed quòd tunc procedat† ista
conclusio quando species, vt genus de directo
oppo-

opponuntur,& simul stare non possunt, vt observat idem Menochius in cons. 241. Respondendum videbatur in hac perdifficili. num.37.

28 lib.3. & quod generi † per speciem non semper derogetur, voluit idem Menochius in consilio 1041. Respondi non satis. numero 61. lib. 11. Rol.C.

Num.59.

29 De virtute, & restrictione clausulæ ex † certa scientia videnda sunt ea, quæ dixi ad consilium primum Menochi, Consultatio hæc adeo. numero 116. & pluribus sequentibus. hoc libro primo. R.C.

Ad Consilium 37. Mirari satis non possum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum factum non obseruatis ex stylo obseruandis nullum est.*
2 *Notarius præsumitur scripsisse, vt Notarius, non vt amicus.*
3 *Instrumentum præsumitur verum solemne, & de voluntate partium scriptum.*
4 *Instrumenti præsumpta solemnitas, quid operetur.*
5 *Locus, an sit de substancia instrumenti.*
6 *Instrumentum, sine tempore, an sit nullum.*
7 *Notarij subscriptio, an sit necessaria in instrumēto.*
8 *Signum Notarij, an sit de substantia instrumenti.*
9 *Instrumentum, quando non censeatur authenticum, & non possit dici publicum.*
10 *Notarius, an, & quando partibus teneatur ad interesse.*
11 *Instrumentum an præsumatur falsum ob omissas solemnitates.*
trarium in quo proposito pro eo, quod ad solu-
tionẽ pertinet non est silentio prætereundũ, qđ
qñ ista dictio ex reperitur adiecta personæ, non
14 mediatam, sed omnino immediatã, † & proximã
causam enunciat. & eo casu non vidi impropria
ri, quicquid sit qñ rei, vel actui adiungitur, vt
doctè scribit Petr. Rebuff. loco citato. R.C.

Num 4.

De vl geminationis, uide quæ superius anno
tanimus ad cons. Menoch. 10. Quòd Magnifica
Domina. num. 1. hoc eod. lib. 1. vbi multa gemi-
15 nationis † exempla tradidimus. R.C.

Num. 5. 30. & 31.

Fundamentũ qđ similiter hoc loco facit Me-
noc. sic fortiter stringit, ut non uideri in solutio
nẽ congruam, & iuri respõdentẽ, per ea quæ in-
ferius dixit in rñsione ad secundũ obiectũ. Ha-
bent. n. ea uerba pro te, & filijs tuis ex Catheri-
16 na suscipiendis naturã cõcessionis † ex pacto &
prouidẽtia donatoris, & cõcedẽtis, & ipsius ac-
quirẽtis, q stipulãdo pro filijs suscipiẽdis ex ea
dẽ Catherina sic eos ad successionem inuitasse
dr̃, ut cæteras alias filias exclusisse uideatur, ut

in simili dicimus de concessione feudi facta ꝑ
se, & filijs ex suo corpore descendentibus, quæ
naturam induit feudi ex pacto, & prouidentia,
vt inter cæteros scribit Petrus de Gregor. de
concessione feudi.par.6.q.10. Intelligo primo
huiusmodi formã.nu.9. qua concessione attẽta
ad alias transferri personas nõ poterit, quæ ex
corpore acquirentis non obuenerint. Et in hãc
rem bene facit text.in l.Cum vir. ff. de cond. &
demonstr.cuius dispositio non solùm nõ est di-
uersa à casu nostro, vt visus est sentire Menoch.
d.nu.31.sed est in fortioribus terminis,namque
17 ibi dicitur, quod quando terminus filijs † pro-
fertur simpliciter non facta relatione ad alterũ
ipsorum coniugum cadit intelligentia de filijs
cõibus, proindè si id ita est in simplici relatio-
ne facta, quanto magis procedet, vbi terminus
filijs refertur ad ambos coniuges, vt in casu no-
stro, & si recedimus ab ista dispositione legis,
vbi terminus iste qui prædicatur de filijs repe-
titur appositus cum relatione ad vnũ tãtum ex
coniugibus, vt scribit Ias.in cons.116. In quæst.
quæ vertitur.num.20.lib.1. qui locus per erro-
rem citatur à Menoch.sub cons.115.quanto ma
gis erit standum dictæ dispositioni legis, vbi fit
expressa relatio ad personas proprias dictorum
coniugum. Nec attendi debet consideratio, q̃
facit Menoc.d.nu.31.sub eo prætextu, quod di-
spar sit caussa affectionis ipsius testatoris, cuius
meminit d.l.cum vir.& quod in casu Ducis do-
nantis par sit caussa affectionis ad filios, tàm pri
mi, quàm secundi matrimonij.quia ex eo, qđ di
scretiuè loquutus fuit Dux, qñ dixit donare Si-
gismundo,& filijs suis suscipiendis ex Catheri-
na clarè colligitur, qđ alios filios Sigismundi su
scipiendos ex alia muliere, q̃ ex dicta Catheri-
na excludebat, quia non omnes filios hoc mo-
do voluit vocare, vbi. n. ita voluisset, sciuisset
eo casu id explicite asserere. vnde quod dona-
18 tor † non dixit, nec nos dicere debemus. Qui-
nimò cum certos filios incluserit reliquos dici
tur voluisse excludere ex vulgatissima iuris re-
gula, qui de vno affirmat de reliquo negare vi-
detur.l.cum prætor. ff. de iudicijs. l. si maritus
in fi. ff.de procur. & facit regula inclusio vnius
19 est exclusio † alterius. cap Nonnè extrà de præ
sumpt. præsertim quia inclusio fit cũ certa qua-
litate quæ cæteris exclusis non congruit. R.C.

Num.7.

Benè arguit Menoch. hoc loco de qualitate
adiecta dispositioni, sed ea fortius stringet si di
catur, ꝙ omni casu illa qualitas venit ascriben-
da filijs Sigismundi suscipiendis ex Catherina,
non aũt ipso Sigismundo, quo casu non solũ ex
vi argumenti per tamq̃. sed potius ex vi disposi
tionis factæ, & directæ animo deliberato in cer
20 tas personas priuatiuè, quoad † alias, quod.n.
vni certæ personæ relictum est, alteri non vide-
tur esse distribuendum ex iuribus supracitatis,
quibus addi posset, id quod inquit Menoch.in
cons.447.Difficilis admodũ,& perplexa.nu.12.
lib.5.per l.rem legatam.ff.de adim. leg.conces-
21 sum alicui † alteri censeri ademptum. R.C.

Num.11.& 36.

Argumentũ, quod hoc loco desumit Menoc.
de l.filius à patre in § si quis ex certa. ff.de lib.
& posth. Validum est in proposito, quia conclu
dit ex eo, quod scriptus hæres, qui natus est ex
certa vxore sic honorari censetur, vt non intel-
ligatur scriptus, seu vocatus is qui ex alia vxo-
re natus est, & ita ex ea dispositione colligitur,
quod qñ factæ vocationi apposita est certa de-
22 monstratio † non habet locũ, vbi qualitas de-
monstrationis nõ applaudet, qđ sic casui nostro
deseruit, vt nihil magis.non.n. nati ex alia mu-
liere, q̃ ex Catherina cuius meminit Dux in do-
natione possunt iure pretendere, qđ admittan-
tur. Nec valet declinatio, quam facit ad istud
obiectũ idem Menoc.sub nu.36.quia non est ve
rũ, qđ in casu dicti §. si quis ex certa maior sit
taxatio, q̃ in casu de quo agitur. dr̃.n. ibi de fi-
lijs natis ex certa matre, & in donatione cuius
est quæstio. dicitur de filijs suscipiendis ex Ca-
therina, nãq. pro eo quoad certitudinẽ refer-
ri potest nulla maior potest cẽseri certa expres-
sio matris, q̃ per ipsius nomẽ propriũ cùm illud
ex snĩa Iustiniani in § si quis in nomine.institu.
23 de leg.adinuentum † sit significandorũ hominũ
causa.pro eo verò, quod dicitur de trãsactione
equaliter intrat in vno, ac in altero casu, sola ea
differentia restat, quod in casu dicti §. si quis ex
certa, datur regula generalis, & in casu donatio
nis, cuius meminit Menoc. stat casus specialis,
& quodammodo declaratio illorum verborum
ex certa matre, vtpotè quia dicatur ad eã certi
tudinẽ fuisse deuentũ per nominis expressionẽ.
Nec ista mendicata distinctio per Menoch. vllo
modo debet admitti per auctoritates, & iura q̃
allegat, namq; Ias. quem allegat in l.Placet.sub
num.8.ff.de lib. & posth. opinionem hãc meam
firmat omnino, & Menochij sententiã infirmat.
ait.n.qñ testator simpliciter, & in genere insti-
tuit ventrẽ vxoris suæ venient nasciturí ex qua
cumque vxore per d.l.Placet cũ l.seq.sed qñ te-
stator in dispositione sua refert se ad nascitu-
ros liberos ex certa vxore secus est, quia eo ca-
su qui nascentur ex ea tantũ, & non ex alia vo-
24 cãtur, & datur casus de l.filius à Patre in §.si qs
ex certa ff eod.quod ẽt probat glos. eiusdem §.
in littera M. ibi. secus si nullius vxoris habita
mentione, sed simpliciter. & idem admittit Pa-
ris.in cons.52.In hac consultatione.nu.28. libr.
2.vbi taxationem, & limitationẽ dicti §. si quis
ex certa desumit ex sola significatione illius
verbi certa, quę nihil magis habet restrictionis,
quã habeat expressio facta de matre per nomẽ
proprium ipsius, en igitur, quàm sit erronea in-
ductio quam facit Menoch. de auctoritatibus
per eum allegatis ad casum hunc. R.C.

Num.12.& 37.

Auctoritas Ang. in cons. 51. quod tñ in meo
25 Cod.legitur in ordine, sub num.† 50. & incipit
Simon notarius, cui contradicit Bald. in consil.
113.Proponitur ꝙ quidam D.Simon.num.3.lib.
5.parum vel nihil facit ad casum Menoch. quia
non agitur ibidem de dispositione restricta ad
certas personas, prout contigit in donatione
Ducis, & ita sumus extrà casum. vnde vel vna,
vel altera vera sit opinio(de quo articulo suo
loco ad Angeli consilia verba faciemus) ad rem
nostrã non pertinet, qa omni casu sermo factus
26 de vẽtre vxoris prægnãte, † tã ad secundã q̃ ad
primã partẽ eiusdẽ tñ vxoris cõmodè refertur
ex pari affectione ex eod. cons. & patris proui-
sione, & simili necessitate, vt benè perpẽdit Al-
ba Mandel.in cons.85.facilè esset in p̃senti casu

num.

num. 9 libro 1. vbi Apostillator hunc Menochij locum citat. R.C.

Num. 13. & 38.

Deductio quam facit hoc loco Menoch. sub num. 13. de auctoritate Pauli Pici ad l. Titia. In §. Titia. num. 109 vers. Ego salua opinione. ff. de leg. 2. deseruit ad corroborationem illius sententiæ, quod filij tantum vxoris Catherinæ vocentur non alij nati ex alia muliere hoc modo,
27 quia † ex aliqua coniectura colligitur, quod dispositio sit facta ad commodum alicuius ad eum tantum referri debet non ad alium, etiam quod id ipsum non exprimatur, quia mens, s. sit semper
28 † attendenda disponentis. vt sup nu. 2 dixit Menoc. ita & multò magis id ipsum locum habet, quia non coniecturatiuè sed explicitè, & expressè hoc ipsum colligitur. De coniecturata mente disponentis, verba facit idem Picus loco citato in casu per eum proposito, qd. s. vsusfruct.
26 relictus vxori per maritum intelligatur pro ca vxore, quam maritus testando habebat, non aût pro alia, quia fortè potuit moueri testator ob benemerita illius vxoris, quam eo tempore habebat, & ita dabitur argumentum pro eo quod
30 ad rem nostram pertinet, si de † quo minus, & de quo mag. Auth. multò magis cum ibi notatis. C. de sacros. eccl. Ad id aût quod dicitur per declinatione obiecti per Menoc. sub nu. 38. qd in casu proposito sit par caussa affectionis erga
31 filios † primæ & secundæ vxoris. Respondetur satis aptè pro iudicio meo, quod ista affectio perpendenda venit in persona ne dùm Patris acquirentis, sed principaliter in persona Ducis qui donauit, qui ex eo quod donasse, & acquisiuisse respectiuè declararunt pro filijs Sigismû di suscipiendis ex Catherina, & sic ex certa persona non potuerunt censeri cum pari affectione ad filios alterius mulieris, quos honorare no luerunt. Nec valet consideratio. quòd sola contemplatione Sigismundi motus fuerit Dux ad donandum, quia ad hoc datur infra responsio. ad num. 19. & 20. R.C.

Num 14. & 38 ac 39.

Pro eo, quod hoc loco, & num. 14. dicit Men. per l. si quis ita. §. si quis cum ignoraret. ff. de test. tutela sciendum est, eum textum plurimû conferre ad intentionem filiorum primi matrimonij, ibi. (Sed quia de ipso non sensisset, dicêdum est cessare in personam eius dationem.)
32 namque ad ea de quibus non fuit † cogitatum, nec in genere, nec in specie non porrigitur dispositio. Porrò non solùm in casu nostro non fuit cogitatum, nec in genere, nec in specie de inuitandis filiis secundi matrimonii, sed de eis penitus excludendis per declarationem adiectam ad nomen filiorum, ibi ex Catherina suscipiendis, Hinc dicimus nô sustineri id quod Menoch repetit sub num. 38. quod præsumatur Sigismundus æquè diligere filios secundi matrimonii, ac primos per responsionem, quam superius adduximus. R.C.

Num. 15. 39 & 40.

Pro eo quod dicitur ad ignotatos non trahi
33 dispositionê, & legatû † extendi solùm ad cognitos, vide notata per Menoch. in cons. 1. Consultatio hæc adeò. nu. 170. hoc eod. lib. 1. & quæ ad eum numerum annotauimus. vide Menoch. infrà in cons. 1118. In eadê caussa Illustriss. nu. 17. & 18. lib. 12. & dum inquit hoc loco Menoc. quod Dux non considerauit personam filiorum Catherinæ idipsum affirmat, quod ex diametro repugnat declarationi factæ per Ducem, quæ si tollatur vim patitur dispositio, vt superius dictum fuit, & infrà probabitur. R.C.

Num. 16. & 40.

Ad ea quæ dicta sunt de Romani cons. 231.
34 † Præmissorum Doctorum conclusionem. nu. 2. lectorem remittimus ad ea quæ ibidem annotauimus simul ac ad ea quæ diximus in Anatomia iuris In l. si cognatis. ff. de reb. dub. R.C.

Num. 18. & 41.

Super eo fundamento, quòd filij vnà cum pa
35 tre sint vocati non est, quod fiat vis † quia. s. intelligitur clausula ordine successiuo, vndè non oês simul, sed pater, & inde filii, nâque inter eos côuenit hæc clausula. vt dixit idem Menoch. in cons. 822. Respondi superioribus annis. num. 3. vol. 9. & Dux vocando patrem & filios censetur vocasse, iuxta ordinem successionis non p. æpostere. vt post Marzar. in Epito de fidcic q. 15. Sub verbo ordine successiuo, scribit Ma ta de clauf. par. 3. clauf. 57. succedant ordine successiuo. Pro materia vocatæ filiæ cum patre, vi. eq scripsi in decis. mea consult. 72 Aduersantes Frã ciscæ Aditiæ. num. 19. lib. 2. R.C.

Num 19. & 42.

36 Obiectio hæc vltima desumpta ex mente do nantis, quæ semper attendi debet. vt idem Menoch aduertit in cons. 202. cum grauissimæ iam diu agitatæ caussæ. nu. 22. lib. 3. aliter est concipienda, nempe vt ea donatio facta fuerit contemplatione ipsius patris Sigismundi filiorum descendentium ex eo, & Catherina eiusdem Sigismundi vxore, quo casu sequitur necessaria conclusio. quod sicuti bona donata patri, & cer
37 tis filiis acquiruntur sic filijs ipsis, † vt in eorû præiudicium nequeat pater distrahere. Quinimò nec vni ex dictis filijs suscipiêdis ex eadem Catherina prælegare, cum debeant illa bona donata æqualiter restitui omnibus filijs prædictis ad notata per Alex. in cons 8. visis subtilissimis dubitationibus nume. 15. libr. 3. Ias. in l. 2. nu. 209 in fi. C. de iure emphyt. vbi dicit, quod quando acquisitio sonat ad cômodum filiorum sic æqualiter ius est ipsis filijs nominatis acquisitum, vt ab eis auferri non possit, quia aliàs diceretur immutari forma contractus, ex qua filii prædicti possunt venire ex proprio iure, & ex propria persona, cum habeant ius ex munificentia Principis donantis, & ex stipulatione patris. vt in similib. côcessionibus factis à Principe pro patre, & filiis perpendit. Rol. in consil. 2. In caussa præsentis petitorij. nu. 108. lib. 1. faciût notata in c. 1. in princ. de success. feud. R.C.

Eod. num. dû inquit Men. quod sicuti Sigismundus non potuit expressè de ipsis bonis donatis inuita Catherina vxore, ita nec tacitè secundo
38 aliâ vxorê potuit in filios secundi matrimonii † ea trâsferre citâdo Bal. cons. 237. qd tû in meo Cod. legit 235. statuto Terg. cauetur. li. 2 aduertendû puto melius potuisse dici, qd ille Sigismûdus non potuit transferre ista bona donata expressè in extraneos, ita nec tacitè secûdo loco ducendo vxorem in filios secundi matrimonij transferre uon inuita Catherina, prout loquutus fuit Menochi. si volumus stare in ipsa sede

N 2 argu-

argumenti, sed inuitis filijs Sigismundi quidẽ,
sed susceptis ex Catherina prima vxore. Qui-
bus post mortem patris insolidum spectant bo
39 na donata, & consilium † Baldi non intrat ad
propositum, quia ibi agitur de bonis commu-
nibus inter virum, & vxorem hic tractatur de
bonis donatis patri cum grauamine de eis re-
stituendis filijs suis non quidem omnibus, quia
illud verbum filijs non fuit indefinitè prolatũ,
sed illis tantum, qui suscipiẽdi erant per Sigis-
mundum ex Catheriua prima vxore, vt superius
dictum fuit. vnde non intrat ea communio su-
per qua respondet Bald. loco citato. R.C.

Num.20.

Censeo fundamentum, quod hoc loco facit
Menoch. donationem factam fuisse per Ducem
sula contemplatione Sigismundi donatarij nul
lo modo sustineri, quia illa verba pro te, & fi-
lijs tuis suscipiendis ex Catherina, & sic ex cee
ta matre sunt omninò contraria huic antece-
denti conclusioni, quia scilicet important pa-
40 ctum † & prouidentiam donatoris, & accepto-
ris, prout abundè fuit superius deductum, &
prohatum, sublata igitur conclusione prædicta
consequens est, vt iacta per eundem Menoch.
corruant fundamenta. R.C.

Num eod. ibi dùm dicitur hic quod donata
41 acquiruntur † ei, cuius contemplatione dona-
ta sunt benè loquitur, sed argumentum non be
nè inducit ad proposita, quia contemplatio
prædicta non operatur effectum, vt rollantue
pacta, & forma ipsius donationis. Et ideo esto,
quod contemplata fuerit persona Patris Sigis-
mundi per Ducem, qui donanit qualitates, &
conditiones, quibus vestita fuit dicta contem-
platio seruanda, & adimplendæ sunt omnino,
& ita onus, & grauamen iniunctum Patri de re
stituendis bonis donatis filijs suis nascituris ex
Catherina prima vxore non potest reijci, quia
42 ius quæsitum † dictis filijs ipsis inuitis tolli non
potest, vt ex Rol. in citato cons. a. num. 108. di-
xi suprà ad num. 19. & 42. ex quibus colligitue
fallacia argumentarionis cum per cam non im
muterur forma donationis. R.C.

Eod. num. ibi, se permulta grata seruitia, &
beneficia consequutum fuisse ab ipso Sigismun
do, dùm per istam considerationem voluit Me-
noch. quod de bonis donatis haberet donata-
rius liberam disponendi facultatẽ. Adde, quod
simlli genere argumenti vsus est. idem Menoc.
in cons. 286. Respondendum videhatur nullo
modo. num. 26. lih. 3. Verùm vltra responsiones
quas paulò supra diximus, adijci potest, quod
etiam per donantem fuit contemplara perso-
na filiorum ipsius donatarij, eorum tamẽ quos
nasci contigerit ex Catherina prima vxore, &
ita dicimus relicta, & donata fuisse etiam con-
templationis certæ prolis, & familiæ. solet. n.
43 duobus † modis aliquid fieri contemplatione
alterius, primò quando aliquid datur ob singu-
larem affectionem, & caussam vnius tãtũ, eius,
scilicet cui particulariter fit donatio, & tunc
possent procedere considerationes bene meri-
torum. altero vero modo dicitur quid fieri con
templatione alicuius nempe ex speciali caussa,
quæ donationi adijcitur ad commodum fami-
liæ, vel prolis, prout dicimus de concessione fa
cta, vt permaneat in familia, vel in certis per-
sonis puta filiis eius cui datue, quia tunc dici-
tur facta contemplatione non prius recipiẽtis,
sed eorum quibus res tradita restituenda est,
vt in simili datur exemplum de feudo concesso
alicui pro se, & filijs. qui licet adhuc non sint
in rerum natura attamen certum est eorũ caus
sa, & contemplatione concessum fuisse feudum,
vt ex Aretino, Præposito, Bossio, Vicemala,
& alijs. scribit Menoch. in cons. 151. Prima pro-
posita dubitatio. num. 13. 14. & 15. quod repe-
tit in cons. 161. Dubitatio nunc ista. nu. 33. 34.
35. & 36 lih. 2. & sequitur idem Menoch. in cõ-
sil. 1037. cùm hac de controuersia. nu. 23. libr.
21 Porrò cum iste secundus modus contempla-
tionis personæ desumptæ cõgruat casui nostro
non est, quod obstare dicantur cõsiderationes
per Menoch. adductæ, quibus etiam officit, quod
in concessione facta patri, & filio, etiam quod
versamur in dubio cuius contemplatione id ip
sum factum, seu datum fuerit non potest suo
42 facto pater † præiudicium aliquod afferre filio
ex Bart. in l. Iureiurando. § si liberi. num. 6. ff. de
oper. libertor. sic not. Menoch. in cons. 1088. Re
spondendum est in prima proposita. num. finali
libro 11. Vndè si istud in dubio procedit, quan-
to magis milirabit in facti specie, in qua Dux
donando prouidit certis filijs nascituris ex Do
natario, & Catherina vxore. R.C.

Num.22.

Ibi. Donata à consanguineis sponsæ ipsi spõ-
43 sæ censentur contemplatione ipsius sponsæ † do
nata, non autem sponsi pro materia. vide quæ
latè scripsit Carpanus ad statutum Mediolani
291. si maritus. num. 80. & sequentib. lib. 1. vbi
plura dicit. Rol. C.

Num.22.

Quod hoc loco dicitur de pari affectione,
quoad filios ad rem non pertinet, quia non ver
46 satur quæstio circa relicta per patrem. † quo
casu posset intrare consideratio, sed casus est
de relictis per Ducem Sigismũdo Patri, sed hoc
vt certis suis tantum filijs restitueret, vt iam di
ctum fuit, & latius infra patchit. Pro eo tamen,
quod dicitur in Patrem cadere æqualem affe-
ctionem, quoad omnes filios non est vndequa-
47 que verum, quia multoties parentes † magis af
fecti sunt. Primogenito, quàm cæteris, iuxrà id
quod legitur in sacris paginis, & diligebat eũ
multum, quia primogenitus erat. R.C.

Num.23.

Dùm in filijs Sigismundi hoc loco remouet
Menoch. existẽtiam meritorum nihil agit, quia
sola merita patris non fuerunt caussa donatio
nis, vltrà quod donans legem adiecit donatio-
ni, quæ non potuit auferri per ea quæ superius
dicta sunt & quæ infrà ad numer. 28. dicentur.
Rol. Cauagn.

Num.24.

Ibi filijs hæredibus, hæc interpretatio satis
extranea visa fuit, vel quia dictio hæredibus nõ
repetitur apposita, nec potest commodè perci-
pi, vnde sumatur hæc qualitas hæreditaria, Nec
48 crediderim doctrinam Bartoli † in l. Gallus. §.
Quidam rectè, num. 9. ff. de liber. & posth habe-
re locum in casu de quo agitur, & procedere
secundum Menoc. intellectum, quia dum quæ-
rit Bart. ibi, an emphyteusis concessa pro se, &
filijs trahatur ad filios, qui non fuerint heredes
inquit

inquit, quod sic, & quidem æqualiter, etiam q non sint hæredes, quia emphyteusis non transit ad omnes hæredes, sed tantum ad filios & licet subdat, quod quādo pactum est appositum circa res de sui natura transmissibiles ad hæ-
49 redes, tunc paciscendo pater pro filijs † videtur pacisci pro filijs hæredibus per l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. attamen ex hoc non potest inferri, quòd bona donata per Ducem Patri, & inde filijs suis suscipiēdis ex certa muliere sint transmissibilia ad quoscūque, quia vbi daretur casus quòd isti filij non essent hæredes, attamē per hoc non infertur, quin potuissent bona donata vindicare, & consequi, nec trahitur pactū patris acquirentis ad pactum factum ab eo, qui bona tradit, quæ sicuti ad extraneos transire non potuerunt, quicquid in contrarium dixerit Menoc. ita congruit dicere, quod non sit locus illi dispositioni, quod dato, & acquisito sit facta pro filijs, vt hęredibus, de qua re patet infrà ad num 28. R.C.

Num. 25.

Arbitratur hoc loco Menoch. inuenisse decisionem particularem ad casum ab eo propositum, sed pro mea sententia ea decisio, nullo modo potest adaptari ad casum cuius est quæstio, namque verum est, quòd Baldus per Meno-
50 chium allegatus † ad Auth. Qui rem. C. de sacrosanct. eccl. sub num 5. qui tamen est sub nu. 6. & 7. scribit, quòd si vir, & vxor receperint quandam emphyteusim pro se, & eorum filijs intelligentia erit etiam de filio, quem vxor ipsa, pro parte acquirēs habebat ex alio viro per eam rationem, quod quando principale disposi-
51 situm † resoluitur in singularitates accidentia similiter resoluuntur cum ipso principali ex l. falsa. §. fin ff. de condit. & demonstr. & l. 2. de cōdir. institut. vnde resoluto principali dispositio ex eo, quòd emphyteusis diuiditur inter vir. & vxorem. ita & mentio filiorum resoluitur, vt in parte viri intelligentia sit de quibuscumque filiis ipsius, & ex parte vxoris itidem de filijs ipsius mulieris, sed iste casus, ita diuersus est à nostro, vt prorsus nihil commune habeat vnus cū altero. Non enim agitur de communi acquisitione inter maritum, & vxorem, sed de donatione facta per tertium ipsi viro Sigismūdo. scilicet non solùm pro se, verum etiam, & pro filijs suis quos suscipiet ex Catherina vxore, vnde ius quod filiis dictæ Catherinæ non competit ex facto eiusdem Catherinæ matris, sed ex munificentia, & prouidentia donatoris, & ex stipulatione patris acquirentis pro eis tantùm, quod non contingit in casu Baldi, in quo solum factum attenditur coniugum, qui pro eorum filijs acquirunt, & quod marri attribuitur in proposito seruit dumtaxat ad demonstrationē eorū filiorum pro quibus fuerat motus Princeps ad donandum. R.C.

Num. 26.

Argumentum hoc quod facit Menoch. de facultate concessa Sigismundo per Ducem, qui donauerat alienandi, scilicet etiam in extraneos, licet prima facie stringere videatur, attamen substantialiter perpensum non releuat. dicitur enim qđ sicuti poterat pater bona donata in extraneos transferre ob clausulam, qui-
52 bus dederit, † ita potuit testando de eis dispo-
nere in filios secundi matrimonij, quasi quod per huiusmodi clausulas res donata facta fuerit alienabilis pro libito voluntatis. Quem Menochij locum probat, & refert Marta in tractatu de clausulis pat. 2 clauf. 58. Scripsi super hac clausula. num. 4. vers Item Menoch. in consi. 40.
53 sed est responsio, quod vbi fuerit † posita ista clausula in executiuis nihil probat ad notata per Borgn in decis 31. vt eorum omnia veritas. parte 2. num 612 & seq. qui multos allegat, & quos sequitur Marta loco citato. num 23. Rursus non videtur ex omni parte tuta illa opinio, quod alteretur natura contractus, quia multis placitum fuerit eam clausulam restringendam esse, vt scilicet in solos vocatos. vt pluribus in locis voluisse Menoch. restatur idem Marta loco relato. sub num. 2. quod eo magis posset dici procedere in casu nostro in quo dictum fuit per Donatorem, quod donationem faciebat, vt prouideret posteritati eiusdem donatarij. vt idem Menoch. affirmat sub nu. 28 quę cum fuerit ad oculum demonstrata per Ducem, qui donauit nō est, quòd trahatur illa clausula ad correctionem eorum, quæ superius dixerat Dux donans, namq; certum est in iure, quod correctio
54 non inducitur, nisi expressè appareat Menoc. in cons. 626. num. 51. lib. 7. R.C.

Num. 27.

Minus nocet, quod sexto loco Menoch. adducit de l. Placet. ff. de lib. & posthum. quia licet ibi dispositio facta de posthumo, verificetur tàm in filio secundæ vxoris, quàm in filio primæ hoc ideo procedit, quia nulla reperitur ibi facta restrictio ad filium nasciturum ex certa muliere, prout legitur in casu nostro. & certū est
55 ob factam restrictionem † non dari extensi ◌ē ad alium, per ea quæ superius dictum fuere ad numerum 11. & 36. de l. filius à patre. §. si quis ex certa. ff. de lib. & posthum. R.C.

Num. 28.

Quod dicitur hic de posteritate locum habere posset, nisi prius declarasset Dux, qui donauit de qua posteritate senserit, dum dixit pro te & filijs tuis ex Catherina suscipiendis, quare si ista verba, vt posteritati tuæ sit benè prouisum posita fuerint in fine donationis possumus di-
56 cere, quod postrema à primis † regulantur, vt quandoque dixit Menoc. in cons. 864. Respondi olim pro. num. 20. Hæc sunt quæ dubitabilem faciunt hanc Menoch. consultationem, quibus addenda sunt, quod ista donatio facta Sigismūdo, & filijs suis suscipiēdis ex Catherina prima vxore non est vna donatio sola, sed duæ dona-
57 tiones sunt respectu, scilicet patris † vna est, respectu filiorum dicitur altera, vnde mortuo patre expirat prima donatio, quia remittitur in secundam donationem. vt ex Castrensi, Rodotico, & Couarruuio, ac pluribus alijs perpendit Menoc. in cons. 1153. Cum adeò doctè, & acutè. num. 1. & 2. lib. 12. vbi plura ad hoc propositum adducit. R.C.

Ad Consilium 41. Non leui studio, & diligentia.

SVMMARIVM.

1 *Mentitam inferens, qua pœna puniatur.*

Men-

2 *Mentita, an sit punibilis.*
3 *Mentita quæ fuerit data sub conditione, an, & quan do inferat iniuriam.*
4 *Mentita illata ob verba iniuriosa, an sit punibilis.*
5 *Iniuria verbalis illata per prouocatum, an sit punibilis.*
6 *Iniuria verbalis, an possit inferri propter iniuriam re, & factis illatam.*
7 *Mentitæ species, quot sint.*
8 *Clarus in §. iniuria. num. 14. vers. quæro etiam numquid declaratur.*
9 *Mentita propulsatoria iniuriæ, an sit punibilis.*
10 *Defensio excessiua non est permissa, & num. 12.*
11 *Mentita an & quando dicatur continere excessum.*
13 *Mentita, acrem iniuriam affert.*
14 *Mentita supra mentitam, an valeat.*
15 *Mentita illata cum clausula saluo honore tuo, an valeat.*
16 *Mentita necessaria, an sit permissa.*
17 *Iniuria, quomodo possit per aliam tolli.*
18 *Iniurians falso dicitur calumniator.*
19 *Offensa quam defensionem non habeat.*
20 *Iniuriatus an possit aliter se tueri, quam venire ad arma.*
21 *Occasione, an per istud verbum inducatur causa remota.*
22 *Causa proxima in dubio magis præsumitur, quam remota.*
23 *Causa proxima magis influit, quam remota.*
24 *Causa prima, & originalis, an semper debeat attendi.*
25 *Causa originalis dicitur causa causans.*
26 *Causa originalis præualet causæ causatæ.*
27 *Causa prima, quando debeat attendi.*
28 *Propulsatio iniuriæ debet fieri eo mitiori modo, quo potest.*
29 *Excessus defensionis non debet remanere impunitus.*
30 *Offensa quæ dicatur.*
31 *Mentita quando non sit punibilis.*
32 *Occisio ad sui defensionem, an sit permissa.*
33 *Viro bono non conuenit asserere, quod bonum nō sit.*
34 *Nemo potest in prima causa sibi iusdicere.*

Num. 1.

DVm in isto consil. fit mentio de pœna in-
1 ferentis mentitam † dicas, quod non le-
uis est etiam pœna in patria Montisferrari ex
edicto, q. Ducissæ Mantuæ, & Marchionissæ tūc
Montisferrati Margaritæ, sed eam non habere
locū, vbi fit ad propulsandam iniuriam pluries
obtinui, vt in theatro meo Criminali dixi, infe-
rius tamen exponam iudicium meum, quale sit
2 in proposito, an mentita sit punibilis, & quo-
modo. Quid autem vbi mentita fuerit alicui
3 data sub conditione non purificata † Soc. Iun.
conf. 112. Nolebam profecto scribere. num. 12.
vol. 2. vbi tenet, quod non, quia dispositio con-
ditionalis antequam recipiat robur, exigit im-
plementum, & veritatem conditionis l qui hæ-
redi. § Plautius ff. de cond. & demonstr. Rolan.
in conf. 7. Quoniam rei satis demonstratæ. nu.
4 11. lib. 3. & eodem modo dicimus, quod † men-
titus ob verba iniuriosa quę supponuntur pro-
lata per eum non afficitur iniuria si constiterit
eum non protulisse ea verba, quorum prætextu
fuit data mentita Menoc. in conf. 107. Rectè, &
prudenter. lib. 2. facit etiam ad hoc propositū
5 quod iniuria † verbalis illata per prius prouo-
catum non est punibilis. Ang. de malef. in ver-
bo, verba iniuriosa, & contumeliosa. numer. 10.
quem refert Follet. in pract. crim. in verbo reci
piuntur defensiones reorum sub num. 11. & no-
6 ta, quod pro † iniuria verbali non licet inferre
iniuriam realem, & factis, vt notatur in hic ci-
tatis, vide Bald. in conf. 45. per totum incipit
statuto Papiæ. volum. 1 & Bald. sequitur Dec. in
conf. 487. In quæstione proposita. nume. 4. & in
conf. 686. Magnificus Pyrrhus scripsit. num. 11.
Soc. iun. in conf. 123. Licet duellaris. nume. 20.
libro 2. Iaf. in l. vt vim, in fi. ff. de iust & iur. Ripa
in cap. cum M. Ferratiensis. num. 89. extrà de cō
stitut quos omnes allegat Rouescalla in addi-
tionibus ad dictum Baldi consilium 45. & Roue
scall. refert & sequitur. Petr. Caball. resolut. cri-
minalium centuria 2. casu 154. Dicit Clarus.
num. 6. R. C.

Num. 8.

7 Ibi (duas esse species † mentitæ.) Hunc Me-
noch. locum probat Marc. Anton Rouescalla in
Scholijs ad dictum consilium Baldi 45. libro 1.
sed contra Menoch. facit locus Clari in §. Iniu-
ria. num. 14. vers. Quæro etiam numquid. Ve-
rum aduersus clarum loquitur Petrus Caball.
cent 2. resolut crimin. casu 154. vbi declarat au
8 ctoritates † per Clarum allegatas, & tenet cum
Menoch. quòd mentita propulsatoria iniuriæ
non sit punibilis, quia sit terminus defensiona-
9 lis. † Ego tamen quicquid sit in practica Nega-
re non possum, quia illa defensio sit excessiua
10 † nimis, quia non solum continet defensionem,
sed offensionem arguit, vndè qui se defendit
hoc modo peccat in excessu, cuius intuitu non
esset incongruum, quod aliqua pœna agatur.
11 Patet autem excessus in eo, quia mentitam, †
qui infert non solum arguit falsitatis expressio
nem, sed iniuriam infert, quia supponit, quod
scienter quis falsum dixerit. vt Clarus ait, &
post eum Menoch. hic quem probat, & refert
Baiard. ad Clarum in d. versic. Quæro etiam nū-
quid. nu. 63. 64. 65. & 66. vbi contra Clarum de-
cidit, mihi autem semper vera visa fuit senten-
tia, quod omnis excessus in eo qui se defendit
12 est punibilis, & quod defensio † semper fieri de-
bet cum moderamine inculpatæ tutelę, nec de-
bet illa licentia mentiendi esse impunita. vt be
nè firmat Lancell. Conrad. in templo iudicum.
par. 1. in generalibus conclusion. sub conclus.
19 incipit, sed nihilominus. num. 12. quia dici-
13 tur istud verbum mentiris † adeò acrem iniu-
riam arguere vt propter excessum defensionis
dicatur prouocatoria ad pugnam. Quid autem
14 sit de mentita † supra mentitam, vide Baiardū,
sed melius Petrum Caballū in locis citatis. R. C.

Num. 9.

15 Ibi saluo honore tuo, † quòd ista protestatio
sit nullius momenti tamquam contraria facto,
notant passim scribentes, vide quæ de ea scri-
bit Pett. Caball. loco iam citato. num 4.

Num. 14.

Ibi (repugnaret, & à sapientibus mereretur
16 reprehendi) posset obijci, quòd si mentita † es-
set necessaria pro defensione, & propulsatione
iniuriæ procederet Menochij consideratio, sed
punctus est, quòd qui mentitam infert, excedit
modum defensionis, & prouocat alium ad pu-
gnam. Vndè tamquam occasio præceps ad ef-

fu-

fusionem sanguinis, vel percussionem remouenda est. vt arguit Conradus in templo iudicum loco iam citato superius ad numerum 8. R.C.

Num. 17. & 18.

Ibi, (Ne eiues & subditi ad arma, & duellũ veniãt.) Hoc argumenti genus pertinet ad cõtratiam sententiam, quia si quis dixerit iniuriã alicui, vtputà tu es proditor, poterit iniuriatus respondere simpliciter non sum, vel non est ve-
17 tum, & tunc mutua † tollitur iniuria, verum si dixerit mentiris, non solum resectitur iniuria, sed cumulatur, quia ille redditur calumniator,
18 & falsarius, vnde ratione istius excessus inducitur prouocatio ad pugnam, & ad arma, quod si aufferre voluit princeps edicto suo consequẽs est, vt omnino voluerit tollere illam speciẽ de-
19 fensionis † quæ offensionem annexam habere dicitur, & ita non quadrat id quod ad sui propositum Menoch. adducit, sed potius intentionem contrariam probat. R.C.

Num. 19. & 20.

Quod dicitur hoc loco iniuriam præbuisse occasionem veniendi ad arma posset tolli, si dixerimus, quod per iniuriam regulariter non da-
20 tur caussa † veniendi ad arma, quia potuisset iniuriatus aliter, quàm cum armis semetipsum tueri, & defendere. Quinimò etiam aliter quã per mentitam, vt abunde dictum fuit dictum supra ad
21 num. 8 & isto casu illud verbum occasione, † nõ sonat in causam remotam, licet alias id ipsum verum sit eam denotari regulariter ex eo, vt probat Rebuff. ad l. Rei appellatione. versic. est tamen inter caussam. ff. de verb. signif. nihilomi-
22 nus in proposito de causa † proxima non de remota cadit intelligentia, quandoque enim vt not. Rebuff. loco citato in versicu. seq. occasio capitur pro causa, quod demonstrant ea verba sequentia ibi *di venire all' armi*, quæ nullum actũ medium admittunt ad verbum antecedens occasione, quo casu non de remota, sed de proxima caussa agitur, quæ sicuti consideratur in eo, qui mentitam infert, vt probat Conrad. in templo iudicum, dicta conclus. 19. nume. 11. ita fortius dicendum erit, quod venerit is ipse in edictum non alter qui iniuriam primo loco in-
23 tulit. magis enim influit causa † proxima q̃ remota. vnde solemus dicere, q̃ caussa efficiẽs, & proxima semper attenditur. l. sed & si sic. §. vlt. ff. de leg 3. l. Socium qui in eo. §. vltimo. ff. pro socio. Tiraquel. in tract. quòd cessante causa cess. effect. nu. 3. & 4. Soc. iun. in cons. 123. viso themate proposito. num. 13 lib. 3. Crauett. in cons. 163. Videndum est in hac. nume. 4. lib. 1. & 204. Quidam fratres Magnifici, num. 3. lib. 2. Nec di-
24 catur, quòd imò causa prima, & † originalis sit
25 consideranda, quia caussa originalis † dicitur causa causans, & ideo tamquam fortior præua-
26 let † causæ causatæ. l. 1. C. per quas personas nobis acquir. Cran. in cons. 229. Quadam Clericus à Boleugho. num. 12. lib. 2 in versic. Iam spurijs. Quia respondetur, quòd tunc demùm prima
27 causa debet attendi, quando † ea includit secundum ex necessitate, & eius effectum, vt idò Tiraquell. aduertit loco citato. limit. 20. nume. 15. facit text. in cap. 1. §. Illud de prohib. feudi alienat. per Federic. & ibi Bald. & Afflict. hic num. 3. illæ num. 2. Porrò in casu nostro non potest dici, quod prima caussa iniuriæ fuerit caussa necessaria ad mentitam cum alia via mitiori
28 potuerit † fieri ista propulsatio, vt superius fuit abundè dictum. R.C.

Numero 21. & 22.

Dùm inquit hoc loco Menoch. quod iniuriãs debeat puniri, benè argumentatur, sed dùm ait Duttũ iniuriatum, qui mentitam dedit iniuriãti absoluendum esse, dicendum videtur, quòd minus rectè concludit cum excessus defensio-
23 nis non debeat esse † impunitus, vt suprà tactũ fuit, rursus etiam dùm ait Randutium esse puniendum, intelligas pœna tantùm iniuriarum, non autem pœna edicti, cuius hic meminit Menoch. R.C.

Num. 23. & 24.

Benè dicit Menoch. hoc loco, quòd offensa il-
30 la est † qua quis alterum iniustè lædit, sed dùm inquit quod Dutteus mentiendo Randatium non læserit iniustè, non admittitur pro eo, scilicet in quo datur excessus, quia in excessu datur læsio, vt dictum fuit ad num. 8. R.C.

Eod. num. ibi nõ intelligi datis mentitis, quæ ad propulsandam iniuriam sunt. In hoc conuenio dũmodo tamen versemur in eo casu in quo fuerit necessaria mentita, vtputa quando quis iniuriam inferens dixerit se scire iniuriam esse veram, & aliter sit eiusdem rei veritas, quia tũc
31 dicerem mentitam † non esse punibilem, prout bene quadrat exemplum desumptum ex libr. 3. Regum. c. 3. vbi mater cui negabatur filius, potuit aliam mulierem mentiri, hoc est, quod falsum scienter asserebat. Vndè vbi mentita necessariò requiritur ad propulsationem potest venire sub nomine licitæ defensionis, & tũnc posset procedere, id quod subdit Menoc. infrà nu. 24. quod talis mentita non esset res mali exempli. R.C.

Num. 25.

Exemplum quod hoc loco adducit Menoch.
32 de licita occisione ad sui † defensionem probat intentionem contra Menoch. quia sicuti homicidium, quod est coactum, & omnino necessarium ad sui defensionem dicitur impunibile, vt Doctores omnes pronuntiant in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. quos refert, & sequitur Menoch. in cons. 249. Disputatio celebris, & egregia est. num. 20. lib. 3. ita dicendum est de mentita, vt scilicet tunc demum non sit punibilis, quando coactè, & omninò fuit necessaria pro defensione proprij honoris, & ad propulsationem iniuriæ illatæ. R.C.

Num. 26.

Non conuenit viro bono asserere, quod cer-
33 tò non scit, bona est ista † propositio, quam & nos admittimus, sed per eam nõ infertur, quòd extraiudicialiter quis valeat hunc asserentem offendere, & iniuriare, prout diceretur si ob id liceret aduersus eum qui certo aliquid nesciẽs
34 dixerit; facit, quòd in caussa † propria non licet alicui sibi iusdicere toto titu. Ne quis in causa propria. R.C.

Ad Consilium 42. Iuris elegans quæstio. in themate proposita.

SVMMARIVM.

1 *Comparatio litterarũ in quibus casibus locũ habeat.*

2 Com-

• *Comparatio litteratum, an admittat supplementum probationum.*
3 *Comparatio literarum ad hoc, vt legitima sit, quæ requirantur.*
4 *Instrumenea auth. solùm ex protocollo sumuntur, declara numero 5. & 6.*
7 *Instrumenti validitas si refricatur in dubium recurritur ad protocollum.*
8 *Notarius an præsumatur rogatus, quando instrumentum non reperitur in pracocollo.*
9 *Protocollum præsumitur manu notarij confectum si repertum fuerit penes eum.*
10 *Signum, & subscriptio notarij, an sit de necessitate instrumenti.*
11 *Negatiua probatur ex inspectione librorum.*
12 *Instrumentum repertum in protacollo notarij separato, quam fidem faciat.*
13 *Notarius præsumitur diligens in officio suo.*
14 *Instrumentum, vt obliget requiritur, quod sit lectũ, & vulgarizatum partibus.*
15 *Notarius debet dicere in instrumento partibus præsentibus, & intelligentibus.*
16 *Actum præsentibus testibus clausula ista, quid importet, & in qua parte instrumenti debeat poni.*
17 *Volũtas declaratur ẽt ex actu nullo, seu annullato.*
18 *Voluntas declaratur ex testamento etiam reuocato.*
19 *Instrumentum ab alterius scripturis leuari quando non possit.*
20 *Licentia extrahendi instrumentum, quomodo debeat apparere.*
21 *Arbitrarius casus nullo omnino datur.*
22 *Scriptura facta sine iudicis auctoritate est suspecta.*
23 *Falsi suspicio in ciuilibus habetur pro falsitate.*
24 *Falsitatis suspicia habetur pro falsitate.*
25 *Comparatio litterarum fallacem probationem inducit.*

Num. 1.

DVm fit mentio de comparatione litterarũ
2 dicas eam non habere † locum, vbi contractus, vel scriptura de cuius agitur comparatione si fuerit factus in ciuitate, libram auri excedit. ex Auth. At si contractus. C. de fid. instrum. de qua re vide quæ ibi dicta sunt in Anatomia iuris, quam fidem faciat. vide Grammat. decis. 34. num. 15. & 16 vbi dicitur quid de libris rationum, & de epistola Vinc. de Francb. decis. 105 num. 6. Quibus autem modis fiat. vide Menoch de arbitr cas 114. & an facta com-
2 paratio debito modo admittat † iuramẽtum in supplementum probationum. Natt. in cõs. 632. cum hae de controuersia & Rol. cons. 26 In præsenti casu pro materia, vide eundem Rol. cons. 36. Quoniam nonnulli. lib. 1. Quæ autem obser-
3 uari debeant, vt comparatio † legitimè fieri possit, not. idem Menoch. in cons 94. Qui famæ, & honori proprio. num. 24 & 26. lib. 1. quod tamẽ ex ea detur probatio satis infirma, probat Menoc. in cons. 188. Hac de controuersia. nume. 5. declaratur num. 22. lib. 2. R. C.

Num. 7.

Instrumenta authentica solùm ex protocol-
4 lo † sumuntur. Quibus si protocollum integrũ
5 † non reperitur, an sit fides adbibenda instrumento extracto. Dicit Castrens. in cons. 126. Dubitatur primo, an comes. lib. 2. col. vlt. quod sic.
6 secùs vbi protocollum † fuerit vitiatum, & mancum, quod tamen intellige si fuerit in totum vitiosum, vt in proposito scribit Menoch. in cons. 48. Huic dubitationi, quæ in caussa nu. 4. & 18. hoc eod. lib. 1. pro materia vide quæ dixi suprà ad consilium 7. Consultationem hanc nõ leuis ad num. 1 hoc eod libr. 1. Hinc quando de fide
7 instrumenti dubitatur ad † protocollum recurritur. Rimin. Iun. in cons 734. Attingam in hac causa num 19. lib. 6. Quid vbi prothocollum nõ inuenitur. sed reperitur tantum Rubrica instrumenti. vide Albam in cons. 514. Quamuis præsens articulus. num. 11. lib. 3. & vbi non reperitur instrumentum in prothocollo non censetur
8 notarius de eo rogatus. Menoch. in cons. 573. Sententia ex sapientis num. 2. R. C.

Num. 8.

Prothocollum reperiri debere penes notariũ. dicit hoc loco Menoch. & benè quia tunc præ-
9 sumitur facilius, quod † fuerit confectum manu notarij rogati. vt not. Menoch. in cons. 996. Prius quam de coniecturis. num 9 lib 10. R. C.

Num. 9.

Pro eo qđ hoc loco dicitur de signo, & sub-
10 scriptione † notarij videnda sunt ea quæ superius annotauimus ad consil Menoch. 37. Mirari satis non possum ad num. 1. hoc eod. lib. 1. R. C.

Num. 10.

Ibi ex inspectione prothocollorum notarij ad hoc facit cõclusio, quod negatiua probatur
11 † ex inspectione librorum. Menoc. in cons. 150. num. 3. lib. 2. R. C.

Num. 11.

Ibi (ob id leuari in publicam formam sine falsi suspicionem potuit) hoc idem repetit Menoch. in cons. 431. Proposita facti species. num. 39. lib. 5. & in cons. 619. Respondendum videbatur multis nu. 8 & 9 lib. 7. Quid si repertũ fuerit
12 instrumentum in prothocollo † notarij. separato non ligato cum alijs instrumentis, an fidem faciat, & in publicam formam possit redigi. vide eundem Menoch. in cons 956. Illustriss. D. Hieronym nu. 14. 15 & 16. libr. 10. sed quòd repertum instrumentum inter prothocolla notarij mortui præsumatur authenticum. not idem Menoch. in cons. 147. quæstio de finibus vrbis. num. 7. lib 2. vide eundẽ Menoc. in cons infra in cons. 48 Huic dubitatione. num. 17. hoc eodem lib. 1. R. C.

Num. 12.

13 Quod Notatius præsumatur † diligens dixi latè in obseruationibus ad consil. Menoch. 37. Mitari satis non possum ad num. supra hoc eod. lib. R. C.

Num. 14.

Ibi (quæ non facta publicatio voluntatis.) Dixi suprà. quod adhoc vt instrumentum liget,
14 & obliget, † debet à notario coram partibus legi, vt cons. 27. Rigorosis atque duris & numer. 41. vide ibi. & licet Corn. in cons. 77. viso dicto themate. lib. 4 contrarium teneat, attamen contra eum magis communis extat opinio. vt aduertit Scipio Rendina in promptuario recept. sent. De fide instrum tit. 46. num. 2. & illa lectura debet esse non solùm ad præsentiam, sed & intelligentiam contrahentium. quia solet quãdoque præsentia esse sine intelligentia. vndè
15 notarius † debet dicere partibus nedùm præsentibus, sed etiam intelligentibus. Bartol. in l. diem proferre. §. coram. ff. de recept. arbit. R. C.

Num.

Num. 15.

16 Quando clausula actum † præsentibus testibus importat perfectionem instrumenti, scribit Marta in tract. de clausulis. par. 1. claus. 4. Hæc clausula denotat perfectionem, & quòd per eã clausulam inducatur publicatio testamenti, probat Boer. in cons. 48. num. 7. an autem ista clau-
17 sula † possit poni tàm in principio, quàm in fine instrumenti, not. idem Menoc. infrà in cons. 48. Huic dubitationi. nu. 18. lib. 1. an autem locus censeatur expressus ob clausulam ipsam actum &c. Vide Ioan. Cephal. in cons. 622. testamentum præsupponitur. num. 1. & a. lib. 5. R.C.

Num. 17.

Quod voluntas declaretur etiam ex actu nullo, seu annullato, probat idem Menoc. in consil. 765. Consultatio hæc tres habet. nume. 10. lib. 8. vbi dicit voluntatem testatoris declara-
18 ti ex testamento † etiam reuocato in ea tamen parte in qua non fuerit dispositum contrarium faciunt notata per Bartolum in quæst. 10. Debitor in diem cognouit. num. 3. & quòd declaratur voluntas cum hominis, tam ex his quæ antequam ex his quæ post actum dixit quis, vel fecit idem Menoc. in cons. 776. Cũ duæ sint substitutiones. num. 7. libro eod. faciunt in proposito ea quæ notaui in decis. mea consultiua, cuius caput est instructo processu pro Margarita Baua contra D. Capellos R.C.

Num. 18. & 28.

Pro regula eorum, quæ hoc loco dicit Menoch. aduertendum puto, quòd instrumentum
19 ab alienis † scripturis leuari nõ potest, nisi prius constiterit scripturas esse illius, qui præsupponitur instrumentum recepisse. Nec possunt leuari instrumenta per alium notarium, ẽt quod filius sit, sine Iudicis potestate, & licentia, vt not. Sola in antiq. constitut. Pedemont. in titu. de oppositionibus contra formam extrinsecã instrumentorum. Simplex tamen attestatio No-
20 tarij de licentia † nullam fidem facit. vt aduertit idem Menoch. in cons. 721. prima propositio dubitatio. num. 75. lib. 8. Rursus etiam ea licentia, & commissio si fuerit scripta, & rogata per eundem notarium non tenet Menoch. in cons. 92. Habet non leues dubitationes. num. 71. hoc eod. lib. 1. vide ad istum articulum, ea quæ dixit idem Menoch. in cons. 100. Quæ nunc discutiendæ. num. 48. lib. prædicto. R.C.

Num. 20.

Ibi siquidem suum arbitrium debet esse iure, & ratione regulatum. Per istam rationem semper censui, nullum dari casum omninò arbitra-
21 rium † cum Iudicis dispositio regulanda sit, secundum habenas iuris, & rationis, vt latius dixi in obseru. ad tract. Men. de arbitr. quod opus de arbitr. tollendis inscribitur. R.C.

Num. 27.

Ibi fieri debet à Iudice commissio. Adde ꝙ
22 suspecta est scriptura facta † sine Iudicis auctoritate Men. in cons. 807. & si de graui magniq; num. 14. R.C.

Num. 33.

23 Quod suspicio falsi in ciuilibus pro falsitate † habeatur, alibi dixit Menoc. in cons. 199. Matrimonialis hæc controuersia. num. 5. lib. 2. maximè ad tollendam fidem instrumenti. Menoc. in cons. 252. Doctè, & acutè. nu. 19 lib. 3. in cõs. 395. Et si scio doctè, & acutè. nu. 55. & seq. lib. 4. & prius in cons. 248. Graue, falsi, crimen, nu. 43. lib. 3. ac deindè in cons. 874. Quod de duabus propositis. nu. 12 li. 9. idem prius dixit Menoc. in cons. 728. Causa hæc, quæ vertitur. nu. 19. lib. 8. Vide Capic. decis. 13. In causa Illust. Marchionis num. 4 & 5. Natt in cons. 633. Notum, & celebre est Ozasc. decis. 117. Qm in hac controuersia nu 7 Francisc. Marc decis. 697. Quæritur quia dictus, Crau. cons. 28. Assertum testamentum nobilis. num. 9. in cons. 134 scripsi aliàs ꝓ Magistro. nu. 26. & in cons. 249. In causa Nobilis Magdalenæ. nu 9. lib. 2. & in cons 315. Francis. Hospitaletij de in fine li. 2. Dec. in cons. 175. In causa falsitatis, quæ & in cons 189. Lætatus sũ plurimũ. Clar. in §. falsum. & ibid. Baiard. nume. 234. Quando autem, & ex quibus coniecturis
24 ista suspicio † falsitatis insurgat. vide eundem Ozasc. loco iam citato. R.C.

Num. 34.

Quod fallax sit probatio quæ sumitur ex lit-
25 terarum comparatione † latè probat Mascard. concl. 330. incipit cõparationem litterarũ. nu. 1. & plurib. seq. Adde Franc. Marc. q. 937. par 2. sed quã probationem faciat, vide Gram. decis. 34. In præsenti decis. n. 15. & 16. Vinc. de Frãch. decis. 105. In causa in regia. nu. 16. par. 1. Meno. de arbitr. iudic. casu 114. Cõparatione litterarũ. lib 2. Natt. in cons. 632 Non potest refricari. Rol. in cons. 26. Spiritus sancti præsidio, vbi plenè libro 1. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 7. Hieronymus, & Leander Magon. decis. Lucensi 17. ex quib. fiat, vide Bart. in §. Illud. Auth de his, qui ingred. ad appell. R.C.

Ad Consilium 43. Propositis duabus quæstionibus.

SVMMARIVM.

1 *Aqua discurrens de fundo meo in tuum, an possit prohiberi.*
2 *Aqua quotidiana, & æstiua tribuit interdictum ei, qui aquam habuit, sed diuersimodè, & num. 3.*
4 *Possessio longissima in materia aquarum vim tituli habet.*
5 *Aquarum solito cursu nemo priuandus est.*
6 *Aqua promissa, & nunquam assignata, qua actione petatur.*
7 *Ius in aquis, quomodo cognoscatur, quod quis habeat.*
8 *Consuetudo antiqua in deriuandis aquis, & aquarũ reliquijs spectanda est.*
9 *Locatione facta de bonis, & pratis, an & quando censeatur facta de aquis.*
10 *Communionem, qui habet in aquis, quid facere possit.*
11 *Aquam ducere per fundum vicini nemo potest, nisi iure seruitutis.*
12 *Aquaductus, vt præscribatur plura requiruntur.*
13 *Ius ducendi aquam, qui habet non potest miscere nouas cum antiquis.*
14 *Ius ducendi aquam, quomodo possit amitti.*
15 *Ius nullum acquiritur pro aquis, quæ naturaliter defluunt.*
16 *Aqua naturaliter defluens non inducit consuetudinem, nec possessionem.*
17 *Aquæ defluentis, qui recipit incommodum potest quandoque ab eis recipere commodum.*
18 *Lex prima in § Item quæritur. ff. de aq. quotidiana,*

O &

& actios perpenditur.
19 *Ius ducendi aquam quo iure prætendatur.*
20 *Actio pluuiæ arcendæ, quando competat.*
21 *Paries vbi communis est nihil potest in eo fieri per quod ei detrimentum inferatur.*
22 *Vicini inter se vrbanè debent agere.*
23 *Periti in arte non alliguntur, vbi non est dubium.*
24 *Paries an sit communis inter vicinos, vel proprios, quomodo cognoscatur.*
25 *Paries communis pro indiuiso, quando indicetur.*
26 *Societas tacita, seu incidens, an contrahatur pro pariete, qui fuerit communis pro diuiso.*
27 *Vicino non licet aliquid facere super pariete alieno inuito domino.*
28 *Paries communis, an possit eleuari.*
29 *Parieti si quod est impositum, vel immissum de facto potest tolli.*
30 *Seruitus non debet reddi magis molesta, & onerosa.*
31 *Vicinus inuito socio ædificare non potest in pariete communi, declara num. 32.*
33 *Paries communis debet dimitti in eo statu in quo diu stetit.*
34 *Vicinus non potest aliquid emittere in locum vicini citra ius seruitutes.*
35 *Parietis communis forma, & vsus non potest immutari, declara num. 36.*
37 *Prohibentis conditio melior est in re communi.*
38 *Paries, in quo adest caminus cuius præsumatur esse.*
39 *Vicinus an possit facere caminum, seu furnum.*
40 *Præscriptio acquiritur per eum, qui diu habuit canalem metallicum.*
9 *Dispositio non habet locum, quando præsuppositum non verificatur.*

10 *Calumniator est, qui partem moratur, litem differendo, & frustrando.*

11 *Consanguinei recusare non possunt consensum volenti alienare, quando subest iusta causa.*

12 *Appellationi locus est, & querela aduersus consanguineum recusantem consentire alienationi, vbi subest iusta causa.*

13 *Consentire quis cogitur alienationi, quãdo probibitio est facta per testatorem de non alienando sine iusta causa.*

14 *Consentiens peccato punitur, ac faciens, & quandoque magis quando per modum auctoritatis præstatur consensus. num. 15.*

16 *Consentire alienationi, an dicatur, qui patitur rem præscribi.*

17 *Taciturnitas an inferat consensum, & numero 18.*

19 *Consensus tacitus non præsumitur, vbi agitur de translatione dominij.*

20 *Consensus tacitus præstitus alienationi, an impediat reuocationem alienatorum.*

21 *Consentiens alienationi fideicommissi conditionalis, an dicatur ius suum amittere.*

22 *Consensus, & præsentia an inducant contrauentionem.*

23 *Emptor & consentiens alienationi participantes de dolo tenentur.*

24 *Hæres an & quando possit contrauenire alienationi factæ per defunctum de re probibita alienari.*

Num. 1.

DE consentiente contractui, vel alteri dispositioni, in qua consentiens habet in-
1 teresse, † an & quando sibi præiudicet, latè di-
scurrit Ioseph. Ludon. concl. 7. incipit consen-
tiens contractui, vbi similiter scribit de cõsen-
tiente alienationi, quæ fit ad distractionem fi-
deicommissi, & in consentiente, an requiratur
2 † protestatio, quòd saluo suo iure consentiat,
quando scilicet spontè consentit. Vide eundẽ
in conclus. 2. quis non potest sibi præstare con-
sensum. versic. isti quidem. R. Cau.

In materia tamen consensus prçstiti per eos,
qui ad fideicommissum inuitantur, scripsi ego
in causa Iuliæ de Madijs, concludendo quòd
per eorum consensum effecti sunt indigni suc-
3 cessionis, quia † contrauenerint voluntati fi-
deicommittentis, & est mea decisio consultiua
107. Ad elidendam actionem. lib. 3. R.C.

Eod. num. dùm per istud consilium, & ferè p
totum concludit Menoch. quòd consensus sim-
plex nunquam præiudicat ei quantum ad actio
4 nem † contra eum quærendam. Vt ipse ex con-
sensu conueniri possit, sed ad effectum ne is idẽ
contrauenire valeat contractui cui consentit
ratione præsentis, vel superuenientis iuris, &
ita dicitur operari consensus ad exceptionem
parandam, probat Io Franc. Schenard. in conf.
4. Quoniam in præsenti materia, num. 12. lib. 1.
vbi citat hunc Menochij locum, & prout suprà
probat. R.C.

Num. 8.

Pro materia, an & quando præstans consen-
sum suum, vbi consiliarius, vel Aduocatus, vel
5 † procurator, vel notarius, vel testis, vel tutor,
vel curator sibi præiudicet in beneficio retra-
ctus, videndus est Tiraq. de retract. consang. §.
1. gl. 9. nu. 141. & pluresalij cumulati per Carp.
ad statutum Mediol. 417. De re paterna luen-
da, Incipit si quis rem. nu. 114. lib. 1. pro regula
6 tamen habebis, quod consentiens † non præiu-
dicat sibi si habet ius in bonis, super quibus cõ
sensum præstat. Vide Carp. ad stat. Mediol. 328.
In alienationibus. num. 284. lib. 1. & quod con-
sensus operetur solùm quoad eum actũ cui ad-
hibitus est, scribit Menoc. in conf. 75. Hæc iam
diu controuersa. nu. 74. hoc eod. lib. 1. R.C.

Num. 16.

Dicta hoc loco per Menoch. censeo non esse
indistinctè vera, quia quando testator prohi-
bet expressè alienationem bonorum, quæ sup-
posuit stricto fideicommisso cum expressa de-
claratione, quòd ipsorum bonorum dominium
non transferatur per quemuis actum alienatio
nis, nisi consensus talis interuenerit, quod ẽt
dicitur fieri, quando prohibendo alienationem
dixerit testator, quòd vbi grauatus venerit ad
actum cogitationis de alienando, quòd tùnc
aperiatur fideicommissum ad fauorem aliorum
substitutorũ, quo casu ex latè traditis per scri-
bentes ad l. filiusfamilias in §. Diui. ff. de lega.
7 1. non † transfertur dominium, tùnc non pos-
sumus dicere, quod alienatio sit valida. Et isto
casu faciunt notata in l. fin. §. cum autem, in ver
bo admittere, & ibi glo. C. de fideic. l. fin. §. Sed
quia. C comm. de leg. cui conclusioni condu-
cunt ea quæ notanter scribit Ambros de Opiz.
ad d. l. filiusfamilias. in §. Diui seuerus. nu. 20.
ff de leg. 1. Quòd autem alienatio non sit vali-
da colligitur ex eo, quod dominij translatio,
8 quæ in contractu † requiritur emptionis fieri
non potest. l. ex empto. §. 1. ff. de act. empt. l. cla-
uibus ff. de cõtrah. empt. l. cum manu fata. ff. eo
dem. Faciunt notata in l. Iulianus §. offerri, &
§ ex empto. ff. de act. empt. Nec isto casu cre-
diderim referre, an sit dominij translatio de
natura emptionis, vel de substantia illius, vt di
sputat Petr. Nicol. Mozzius in titu. de empt. &
vend. sub Rubr. de naturalibus empt. & vend.
quia quoquomodo quæstio ipsa diffiniatur cer
tum est hic non tractari de alienatione in qua
fuerit initum pactum de non tradendo domi-
nium bonorum, & omni casu censetur ex natu-
ra contractus inita pactio de tradenda re ven-
dita vnà cum illius dominio. vt dictis iuribus
cautum est. R.C.

Num. 17.

Benè hoc loco arguit Menoc. dum ait exclu-
di consentientem alienationi, quia forma pro-
hibitionis pro eo, quod pertinet ad fideicom-
missum in casum alienationis est qualificata in
casum scilicet alienationis faciendæ per insti-
tutum de bonis sine consensu eius, qui ad tale
fideicommissum vocabatur. Vnde sequuta alie-
natione cum consensu ipsius euanescit prohibi
tio alienandi, & impeditur ortus fideicommissi
in casum contrauentionis, tam quoad consen-
tientem, quam ad filios, & hæredes ipsius, quia
non potest dici, quod venerit casus fideicom-
missi,

missi,& ideo vbi præsuppositum super quo fun-
9 datur dispositio † nou fuerit vetificatum non
procedit dispositio. Glos.ad l. mancipia. C. de
seru. fugit.in verbo Aduocandum,& ibi Fulgo.
Castr.& Salyc. Adde Roman. in cons. 489. Hæc
Domina Petra.R.C.

Nnm.18.

Ibi,negando illam esse iustam alienandi cau-
sam minus aptè visus est loqni Menoch.hoc lo-
co, namque prius supponit quòd iusta causa su
besset alienandi, vndè minus rectè consulit,qđ
negaretur hęc iusta causa,quia hoc est incidere
10 in notam † calumniæ ex eo, quod partem mo-
tatur, litem differt, & frustratur, vt colligirur
ex l.si calumnietur.ff.de verb. sign. & dixi aliàs
in decis.mea consult.47. Appellauerat pats vi-
cta.num.14.& 15.lib.1.R.C.

Num.19.

Exemplum, quod hoc loco adducit Menoc.
de consanguineis recusantibus adhibere con-
sensum mulieri ex iusta causa alienanti bona,
quæ sine eo consensu alienare non potest, non
probat conclusionem ad cuius confirmationē
illud deducit,hoc est ad id quod vbi iusta cau-
11 sa sit alienandi debeant consanguinei † recu-
sare ad hoc,vt inde iudex causa cognita possit
supplere, sed seruit ista propositio ad demon-
strandum, quòd non obstante recusatione con
sanguineorum succurritur mulieri volenti alie-
nare,sed per hoc non tollitur quin male faciāt
consanguinei, qui iustam causam nouerint re-
cusando eorum consensum. Quod autem hæc
mea consideratio sit veta videndi sunt aucto-
res,quos hoc loco Menoch.allegat tùm pręset-
tim Ant.Corset.in suis singularib. in verbo sta-
tutum 21. incipit statutum exigit consensum,
vbi dicitur, quòd si consanguinei nolunt con-
sentire minori volenti distrahere ad formā sta-
12 tuti si fuerit iusta causa poterit appellare, † &
deferre querelam ad Iudicem. per l.fin.ff.de ap
pellat.recipiend. facit text. in c.Nullus laicus.
extrà de iurepatron ibi,& si quis Episcopus im
probitatis, vel auatitiæ causa consentire nolue
rit Romano Pontifici nuncietur, conferunt ea
quæ ibid. not.Canonistæ.R.C.

Eod. num. ibi. Altera etiam ratione cum ex
proposita facti specie per Menoch.in initio an-
tecedentis consilij, pro quo similiter stat hoc
responsum non resultet ad commodum partis
Perusiæ fideicommissum, nisi in casum aliena-
tionis sine ipsius consensu non est videre, quo-
modo data mota causa alienandi potuisset re-
13 cusare consensum sub prætextu, quod hoc † tē-
deret in sui damnum, cum potuisset capi ex iu-
dicio testatoris per ea quæ superius dicta sunt.
Rol. Cauagn.

Num.20.

Ibi ad distractionem consentientibus dicas
facere ad hoc vulgare dictum, quòd consentiēs
14 peccato punitur, ac illud faciens Menoch. in
cons.300. num.97.lib.3. & vbi consentiens ha-
buerit in actu aliquam auctoritatem si per viam
15 auctoritatis,† & defensionis delinquenti con-
senserit grauius punitur, quàm delinquens,in
materia istius consensus solet aliquando quæ-
16 ri,numquid censeatur alienationi † magis cō-
sentire,qui patitur rem præscribi,quàm qui ex-
presè consentit. Et respondetur quod sic. Vide
Ioan.Crottum à Monteferrato in l. filiusfam. in
§.Diui.ff.de leg.1.nume.153. vbi rationem ad-
ducit.R.C.

Num.29.

17 Quod consensum non inferat † taciturnitas
repetit Menoch. in cons.129. Duas habet du-
bitationes.num.10.lib.2.quando tamen tacen-
do, quis consentire dicatur, scribit Menoch.in
cons.246. Cum veritas (teste num. 44. lib.3. &
18 pro intelligentia illins regulæ, qui tacet † con-
sentire videtur, faciunt notata per Petrum Stel
lam ad l. Papinian. ff. de publiciana in rem act.
num.34. & infrà. Et quòd præsumptus consen-
sus,qui inducitur ex taciturnitate. non habeat
locum,nisi quando agitur de modico præiudi-
cio,scribit Io. Ant Rubeus ad l.vinum.ff si cert.
pet.nu.70. vbi sic interpretatur glos.l si fideius-
sor in princ.ff.qui satisd cog. ex qua desumitur
regula prædicta, & in materia istius taciti con-
sensus, notanda sunt inter cætera hæc duo.
Primum est non præsumi consensum hunc taci-
19 tum † vbi agitur de translatione dominij, ita
scribit Ludouic. Gozad. ad l.2.C de pact.inter
empt.& vend. nume.173. secundum est, quòd
consensus, qui ex taciturnitate deducitur in
materia alienationis factæ de fideicommissis
20 non† impedit,quominus possit filius reuocare
alienata per patrem, quæ ipsi filio reseruanda
erunt Ioan. Nicol. ad l. generaliter. C. de sec.
nupt.num.132.R.C.

Num.30.

Adde quod consentiens alienationi fideicō-
21 missi ad † quod erat vocatus, eueniente casu
ius suum ammisisse dicitur Menoch. in consilio
1090. Habet egregia hæc consultatio. num.25.
lib.11.in cons.620. Respondi superioribus die-
bus.num.15.& 16.lib.7. & in cons.1127. Propo-
sita consultatio tota.num.25.lib.12.fallit quan
do consentiens ignorasset vocationem suā, vel
subesse fideicommissum. Menoch.in cons.1051.
Propositam cōnsultationem satis. nu.20. & 21.
22 libr.eod. Dum verò Menoch. hoc loco firmat †
præsentiam, & consensum sufficere,ad inducen
dam contrauentionem post Roman.in consilio
457. Omnipotētis Dei postulatio in fine voluit
D Gasp.Ant. Thesaur. q.forensi 20. anno 1527.
num.9.lib.2. vbi hunc Menoch. locum probat.
Rol. Cauag.

Nnm.42.

Quæ dicta sunt hoc loco ad fauorem empto-
ris,qui confisus de fide eius qui consensit emis-
se dicitur. Non habent locum quando & em-
23 ptor, † & consentiens participarunt de dolo,
vt notatur in l. cum contra bonam fidem. C. si
vendit. pign. agatur, cui rei congruunt ea quæ
dixi in decis.mea consult. cuius caput est subti-
lissimis, ac eruditissimis dubitationibus. R.C.

Num.74.

Ibi hæredem contrauenire non posse. Hoc
24 dictum quod hæres non possit contrauenire †
alienationi rei prohibitæ alienari. Intelligitur
cum grano salis,vt scilicet non habeat locum,
quando hæres venit ex iure competenti ipsi de
functo, secus est si hæres venerit non vt hæres,
sed ex proprio iure, vt not. Peregr. de fideicō.
artic.52. fideicommissorum materia. nume.97.
Rol.Cauag.

Ad Consilium 59. Pulchrum est dubium.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ plures in vna, & eadem causa aduersis iudicibus inter diuersos personas diuersis temporibus an possint proferri.*
2 *Iudex an possit iudicare bis in idipsum.*
3 *Iudex quando dicatur functus in officio suo.*
4 *Plures Iudices electi, an possint diuersas sententias proferre.*
5 *Sententia an possit iustificari ex nouiter deductis.*
9 *Sententia etiam quod transiuerit in iudicatum non mittetur executioni si superuenerit causa per quam constiterit de iniquitate illius.*
7 *Sententia de cuius iniquitate constat ex noua causa, quomodo erit rescindenda.*
8 *Sententia Principis an faciat ius quoad omnes.*
9 *Connexa, quæ dicantur.*

Num. 1.

1 QVod diuersæ sententiæ pro vna, & eadē causa à diuersis iudicibus, † & inter diuersas personas diuersis temporib. possint proferri, satis planum facit D.Gasp.Anto.Thesaur. in quæst. sua forensi 20. anno 1527. lib 2 per totum, & præsertim. nu.4. & seq. & in proposito si prima sententia fuerit nulla. Dicas quòd per eam non extinguitur iurisdictio iudicis ordinarij, & ideo super eadem causa poterit idē Iudex cognoscere, quod seruit ad declarationem eius, quod dicitur Iudi-
2 cem non posse † bis in idipsum iudicare. secus tamen est in sententia nulla Iudicis delegati. vt scribit Hartman.cap.4.tit. de sent.libr.1. Adde Bart.in l.Iudex.ff.de re iudic.vbi notatur, quod
3 Iudex non dicitur† functus officio suo, quando per errorem facti expressum tulit sententiam nullam vndè poterit iterum iudicare Quid autē iuris sit in duobus iudicibus delegatis, quorum vnus proferat sententiam vno modo, alter verò contrario modo pronunciauerit, vel diuer
4 so. Dicas vtramque † sententiam pendere donec per delegantem altera fuerit approbata. facit l.duo.ff. de re iudic.R.C.

Num.4.

Ibi, vel falsis argumentis Nota in proposito, quòd sicuti sententia potest iustificari ex no-
5 uiter † deductis, etiam quòd transiuerit in rem iudicatam, ita & sententia quę in iudicatum transiuerit, si super venerit causa, per quam cō-
6 stet de iniquitate † sententiæ non erit mittenda executioni sic ex Innoc.in c.2.de purg.vulg. Fel.in cap.inter cæteras. vers. Amplia.de re iudic.& Afflict.in decis. 28. latæ fuerunt duæ, nu. 6.scribit Verall.decis. 114.Incipit sententia posse iustificari num. 1.2.& 3.par 3.an autem pro
7 rescissione † requiratur in integr. restitut. vide Bart.in l.Nam postea.§ si minor.ff de iureiur.& l.qui agnitis.ff.de except.Magon.decis Lucensi 67 & quomodo aduersus sententiam latam ex fallis probationibus, quis venire possit, scribit Rebuff.ad Const.Reg in tract.de lit ciuil.art.2. glos.4.Caball nulleloq. 743. Quando quis vult pro materia, vide Capell. Tholos. q.283.Itē fuit quæsitum.Abbat. in cons. 10. In causa, & quæst. lib. 1.Rul.Cauag.

Num. 10.

De sententia Principis, quod scilicet faciat
8 ius quoad † alios, dicit idem Menoch in cons. 402. In possessorio.n.46.lib.5. vide quæ dixi in decis.mea consult. 111. Quæ iudicialiter terminanda n.109.lib.3.Adde Afflict. decis 96.Princeps Bisignani alienauit.num.fin.R.C.

Num. 12.

Ibi sententia in connexis, quæ dicantur con-
9 nexa, notat Benuenut.Stracca † in addit.ad cōsil.Crauet.222.Dominus Nauiz. in suo lib 2.nu. 2.& quòd connexa ea dicantur, quorum vnum sine altero stare non potest, scribit idem Meno. in cons. 113. Respondendum videbatur hac num.22. lib. 2. & in cons.421. De prima proposita dubitatione.num.64. lib. 5. & quod connexæ sint eiusdem naturæ idem Menoch.scribit in cons 1185. De prima proposita dubitatione.n. 20.lib.12. R.C.

Ad Conf. 60. Longo studio, & diligenti consideratione.

SVMMARIVM.

1 *Filius in dubio, an præsumatur potius spurius, quā naturalis.*
2 *Recognitio hominis, quomodo fiat.*
3 *Mors quibus modis probetur.*
4 *Mortis probatio, an debeat fieri citata parte.*
5 *Dos relicta per patrem filiæ spuriæ, an reuertatur ad patrem, vel eius hæredes.*
6 *Dotem suam filia spuria ad filios transmittit.*
7 *Dotis legatum, aut ex causa dotis relictum censetur conditionale, declara num.8.*
9 *Legatum dotis, an sit transmissibile.*
10 *Legatum dotis, an recipiat conditionem.*
11 *Legatum dotis factum causa matrimonij, an dicatur conditionale.*
12 *Agnatus, an admittatur ad reuocationem eorum, quæ spurio relicta sunt, & vsque ad quæ tempora.*
13 *Legato facto filys spurijs, an soboles legitima possit assentire.*
14 *Pater tenetur dotare filiam spuriam, & quando. numero 15.*
16 *Dos data filiæ spuriæ vltra mensuram alimentorū, an possit reuocari.*
17 *Clausula tempore quo nupserit in legato dotis, quomodo sit intelligenda.*
18 *Dummodo dictio hæc, an importet conditionem.*
19 *Conditio an debeat in totum adimpleri, & num.20.*
21 *Exceptio de iure tertij exclusiua tut is agentis, an, et quando non admittatur.*

Num.1.& 12.

1 PRo eo quod hoc loco dicitur filium in dubio potius præsumi spurium, † quàm naturalem, dicas quod & ego hanc opinionē tenui, vt patet in decis. mea consult cuius caput est, quæ diu controuersia ventilata fuit. nu. 16. lib. 3. vbi ad extensum articulum hunc examinaui interim scias, quòd hunc Menochij locum contra Baldum & Crauett.cum Alciato refert Benuenutus Stracca in annotat. ad dicti Crau. consil. 166.nu.1.vbi dicit Alciatum in responso 58.lib.9 cum Baldo tenuisse, reliqua vide ibi in consil. tamen 108. Non ignoro, quo studio sub

sub num 25 lib 2. contrarium tenuit Menoch.
vt ibi dixi. Rol. Cauag

Num. 19.

Dum hoc loco fit mentio de hominis reco-
2 gnitione, † vltra notata per scribentes hoc lo-
co citatos à Menochio. Vide quæ dicit Flami-
nius Cartar. capto bannito. cap. 2. nume. 36. &
ferè per totum.

Num 21.

Quòd mors possit probari etiã per iuramen-
3 tum item per vocem † & famã vbi de leui præ-
iudicio tractari contigerit probat idẽ Menoc.
in conf. 45. Existimo iure optimo num. 62. lib.
4. & quod etiam probetur testibus, qui ratio-
nes reddant, vt quia viderint affines lugubri
veste indutos scribit Menoch. in conf. 1119 De
tribus propositis dubitationibus. num. 11. libr.
12. Sed quod mortis perquisitio, & probatio
4 fieri debeat† citato eo de cuius damno agitur,
ibid. not Menoch. num. 8 & 10. inquit præsum-
ptiuè non probari mortem, vbi agitur de suc-
cessione. Rol. Cauagn.

Num. 29.

Ad id quod hoc loco dicit Menoch. dotem
relictam per patrem filiæ spuriæ reuertere ad
5 patrem, † seu patris hæredes, dicas quod mate-
riam hanc pertractat caputaqu. decis. 181. &
Benintend. decis 22. Testator legauit in suo te-
stamento Franc. decis. 283. legatis per matrem.
num. 7. Crau. in conf. 186. Præsens consultatio
est. num. 16. lib. 1. & in conf. 219. licet datum ne
poti. lib. 2. præsertim si decesserit sine filijs. Th.
Minad. decis. 21. Abb. conf. 50. videtur primo di
ctum lib. 2. imò etiam cum liberis. Gail. obseru.
88. Quamuis in causis. numero 13. libro 2. vt
per Franc. & Minad. locis citatis, & ideo adde
quod licet Menoch. dictum referat Peregri. de
iure fisci lib. 3. de naturalib. & spurijs tit. 18. n.
80. post Crauet. Rol. & Gabriel. si tamen filios
6 habuerit eadem spuria, legatum dotis ad eos
transmittet ex quadam Martini consuetudine,
quam probant glos. & Doct. ad l. post dotem.
ff. sol. matrim & l Dos à Patre. C. eod. ita decla-
rat Peregr. loco citato. num. 81. R.C.

Num. 37.

Benuenutus Straeca in additionibus ad Cra
uet. consilium 101. Nobilis Guido de Basseis,
quod hoc loco citat Menoch. inquit legatum
7 pro † dote, aut ex causa dotis censeri conditio
nale, & hoc esse ex magis recepta Doctorũ sen-
tentia, nisi ex coniecturis contrarium appareat
de mente disponentis in subiecta materia, tu
qui veram iuris decisionẽ appetis, distinguas
8 quod aut dotis legatum fit † ab extraneo, aut
à parentibus. Primò casu legatũ in dubio præ-
9 sumitur conditionale, & non transmittitur †
secundo vero casu præsumitur purè relictum,
& transmittitur, quod tamen declara, ne proce
dat quando fuisset quid relictum vltra mensu-
ram legitimæ, vel contemplatione certi matri-
monij, ita post alios scribit benè eruditus Me-
noch. in conf. 251. Noua nunc se offert. nu. 29.
& pluribus sequent. lib. 3. vbi num. 52. subdit q
10 vbi in ca dore, quæ fuerit per patrem † relicta
filiæ loco legitimæ fuisset adiecta conditio reij
cienda esset, quia nullum possit onus imponi
legitimæ, insuper an differat legatum factum à
patre à legato facto per auum, vel per extra-
neum. vide Magon. decis. Flor. 14. Dominicus
de Celinis. Et quia ista materia deducitur ad
id quod conditionale legatum non transmitti-
tur § optionis instit de leg. nisi aliter testator
disposuerit Bald in sing 15 Dicas de transmis-
sione legati facti filiæ verba facere Abbat. in
conf. 9: Illud indubitati iuris. lib. 2. & adde ca
sus duodecim in quibus legatum conditiona-
le, ad hæredes transmittitur, penes Mantic de
coniect vlt. volunt lib. 11. tit. 20. Vide Francisc.
Marc. q 1054 Quæritur super clausula. parte 1.
11 & an & quando legatum † dotis factum causa
matrimonij dicatur conditionale, ita vt non
transmittatur ad hæredes muliere mortua ante
matrimonium, vide eundem Menoch. in conf.
251. Noua nunc se offert lib. 3. R.C.

Num. 40

Pro eo quod hoc loco dicit Menoch. quòd
agnatus admittitur ad reuocationem eorũ, quę
12 † spurio sunt relicta si intra duos menses ege-
rit per l. primam. C de naturalibus liber. Adde
Corn. in conf. 2.6. videtur prima facie dicen-
dum sub littera F. lib. 2. vbi concludit post la-
psum dicti temporis non admitti agnatum pro
materia. vide Bald in l. cum quam. num. 56. C.
de fideic. & Fulgos. in conf. 43. Quidam ad finẽ,
quos refert Peregr. de iure fisci. lib. 3. De reli-
ctis clàm & palàm. tit. 29. numer. 11. & 13. citat
Alex in conf 202 lib. 7. & Barb in conf 46. col.
2. libr. 1. pro materia, vide Crauet. in conf. 166.
Licet plurimi, & præstantissimi. nume. fin. lib. 1.
& Andr. de Capua sing. 8. Quod autem soboles
13 legitima non possit † consentire, vt aliquid re-
linquatur filijs spurijs. not Crauet. in conf. 229.
Hoc tamen dictum pro mea sentẽtia posset in-
telligi de expresso consensu secus autem de ta
cito per ea quæ scribit Corn. in d. conf. 236. pro-
pè finem. R C.

Num. 43.

Ibi (est voluntatis non autem necessitatis.)
14 Adde tamen quod pater tenetur † dotare fi-
liam spuriam. cap. cum haberet extra de eo, q
cognouit consanguin. Capic. decis. 164. In cau-
sa Ioannis Tomasij Beninten. decis. 22. Testator
legauit in suo, vide Boer. decis. 127. Et Iac de
S. Georgio. num. 11. dummodo tamen relictum
15 pro dote † non excedat quantitatem æquiua-
lentem alimentis, quia aliàs præsumeretur fa-
cta fraus legi. vt not. Capic. decis 181. In causa
Ioan. Francisci, & Beninten. loco citato quibus
accedunt tradita per Roland. in conf. 74. Circa
primum quæsitum. num. 43. volu. 1. quod dixit
Vincent. Franc. decis. 104. In causa Magnif. Ioã.
num. 7. par. 1. & inde Gaill. obseru. 88. Quæsitũ
an pater filiam. lib. 2. in tantum procedere, vt
16 mortuo dotante possit ipsa dos data filiæ† spu-
riæ vltra iustam mensuram alimentorum re-
uocari etiam constante matrimonio, ver[illegible]
quod ista reuocatio concedatur dumtaxat so-
luto matrim. voluit idem Rol. in d. conf. 74. nu.
49. & in conf. 85. Præsens consultatio dict vol.
3. & Capic. decis. 184. In causa Magn. R C.

Num. 46. & 50.

Ibi, sed fuit dictum ad effectum, & [illegible]
ciunt substantiam non autem execu[illegible]
ista materia. & alibi dixit idem [illegible]
17 ea verba tempore, quo nu[illegible]
admonitionem quanda[illegible]

nem, vnde censentur adiecta potius ad exequu
tionem ipsius legati, nec reddunt legatum cou
ditionale, vt legitur in d. conf.251. num.52. &
seq. sed loquitur Menoch. in legato dotis facto
per patrem filiæ, vt paulo superius dictum fuit.
Rol.Cauagn.

Num.47.

Dicitur hic dictionem dummodo importa-
28 re conditionem † quando adiuugitur ei, quod
venit adimplendum antequam actus perficia-
tur, hoc idem probat Menoc.in conf.1004.Re-
spondendum existimo euenisse casum. nume.2.
lib.11.Rol.C.

Num.49.

19 Quod conditio debeat in totum † adimple-
ri alias habeatur pro non facta. Adde quòd pa
ria sunt, quid non esse factum, vel factum esse
sub conditione, quæ formalitet non sit purifi-
cata sic per l.pecuniam.quâm.ff.si cert pet.pro
bat Honded.in conf.60. Dominus Nicolaus de
Beroardis.nu.15.& 17.lib.1.vbi dicit quòd na-
20 tura † conditionis ea est, vt in torum implea-
tur, nec saris est eam impleri pro parte .l. Qui
duobus. ff.de condit.& demonstr. & l. cui fun-
dus. ff.eod.

Num.51.

Dùm hoc loco dicitur, quod exceptio de iu-
re tertij etiam quod sit exclusiua iuris agentis
21 † non admittatur, quando illud ius excluditur
parte volente, mihi sempet placuit. Quia esto
quod ipso iure excludat, requiritur tamen de-
claratio illius cui competit.sic not. Menoch.in
conf.79. Non est leuis. num. 29. infrà hoc cod.
libro. Et proinde dixeram, quòd fœmina voca-
ta ad fideicommissum in defectum masculorũ
non debet excludi, si masculi qui sunt vocati
non comparuerint, præsettim quando bona ꝓ-
hibentur stare penes non vocatos cõferunt ad
hoc propositum ea quæ notantur per Ruynum
in conf.129. super puncto transmisso. nume.9.
lib.2. R.C.

Ad Consilium 61. Controuersi iuris consultatio.

S V M M A R I V M.

1 *Feuda ex facto, & prouidentia, quæ sint.*
2 *Feuda hæreditaria, & mixta, quæ sint.*
3 *Feudum ex pacto, & prouidentia, ex quibus cognoscatur.*
4 *Feudum hæreditarium, quomodo cognoscatur.*
5 *Feudum concessum pro se filijs, nepotibus, & pro nepotibus, cuius sit naturæ.*
6 *Feudum concessum, vsque ad tertiam generationem, cuius naturæ esse dicatur.*
7 *Clausula salua iure feudi, cuius sit virtutis.*
8 *Clausula saluo iure feudi, an semper intelligatur in inuestituris.*
9 *Feudum habens clausulam ad habendum, tenendum, & possidendum, & quidquid &c. an mutet naturam feudi ex pacto, & prouidentia.*
10 *Clausula ad habendum, tenendum, & possidendum, & quidquid deinceps faciendum, quid operetur.*
11 *Clausula ad habendum, tenendum, & possidendum, & quidquid deinceps placuerit faciendum posita in corpore contractus, quid operetur.*
12 *Quid si fuerit catterata.*

Num.1.

CRauett in conf.679. Dubitationes plutes. lib.4. respondit hac etiam de causa. Iac. Menoch.

Num.10.

Ibi (significant feudum esse ex pacto, & pro-
1 uidentia.) Adde quòd feuda † ex pacto, &
prouidentia sunt ea, quorum inuestitura can-
tat pro se, & eius filijs, siue liberis, aut descen-
2 dentibus. Hæreditaria verò, seu † mixta, vel vt
aliquibus placet secũdum quid, ea dicuntur in
quorum inuestitura facta est mentio de hære-
dibus, purà si dictum fuerit pro se, & hæredib.
Ozasc.decis.161. Quoniam sæpissimè conten-
sum, & 163. Successit alius articulus. nu 7. Rol.
conf.28. Quoniam nemini dubium est num.4.&
55. siue feudum grauare.num.6.lib.3. Natta in
conf 159. In causa quæ, Menoch in consil. 202.
Cum grauissimè iam diu.nu 53. & in conf. 160.
Laudare, ac non nisi.libr.2. ac in conf 158. Ta-
metsi hæ iuris quæstiones. lib. eod. quod tamẽ
intelligas dummodo illa dictio hæredibus non
habeat relationem ad descendentiam ex cor-
pore acquirentis, vt & decisio Ror. Florent. vt
per Magon.sub decis. 54. In causa Magnifici.n.
9. Vide Decium in conf.395. In causa Magnif.
quomodo autem cognoscatur feudum ex pa-
3 cto, † & prouidentia latè scribit Petr. de Greg.
de conces. feudi.par.1. qõ 8. In hac quæstione
præmitto. Vbi dicit feudum hoc dictum ex pa-
cto, & prouidentia vocari familiare feudum, &
qualiter dignoscatur hæreditatium, vide eun-
4 dem † Petrum de Gregor. loco citato. quæst.9.
super hac quæst. & par.6. quæst. 2. Respondeo
quod huiusmodi, & de natura vtriusque feudi
videas Mysing. obseru 2. Communis est Docto-
rum.cent.4.R.C.

Num.13.& 14.

Quod feudi concessio facta pro se filijs.nepo
5 tibus, & pronepotibus, † vsque in infinitum ha-
beat naturam feudi ex pacto, & prouidentia la-
tè probat Petr.de Gregor. de concess.feud.p.6.
q.15. Respondeo plures effectus. R.C.

Num.16.

6 Quid si dictum fuisset † vsque ad talem gene-
rationem, vide Petr de Greg. de conces. feud.
par.6.q.9. incipit Bald.in l.2. latè de huiusmo-
di inuestitura, verba facit Capic.in sua inuestir.
feud in verbo, vsque ad tertiam generationem.
Rol.Cauagn.

Num.17.

7 Ad id, quod hoc loco dicitur de clausula † sal
uo iure feudi. Adde quod ea tantæ virtutis est.
vt à natura feudi per quæcumque verba reces-
sum non censeatur. vt post Menoch. in conf 99.
De re grauissima apud viros. num.196. lib. 1. &
in conf.304. Cum hac de percelebri. nume.27.
lib.4. scribit Marta in tract.de claus.par.2. clau
sula 67. si Princeps confirmet, cui adde Costam
Papiens.in suo tract. de claus. cõuentionalibus.
sub claus.140. Ista claus.semper, vbi dicit, quòd
8 in inuestituris † subintelligitur etiam si non ex-
primatur. De ista tamen clausula plura verba
facit. Perr.de Gregor. de concess. feudi. par.8.
q.14. Incipit videtur in hac quæst. vbi plura no-
tabilia colliges in proposito. R.C.

Num.20.& 21.

Ad ea quæ hoc loco dicit Menoch. adde q
feu-

feu.dum hæreditarium non dicitur, sed ex pacto
& prouidentia etiam quòd fuerit cum clausula
9 ad habendum † tenendum, & possidendum, &
quicquid sibi deinceps de dicto feudo placue-
rit faciendum si adiecta fuerit clausula saluo iu
re feudi, & si lebitaris, per ea quæ dicit Ozasc.
decis. 163. Alia sæpe contingit nu. 7. què in pro-
posito citat Marra de claus. feud. par. 2. sub clau
sula 67. nu. 1. Qualis tamen sit virtus istius clau
10 sulæ. † late discurrit Marra in d suo tracta. sub
claus. 2. Incipit scripsi supra per totam parte 2.
Interim dùm hoc loco Menoch. ait hanc clau-
sulam non operari facultatem disponendi de
feudo in extraneos, scias non recipi à Peregri-
no in cons. 7. viso puncto. num. 11. lib. 1. vbi di-
cit contrarium voluisse eundem Menochiū in
cons. 255. Quod doctè admodum, & num. 30 &
31. lib. 3. quod similiter obseruaui penes ipsum
in cons. 1209. Dubitationis huius satis egregia
explicatio num. 5. & 6. lib. 13. rursus de efficacia
istius clausulæ videas nouissime Costam Papiē-
sem in suo tract. clausularum conuentionalium
sub claus. 7. incipit nisi in inuestituris. R. C.

Num. 24.

Ibi (Iuxtà naturam feudi.) Vide Beroum in cons. 66. In causa Castri. num. 13. lib. 1. sed dissentit Purpurat in cons 367 In causa, & lite. nu. 41. 42. & 43. lib. 1. fac Menoch.

Num. 26.

Eorum quæ hoc loco dixit Menoch. is idem memor fuit in cons. 1279. Grauissima maximiq. ponderis. num. 7. lib. 13. vbi se ipsum citat. R. C.

Num. 28. & 32.

Ibi. (Hanc clausulam fuisse in executiuis.)
Hanc eandem distinctionem facit Costa Papiē-
sis in citata claus. 7. Nisi in inuestituris. num. 3.
vbi dicit quòd clausula ad habendum, tenendū,
ac possidendum. Et quicquid deinceps placue-
rit faciendum posita in corpore contractus ma
11 gis operatur, † quàm si fuerit posita in executi-
12 uis, ita tamen quòd si fuerit cęterata † sumat
intelligentiam, iuxta stylum notariorum fori,
vel regionis illorum, citat Ozas. Lader ch. Surd.
Gall. & Corbul. R. C.

Num. 34.

Ibi illam argumentationem iure non probari. Vide Crauet. in dicto cons. 679. num. 8. lib 4. fac. Menoch.

Ad Consilium 62. Redditur non parum difficilis.

S V M M A R I V M.

1 *Notariorum ignorantia, quid operetur.*
2 *Alimenta relicta in domo, an possint pet. extrà domum.*
3 *Quid vbi alimentandus litigat cum hærede.*
4 *Alimentorum præstatio in domo hæredis minus grauis est, quam extra domum.*
5 *Alimentandus in domo cum onere, quod teneatur seruire hæredi, ad quid teneatur.*
6 *Alimentandus in domo cum onere operandi non debet remanere, vt corpus mortuum.*
7 *Legatum alimentorum cum onere adiecto in vim modi, quomodo intelligatur.*
8 *Alimenta præstanda sunt pro modo facultatum.*
9 *Alimenta an sint augenda auctis facultatibus.*
10 *Pupilla educari debet penes matrem.*
11 *Pupilla quando non debeat educari penes matrem.*
12 *Filia debet educari iuxta voluntatem testatoris, fallit num. 13.*
14 *Natura plus amoris designat in matre, quā in aliis.*
15 *Argumentum ab alimentis præstandis in domo hæredis, ad educationem pupillæ, an valeat.*
16 *Alimenta præstare in domo, & curam habere de filia, diuersa sunt.*
17 *Frater in amore erga sororem non procedit à pari cum matre.*
18 *Amor nullus vincit paternum.*
19 *Filia non est remouenda ab educatione penes matrē.*
20 *Filia est os ex ossibus matris.*
21 *Amor descendens per lineam rectam magis influit, quam per obliquam.*
22 *Filia non est educanda penes fratrem, sed matrem.*
23 *Mater educando filiam exercet amoris actus.*
24 *Filia non educatur penes matrem, quando subesset nulla causa.*
25 *Mater profectura in longinquas partes, & egressura patriam viri, non debet habere filiam penes se.*
26 *Rara olim fuerat nunc nulla gratia fratrum.*
27 *Mater præsumitur magis effecta, erga filiam, quam frater.*
28 *Pupilli penes quem educari debeant.*

Num. 1.

DE Notariorum imperitia, & ignorantia,
1 cuius hoc loco meminit Menoch. † iam
verba fecimus suprà in obseruat. ad consil. eius-
dem Menoch. 37. Mirari satis non possum ad n.
38. 39 & 40. & ideo ad ibidem notata recurri-
to. R. C.

Num 2.

Ibi, primò quòd habitet in domo ipsa. Nota
quòd alimenta legata in domo, non possunt
2 † peti extrà domum, quando commodè potest
alimentandus commorari cum hærede, vide
Bart. in cons. 211. Quidam sibi filios. lib. 1. & in
cons. 4. Factum Marini Domini. lib. 2. fallit hoc
3 quando inter alimentandum, † & hæredem est
lis. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 47. Ioan. Andreæ.
Camilli. nu. 9. Idem vbi ex alia causa, quis non
posset morari cum hærede. Rol. in cons. 22. Cir-
ca primum quod, & cōs. 89. super primo art. libr.
3. & idem memini aliàs fuisse decisum per Mon-
tisferrati Senatum pro Catherina Farrauagna-
na contrà D. Claud. Bellonum. R. C.

Eod. num. ibi (cum hoc sit suo minori cum di
spendio.) quòd tunc demùm alimentorum præ-
4 statio sit minus grauis † hæredi, quando domi
præstantur alimenta scribit Natt. in cōs. 387. In
quæstione alimentorum, & post eum Ioseph. Lu-
dou. decis. Perus. 92. Magnif. Domina Margarita
quando tamen hoc procedat, vide Natt. loco
citato. nu. 14. & 15. R. C.

Eod. nu. Quæ sunt alimenta legata in domo
5 hæredis onere adiecto, quod alimentanda † ope
retur ad commodum hęredis sic præstanda erūt
si in domo habitauerit, vt superius dictū fuit, &
probat Alex. in cons. 100. nu. 1. lib. 1. & si opera-
tur ad cōmodū eius qui grauatur ad alimenta,
tū præcipuè si fuerit serua, quo casu tenebitur
facere lectū, portare aquā, & exercere coquinā,
ac alia similia iuxtà qualitatem personæ. vt scri
bit Bartol. in l. Caio. § Imperator. versic. secun-
do continet aliud commodum. C. de leg. Surd.
de alimen. tit 4. quæst. 29. numero 55. quia vt

inquit Bald.in l.1. C.de legib. qui tenetur ope-
rati ob alimenta non debet remanere corpus
6 † mortuum. Et vbi daretur casus,quod non pos
set habitare cum hærede. Probanda erit in pri-
mis impotentia habitandi .vt Anchar. respon-
det in cons. 154. super primo quæsito. nume.2.
secundo adhuc extrà domum tenebitur opera-
ri,quia testator legando alimenta voluit com-
mensurare operationes alimentandi cum ali-
mentorum grauamine ad minus damnum hære
dis, iuxtà notata per Surd.& Bartol.in locis al-
legatis,faciunt quæ dicit hoc loco Menoc. sub
num 9.quod legatum alimentorum censetur fa
7 ctum cum onere adiecto in vim modi, †quo ca-
su per ademptionẽ oneris,adimitur legatum ad
tradita in l Alumnæ suæ. ff. de adimen. leg. de
leg.alim.vxori extrà domum casu quo non po-
tuisset morari cum suis hæredibus , vide Crau.
in cons.268.Nobi.Catalinus Gustandi.R.C.

Num.5.

Quod alimenta præstanda sint pro modo
8 † facultatum dixi in decis. mea consultiua 20.
Prætendit mater,quæ seorsum viuit per totam.
lib.1.vbi consului matri esse adaugenda alimẽ-
9 ta per filium cuius patrimonium fuerat † nota-
biliter adauctum, & ita obtinui, coram Excell.
Mediol. Senatu plura alia in alimentorum ma-
teria notaui in obseruationib. legalibus, ac iu-
ridicis ad eam decis. 20. R.C.

Num.12.

Consultationem hanc quam per modum du-
bitationis facit hoc loco Menoc. satis validam
censeo, non obstantibus ijs quæ num.13.dedu
cit contrarium decidendo, namque satis in iu-
10 re certum est pupillum † educari debere penes
matrem. §. eiusdem Auth. de nupt. præsertim
quando non transiuit ad secunda vota. Vide
Franc.Marc.q.131.Quæritur , an puella,& 590.
Quæritur quando pœna . par.2. quinimò etiam
11 quod transiuerit† ad secunda vota debebit ad-
mitti ad probandam bonam tractationem , vt
ibidem aduertit idem Marc.vndè multoties nõ
obstante transitu prędicto admittitur mater ad
educandum filium.vt not. Vinc. de Franch.de-
cis 350. Materia educationis est,nu.fin. part.2.
faciunt notata in l.3.§.etiam. ff.de liber. exhib.
Rol.Cauagn.

Num.13.

Ibi.eiusdem testatoris voluntas . Priusquam
dicamus an ex verbis recensitis per Menoc.di-
12 ci possit, quod voluntas testatoris † fuerit , vt
educetur filia penes fratrem. Sciẽdum est quod
non semper voluntas testatoris est seruanda cir
ca pupillorum educationem , namque interdũ
à dicta voluntate testantis recedendum nobis
13 est. vbi sic † expedire viderint Iudex , & coniũ-
cti, vt perpendit Afflict. decis.185. Dictat Re-
gia pragmatica.num.2.& Crau.in cons.190. Q̃d
in præsenti num.9.faciunt tradita per Gramm.
decis.55. In causa educationis Magnif. num.4.
14 & in matre † plus amoris designat natura , quã
in alijs. vt ibidem legitur. facit etiam decis.
Guid.Pap.in q.539. Mater data fuit.R.C.

Eod. num.argumentatio,quam hic facit Me-
15 noch.de aliment.præst. † in domo hæredis ad
educationem pupillæ penes eundem hæredem,
satis claudicat , quia dum supposuit auctor ab
initio,quòd alimenta debita matri huius puel-
læ sunt præstanda in domo hæredis , vtique et
datur intelligi, quòd eadem puella penes ma-
trem existens alimenta recipiat à fratre , vndè
per hoc non infertur,quod educandi filium cu
ra debeat esse penes fratrem, siquidem alimen-
16 ta præstare in domo , & curam habere de filia †
diuersa sunt, ex quibus non potest inferri l Pa-
pinian. exuli ff.de minor.facit l Neque natales.
C.de probat.R.C.

Num.14.

Dùm inquit hoc loco Menoch., quòd frater
17 in amore erga sororem † à patri procedat cum
matre erga filiam . Adde quòd maximè hallu-
18 cinatur, quia nullus amor † vincit paternum. l.
possessionem.C.comm. vtriusq; Iudicis, ex quo
dum Menoch. cum Gramm. quem citat assumit
dictum , quis enim ferat liberos à parentibus
separari id ipsum allegat, quod contra eum fa-
cit. inquit enim liberos non esse à parentibus
segregandos. Ergo filia non remouebitur ab e-
19 ducatione † penes matrem . Et dùm subdit so-
rores à fratribus . Supponit legislator non am-
plius extare parentes . Vndè primus, & perfe-
ctior gradus amoris erit in parentibus erga fi-
lias Secundus fratrum in sorores,quod etiã na-
20 turaliter probari videtur, quia filius est os † ex
ossibus matris,& ita amor stat per lineam dire-
ctam,& descendentem,quæ magis influit, quàm
per obliquam.R.C.

Num.15.16.& 17.

Ista argumenta quibus vtitur Menoch.ad de-
monstrandũ , quod filia potius penes fratrem ,
22 quàm matrem † debeat educari leuissima sunt ,
nec concludunt, vel quia mater nõ sustinet mo-
23 lestiam educando filiam , quia amoris † actus
exercet,& satis ei noceret si ab eius manib. au-
fereretur filia,& quod dicitur ex Bald. in cons.
487. Pupilla morari.lib.5. spernẽdas esse lachry
mas maternas.procedit quando subesset causa
24 ob quam Iudex videret commodè non † posse
filiam cum matre commorari,vtputa si mater in
longinquas partes, & extrà dominium esset itu
25 ra,† & recessura . Quòd autem filia non sit au-
ferenda matri volenti eam educare in patria
mariti. Probat ibid. Bald. per l. primam in pri-
mo responso. ff de solut. dùm inquit maximè in
alenda fœmina.R C.

Num.17.

Ibi.(Hinc Plutarchus de amore fratrum .)
26 Adde quòd rara olim fuerat† nunc nulla gratia
fratrum.R.C.

Num.18.

Non benè soluitur obiectum de suspicione ,
quæ magis faciliter cadit in fratre, quàm in ma
tre per ea quæ dicta sunt superius , vltrà quòd
nõ sufficit cessare suspicionem, sed obstat, quia
27 non tanta cadit affectionis † præsumptio in fra
tre, quanta cadit in matre ex d.l. possessionem.
C.Comm.vtriusque iud.R.C.

Eodem numer.ibi.(Hanc pupillam esse)apud
quos educari debeant pupilli , docet Menoch.
28 de arbitr.iud.lib.2. casu 168. In controuersiam
deducitur, vide glos.in cap.fina .extrà de con-
uersat. infid & Cassaneum in consuetudin.Bur-
gund. titulo Des enfans.§.4. glos.12. numer.8.
Rol.Cauagn.

Ad Consilium 63. Dubitationem habet non leuem.

SVMMARIVM.

1 *Emptor cum pacto de retrouendendo, an teneatur rē emptam restituere, & an possit eam in aliam personam transferre. num. 2. & 3.*
4 *Venditor, an possit directè agere contra secundum emptorem virtute pacti de retrouendendo.*
5 *Res redempta ex pacto recati non subiacet onerib. & hypothecis medio tempore impositis.*
6 *Venditor, qui habet ius luendi rem venditam, an possit illam alteri obligare.*
7 *Obligatus retrouendere præcisè, an teneatur ad retrouenditionem si rei tradendæ facultatem habeat.*
8 *Actio ex pacto de retrouendendo, an sit realis.*
9 *Pactum de retrouendendo, an transeat contra quemcunque possessorem.*
10 *Castrensis in l. si cum venderet. nu. 6. ff. de pignorat. act. perpenditur, & declaratur.*
11 *Pactum de retrouendendo an pariat duplicem actionem.*
12 *Actio ex pacto de retrouendendo in patria Pedemõtana, an detur contra tertium possessorem, & quomodo, num. 13.*
14 *Actio personalis, an detur contra singularem possessorem.*
15 *Successor, seu tertius possessor ex pacto de retrouendendo potest citare eum eo qui vendidit.*

Num. 1. 19 & 20.

TRactatur hoc loco materia redimendi bo
na alias vendita cum pacto recati, seu ve
hic Mediolani dicitur, & Nouæ constitutiones
affirmant cum pacto gratiæ à manibus tertij iu
quem per primum emptorem fuerunt alienata,
& quia dubitabilis est ista quæstio bonū est sci-
re, quod licet primus emptor, vigore pacti de
1 retrouendendo teneatur † rem emptam resti-
tuere, quia tamen remauet dominus. poterit in
alium secundum emptorem res emptas trans-
ferre. vt scribit Ozasc. decis. 65. Super est nunc
de veritate. nu. 7. cui addenda sunt tradita per
Boer. decis. 182. Dico primò quantum. & 352.
Visis processu, & testibus Ioseph. Ludou. decis.
Perus. 79. Dominus Petrus Philippus. numer. 12.
par. 2. dummodò tamen pactum de retrouen-
2 dendo † non sit iuratum, vel nisi adfuerit † cō-
3 stitutum, vt hac eadem consultatione cōcludit
Menoch. sub num. 19. & 20. sed an eo casu possit
venditor directè agere contra secundum em-
4 ptorem † virtute pacti de retrouendendo. scri-
bit idem Boer. d. decis. 182. num. 37. & Francis.
Marc. qō. 404. Quæritur an facultas recati, &
Ias. in l ab empt. ff. de pact. Quid autē si primus
emptor rem emptam obligauerit, seu pignora-
uerit, an eam possit non obstante pignoris con-
stitutione rehabere. vide Bart. in l. 3. ff. quibus
mod. pign. vel hypoth. soluat & in l. In diem ad-
iecto. ff. de aq. plu. arc. faciunt notata per Gasp.
Caball. in milleloq. 159. Res redempta non vbi
5 dicitur quòd res † redempta non subiacet one
ribus, & hypoth. medio tempore impositis, sed
eesoluuntur. Quid verò si facta venditione cum
6 pacto de retrouendendo, venditor rem illam
alteri obligauerit, an sustineatur talis obliga-
tio. in præiudicium emptoris. vide Ozasc. dict.
decis. 65. & inde Boer. in decis. 181. & videtur
7 dicendum. num. 8. vtrùm † autem obligatus re-
trouendere præcisè ad retrouendendum te-
neatur ad retrouenditionem si rei tradendæ fa
cultatem habeat, vel liberetur soluendo inte-
resse. vide Angel. Taphelum in lib. inscripto æ-
stas syrmoniensis, siue conclusiones iuris scptē
in conclus. 1. incipit, quod teneatur, vbi arti-
culum examinat ad partes. R.C.

Num 10.

Adde quòd regulariter actio descendens ex
8 pacto de retrouendendo non † est realis, nec
ad rem pertinet, sed imò dicitur personalis. vt
colligitur ex l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit.
quando tamen pactum de retrouendendo est
firmatum cum obligatione bonorum, vel hypo-
theca tunc erit pactum reale, non autem perso-
9 nale, & transit contra † quemcunque tertium
possessorem. Borgn. Caualc. decis. 16. Lazarinus
vendidit Mariano. par. 2. Ioan. Parludor. rerum
quotidianarum. lib. 1. cap. 1. §. 14. Secunda hu-
ius legis. num. 11. & 12. Vide Hartm. de Hartm.
cap. 5. tit. de pact & transact. lib. 2. R.C.

Num. 14.

Quod hoc loco dicit Menoch, de sententia
10 Pauli Castr. in l. si cum venderet. † num. 6. ff de
pignorat. act. ex pacto de retrouendendo dari
11 actionem † duplicem, realem. scilicet, & perso-
nalem nō visum fuit satis planum, quia ibidem
dicta per Castrens. nō sunt intelligenda eo mo-
do, quo supponit Menoch. hic. Tu pro veritate
videas quæ dixit Benuenutus in additionibus
ad consil. Crauet. 12. Nobilis Gaspar de ad nu-
merum 5. in versic. venio ad personam, vbi plu-
ra dicit ad istam materiam. Adde Andr. Gaill.
obseruat. 16. Quidam prædium aliquod. libr. 2.
Mysinger. obseru. 69. Valde controuertitur ab
cent. 6. Magon. decis. 105. Duo extant statuta
Rotæ Florent. Cassan. in consuetud. Burgund.
in tit. Des Reates. Rub. 5. §. 1. num. 27. Vnum ta-
men visum fuit mihi prætermissum efficax fun-
damentum per Menoch. quod ex quo agebatur
caussa in statu Pedemontano non poterat de-
12 negari actio † contra tertium attenta dispo-
sitione Decreti antiqui, vt in tit. de pact. inter
empt. & vendit. vt ibidem aduertit Sola in suis
commentarijs. R.C.

Num. 21.

Hunc Menoch. locum pro eo, quod pertinet
ad competentiam actionis aduersus tertiū pos-
15 sessorem ad redimendum bona ex † æquitate,
vbi primus emptor non fuisset soluendo, pro-
bat, & sequitur Stracca ad Crau. in cons. 7. Ey-
nimundus Bieci habitator ad numer. 15. lib. 1.
conferunt ad hoc propositum notata per Costā
Papiensem de remed. subsidiarijs. remed. 37. Nō
vulgaris versatur per tot. R.C.

Num. 22.

An sint vera, quæ hoc loco scribit Menoch.
quod scilicet interdum detur actio personalis
14 contra singularem † successorem, videnda sunt
ea quæ notantur per Andr. Fachin. libr. 2. Con-
trouersiarum iuris. c. 18. Non est prætereunda.
vers. quæro. R.C.

Num. 25.

Quod hoc loco dr̄ de citaudo possessore bo-

norum, vnà cum primo emptore commēdatur,
vt pulchrum remedinm, & ideo inolenit cau-
15 tela emittendi huiusmodi citationes, † quate-
nus sua interesse putauerit, sed erit locus huic
cautelæ si possessor fuerit litem prosequutus, vt
scribit Stracca ad d.consil. Crauett. 12. nume. 7.
Rol.Cauagn.

Ad Consilium 64. Propositam consultationem paucis, vt fieri poterit.

SVMMARIVM.

1 *Verba instrumenti sunt verba partium.*
2 *Scripta in instrumento censentur prolata à partibus.*
3 *Impensa facta gratia fructuum percipiendorum persoluitur à conductore.*
4 *Impensa, quæ non trahitur vltra tempus conductionis soluitur per conductorem.*
5 *Impensa magna, ac modica, an differant ad hoc, vt locator teneatur, vel conductor.*
6 *Impensa quo tempore sit æstimanda.*
7 *Impensa, quæ fit causa proprietatis eatenus præstanda est per proprietarium, quatenus ex ea dominus commodum sentit.*
8 *Melioramenta, quæ non repetat conductor, & quando.*
9 *Conductor, qui promiserit suis sumptibus soluere onera, construere, & meliorare molendinum, & domum, ad quid teneatur.*
10 *Conductor an teneatur ad prusionem pro eo tempore, quo pendet, & fit refectio.*
11 *Conductor promittens reparare, an teneatur reficere.*
12 *Reparare aliud est, quam reficere.*
13 *Reparare quando quid dicatur.*
14 *Reficere quando quis dicatur.*
15 *Reparare minus est quam reficere.*
16 *Reparationum nomine, quæ nam impensa veniat.*
17 *Conductor ad quas reparationes teneatur.*
18 *Refectio murorum pertinet ad locatorem.*
19 *Conductor an teneatur reficere muros Molendini.*
20 *Conductor non tenetur de suo cooperire tectum facere scalas, ostia, & soluere collectes.*
21 *Locatori fundanti se in verbis ambiguis potest obijci, quod debebat legem apertius dicere.*
22 *Minimum, quod est semper attendimus in dubio.*
23 *Melioramentorum appellatione circa ingenia muros, & ædificia, quid veniat.*
24 *Vsus communes loquendi in contractibus semper attenditur.*
25 *Melioratio præsupponit terminum substantiæ, quæ melioranda est.*
26 *Qualitas non admittitur sine subiecto.*
27 *Exclusio vnius quando includat aliud.*
28 *Exclusum non censetur id quod in necessarium antecedens venit ad actum inclusum.*
29 *Melioramentorum nomine, an veniant plantationes, deboscationes, inscitiones, & reductio muntis ad culturam.*
30 *Impensa fructuum percipiendorum pertinet ad conductorem, vel fructuarium.*
31 *Reficere rem locatam regulariter pertinet ad locatorem.*
32 *Impensa quæ respicit perpetuam vtilitatem, & quæ fiunt etiam gratia fructuum percipiendorum non pertinent in totum ad conductorem.*
33 *Argumentum desumptū à verosimili satis est leue in materia locationis ad augendam obligationem.*
34 *Pretia rerum indies mutantur.*
35 *Conuentio contrahentium non alteratur ex vero similitudine.*
36 *Pacta quando non sint seruanda.*
37 *Impensæ, qualiter distinguantur in materia locationis.*
38 *Melioramenta, an sint æstimanda in fine locationis.*
39 *Retentio, an & quando detur in materia melioramentorum.*

Num. 1.

HVius mei responsi memini in Commentarijs de arbitrar.iudic.lib. 2. casu 215. Cū anno sexagesimo, vbi latissimè disserui. Vide Rol.in consl.38. visis & diligenter. lib.4. Iacob. Menoch.

Eod.num.1. benè dicit hoc loco Menoch. q
verba instrumenti, & pacta sunt considerāda,
1 quia censentur esse † verba partium. Bald. in l.
errore. C.de testibus, & omnia in instrumento
2 scripta creduntur à partibus facta, & † prola-
ta.Bald.in l.2.propè finem. C. de rescind.vend.
latè Matteus Cnnonus in tract.de pactis.cap.2.
Licet pacti nomen.num.33.R.C.

Num. 2.

Ibi tenetur ad illas impensas pro materia di-
cas, quòd impensæ, qnæ gratia fructuum perci-
3 piendorum † fiunt à conductore persoluuntur.
Menoc.de arbitr.ind.lib.2.casu 215. vide Natt.
in consl. 149. Verissima fuit conclusio, & inter
eas connumeratur impensa, quæ fit pro fructi-
bus colligendis. vt idem Menoch. air loco ci-
4 taro.nnm.3. Item quæ † vltrà tempus condu-
ctionis non protenditur.Natt.in consl.13. Petit
Andr. Mainuc.libr.1. faciunt in proposito, ea
quæ notanter scribit Garzia de expens. & me-
lioration.cap.14. Horum qnoque circa expen-
sas.numer.13. vbi inhærendo illi distinctioni,
quam faciunt scribentes in ista mareria inter
5 impensam magnam, † & modicam, ita vt ad mo
dicam non teneatur locator ad magnam verò
sic aduersus Aluarum Vasquez inquit, modicā
non posse censeri impensam, quæ vtiliter durac
post contractum, de qua re vide Bart. in l. Im-
pensæ.ff.de impens. in reb.dot. fact. & Natt. in
consl.13.interim si de magna, & modica impen-
sa fuerit quæstio, recurras ad Menoch.in d.ca-
su 215.num.5. Quod autem tempus consideran
6 dum sit † an factæ, scilicet impensæ, an verò tē-
pus restitutionis. vide Nat.loco citato. Et qnia
dictum fuit suprà de impensis factis gratia fru-
Pap.q.93.vbi dicitur quòd pater si relinquat fi-
liæ centum pro dote hoc adiecto,quòd nihil a-
liud petere possit, licet ipsa filia simpliciter ac-
22 ceptauerit legatum † non ex hoc sibi præiudi-
cat, quin supplementum legitimæ possit pete-
re.Rol.Cauagn.

Num.24.

23 Pro materia iuramenti,an habeat†vim renũ-
ciationis expressæ,vide suprà ad num.8.R.C.

Num.25.

Dum fundamentum facit Menoch. super sta-
tuto exclusiuo succedit regula, quod filia non
potest agere ad supplementum legitimæ statu-
24 to,† vel consuetudine hoc prohibente.Boer.de
cis.188.& Bald.in d.l.humanitatis.Dec.in cons.
26. Diligenter pro tenui,& 797. Crau.in consil.
236. Verum aduertendum est, quod statutum
25 simpliciter † excludens filius à successione non
prohibet eas consequi legitimam, & illius sup-
plementum.vt not.Crauet.in cons.10. Antonia
relicta Mengeti,& 236. Videndus est Menoch.
de arbitr. libr.2.cas.140. In vniuersa ferè, & in
cons.8.Quæ adhuc proponũt.lib.1. Videas quæ
dixi ad Decr.Montisferr.73. de filiabus dotatis
vbi articulum posui.R.C.

Num.29.

Ibi(& de auctis facultatib. nihil ei debetur.)
contrarium defendit Nat.in cons.156.Circa pri
26 mũ dubiũ. vbi dicit ꝙ debet inspici † tempus
mortis, & secundum valorẽ bonorũ existentiũ
eo tempore faciendam esse æstimationẽ. R.C.

Ad

Ad Consilium 72. Rem hanc pro viribus.

SVMMARIVM.

1 *Pensio reseruata cum clausula dummodo medietatē fructuum non excedat, an valeat pro ea parte, quæ non excedit.*
2 *Conditionalia dummodo non excedant resoluuntur pro ea parte, quæ non excedunt.*
3 *Regulæ standum est donec fallentia probatur.*
4 *Dicta in præcedentibus, an habeant locum in sequentibus.*
5 *Rei propriæ quilibet est moderator, & orbiter.*
6 *Vnus pro facto alterius non tenetur.*

Num 1 & 8.

Placet huius consultationis decisio per Menoch. facta, quam iuridicam censeo ex præcisis verbis mandati Pontificij de prouidendo. ibi dùm solui, & præstari cum tot vacabant pēsiones ex his, quæ nunc præstātur, quæ eius summæ sint quadringentorum, scilicet coronatorum, namque per ea verba pensiones datur intelligi, quod plures fuerint vacundæ. vtpotè, quia penes plures personas fuerint, quo casu non est verosimile, fuisse cogitatum, quòd omnes pensionarij fuissent eodem tempore morituri, & vnico contextu vacaturæ. vndè ad hoc dicitur opportunè requiri earundem pensionū pro tempore distributionem. Ad quod propositum mirificè conducit decisio Marcelli Crescentij 17. Pensio assignata resignāti alias 233. sub tit. de rescriptis, vbi in fortioribus concludi-
1 tur, quòd pensio † reseruata cum clausula dūmodò medietatem fructuum non excedat. Intelligitur valere pro ea parte, quæ non excedit,
2 quia conditionalia † dummodo non excedant resoluuntur pro ea parte, quæ non excedunt medietatem, hoc est quatenus non excedat, & ita isto casu bene intrat consideratio conditionis adiectæ facto diuiduo, vt hic notat Menoc. sub num. 8. R.C.

Num. 3.

3 Regulæ standum esse † dicit hic Menoch. donec fallentiæ casus ostendatur. quod etia probat in conf. 364. Hac in causa de qua. nu. 13. lib. 4. conf. 76. Respondendum videbatur. num. 20.
4 libr. 1. vbi loquitur de regula, quod dicta in † præcedentibus, non habent locum in sequentibus in his quæ habent strictam interpretationem, vt in contractibus in conf. 90. Primæ dubitationi. num. 98. lib. 1. vbi loquitur de regula,
5 quod in re propria quilibet sit moderator, † & arbiter in conf. 53. Perpensis non mediocri studio. num. 11. lib. 1. vbi similiter loquitur in Re-
6 gula, quod vnus † pro facto alterius non tenetur. Rol. Cauag.

Ad Consilium 73. Quæ subtili, ac perelleganti motiuo.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Ecclesiæ, quas solemnitates requirat pro forma.*
2 *Alienatio rei Ecclesiæ facta sine solemnitatibus, an valeat etiam, quod cedat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ.*
3 *Capitularium nomina, an ex necessitate sint exprimenda in specie per notarium in alienatione rerum Ecclesiæ.*
4 *Indefinita, an æquipolleat vniuersali.*
5 *Legatum factum ciuibus, an debeatur ciuitati.*
6 *Legatum factum Canonicis, an debeatur omnibus Canonicis.*
7 *Contractus, qui versus fuit in vtilitatem Ecclesiæ, an sustineatur, & dato, quod corruat, quid operetur versio in vtilitatem.*
8 *Prælatus, an possit transigere de re debita Ecclesiæ.*
9 *Prælatus, an possit transigere de re Ecclesiæ sine capitulo.*
10 *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui.*
11 *Prælatus an possit repudiare legatum rei immobilis factum Ecclesiæ sine alterius consensu.*
12 *Legati repudiatio, an sit alienatio.*
13 *Alijs dictio hæc, quid operetur.*
14 *Scientia vnius portis negotij, an arguat scientiam totius.*

Num. 1.

Ibi, (solemnitatem illam, quæ in alienatione bonorum Ecclesiæ necessaria est.) Quæ so-
1 lemnitates requirantur † pro forma in alienatione rei Ecclesiæ, notantur per Guid. Pap. qō. 149. Secunda conclusio in dicto, Ioseph Ludou. decif. Perus. 93. Domina Tisea Berardini Borgnia, Caualc. decis. 16. Iacopinus Manfredi moruit. num. 27. & seq. Bart. in authent. Qui res. C. de sacrof. Eccl. Dec. in cons. 142. pro tenui facultate mea 174. Pro tenui facultate mea 283. In causa matrimoniali. num. 6. Rebuff. in constitut. Regni in proœmio, glo. 5. num. 25. & quod om-
2 missis † solemnitatibus requisitis pro forma nō teneat alienatio, etiam quid cedat in euidentē vtilitatem Ecclesiæ, & concurrat voluntas prælati, scribit Vincent. de Franch. decis. 35. In causa Ioannis Bapt. Magon. decis. Florent. 69. Sacra domus Camaldulensis. num. 4. Contrarium tamen vnluit D. Raud. de Analogis. ca. 38. Si contrahentes analogiam post Puteum decif. 310. Vbi quis contrahit lib. 1. R.C.

Num. 2.

Agitur hic de conclusione iuris, an nomina
3 capitularium debeant in specie † per notarium exprimi in quo proposito dicas, quod quando versamur in alienatione bonorum Ecclesiæ, vel in causis arduis nomina de necessitate debent exprimi, & specificari, vide Mohædanū de reb. Eccl. non alien. decis. 1. Laudum, seu arbitramentum. R.C.

Num. 4.

4 Ibi (indefinita vniuersali † æquipollet) probatur mihi hæc deductio per l. 2. ff. de reb. dub.
5 vbi si legatum factum fuit ciuibus, dicitur † debitum Ciuitati per eam rationem, quod illa dictio ciuibus tamquàm indefinita æquipollet vniuersali. Ripa in l. si se non obtulit. num. 25. ff. de re iudic. vnde posset etiam in proposito dici,
6 quod sicuti legatum factum canonicis habet † annexum sensum de omnibus canonicis, ita in dubio erit idem dicendum de contractu facto per Moniales, vt scilicet intelligentia fit de omnibus monialibus. R.C.

Num. 5. & 6.

Hęc argumentationis species potius probat,
7 quod pecunia, & contractus † versus fuerit in vti-

vtilitatem Ecclesiæ, ita vt saltem possit haberi regressus in subsidium ad ipsum pretium, iuxta notata per Mago.decis. Rotæ Florent.69. quàm ad sustinendum contractum. quia per ipsam versionem in vtilitatem non henè arguimus ad validitatem contractus.R.C.

Num.8.

Alciati locum, quem hic allegat Menoeh in cons.17.num.8.iuxtà impressionem Lugdunensem. Crediderim posse legi in cons.1.Pro declaratione dubitationum.num.59.libr.3. Tomo 1.
8 sed ibi.licet dicat Alciatus,quòd Prælatus† possit transigere de re Ecclesię debira, & talis transactio obliget successores, attamen ibi non video, quod loquarur de Prælato transigente si-
9 ne capitulo† cum possit esse,quod in sua Ecclesia esset solus. Vtputà quia Ecclesia sua non sit collegiata,vt considerat Redoan. de reb. Eccl. non alien.q 2.cap.12. Pariter repudiatio nu.5. Si verò dixerimus locnm Alciati eum esse, qui legitur in cons.12. Visa contingentia facti.nu. 7.lib.1. Adde quòd idem obijcitur, & insuper dicas ibidem tractari de remittendo iure quærendo non iam quæsito.& in cons.17. in proposita quæstione. num.7. Eodem lib.1.concludit, quod prælatus cum consensu capituli potest transigere, vbi nume.8. qui fortassis posset esse locus super quo Menoch. collocauit dictū suū, inquit prælatum non transigere validè quando per eam sequeretur alienatio rei Ecclesiæ citat Abbat.& Doct. in cap. cum contingat. Insuper etiam posset addi, hoc fundamentum non subsistere, quia ex quo Abbatissa declarauit transigere cum monialibus, & ita cum capitulo dicitur noluisse vti prærogatiua disponendi ex se ipsa obstat enim eo casu vulgaris paræmia iu-
10 ris.Quod † potui nolui, &c. l. multum interest. C.si quis alteri, vel sibi. R.C.

Num.10.

Ibi (prælatum sine alterius consensu, atque auctoritate potuisse repudiare legatum rei im-
11 mobilis † factum Ecclesiæ) ad comprobandum hoc dictum mouerur Menoch. auctoritate mouetur Federici de Senis in cons.9. Casus talis est. Res aliqua, sed aduersus istam conclusionē vidēda sunt omninò, quæ post alios scribit Redoanus de reb.eccl.non alien.q 2.c.12. nu.7. & 8 vbi dicit,quod prælatus non potest repudiare legatum factum,vel faciendum Ecclesiæ sine iusta causa. Vbi similiter inquit,quod Federic. de Senis disputando hunc passum clarè nō eligit.Faciunt etiam notata per eundem Redoanum in d.tract.q.51. cap. quarto incipit. Item possunt alienari. num.1.& seq.Quod autem le-
12 gati repudiatio † sit alienatio nouissimè probat D Paulus Gallaratus in eleganti suo tract. de Renunciationibus, Tomo 1.lib.1.cap 2. Totum ius vt inquit.nume.60. per text. in l.magis puto.§.fundum.ff.de reb.eorum. R.C.

Num..8.

Ibi (& alijs monialibus,) nimis leue est fundamentum,quod facit Menoch super efficacia
13 illius dictionis alijs, † quia per eam non intrat consideratio vniuersalitatis,ita vt posit inferri,quod omnes moniales interuenerint, quia esto quòd ille terminus, & alijs prædicetur de maiori numero,quàm de duobus, vel tribus nō ideo sequitur,quod omnes adfuerint.R.C.

Num.25.

Ibi (Scientia vnius partis negotij arguit sciē-
14 tiam totius) Vide Alb.in cons.18.Si tutor iste, num.3.lib 1.Surd.in cons 82.de anno 1578 nu. 35.lib.1. Sim. de Pret. in cons.95. Ex processu agitato.num.12.Iac.Men.

Ad Consilium 74. Dubitari contingit, an D.

S V M M A R I V M.

1 *Forensis quis dicatur.*
2 *Statutum Mediol.86.lib.1. in materia forensis, & non subditi declaratur.*
3 *Forensis, an dicatur, qui patriam voluntariè deseruit.*
4 *Filius originarij alicuius loci, non ammittit originē patris,esto quod alibi domicilium transtulerit.*
5 *Mulier nupta extra patriam,an dicatur forensis.*
6 *Originis mutatio intelligitur solummodò quoad forum,non quoad bona.*
7 *Forensis is dicitur, qui & origine, & habitatione forensis est.*
8 *Forensis,qui arma defert,an sit excusandus.*
9 *Rusticus deferens arma,an incidat in pœnam prohibitionis.*
10 *Accurrens ad rumorem de tempore noctis cum armis prohibitis, an incidat in pœnam.*
11 *Forensis, qui transit de vno territorio in aliud cum armis prohibitis,an pęnam incurrat.*
12 *Forensis,qui archibusium defert contra proclamata, an incidat in pęnam.*
13 *Armorum delatio non dicitur magnum delictum.*
14 *Armorum delatio, quibus testibus probetur.*
15 *Pater receptans filium bannitum, an incurrat pœnam.*

Num.1.

AD faciliorem intelligentiam eius, quod iure statuitur docet hoc loco Menoch.
1 quis dicatur † forensis, & cum diuersimodè capiatur hic terminus. Dicendum est pro regula quòd forensem eum habere debemus,quē subiecta materia dictitat,iuxtà l.si vno anno ff.
2 locati & ideo statutum Mediol †86. Cum testis iurauerit.lib.1. debet intelligi de habitante extrà locum,& ciuitatem,licet aliàs deberet intelligi, de non subdito,vt ex Dec. in consilio 550. Iuridicam esse arbitror. num.8 & 661. In casu de quo dubitari. num.6. & 7 scribit Carp. ad statutum prædictum sub num.26. Vnde quoad aliqua dicitur etiam forensis, is qui patriā
3 voluntariè deseruit & domicilium alibi transtulit, vt relatis auctoritatibus visus est probare Bursat. in cons.36. Quicquid dicendum sit.nu. 10.lib.1. cuius tamen dicta mihi nō probatur per l.assumptio ff.ad municipales.vbi ius originis est immutabile. vnde in proposito dixi, &
4 obtinui, quòd filius originarij † de loco Sezzadij, qui domicilium transtulerat in ciuitatem aquarum status Montisferrati non priuabatur bonis existentibus in eodem loco Sezzadij Dominij Mediolani,vbi fiscus honorum possessionem apprehenderat intuitu Nou. constitut. de Pęnis in § Collegijs. vt est videre in decis.mea consult.6. cuius caput est incongruum fore.li. 1.& plura alia sunt exempla, prout in personis

Do-

Dominorum Fedetici, & fratrum de Piro. Pro
quibus in facti contingentia dixi, quod eadem
constitutio non repellebar filios ab hæredita-
te ascendentiũ ex Ploto in conf.19. casus super
quo petitur.num.70.& per Cœphal in conf.13.
Pro tenui facultate mea num.28 cum seq.facit
5 in proposito id quod dicit de muliere nupra †
extrà patriam Bald. in conf.351. In bonis feu-
dalibus. libro 1.quòd scilicet mutatio originis
6 intelligitur solummodò† quoad forum iudicia-
le, non quoad bona cum ratione bonorum re-
tineatur originale domicilium. vt notatur in l.
1.C.de mulieribus,& in quo loco.lib.10. R.C.

Num 4.

Ibi (forensis is dicitur, qui & origine,& ha-
7 bitatione forensis† est) Hunc Menochij locum
refert,& probat Horatius Carpan.in Nou.con-
stit. ad §.seu cap. Collegijs. num.126. sub titu.
de pœnis. R.C.

Num.6.

8 Ibi (forensis qui arma † defert.) De rustico
viatore deserente arma contra prohibitionem
verba facit Bertaz in conf.46. Aduersus rusticũ
9 hunc.lib.1.vbi similirer† excusari concludit ex
10 ignorantia. Quid de accurrente † ad rumorem
de tempore noctis cum armis prohibitis. Vide
Bertaz.in conf.132. Dominus Marcus Ant. per
11 totum, eod.lib.1.& in materia forensis † tran-
seuntis de vno territorio in aliud cum armis ꝓ-
hibitis,quòd fuerit absolutus. Videnda sunt no
tata per eundem Bertolamæum Bertaz.in conf.
173. Io Francisc. de Faitis,per totum dicto lib.
1.& ad rem facit eiusdem auctoris consiliũ sub-
12 sequens. Item de forensi, qui contra † procla-
mata archibusios detulerit. meminit Cœph. in
conf.720. Quamuis hoc edictum. lib.5. Quod
autem in armorum delatione non consideretur
13 † magnum delictum scribit Petr.Caball.resolut.
crimin.casu 107. Venit in disceptationem in fi.
14 cent.2. quibus autem testibus armorum† dela-
tio probetur scribit idem Bertaz. in conf. 351.
Dominus Horatius Laghinus. lib.2. consil. cri-
min. Rol.C.

Num.21.

15 De Patre recipiente filiũ bannitum † diffusè
tractaui in theatro meo crimin. libr.4. sub casu
24. ampliat. 2. vbi plura notabilia colliguntur
in materia receptationis. R.C.

Num.22.

Ad id quod hoc loco dicitur addenda sunt
16 ea quæ passim notant scribentes de receptãte†
ignoranter & associante bannitum. quorum me
minit Bertaz.in conf.131. Non video per totũ.
lib.1. consil. crim. vide per me dicta in theatro
meo crim.pat.4.de bannit.receptat. R.C.

Ad Conf.75. Hæc iamdiu controuersa.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum, quod omnia prædia sint tributaria, quid operetur.*
2 *Forensis, an teneatur ad eas collectas, quæ imponuntur pro rebus quarum vtilitate non fruitur.*
3 *Forenses, an teneantur ad excubias loci.*
4 *Onus custodiæ ciuitatis, an sit personale.*
5 *Forenses, an teneantur ad munera patrimonialia, & realia.*
6 *Forenses an teneantur ad collectam impositã per vniuersitatem ad sustinendam litem pro certis bonis.*
7 *Forensis, an teneatur, ad onera, quæ imponuntur per seruæ pro rebus.*
8 *Forensis, an teneatur ad collectam pro liberatione loci ab infeudatione.*
9 *Forensis, an teneatur ad collectam pro extractione murorum. Pontium portus vię, & viarum refectione.*
10 *Forensis an teneatur ad onera imposita de tempore pestis.*
11 *Forensis, an teneatur pro conseruandis colonis ad curam agrorum.*
12 *Forensis, an teneatur ad onera pro fabricanda Ecclesia pro constructione fortalicij aggerum rampanarum horologij salary iudicum, medicorum, chirurgorum ludi magistri, custodum refectionis Ecclesiæ lãpadæ, & militiæ popularis.*
13 *Liberi omnes a natura sumus.*
14 *Consilium Crau. 111. lib. 1. discutitur.*
15 *Bona in dubio, an sint præsumenda libera.*
16 *Libertas fauorabilior est seruitute.*
17 *Bona ab origine mundi fuerunt supposita oneribus realibus.*
18 *Feudum est quædam seruitus præter naturam.*
19 *Onera realia sunt secundum naturam rerum.*
20 *Viarum reparatio tendit ad beneficium bonorum.*
21 *Custodia saltuariorum pertinet ad impensam fructuum.*
22 *Bona non desinant esse libera ex eo, quod sint supposita oneribus respicientibus commoditatem bonorum.*
23 *Libertas non soluendi collectam, quomodo acquiratur, & quomodo amittatur. num.24.*
25 *Nemo debet duplici onere grauari.*
26 *Soluens præstationem annuam vniuersitati pro certis bonis, an sit exemptus, pro reliquis oneribus.*
27 *Habentes plura bona in diuersis locis tenentur ad collectam in quolibet loco.*
28 *Solutio collectarum facta non vero domino non iuuat.*
29 *Alteri per alterum iniqua conditio inferri non potest.*
30 *Vocatus ad collectas, à duabus ciuitatibus, cui teneatur soluere.*
31 *Quem non esse descriptum in æstimo ipsis codicibus probatur.*
32 *Obligatio vnius, an ostendat libertatem alterius.*
33 *Exemptus, & priuilegiatus, an non præsumitur.*
34 *Priuilegium posterius, & speciale præfertur priori, & generali.*
35 *Locus designatur dupliciter.*
36 *Loca specialia solent habere communitatem separatam, & distinctam.*
37 *Locus habens statuta particularia præsumitur esse distinctus.*
38 *Forensis possidens bona in territorio alieno non potest pro eis in loco originis collectari.*
39 *Collecta in vno tantum loco solui debet.*
40 *Rescriptum loquens de forensibus, quomodo debeat intelligi.*
41 *Mutatio domicilij non mutat qualitatem bonorum.*
42 *Rescripta Principum non debent esse cum damno alterius, declara num.43.*
44 *Vniuersitas agens pro collectis habet intentionem suã fundatam super registro.*
45 *Registrum probat inter registrantem, & registratum.*
46 *Registrum inducit hypothecam pro oneribus, &*

colle-

collectis.
47 *Descriptio bonorum in catastro afficit bona in quē-*
cunque transeant.
48 *Immunis à collectis, si patiatur bona sua describi in*
registro priuatur immunitate, nisi appellauerit.
49 *Descriptus in æstimo, an præcisè compelli possit ad*
solutionem collectarum.
50 *Obligatio, an inducatur per solutionem census.*
51 *Agnosceas munus etiam semel videtur renunciare*
priuilegio.
52 *Solutio facta, an noceat respectu futuri.*
53 *Possessor, quilibet tenetur ad onera realia.*
54 *Præscriptio, an interrumpatur per vnum actum*
contrarium.
55 *Protestatio contraria facto, non valet.*
56 *Actus debet stare in suis terminis.*
57 *Collecta non imponitur, nisi prius fiat excussio bursæ*
communis.
58 *Exemplis non est iudicandum.*
59 *Exempla supremorum iudicum sequi debemus.*
60 *Sententia Principis, vel Senatus amplectenda est.*
61 *Collectæ executio summaria est, num. 62.*

Num. 1.

IN hoc casu idem consuluit Decian. in cons.
55. Primo ergo. lib. 1. & Cœph. in cons. 515.
Quæstionem in qua. lib. 4. Iac. Men.

Adde quod & Decian. & Cephal. in locis per
Menoch. in suis additionibus allegatis, con-
trarium tenuerunt, prout tantundem ego feci
in vna Fubinarum ob particularia statuta, quæ
1 † inibi vigēt, & per qua omnia prædia cuiusuis
personæ etiam quòd forenses sint tributaria cē-
serentur, & obnoxia quibuscumque oneribus
realibus, quæ statuta confirmata per Sere-
niss. Duces Mantuæ, & Montisferrati in dubiū
refricari non possūt, & ea statuta sunt sub Ru-
brica de forensibus possidentibus in territorio
Fubinarum, & de possidentibus. In ista autem
materia aliàs etiam scripsi, vt in lib. 2. obserua-
tionum mearum ad antiqua Montisferr. De-
creta sub decreto 72. §. 1. q. 2. vbi dixi, quòd fo-
2 rensis non tenetur † ad eas collectas, quæ im-
ponuntur pro rebus quarum vtilitate nō frui-
tur, vt sunt plura exempla, de quibus videre
est penes Thes. decis. 149. forensis possideus bo
na in ciuitate, vbi dicit fuisse, iuxta distinctio-
nem prædictam pronunciatum per Senatū Tau-
rinensem, in quo proposito videnda sunt quæ
dixit D. Thesaurus Iun. in addit ad dictam de-
cis. 49. Patris sui, & quia ista materia frequens
est, & forsan hisce temporibus maior quā quæ-
uis alia, non erit incongruum enarrare species
collectarum ad quas inquiunt Doctores foren-
sem teneri.

Aduenas igitur, seu forenses non teneri ad
3 excubias † loci, quem tunc habitant post Par-
paleam in l. placet. num. 36. C. de sacrosanct. ec-
cles. scribit Menoch. in cons. 28. Est grauis cer-
tè. num. 27. hoc eod. lib. 1. & cum onus custodiæ
4 ciuitatis † sit personale forensibus, non indici-
tur ratione bonorum, quæ possident in territo
rio. Natt. in cons. 447. Qm̄ abundè & eleganter.
5 Forenses tenentur ad munera † patrimonia-
lia, & realia occurrentia, scilicet in loco in quo
bona sita sunt. Franc. Marc. q. 458. Quæritur an
Imperator. num. 5. & 7. par. 1.

Forenses tenētur ad collectam impositā per
6 vniuersitatem ad sustinendam † litem respicien
tem vtilitatem aliquorum bonorum. Papon.
lib. 7. tit. 2. Aresto 3.

Forenses itidem tenentur ad ea onera, quæ
7 imponuntur personæ † pro rebus. Natt in cons.
158. Post superiora scripta, & 211. Reuerende
Pater, Egregie quia ex rebus, seu bonis fructus
colligunt.

Hinc forenses tenentur ad eam collectam,
8 quæ imponitur pro liberatione † loci ab infeu-
datione, quomodo autem sit imponenda. scri-
bit Thesaur. decis. 257. Collectas imponere po-
test, & ita memini consuluisse pro hominibus
Fubinarum.

Hinc tenentur forenses ad collectam pro ex-
9 tructione murorum † pontium portus, viarum,
& earum refectione. Narta in cons. 215. Mate-
ria collectarum proponitur.

Hinc etiam tenentur ad onera imposita de
10 tempore pestis, quia concernunt † publicā vti-
litatem, & fiunt etiam pro conseruandis perso-
11 nis colonorum, qui sunt destinati ad curā † agro
rum, & bonorum. D. Gasp. Ant. Thesaur. in ad-
dit. ad decis. Patris sui 149.

De collectis impositis pro ædificanda Eccle-
12 sia † scribit idem D. Gasp. Ant. Thesaur. loco ci-
tato de constitutione fortalitij, de cōstructio-
ne Aggerum, de impensis circa campanas, circa
horologium de salario Iudici dando, de salarijs
Medicorum, Chirurgorum, ludi magistri syndi-
corum, custodum refectionis Ecclesiæ, lampa-
dis, militiæ popularis. Vide quæ dixi ad Decre-
tū Montisferrati. 72. d. q. 2. Causæ ob quas. R. C.
Num. 1. 2. 3. 4. & 5.

13 Ibi, natura liberi omnes † sumus, nimis gene-
ralis est ista propositio in tātū, quod vel parùm
conferat rei de qua agitur, de cuius natura est,
vt prædia sint affecta eo onere, qđ pro ipsis im-
ponitur. iuxta l. munerum. §. Prætereà. & §. Patri
monior. ff. de muner. & honor. l. his oneribus. in
princ. & l. sunt munera. ff. de vacat. mun. & l. In-
dictiones de Annon. & tribut. act. & l. forma de
censib. Hanc argumentationis speciem desumit
Menoch. prout ipse dicit ab auctoritate Aymo-
nis Crau. prout etiam fecit quoad alias formu-
las arguendi in cons. 111. incipit spectabilis Iu
risconsultus. nu. 1. lib. 1. sed (pace dictum sit,)
nihili facienda est argumentatio, namq; omissa
pro nunc disputatione, an illud consilium 111.
14 fuerit Crauet. † qđ ego non credo, quia non vi-
di illud subscriptū, prout sunt reliqua consilia
ipsius, in quibus sigillatim exprimitur nomen,
& cognomē eius, vt est videre in calce cuiusli-
bet consilij, vel ēr quia in principio illius cōsul
tationis vr̄ colligi, ꝙ aliàs scripserit ꝓ Crauet.
& insurgit diuersitas styli, quicquid in contra-
riū dixerit Nat. in addit. ad cons. Alex. 136. In
causa, & lite in verbo soluerent. lib. 2. omissa inq̃
disputatione hac dr̄ aduertendum qđ auctor il
le quisquis fuerit supponit in dubio bona præ-
15 sumenda † esse libera fauore libertatis quæ fa-
16 uorabilior † est seruitute. l. libertas. ff. de reg. iur.
sed claudicat ista ratio in nostro ꝓposito, quia
vsque ab origine mundi bona semper fuerunt
17 supposita his oneribus † realibus, quæ sic bonis
inhęrēt, vt seiūctim ab eis considerari non pos-
sint, id verò quod dicitur de seruitute capit in-
telligentiā de ea quæ est extranea ab eo onere,
qđ iniungitur, & quod rei inest, qđ hoc sit verū

videatur Bald. quem locus puritas inter consilia Crauettæ enunciat, qui hoc argumentandi genere vtitur, ad exclusionem feudi ex præsumptione allodij inquiens, quòd feudum est quæ-
18 dam seruitus † præter naturam, sed ista onera non sunt contra naturam bonorum, & rerum, sed potius secundum naturam earum, quia sic
19 præstantur onera † realia, vt bona meliora fiūt, & isto casu intrant considerationes Deciani in allegato conf. 55. nu. 4. dùm inquit munera patrimonialia tendere etiam ad commodum, & defensionem bonorum, quod vt exemplo manifestius fiat. Ex eo patere dicitur, quod repara-
20 tio viarum † quibus datur iter ad prædia tendit ad beneficium bonorum, sicuti etiam, & sal-
21 tuariorum custodia, quæ impensa debet † esse fructuū, vt supra tetigimus. vnde per istā rationem, & ex origioali causa dicendum est bona
22 ipsa non desinere esse libera, licet † ad ea onera teneantur, quæ sui defensionem recipiunt. R. C.

Num. 6. 7. & 8.

Dùm hic fit mentio de præscripta libertate non soluendi collectam solet quæri, an ad hoc,
23 vt acquiratur ista libertas † debeat præcedere interpellatio, & Alex. in conf. 136. In causa, & lite. nom. 19. versic. Item ad hoc. lib. 2. determinat, quòd sic, contrarium tamen voluit Crauet. in dicto consilio 111. & alij relati per Nattam in additionibus ad eundem Alexand. in verbo soluerent. Verum pro sententia Alexandri stāt plures alij, quos allegat Marcus Anton. Rouescalla in suis Scholijs ad idem consilium in ver-
24 bo. Item ad hoc. Interim aduersus † hanc libertatem faciunt notata per Decianum in dicto conf. 55. num. 16. vers. tertio respondetur, vbi dicitur quod Auetoldi soluerant taleas ab annis 1515. vsque ad annum 1525. R. C.

Num. 9.

25 Ibi, iniquum est aliquem † duplici onere premi, atque grauari, desumpta fuit hæc argumentatio à Crauetta in iam citato conf. 111. nume.
26 8. vbi dicit, quòd soluens annuam quandam † præstationem vniuersitati pro certis bonis non tenebatur pro eisdem ad alia onera, cum prima præstatio fuerit ad exemptionem pro reliquis alijs oneribus. Quod argumenti genus in casu Crauettæ, sicuti stringens esse dicitur, ita visum fuit in casu Menochij non concludere per eam conclusionem iuris, quæ habet, quod habentes plures possessiones in diuersis locis in
27 quolibet territorio collectam † soluere tenentur, sic notat Francisc. Marc. quæst. 458. Quæritur an inquilini. n. 10. par. 1. & ideo sicuti Auetoldi non tenebantur soluere pro prædijs, quæ habent in territorio Lonati communitati Bri-
28 xiæ, ita solutiones per eos factæ non vero † domino non habent obesse vniuersitati prædictæ,
29 & intrat regula alteri per alterum † iniqua cōditio inferri non potest vulgatis iuribus. Alteri de reg. ior præsertim quando onera sunt realia. Pro materia quando quis à duabus ciuita-
30 tibus vocatur † ad collectas in qua ciuitate potius sit soluenda, videas tradita per Nattam in conf. 160. In causa. quæ agitur. num. 2. R. C.

Num. 10.

Ibi (in æstimis Lonatensium registrarunt,)
31 Adde æstimi codicibus probari aliquem † non esse in eo descriptum. Menoch. in conf. 122. Difficile, & arduum est. num. 10. lib. 2. R. C.

Num. 13.

Ibi, (nam vnius obligatio, alterius ostendit
32 libertatem) hanc deductionem probat Benuenutus Stracca in additionibus ad consil. Crauettæ 111. num. 15. sed ista deductio parū probabilis est, quia sicuti alij tenentur soluere, ita videntur obligati reliqui omnes non constito
33 de † priuilegio, & exemptione, & illa conclusio posset militare, vbi in vnica obligatione cōtineretur tota summa, quæ per alios posset censeri debita. R. C.

Num. 14 & 15.

Quæ istis locis dicit Menoch. de priuilegijs concessis ciuibus Brixiæ visa sunt multum stringere. Verùm illis obstant considerationes factæ per Decianum in pluries citato conf. 55. sub num. 29. & 30. vbi dicit, quod ea priuilegia non comprehendunt commune Lonati, quia de eo tempore dicta vniuersitas non erat subdita Dominio Veneto, sed sub ditione Ducis Mediolani de anno 1439. siue 1440. & inde Marchionis Mantuæ, & quod post reductionem dictæ communitatis ad Dominium Venetum fuit eidem concessum priuilegium de collectandis quibuscumque possidentibus prædia in eo territorio,
34 quod tamquam posterius, † & speciale debet præferri priori. & generali, vt ibidem perpendit Decian. & firmat Cephal. in conf. suo 515. quod annotauit Menoch. in princ. harum obseruat. vol. 4 sub nu. 17. 18. 19 & 20. R. C.

Num. 16. vsque ad num 26.

Hoc fundamentum cuius hic meminit Menoch. pro Lonatensibus satis vrgens est, nec sublatum opinor ex relatis per eum in solutionibus. à numero 28. vsque ad 36. quia quicquid fuerit antiquis temporibus de vnito loco Lonati ad ciuitatem Brixiæ nihil est, quia status rerum mutatus fuerit, & quod dicitur de subiectione respectu iurisdictionis nihil est, quia ab ea non infertur ad id de quo agitur, & solutiones factæ per homines Lonati contribuendo cū ciuitate Brixiæ non tollunt quominus territorium Lonati sit considerabile, vt quid de per se
35 ad quem effectum solet dici, quod locus † designatur dupliciter, quandoque in genere, vtputa si quis dixerit territorium, seu dominiū Brixiense, & quandoque in specie, vtputa villa, seu locus Lonati, quem locum loci scribentes appellant, prout etiam dicitur multoties Dominium, seu Ducatus Mediolani, qui locus generalis est, qui loca specialia continet, vtputa Raudum, & similia, sed non tollitur, quominus
36 ista loca specialia habeant † commune separatum, & distinctum, prout idem est de Principatu Papiensi. De dominio Cremonensi. De statu Alexandrino, & similibus, ex quibus non est, quod fiat vis, quod Dominium Venetum voluerit taxare Prouinciam Brixiensem in Coronatos bis mille, in quo concurrerint Lonatenses, quia ille concursus, seu contributio arguit tantum, quòd locus ille fuerit de prouincia prædicta, non autem quod sit vnitus cum ciuitate Brixiæ. R. C.

Num. 26. vsque ad num. 37.

Solutiones quas lōgo sermone tradit Men. cōtra obiectū, qd loc° Lonati sit distinctus à Ciuitate Brixiæ possent militare, quoties ritè fuisset pro-

probatum eundem locum fuisse vnitum Ciui-
tati prædictæ. sed de hoc nullibi. Quinimò re-
perio quod idem Menoch. in cons 80. plura ef-
ficiunt.nu 18.hoc eod lib.ibi.Respondetur Lo-
natum esse oppidum separatum à Ciuitate Bri-
37 xiæ cum habeant † statuta Lonatenses, & pri-
uilegia separata. R C.

Num.57.

Rescriptum euius hic fit mentio dicitur ex
omni parte iuridicum, quia vt inquit Dec.in cō
sil. 694 Pro resolutione eorum forensis possi-
dens bona in territorio alieno non debet pro
38 talibus † bonis in loco domicilij, vel originis
collectari, facit decis. 22. Fuit in sacro consilio
Vincentij de Franchis,num 2. par. 1. vbi colle-
39 ctarum solutio in vno tantùm loco † fieri debet.
Adde Guid. Pap. decis 87. Si villa aut commu-
nitas.num.6. Quicquid dixerit Mysinger. ob-
seruat 22. Conflictantur non parùm interpre-
tes. centuria 5. vbi tamen dato statuto, seu re-
scripto determinat contra forenses, in quo ne-
gotio videnda sunt notata per Magon. decis.
66. *Che l'essattione dell'impositioni* Rotæ.Floren-
tinæ. Natt. cons. 218. Licet de iure magnif.
Rol.Cauagn.

Num.58.

Nimis extranea est interpretatio quæ hoc lo-
co datur ad rescriptum, vt scilicet intelligen-
tia sit de futuris emptoribus forensibus, non
autem de his qui ad præsens hoc est de tempo-
re rescripti possident. sunt enim hæc verba re-
scripti. Quòd forenses,& non habitantes in op
pido Lonatum soluere teneantur onera cum ip
so oppido ex causa bonorum,quæ in eo territo-
rio possident,vnde cum dictum sit forenses, &
non habitantes sensus fuit de præsentibus non
de futuris, quia aliàs dictum fuisset forenses,&
40 non habitaturi. Vlterius dictum fuit, quæ † in
eo territorio possident. vndè si de forensibus
in futurum empturis sensisset rescribens nō vti-
que dixisset. Possident, sed possidebant, & ita
quòd præsens fuit tempus in mente rescriben-
tis, non est resoluendum in futurum.R.C.

Num.61.62 & 63.

Cum hoc loco dicatur onus collectarum,quę
reales sunt annexū esse rei id ipsum agit, quod
Lonatensibus fauet, quia quocumque loco ha-
bitent. Hi qui bona possident semper onus ip-
sum erit præstandum,quo casu sic posset argui,
aut Aueroldi erant terrigenæ de tempore,quo
possidere cęperunt bona prædicta, aut forenses
qui acquisiuerint. Primo casu tenentur ipsi, vt
41 alij, quia mutatione domicilij, non fuit † rerū,
& bonorum qualitas immutata. Secundo verò
casu idem quia vt ait Menoch. onus ipsum est
annexum rei,nec vnum sine altero esse non po-
test. Rol.Cau.

Num.64.

Benè extenditur, quod rescripta Principum
42 non debent esse cum damno † alterius, quod
scripsit Bart in l.1 C.de sacros. eccles. nu.21. &
in l.si finita § deinde ff.de damn. infect.Abbas
in consilio 101. In quæstione quæ vertitur.par-
te prima. & in cons. 70. Id de iure quæritur.
parte 2. vbi hoc dictum limitat ne procedat
43 quando rescriptum de tertio mentionem † fa-
cit. Verū pro eo ad quod inducitur posset hoc
dictum habere locum, vbi facta fuisset proba-
tio, quod pro eisdemmet bonis possessis in ter-
ritorio Lonati fuissent possessores collectati p
agentes ciuitatis Brixiæ. R.C.

Num 65.

Ibi quarto nituntur Lonatenenses argumen
to ducto à Codicibus sui æstimi. Adde quòd
registro producto communitas habet intentio
44 nem † suam fundatam ad continuandam one-
rum exactionem, nisi bonorum possessor edo-
cuerit res ad eum peruenisse alio titulo, quàm
voluntario. vt aduertit Sola in constit. Pedem.
antiquis ad titulum de iure emphyt.sub Decre-
to licet in glos.2.in tertia parte Decreti, & ali-
bi Menoch. dixit videlicet in cons 14. Dubius
ancepsque non;hoc eodem volumine.quod re-
45 gistrum & æstimum probat inter registrātem, †
& registratum,quicquid sit respectu tertiæ per-
sonæ, vt aduertit Capic. decisione 107. In cau-
sa Marci Saxi,num.12.operatur idem liber æsti-
mi, vt bona inhibi annotata dicantur ad com-
46 modum vniuersitatis hypothecata † pro oneri-
bus, & collectis. vt perpendit Ozasc. decisione
91.Superest ex præfata,de fide registri verba fa
ciunt Borgnin. Caualca. decisione 18. Tonius
Rastellini vnà cum numero octauo. parte pri-
ma. Francisc. Marc. quæst. 224. Quæritur an
prætextu libri 600. Quæritur super causa, &
605. Quæritur super visitatione Guid. Pap. qō.
381. De clericis autem in fine.Tho. Minad. de-
cis. Neapolit. 43.Titulus Mazei resultans post
Innocent. in cap.primo. extrà de procuratori-
47 bus, & quod per descriptionem bonorum † in
catastro bona supponantur oneribus ad quos-
cumque transiuerint, scribit idem Franc Marc.
quæst.224. Quæritur, an in remedio. parte pri-
ma. Quinimò si quis fuerit immunis, & patia-
48 tur † bona sua describi in registro communita-
tis dicitur immunitate priuari Thes. dicta de-
cis.149. numero 4. Dom. Raudensis de Analog.
cap. quarto. Ad excusandos autem. nume.17.
Vbi dicit hoc habere locum, nisi appellauerit
intrà decem dies, quia potuit contradicere.
Natt.in cons.338. Vltra ea, quæ. numero octa-
no. libro secundo. Quòd autem descriptus in
49 æstimo † possit præcisè compelli ad solutionē
collectarum, & onerum, scribit Ozasc. decis.
86.Quæsitum fuit, an num.5.& in facti contin-
gentia memini coram Excellentissimo Senatu
Montisferrati pluries obtinuisse, quod fiat cū
clausula saluis iuribus eius in alio iudicio, qui
non poterat incontinenti probare excusatio-
nes, quibus dicebat non teneri ad onera. R.C.

Num.68.

50 Quòd per solutionem census inducatur † o-
bligatio. notat Francisc. Marc. quæst.352. Fa-
ciunt notata per Bart. in l. Præter eos. § fin.ff.
51 de excus.& vacat. muner. vbi munus semel † a-
gnoscens videtur suo priuilegio renunciare.
Rol.Cauagn.

Num.70.

52 Dicitur hic quod solutio facta non nocet † re
spectu futuri,sed tantum respectu præteriti,sed
ista conclusio sic intelligenda est, vt procedat
quando non apparet de titulo obligationis,
seu dubitaretur vtrum soluens censeretur ob-
ligatus, vel nè, quia tunc ista dubitatio tolli-
tur per actum solutionis ad latè tradita per Me
noch, in cons. 49.Perdifficilis est,quæ nunc hoc

eodem lib.1.& per me ibidem notata, Vndè in
caſu noſtro hæc duo habilia ad fallentiam mi-
litare videntur, vel quia ordinaria eſt conclu-
53 ſio, quòd quilibet poſſeſſor † teneatur ad one-
ra realia, vt ſuperius dictum fuit.& abūdè pro-
bat Decian in recitato conſ.55. in princ. & vbi
aliqualis fuiſſet dubitatio nocet actus.ſolutio-
nis,& locus Nattæ in allegato conſ. 446. ſupra
quæſtione propoſita.num.16. & ſeq. lib.2. pro-
cedit in eo,qui habet titulum exemptionis, qa
ſcilicet antequam ſolueret completa erat præ-
ſcriptio, & ideo ſubdit,quòd licet vnicus actus
54 † contrarius interrumpat præſcriptionem,dùm
eſt in fieri non tamen tollit iam completam,&
perfectam, Vndè in propoſito poſſet dici.quòd
vbi tales qui ſe exemptos faciunt voluiſſent vti
præſcriptione, quæ non erat perfecta ſibi præiu
dicarunt ſoluendo, non obſtante proteſtatio-
55 ne,† tamquam contrarium facto ad tradita in
cap.cum M. Ferratienſis, extrà de conſtit.R.C.

Num.74. vſque ad 78.

56 Dum inquit, quòd actus debet ſtare † in ſuis
terminis bene dicit Menoch. ſed quia termini
regulantur à ſua cauſſa. l.cum filius. § Hæres.ff.
de leg.2.non fit receſſus ab eis ſi dixerimus hoc
ideo fuiſſe ſoluta onera contributionibus, quia
ſic ius dictauerit, vt ſuprà dictum fuit, nec illa
ſpecies onerum modificat actum, attenta ori-
ginali cauſa,per quam non voluntaria,ſed coa-
ctiua,& neceſſaria fuit ſolutio. R.C.

Num.85.

57 Dr̄ hic qđ ſicuti collecta non imponitur, †
niſi prius fiat excuſſio Burſæ communis, & ita
in ſubſidium, ita dicas hanc iuris propoſitionē
eſſe veriſſimam, vt ſcribit Natta in conſ.418. In
diſtributione collectæ, erit & Borgnin. Caualc.
deciſ.28. Contra executionem breuis, nu. 3.4.
12,& 21.par.2.Dixi ego. Ad decret.72.Montiſ-
ferrati q.1.num.10,& 19, vbi adducitur ratio,
lib.3. R.C.

Num 93.

58 Dicitur hic exemplis non eſſe † iudicandū,
hoc idem probat Menoch.in conſ.60.longo ſtu
dio,& diligenti conſideratione num.51,hoc eo
dem lib.1. in conſ.126. Nobilis certè, & nobi-
lium.num.5 lib.3.in conſ 326. Grauiſſimi pon-
deris eſt,num.36.lib.4.in conſ.344.Cum doctè,
& copioſè.num 38. lib.eod. in conſ.870. Dubi-
tandum minimè eſt,num.19 lib 9. ac in conſilio
996. Priuſquam de coniecturis. num.17. lib.10.
59 ſed quando exempla † ſunt ſupremorum Iudi-
cum,ſecundum ipſa eſt iudicandum.ſic not idē
Menoch in conſ.633. Cum in hac propoſita.n.
14 lib.7.vbi loquitur in ſententijs ſupremorum
iudicum Sereniſsimi Dominij Veneti. faciunt
notata per eundem Menoch.in conſ. 2. Magni
ponderis controuerſa.num.205. & 211. vbi ſub
num 7.& 9. dicit quando non ſit iudicandum
exemplo maiorum,& in conſ 36. Si iudicantem
cuncta.num.1.hoc eod.lib. & in conſ.412. Exi-
ſtimauerim iure optimo,num. lib.5. vbi dicit
60 primam concluſionem non habere locum † in
ſententia Principis, vel Senatus in conſ. 973.
Cum feudum, de quo agitur.num.20. & 21.lib.
10.licet contrarium dicat in conſ.507.Reſpon-
dendum videbatur Magnif.num.3. libr.6. & in
conſ.604. Magni certè, ac grauis.num.54.dicit
quando & quare iudicandum ſit exemplis ſen-
tentiarum curiæ,& in conſ.282. num.7.lib.3.di
cit quod licet exemplis non ſit iudicandum,ſe-
quenda tamen ſunt exempla vnius Senatus.
Roſ.Cauagn.

Num.104.

Quod in cauſſis onerum p ocedatur ſumma-
riè, & executiuè, quia collectæ habent execu-
61 tionem † paratam Doct. ad l. Placet. C. de ſa-
croſanct Eccleſ Oaaſc.d.deciſ.86. vbi num 4.di
cit quod pendente cognitione fieri debet exe-
cutio, quia proceditur de plano eogendo, &
62 exigendo † potius quam citando. vide quæ di-
xi ad Decretum 72. Montiſferrati ſuper taleis
imponendis. lib. 2. §. 3. Inobedientes pigno-
rentur.R.C.

Eod.num.ibi (Ita Iuris eſſe) contra hanc cō-
ſultationem fuiſſe pronunciatum colligo ex no
tatis per eundem Menoch in conſ 80. Plura ef-
ficiunt.num,18.& 19 hoc eod.lib.1. R.C.

Ad Conſilium 76. Reſpondendum videbatur huic.

SVMMARIVM.

1 *Determinatio reſpiciens plura determinabilia debet eadem æqualiter determinare, limita num.2.*

3 *Argumentum,quod deſumitur ab vnitate ſermonis debilius eſt argumenta ſumpto à præſumptione veroſimili.*

4 *Filios prioris matrimonij excludi à ſecundo viro mortuo vxore ſine liberis durum eſt,ſed tolerandum in patria Montisferrati.*

5 *Qualitas reſpiciens vnam perſonam non intelligitur repetita quoad alteram.*

6 *Qualitas poſita in præcedenti ſubſtitutione,an cenſeatur repetita in ſequenti.*

7 *Repetitio, an fiat vbi qualitas cohæret perſonæ.*

8 *Qualitas poſita in inſtitutione quando non cenſeatur repetita in ſubſtitutione.*

9 *Caſus omiſſus, quando habeatur pro omiſſo.*

10 *Legitima ius, an confiſcari poſſit.*

11 *Legitima reſeruanda eſt filijs in bonis paternis confiſcatis.*

12 *Bona paterna confiſcata, an & quando in totum reſeruanda ſint filijs.*

Num.4.14.15.cum trib.ſeq.

1 QVod vna determinatio reſpiciens plura †
determinabilia debeat eadem æqualiter
determinare multas alias limitatio-
nes habet quàm tradiderit iſtis in lo-
2 cis Menoch. vt eſt videre † penes Bertolameum
Socinum in l.cum Auus.ff.de cond.& demonſt.
num.53. vbi dicit,quod iſtud argumentum, q
3 dicitur deſumi ab vnitate † ſermonis debilius
eſt præſumptione veroſimili, & quando vnum
ex determinandis habet annexionem ſpecialis
ſaunris. De iſta materia tractat etiam idem So-
cin.in l.3.ff.de re iud. num.8. Vide ad hanc re-
gulam declarationes penes tractatum de regu.
iur. Tomo 1. in verbo determinatio folio mihi
378.R.C.

Num.13.

Ibi (ſupponamus mulierem exiſtentibus his
filijs.) benè dicit Menoch. durum eſſe,quòd fi-
4 lij prioris matrimonij excludantur à † ſecundo
viro mortua vxore ſine liberis iſtius ſecūdi ma-
tri-

trimonij. Verum in Patria Montisferrati toleranda est ista durities ex particulari dispositione Decreti Patriæ 74. cuius post Nattam memini in obseruationibus meis 161. sub §. tertio. q. 1. vbi plura ad declarationem adduxi. R.C.

Num. 19. & seq.

Quod repetitio non fiat in odiosis. dixit idẽ Menoch. infrà in cons 86. Dubitari adhùc contingit. nu. 55. hoc eod. lib. R.C.

Num. 22.

Ibi (vbi qualitas respicit vnam personam,
5 non dicitur repetita † quoad alteram, cùm qua-
litas illa est post personam primam adscripta)
vide Menoch. cons. 117. neque noua. nu. 37. vbi
6 qualitas posita in præcedenti substitutione, nõ
dicitur repetita in sequenti, nec posita in se-
quenti referri debet ad præcedentem. Proce-
dit tamen dicta conclusio, quando non subest
aliqua ratio, quæ repetitionem suadeat. Meno.
in d. cons. 117. num 73. & sic etiam quando ex
lungo interuallo fit repetitio, vt in d. nume. 73.
7 Et qualitas cohærens † personæ non dicitur re-
petita ab ea in alteram, quando est qualitas,
quæ tacitè inest illi personæ num. 74. idem Me-
noch. cons. 124. Tametsi. num. 72. vbi qualitas
8 apposita † in prima institutione, vel substitu-
tione non censetur repetita in subsequenti, qñ
læditur rectitudo sermonis, implicaretur con-
tradictio, & absurdum insurgeret. R.C.

Num. 25.

Ibi (vt casus non dicatur omissus, sufficit vo-
luntas coniecturata) Menoch. cons. 106. Hæc
iuris. num. 135. Non enim potest dici casus o-
9 missus, qui venit † ex mente disponentis, aut
quod adest coniecturata voluntas testatoris.
idem Menoch. cons. 211. quæ enucleandæ, num.
55 consil. 636. Cum hac num. 12. Quo casu non
dicitur omissus, quando est similis expresso, &
quando militat eadem ratio, quando ex mente
testatoris colligitur. R.C.

Ibi (quod publicari non potest) dum inquit
10 Menoch. hoc loco quod ius legitimæ † confi-
scari non possit. Pro veritate videas notata
per Peregrinum de iure fisci. lib. 5. nume. 84. &
seq hoc idem probat Sebastianus Guazzinus
in suo tract de confiscatione bonorum. con-
clus 13. limitat. 24. num 6. vbi declarat proce-
dere quando pater moritur post sententiam la-
tam contra filiam R.C.

Num. 28.

11 Ibi (cum pater ipse delinquit legitima † filij
non publicatur) optimus est text. in l. cum ra-
tio. C. de bonis damn. vbi elegantem rationem
adducit ibi cum malim imperium nostrum au-
geri hominum potius adiectione, quàm pecu-
niarum copia, & ibi glosa tenet, quod si plures
filij fuerint, tota substantia seruatur hæredita-
tis, in quo articulo varia est scribentium sen-
12 tentia, vt nouissimè † scribit Guazzinus de cõ-
fiscat. bonorum. conclus. 13. limit. 23. num. 21. &
sequentib. vbi declarat plures obseruantias.
Ego coram Excellentissimo Montisferrati Se-
natu, vidi obseruatum, quod quando hæreditas
vix suppetit pro alimẽtis, tota reseruatur filijs,
quæ tamen dicta sunt de reseruanda legitima
filij non habent locum in crimine læsæ maiesta
tis ad notata in l. Quisquis. C. ad leg. Iul. Ma-
iest. R.C.

Ad Consilium 77. Dubitatio, & doctè, & eleganter excitata.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, an veniat sub generali hypotheca bonorum.*
2 *Legitima, an possit remitti in præiudicio creditorum.*
3 *Lucrum omißum non dicitur amissum debitori.*
4 *Legitima an debeatur filio titulo lucratiuo.*
5 *Legitima, an contineatur sub hypotheca.*
6 *Legitima inducta est de iure ciuili, & debita est naturali ratione dictante.*
7 *Fideicommissum factum in legitima filiorum non tenet.*
8 *Legitima, an sit debita statim mortuo patre.*
9 *Pater non potest defraudare filias in legitima.*
10 *Legitima antequam sit petita, vel agnita, an transmittatur ad extraneos.*
11 *Ius agendi ad supplementum legitimæ, an transmittatur ad extraneos.*
12 *Quota hæreditatis agnitionem desiderat.*
13 *Legitima debita est filijs ex prouisione legis non ex iuditio patris.*
14 *Legitima non recipit aliquod grauamen.*
15 *Arrogatus transmittit ad hæredes suos quartam partem bonorum.*
16 *Lucrum, quod alicui defertur, non vt pars hæreditatis transmittitur etiam, quod non sit agnitum.*
17 *Legitimæ fructus, an debeantur à die mortis patris.*
18 *Filia quæ in congruam dotem receperit, an possit petere fructus supplementi legitimæ.*
19 *Fructus legitimæ, an debeantur à die litis contestatæ.*
20 *Legitima quo tempore dicatur quæsita filijs.*
21 *Legitima satis est in filijs, quod fuerit agnita.*
22 *Legitimæ petitio, an differat à petitione supplementi, & num. 24.*
23 *Supplementum legitimæ, quibus actionibus petatur.*
25 *Idem iuris est de toto quoad totum, quod de parte, quoad partem.*
26 *Legitima, an possit confiscari.*

Num. 1.

PRobat hoc loco Menoch. legitimam venire
sub generali hypotheca bonorum, quod
etiam dixit Peregr. in tract. de fideicommissis.
art. 3 Hæres per fideicommissum. num. 119. cum
multis sequentib & in tract. de iure fisci. in tit.
de bonor. public. nume. 151. Verùm quia infrà
in annotationib. adducit Menoch. Petri Ancha
rani cons. 101. Ex prædicto themate cuius opi-
2 nio fuit, per filium legitimum † ipsum remitto
nullo modo posse in præiudicium creditorum
congruum est adducere legitimam venire qui-
dem sub hypotheca generali bonorum ad com-
modum ipsorum creditorum, sed tùnc demùm
si filius voluerit acquirere legitimam ipsam, &
ita sub conditione dummodò non sit repudia-
ta. Ita distinguit, & quidem rectè Andr. Fachin.
controuersiarum iuris. lib. 13. ca. 46. Distinguit
Petrus Anchar. nec potest isto casu intrare cõ-
sideratio fraudatorij edicti, quia vt Menoch.
ait in cons. 1220. Duæ sunt & quidem egregiæ.
3 num. 14. & 15. lib 13. cum lucrum † ommissum
non dicatur ammissum. Debitori licebit non ac
quirere

quirere faciunt, quæ dixi in decisione mea con-
sultiua pro D fratribus Caffarellis, cuius deci-
sionis caput est. Tentantibus Dominis Comiti-
4 bus. Quod autem legirima † filio debeatur ti-
tulo lucratiuo, voluit Aluysius de Albertis in
sing. 112. R.C.

Num. 3.

5 Ibi (sub hypotheca † generali, vide Pet. An-
char. in cons. 101. ex prædicto themate. num. 6.
7 & 8 & Peregr. de fideic. art. 3. nume. 130. vbi
notat an legitima contineatur sub hypothe-
ca. Iac. Menoc.

Num 4.

Ibi, (iam naturæ, vel verius ratione natura-
6 li.) dicas quòd imò legitima inducta est † de in
re ciuili, naturali tamen ratione dictante. Ca-
ball. millel. 862. legitima introducta est. R.C.

Num. 5.

Ibi, (nullum onus, nulla dies.) Ideo fideicō-
7 missa facta in legitima filiorum † non tenent.
Bart in cons 13. Ex facto proposito. num. 9. lib.
1. pro materia, vide quæ superius dicta sunt ad
Cons. Menoch. 57. est egregia, sed non parum
ad num. 9. hoc eod. lib. R.C.

Eodem num. ibi. (Qui ait legitimam mortuo
8 patre statim † esse debitam.) Dicas ex Bart in §.
si qua Auth. de hæred. & fals. quòd legitima in
vita patris filio debetur, licet eo patre viuente
nullum ius competat filio ad eam consequen-
9 dam, dicitur autem debita, quia pater † in illa
non potest filium defraudare, nisi ex causa in-
gratitudinis, faciunt notata per Abbatem in
cons. 65. Attingam breuissimè in fine. li. 1. R.C.

Num. 8.

Dicitur hic quòd legitima antequam sit pe-
10 tita, vel agnita transmittitur † etiam ad extra-
neos, hoc idem voluit Dec. in cons. 218. In casu
ad me transmisso. num. 4. Quod procedit etiam
11 in iure agendi ad † supplementum legitimæ,
quamuis non fuerit illud supplementum petitū
per filium, quia ipso iure ad hæredes deuolui-
12 tur. non enim quota † hæreditatis, quæ agni-
tionem desiderat, sed quota bonorum dicitur
legitima, quæ proindè filio, ipso iure ex legis
13 prouisione debetur, & non iudicio patris. l. Pa-
pinianus. §. quartæ. ff. de inoff. testa. quia alias
vbi ex voluntate patris penderet. Induceretur
14 grauamen † quod in legitima prohibetur l. quo
niam in prioribus. C. de inoff. testam. in cuius
rei argumētum stat text. in l. si arrogator. ff. de
15 adopt. vbi filius arrogatus † transmittit ad hæ-
redes suos quartam partem bonorum, seu qua-
drantem non agnitum, vnde elicitur iuris con-
clusio, quæ habet luctum quod alicui defertur
16 † non vt hæreditas, vel pars hæreditatis trans-
mittit sine agnitione, sic in terminis nostris vo
luit Gaill. lib. 2. obseru. 120. Quo iure, vel reme-
dio. num. 17. & obseru. 131. Communis est con-
clusio. num. 12. lib. eod. Pro materia vide Gram-
mat. decis. 57. Iacob. Campanarius. nu. 5. Boet.
decis. 250. Breuiter dico, quòd Ioseph. Ludou.
decis. Lucens. 28. Domina Sigismonda de Be-
nintend. decis. 37. In causa mota. num. 26. Ma-
gon. decis. Florent. 10. Moniales Burgi Sancti
Menoch. in cons. 251. Noua nunc se offert. lib. 3.
Crau. in cons. 142. Claudius de Costis aliàs, &
312. De pluribus quæritur. Dec in cons. 82. vi-
so processu agitato, & 304. In casu proposito
dubitationem Natt. in cons. 199. Quamuis aliàs
satis. libr. 1. & 238. Præsens quæstio, quæ. lib. 2.
Rul. Cauagn.

Num 13.

Ad id quod dicitur legitimæ fructus deberi
17 à † die mortis patris. Adde, quod istud dictum
procedit etiam in filia, quæ dotem incongruam
18 † receperit, sic not. Gramm. in decis. 101. Ma-
gnifica Francisca Casa noua. nu 41. Adde Boe-
tium decis. 2. Dico quod hæc. nume. fin. Benint.
decis. 27. In causa mora per Abbatem. nu. 9. Me-
noch. cons. 25. Cæsaris maxima est 54. In con-
trouersa causa, & 55. Credo iure contendere
hoc eod. lib. Cassan. in consuet Burgund. titu.
des successions §. 2. glos. 5. vbi dicitur hos fru-
19 ctus † quandoque deberi à die litis contestatę.
Vide tamen Vincent. de Franch. decis. 16. Sal-
uator Casellus instituto, nu. 13. D Raud. de Ana
log cas. 19 Nunc est deueniendum. n. 67. R.C.

Num. 14.

Contra Menoch. hoc loco dicas, quòd legiti
20 ma non est perfectè quæsita statim † mortuo pa
tre, sed est debita, & perfectè quæsita censetur
si fuerit agnita, iuxtà ea quæ ad num. 1. suprà
hoc eod. cons. dicta sunt. Rol C.

Num 18.

21 Benè dicit Menoch. sufficere solam † agnitio
nem in filio pro legitima, sed sicuti potest agno
scere illud ius consequendi legitimam, ita po-
test non agnoscere, vnde non datur considera-
tio irreuocabilis acquisitionis, & hypothecæ
ad superius deducta. R.C.

Num. 24.

22 Legitimæ petitio differt à petitione † supple-
menti legitimæ, quia ad legitimam agitur ge-
neraliter ad supplemētum vero agitur particu-
lariter. Crau. in cons. 312. De pluribus quæri-
tur in hac vbi similiter dicitur, quòd ita ad sup
23 plementum legitimæ tres † actiones competūt
sicuti ad ipsam legitimam, quomodo tamen de
beat peti repletio legitimæ, vide Bart. in l. sci-
mus antea. C. de inoff. test. R.C.

Num. 25.

Aduersus hoc loco dicta per Menoch. dum
24 constituit differentiam † inter supplementum
legitimæ, & ipsam legitimam potest obijci,
quoad agnitionem dictam differentiam non
probari, & in contrarium stare conclusio-
25 nem, quod idem iuris est † de toto quoad totū,
quod de parte quoad partem iuribus vulgari-
bus. R.C.

Num. 28.

26 Ibi (legitima filij non † publicatur) pro ma-
teria, vide quæ dixi ad l. cum Ratio. ff. de bon.
damn. in mea Anatomia iuris. vide superius no-
tata ad consil. Menoch. 76. Respondendum vi-
debatur huic, num. 10. hoc eod. lib. R.C.

Ad Consilium 78. Hæc quæ proponitur iuris quæstio.

S V M M A R I V M.

1 *Conditiones apposita institutioni, quando remittantur hæredi.*

2 *Testator, an possit adijcere conditionem, vel modum suæ dispositioni.*

3 *Dies apposita institutioni pro non adiecta habetur.*

Insti.

4 *Institutio facta sub modo conditione, vel demonstratione inferius exprimenda, an dicatur vitiari, si non fuerit expressa.*
5 *Institutio facta sub conditione, quæ pendente tempore effecta fuit impossibilis, an dicatur vitiari.*
6 *Conditio de manumittendo Stichum, qui mortuus fuerit, an euanescat.*
7 *Substitutus primo loco, an, & quando habeatur pro instituto.*
8 *Minor institutus, dummodo intra tale tempus fuerit emancipatus à patre, si ob negligentiam in non denunciando fuerit lapsum tempus, an restituatur.*
9 *Institutio facta pure pro parte, & pro parte sub conditione, an valeat.*
10 *Conditio pendens, an transmittatur.*
11 *Conditiones plures, an sint omnes adimplendæ.*
12 *Conditio impossibilis adiecta institutioni habetur pro non apposita.*
13 *Conditio proueniens, ex facto Principis, an habeatur pro impossibili.*
14 *Conditio impeditiua vitæ contemplatiuæ, & religiosæ reycitur.*
15 *Conditio adiecta filio constituto in sacris si obtinuerit dispensationem à Papa posita in institutione non valet.*
16 *Conditio adiecta Sacerdoti instituto si sine filijs decesserit reycitur.*
17 *Conditio turpis posita in institutione reycitur.*
18 *Conditio inhumana posita in institutione reycitur.*
19 *Institutus, vt infra certum tempus adeat hæreditatem, si pendente tempore decesserit, an sit locus substituto.*
20 *Testamentum, in quo filius, est institutus sub conditione casuali, vel mixta, est nullum.*
21 *Filius sub qua conditione possit institui.*
22 *Conditio adiecta institutioni reycitur saltem vsque ad legitimam.*
23 *Conditio, quæ inuitat ad diuortium, turpis est, & impossibilis.*
24 *Conditio deferendi arma, quæ continet aliquid gentilitatis, vel irrisionis turpis est, & debet reyci.*
25 *Conditio nugatoria in directa institutione reycitur.*
26 *Modus, & conditio differunt, & num. 33.*
27 *Conditionalis dispositio prius adimplenda est in conditione specifica.*
28 *Modus in dispositione sat est, quod impleatur ex post.*
29 *Modus non suspendit dispositionem.*
30 *Modus implendus est per modum compulsionis.*
31 *Conditio implenda est per modum exclusionis.*
32 *Dispositio quomodo cognoscatur, quod sit modalis, vel conditionalis.*
34 *Dispositio conditionalis, an sit ea, quam testator conditionalem vocauerit sub istis verbis cum hac lege, & conditione.*

Num. 1.

DE varijs conditionibus adiectis institutioni verba facit nouissimè Durã. in suo tract. de conditionibus, & demonstrationibus. par. 1.
1 Quæ autem conditiones, † & quando hæredi remittantur. Vide Bart. in l. facta. § si sub conditione. ff ad Senatusconf. Trebell. num. 2. vide supra quæ dixi ad consil. 30. Proposita facti serie ad num. 7. Menoc. hoc eod. lib. K. C.

Num 3.

Ibi (sed sub conditione) vide omnino Peregrin. de fideicomm. artic. 11. num. 11. 87. 88. 90. & 92. Iacob. Menoch.

Num. 7.

Ad id, quòd dicitur testatorem posse adijce-
2 re † conditionem, vel modum suæ dispositioni,
facit text in § hæres purè institut. de hæred. in-
stituend. vbi ita sub conditione potest institui,
sicuti purè ex die tamẽ, vel in die nequaquam,
3 quia tunc dies habetur pro † non adiecta, &
institutio habetur pro pura. Quid si facta fue-
rit institutio sub conditione, modo, vel demon-
stratione inferius exprimenda, quæ postmodũ
4 non exprimatur, an dicatur vitiari institutio, †
& resolutio est, quòd non. l. Collegium si nulli.
C. de instit. & substit. Quòd si hæres sub condi-
5 tione institutus † non potuerit illi conditioni
parere, quia pendente tempore effecta fuerit
impossibilis ipsa conditio, vtputà in conditio-
6 ne † adiecta de manumittendo Stychum, qui
mortuus fuerit, an euanescat, & dicas, quod nõ.
Ozas. decis. 98. Io Petrus de Spatis, quid si quis
fuerit institutus hæres vniuersalis si vxor testa-
toris decesserit sine liberis, dicas quòd primo
7 loco substitutus habetur † pro instituto. Fran-
cisc. Marc. q. 320. Quæritur an substituendo,
8 quid si minor fuerit institutus dummodo † in-
tra tale tempus fuerit emancipatus à patre, &
ob negligentiam in non denunciando fuerit la-
psum tempus, an restituatur. Responde quod
sic. l. 3 § & si hæres. ff. de minor. 25. annis. Quid
9 iuris si pro parte, quis † instituatur purè, & pro
parte sub conditione. l. liber homo §. Titius. ff.
de hæred. instituend. vbi similiter dicitur, quod
10 si conditio pendeat † non transmittitur. Quid
si conditiones plures fuerint adiectæ institu-
11 tioni, dicas quòd omnes sunt adimplendæ † vi-
de Bart. in §. fin. instit. de hæred. instit. Quid au-
tem de conditione tacitè adiecta institutione,
an possit codicillis adimi, dicas quòd nõ. l. Qui
filio impuberi §. seruus. ff. de hæred. instituend.
12 Quid si conditio † impossibilis fuerit adiecta
institutione, dicas eam haberi pro non adiecta.
l. seruum meum hæredem. § penult. ff. de hæred.
instituend. vide Bellameram in conclus. 749. Si
pater plures filios, idem dicas de conditione
13 proueniente † ex facto Principis, ac in ea per
14 quam impeditur vita † contemplatiua, & reli-
giosa. vide Mohedan decis. 235. vbi loquitur de
15 conditione adiecta † filio constituto in sacris si
obtinuerit dispensationem à Papa. idem de con
16 ditione adiecta Sacerdoti † si sine filijs decef-
serit. Boer. decis 354. Or possum dicere. num.
17 fin. Idem de conditione † turpi Barto. in l. facta
in fideicommissarium 63. § si sub conditione. ff.
18 ad Trebell. ac de conditione † inhumana. idem
Boer. decis. 287. & in dicto processu. nu. 5. De eo
19 qui fuerit institutus, vt infrà certum tempus †
adeat hæreditatem, & pendente tempore de-
cesserit non finito tempore, an sit locus substi-
tuto, dicas quòd sic. l. si seruum quis alienum.
ff. de acquir. hæred. de testamento in quo filius
20 est institutus † sub conditione casuali, vel mix-
ta, quod sit nullum. scribit Bart. in cons. 13. Ex
facto proposito, & Aegid. Bellam. concl. 26. In-
stitutio filijs sub conditione, sub qua tamen cõ-
21 ditione † possit filius institui, vide eundem Bar-
tol. in l. filijs matrem 25. C. de inoffic. testamen.
Pro regula tamen habeas, quod quælibet con-

ditio

22 ditio † adiecta institutioni factæ de filio reijei-
tur saltem vsque ad debitum bonorum subsi-
dium, quod debet habere in bonis eius paren-
tis, qui eum instituit, Bart. in l.4.ff. de hæred.in-
stituend. Rursus ad conditionem turpem per-
23 tinet ea conditio, quæ inuitat ad diuortium, †
& dicitur de iure impossibilis, ac ideo inutilis.
argumento l.sed neque.ff.de vsu, & habitatione
can.sicut & can. Dixit Dominus 32. qõ.1. San-
chez de matrimon.lib.1. disputat.34. num. 16.
quem nouissimè refert Paulus Duran. de condi
tionibus, & modis impossibilibus. par.2. cap.3.
Cum dixerim in princ. num.16. Itidem dicitur
de cõditione apposita delationi armorum, quæ
24 contineat † aliquid gentilitatis, vel irrisionis,
vt scribunt Ang. & Ioan. de Imola in l.seruo alie
no.§ ineptus.ff.de leg.1. Idem Paulus loco cita
to.num. 13. Quid vero iuris sit de institutione
25 cui sit adiecta† conditio nugatoria, vt pura quæ
semper, & de præterito, & de præsenti, & in fu-
turum sit impossibilis, vide Peregr. de fideicom.
art.11.num.17.R.C.

Num.14.& 15.

Loquitur hic Menoch. de differentijs inter
26 modum, & † conditionem, & inter cæteras ea
27 est, quod si dispositio fuerit conditionalis † nõ
potest habere locum, nisi effectualiter fuerit
28 adimpleta, sed si fuerit modalis sufficit, † quod
adimpleatur modus ex post, vnde satis est, quod
præstetur cautio. Bart. in l.cum in plures annos
60.ff.loc.Papon.lib.20.tit.5. aresto 3. Ily a dif-
ference, Crau.in cons.59. Petrus Pollardi insti-
29 tuit, & in proposito solet dici, quòd modus† nõ
suspendit, sed differt donec sit præstita cautio
de modo implendo. l. Hæres meus cum morie-
tur.ff.de cond.& demonstr. Ad rem hanc faciũt
quæ dicit Menoch. in cons.131. Non equidem
me latent.nu.11. lib.2.nempe quod modus im-
30 plendus est per modum † compulsionis, quia ad
hoc, vt quis cadat commodo debet interpella-
31 ri. conditio verò implenda est † per modum ex-
clusionis. R.C.

Num.16.

Quòd modus sit moderatio quædam dispo-
sitionis adiecta aggrauans in tempus dispositio
nis perfectæ, dixit Menoch. in iam citato cons.
131. vbi similiter discurrit, quomodo cognosca
32 tur, quod dispositio sit modalis.† vel conditio-
nalis. Differentiam verò inter modum, & con-
33 ditionem † eruditè declarat nouissimè Paulus
Duran. de conditionibus, & modis impossibili-
bus. parte 5. cap.1. Cùm huc perueneri mus. nu.
1.& seq. vbi materiam hãc satis aptè enucleat,
& aperit intellectum ad cognoscendum, quan-
do sit modalis, & quando conditionalis dispo-
sitio. In quo proposito quæsitum fuit aliàs, an
34 conditionalis ea dispositio, quam † sic vocita-
uerit testator præsertim si in institutione dixe-
tit. Instituo talem mihi hæredem eum hac le-
ge, & conditione, quod vendat bona mea, &
pretium implicet in tot alijs stabilibus ad cõ-
modum primogeniti descendentis ab eo. licet
enim isto casu testator vsus fuerit verbis, lege,
& conditione, consideratur tamen effectus, nõ
verba, vt in terminis extat decis. Crauet.in cõs.
59. Petrus Pollardi instituit. num.1. & seq Hie-
ton. Magon. decis. Lucensi 21. R.C.

Ad Consilium 79. Non est leuis quæ di-scutienda proponitur.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, an & quando possit alienare bona Ec-
clesiæ.*
2 *Res ecclesiastica semel alienata liberè, an possit ite-
rum alienari.*
3 *Prælatus non potest, etiam cum consensu capituli
immutare statum anticum rei Ecclesiasticæ.*
4 *Inuestitura de re Ecclesiæ, an præsumatur facta cum
debitis solemnitatibus iuris.*
5 *Bona ecclesiastica solita concedi in emphyteusim, an
possint alteri concedi sine solemnitatibus.*
6 *Bona quando dicantur incorporata Ecclesiæ.*
7 *Bona Ecclesiæ, quando dicantur solita dari in em-
phyteusim.*
8 *Prælatus, qui iurauit non alienare, & emphyteu-
ticare res Ecclesiæ, an possit bona solita alienari
distrahere.*
9 *Iurans non alienare intelligitur etiam in casu per-
misso.*
10 *Exceptio de iure tertij, quando non admittatur.*
11 *Exceptio de iure tertij, quæ non est exclusiua inten-
tionis ipso iure admittitur.*
12 *Bona litigiosa, quando possint alienari citra vitium
litigiosum.*

Num.1.

AD hanc materiam, an scilicet, & quando
1 prælatus † posit alienare bona Eccle-
siæ plurimum faciunt ea, quæ dicta sunt ad con
silium eiusdem Menoch.73. Quæ subtili, ac per-
eleganti motiuo hoc eodem lib. 1. quibus ad-
de ea, quæ dixit Borgnin. Cauale. in decis. 29. de
anno 1498. lib.2. per totum, reliqua quæ magis
in indiuiduo pertinent ad articulos, qui exami
nantur in hoc responso, videas infrà. R.C.

Num.6.

Ad id, quod hoc loco dicitur res Ecclesiasti-
2 cas alienatas semel liberè † posse iterum alie-
nari. Adde dummodo prima alienatio sit facta
seruatis solemnitatibus requisitis à iure, & dũ-
modo non mutetur forma. & substantia prioris
alienationis. vt scribit Borgn. Cauale. decis.16.
Lazarinus vendidit Mariano. nu.50. par.2. quod
dictum in tantum procedit, vt ex cap. cùm de
3 beneficio, de præb. in 6. nõ possit prælatus † etiã
cum consensu capituli immutare antiquum sta-
tum rei Ecclesiasticę, vt Menoch. hoc loco dicit
infra num.15. An autem, & quando præsumatur
4 prima inuestitura † facta cum debitis solemni-
tatibus iuris. Vide eundem Cauale. in d. decis.
29. num.3. & seq. par.2. vbi pariter dicitur, an &
5 quando bona ecclesiastica † solita concedi in
emphyteusim concedi possint alteri sine solem
nitatibus. Rol. Cau.

Num.10.

Quando bona Ecclesiæ dicantur incorpora-
6 ta † Ecclesiæ, & quando sint solita† dari in em-
7 phyteusim, ita vt possint sine solemnitatibus a-
lienari, vide eundem Borgn. Cauale. decis. 30.
Postquam latè declaratum fuit, lib.2. nume.56.
cum seq. & num.198. & infrà, vide consiliũ An-
tonij Mariæ de Canibus in cõsilio inserto post
dictam decis.30. Borgn. Cauale. in secundo re-
sponso.

ſponſo.par.2.Rol.Cau.

Num 9.

Dicitur hoc loco.quòd prælatus,qui iurauit
non alienare, atque ita in emphyteuſim non
8 concedere † res Eccleſiæ poterit alienare & in
emphyteuſim concedere, ea quæ ſolita fuerunt
alienari.& inueſtiri, ſed aduerſus Menoch. ex-
tat deciſio Marcelli Creſcent.3.Prelatus iurans
ſub tit.de iureiur. vbi dicitur quod talis præla-
tus alienando dicitur contrauenire iuramen-
to, & fit periurus etiam quod alienatio fieret
9 in caſu † permiſſo, ratio videtur eſſe, quia quæ
prima prohibitio reſultat ex canone de non a-
lienandis rebus Eccleſiæ firmior redditur ex
obligatione firmata vinculo iuramenti, videas
Doctores quos Creſcentius allegat.R.C.

Num.27.

Ibi (calumnioſè egiſſe.) Lancell. de attent. in 2.par.cap.4.de attentatis lite pendente. limitat.4.ſcripſi in conſ.1187.incipit lucs Domini Chriſtophoti.Iac.Men.

Num 29.

10 Ad mateтiam exceptionis de iure † tertij,
quando non admittatur, vide quæ dicta ſunt ſu
perius ad conſilium Menoch.60. longo ſtudio,
& diligenti conſideratione ad num.51.R.C.
Eodem num.ibi(Cum non ſint excluſiuæ in-
11 tentionis ipſo iure illius contra † quem obij-
ciuntur.) Vide Ruyn.in conſ.40.viſis allegatio-
nibus num.8.lib.5 & Afflict.deciſ.107.in cauſa
Domini.num.1.Iac.Men.

Num.30.

Ibi.(Non ergo de vitio litigioſi.) In quibus
12 caſibus res litigioſa poſſit alienari † citrà vi-
tium litigioſi, plenè diſcurrit Afflict. ſuper Cō-
ſtitut.Regni.lib.2.Rubr.41. de alienation. rerū
in iudicio deductarum. nume 15.vbi plures ca-
ſus enarrat.Guid.Pap.q.337.pro declaratione,
& Natt.in conſ.401. Duo pro fiſco, & in conſ.
407. Pro defenſione Antonij,Myſing. obſeruat.
55. Res litigioſa,ideſt cent.1.In materia tamen
concеſſionis rei litigioſæ in emphyteuſim, vt
non valeat,ſcribit Ioſeph.Ludou.deciſ.Lucenſ.
14. Darius,& fratres de terra.num.18.R.C.

Ad Conſilium 80. Plura efficiunt vt paucis.

S V M M A R I V M.

1 *Res empto, ex pecunia mea non eſt mea.*
2 *Res empta, ex pecunia priuilegiatorum poteſt ab eis vindicari.*
3 *Minor vendicat rem ex eius pecunia emptam.*
4 *Eccleſia vindicat rem ex eius pecunia emptam.*
5 *Vxor vindicat rem ex eius pecunia emptam.*
6 *Emptum de pecunia Eccleſiæ etiam nomine mentis fit Eccleſia.*
7 *Emptum de pecunio minoris quando fiat ipſius minoris.*
8 *Minor, an poſſit eligere rem emptam ex pecunia ſua, vel pecuniam cum vſuris.*
9 *Fundus emptus pro pupillo, & ei traditus ex pecunia alterius pupilli, ad quem pertineat.*
10 *Res empta per adminiſtratorem minoris ex re minoris ad quem pertineat.*
11 *Res empta nomine alicu' an ad emptorē pertineat.*
12 *Res empto de pecunia patris ad quem ſpectet.*
13 *Res empta per patrem cum pecunia filij dicitur eſſe patris.*
14 *Res empta per vxorem dicitur vxoris.*
15 *Vxor præſumitur acquirere de pecunia viri, fallit num.16.*
17 *Mulier quæ acquiſiuit, & quæ præſumitur acquiſiuiſſe de pecunia viri, an, & quando teneatur ad reſtitutionem pretij.*
18 *Res empta præſumitur acquiſita ex pecunia ementis.*
19 *Emens proprio, & fratris nomine ſi ſoluit pretium videtur ſoluere de pecunia propria.*
20 *Emptio, quando dicatur facta nomine proprio, & de pecunia propria, vel communi.*
21 *Frater emens rem ſuo nomine, ſi eam deinde patiatur deſcribi in æſtimo etiam ſub nomine fratris transfert dominium pro parte in alterum fratrem.*
22 *Collectarum ſolutio arguit dominium rei.*
23 *Longiſſimum tempus, quod locum tenuli habet dicitur illud, quod eſt immemorabile.*
24 *Tempus immemorabile, quod nam dicatur.*
25 *Tempus immemorabile vim præſcriptionis habet.*
26 *Tempus immemorabile vim præſcriptionis habet etiam quoad ea, quæ impræſcriptibilia ſunt.*
27 *Tempus immemorabile vim legis habet.*
28 *Tempus immemorabile vim priuilegij, & conceſſionis habet.*
29 *Originis ius eſt immutabile.*
30 *Ius originis renunciari non poteſt.*
31 *Filius natus extra domicilium parentum caſu fortuito non amittit originem.*
32 *Filia nupta in alieno territorio non amittit ius originis.*
33 *Vxor fit ciuis illius Ciuitatis, cuius eſt vir, declara num.34.& 35.*
36 *Filij ſequuntur originem parentum.*
37 *Alienatio rerum publicarum, & vniuerſitatis, quas ſolemnitates requirat.*
38 *Solemnitates requiſitæ in alienatione rerum vniuerſitatis, an poſſint ommitti, & remitti, & numero 39.*
40 *Factum à maiori parte vniuerſitatis, quando valeat.*
41 *Prædiorum ſtatus, vel prima facies, an poſſint immutari.*
42 *Vniuerſitas, an poſſit congregari ſine ſuperioris licentia.*
43 *Vniuerſitas in arduis explicandis debet habere conſenſum omnium præſentialiter, ſcilicet.*
44 *Vniuerſitas conſiſtit etiam ex viduis, & fæminis.*
45 *Diuiſio bonorum vniuerſitatis debet fieri ad æs, & libram.*
46 *Diuiſio rerum ciuitatis, ita fieri debet, vt tantum habeat pauper quantum diues, declara numero 47.*
48 *Sententia ſtrictè intelligenda eſt.*
49 *Sententia, quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
50 *Sententiæ verba intelligenda ſunt, prout verba ſonant.*
51 *Inferri non poteſt ex ſententia, niſi quatenus verbis comprehenditur.*
52 *Sententia arbitramentalis ſtrictè intelligenda eſt.*
53 *Burgus, an faciat vniuerſitatem.*
54 *Vniuerſitas congregari debet legitimè.*
55 *Conſuetudo congregandi vniuerſitatem probanda eſt, & ſeruanda.*

V. Syn-

56 *Syndici constitutis, quæ fit per vniuersitatem, vel capitulum, quas solemnitates requirat, & an in Constitutione ipsius debeant in instruments describi.*
Singula nomina omnium decurionum, qui fuerunt præsentes.
57 *Syndicus, quis propriè dicatur.*
58 *Statutum Mediol. 334. lib. 1. declaratur.*
59 *Statutum requirens rogationem duorum notariorũ non admittit rogationem vnius pranotarij.*
60 *Dispositio, quæ est de forma, debet ad vnguem seruari.*
61 *Procuratoris factum, an noceat domius.*
62 *Positionibus an possit responderi per procuratorem sine speciali mandata.*
63 *Actus nullus ratificari non potest.*
64 *Ratificatio requirit omnem formam primi actus.*
65 *Falsa causa, an tollat omnee contractus.*
66 *Transactio vitiatur, ex falsa causa.*
67 *Dispositio ex falsa causa irritatur.*
68 *Concessio facta ex falsa causa annullatur.*
69 *Diuisio ex falsa causa annullatur.*
70 *Sententia Iudicis annullatur ex falsa causa.*
71 *Laudum ex falsa causa prolatum annullatur, declara num. 72.*
73 *Cessante causa cessat effectus.*
74 *Datum ob causam repetitur, si causa non verificatur.*
75 *Renunciatio facta de iure non cognito, non valet.*
76 *Renunciatio generalis, ad hoc, vt valeat, quid requiratur.*
77 *Renunciatio non porrigitur ad ea, quæ quis ignorabat competere.*
78 *Renunciatio facta per rusticos, vel mulieres, quando teneat.*
79 *Clausula certiorationis solita apponi in instrumentis, an præsumatur apposita de stylo notarij.*
80 *Clausulam certiorationis fuisse appositam potius de stylo notarij, quam de voluntate partium, quomodo cognoscatur.*
81 *Renunciare iuri suo, nemo præsumitur.*
82 *Renunciare, & donare paria sunt, & vtrumque est perdere.*
83 *Renunciatio, non præsumitur, quando fit ex liberalitate.*
84 *Donare prohibitus, prohibetur etiam remittere.*
85 *Vniuersitas, an, & quomodo possit diuidere communalia.*
86 *Pactum de non diuidendo, an iuramento confirmetur.*
87 *Res transit cum suis qualitatibus, & oneribus ampliа num. 88.*

EOdem num. dicas, quòd res empta ex pe-
1 cunia mea non est † mea, & quòd ideo à
me vindicari non potest. 16. C. de rei vindicat.
fallit in milite, cuius pecunians empta fuit, vt
in l. si vt pponis. C. eod. vbi Bart. ait ad fallẽt.
primæ conclusionis, quòd res empta ex pecu-
2 nia priuilegiatorum † potest ab eis vindicari,
3 & in materia discurrit, an minor † Ecclesia, † vel
4 † vxor vendicent rem ex eorum pecunia emptã
5 faciunt notata per eũdem in l. 4. C. cõm. vtriusque
que iudicij & Ant. Corset. in suis singularib. in
littera E. in verbo emptio, ac Petr. de Rauen. in
singul. 181. Emptum de pecunia, ac Bart. in l. 2.
C. quando ex facto tutoris, inquiunt quòd em-
ptum de pecunia Ecclesiæ nomine ementis effi
6 citur † Ecclesiæ, respectu vero minoris dicitur,
quod si quid fuerit emptum de pecunia mino-
7 ris, ita fiet minoris si fuerit emptum † per tu-
torem, vel curatorem, secus si per extraneum.
Nisi in subsidium. Petr. de Rauenn. sing. 180. Si
succumbens est post Bart. in l 48. §. altero. ff. de
administr. tut. & in l. 2. C. Quando ex facto tuto
ris, solet tamen dari electio minori, vt scilicet
8 petat rem emptam † ex pecunia sua, (licet non
suo nomine) vel pecuniã ipsam cũ vsuris. l. si cu-
rator. C. arbit. tut. Quid si fundus fuerit emptus
9 pupillo, & tradit⁹ † ex pecunia alterius pupilli
dicas fundum obligatum esse illi pupillo, cuius
pecunia fuit emptus. vide l. 3. ff. de reb. eorum.
10 Quid si administrator minoris emerit ex re mi-
10 noris † non facta expressione, quod eiusdem mi
noris nomine emat, dicas ad administratorem
non pertinere. vt not. Gomez. Leo. decis. 5. in
decisionib. diuersorum. Ad id etiam quod di-
11 citur de re empta † nomine alicuius ad empto-
rem pertinere, scias hoc idem procedere etiam
12 quod res fuisset empta per filium † de pecunia
paterna. Rol. in cons. 90. indicium in tentatum
per, num. 21. lib. 2. licet pecunia sit restituenda,
patri, vel fratrib. Aug. Bero. q. 46. vbi similiter
13 loquitur de patre emente † cum pecunia filij
14 de re empta per vxorem, † quod fiat vxoris, li-
cet præsumatur empta de pecunia viri, licet ip-
15 sa teneatur ad pretium erga† virum. Vide Bar-
tol. in l. 1. C de fide instrumentorum, & iure ha-
stæ fiscalis. lib. 10. Crau. in cons. 80. Ioannona
vxor Ioannis. Fallit si ex opera fabrili, † vel alio
licito negotio veluti ex lucro emerit. Ioseph. Lu
douic. decis. Lucẽsi 28. Domina Sigismunda
de, Rol. d. cons. 90. lib. 2. summa syluestr. in ver-
bo vxor. num. 2. vbi loquitur de vxore, quæ solet
17 negotiari, & quod dicitur de pretij restitutio-
ne † fallit, si præsente, & tacente viro emerit.
Boer. decis. 81 & breuiter dico nume. 5. Ioseph.
Ludou. decis. Lucensi 12. num. 19. Natta in con-
sil. 30. Depositum factum per Hieronym. libr. 1.
si autem non apparuerit, cuius pecunia res em-
18 pta sit, tunc † præsumitur res empta ex pecunia
propria ipsius emptoris, nisi aliud ex coniectu-
ris colligatur. Vide Hattm. in tit. de empt. cap.
1. Rol. Canag.

Num. 2.

Ibi (præsumendum, quòd scilicet emerint de
pecunia vniuersitatis.) Adde quod vbi cessa-
ret priuilegium, quod datur vniuersitati, & mi
nori locus esset regulæ in contrarium, quia vt
inquit Dec. in cons. 148 Reuerende Pater Vica
19 ri emens † proprio, & fratris nomine si soluat
pretium videtur soluere de propria pecunia.
Vnde partem ipsius repetet à fratre. Rol. in cõ-
silio 4. Quod malè fuerit. lib 2. Natt. in consilio
94. Nobilis Ioan. Maria. numero 10. & in cons.
358. Contra fratres de Roma. sing. 440. Emen-
tem rem tam nomine pro materia quando di-
catur emptio facta nomine proprio, ac de pe-
20 cunia propria, † vel communi not. Bart. in l. 2.
C. pro socio. Vide Dec. in cons. 651. Primò quæ-
ritur an bona Guid. Pap. singul. 779. Bona quæ-
sita per fratres, vide Bart. in d. l. 8. C. de rei vin-
dic. Rol. Cau.

Nu-

Num.4.

Ibi (Postea prædia in catastro descripta.)
Dùm inquit quòd frater rem emens suo nomi-
ne si eam suo, & fratris nomine in libro com-
munis describi patiatur, ex hoc dominium pro
21 parte in alterum† fratrem translatum censetur
22 præsertim si alter frater pro parte † sua colle-
ctas soluerit. Adde Romanũ in sing.433. Emo
rem nomine. Rol.Cau.

Num.6.

Ibi, (hoc ergo longissimum tempus loco ti-
tuli habetur.) Adde, quòd istud est tempus
23 † immemoriale Menoch.in cons.251.Noua nũc
se offert.num 25. lib.3. quia nemo potest dice-
24 re se vidisse, vel audisse eos† qui vidissent. Idem
Menoch. in cons.649. Respondendum videba-
tur contra num.7 lib.7. quod proindè vim præ-
25 scriptionis † habet. Menoch.in cons. 1050. De
perdifficili.& ardua.num.13.& num.17. lib.11.
26 vbi dicit hoc habere locum etiam quoad ea †
27 quæ in præscriptibilia sunt, item vim legis † ha-
bere dicitur. idem Menoch.in cons.1092.nu.7.
28 lib. eodem, & quod habeat vim priuilegij, † &
concessionis. scribit idem Menoch.in cons.701.
Proposita facti species, nu.95.lib.8. R.C.

Num.11.

Ibi (Non tamen perdit nomen hoc origina-
29 rij.) Ius istud originis est † immutabile. vndè
nec ei potest quis renunciare, nec sua volunta-
30 te† potest ab ea se liberare, vt notat Grammat.
voto 10. Cælestis curiæ princeps. num.16.& Af
flict. in decis.384. Non ponam causam, Natiui-
tas tamen filiorum, quæ alibi casu fortuito ob-
31 uenerit extra domicilium † parentum non at-
tenditur. Vide Petrum Roytium. decis. Liruan.
3. Tractabatur an perindè. num.99. vbi latè at-
ticulum disputat, & quod istud ius originis re-
32 tineatur per filiam † nuptam in alieno territo-
rio, licet per matrimonium transeat in familiã
viri, & sequatur eius conditionem, scribit Sola
super constitut.antiq.Sabaud.ad Decretum Yo
lant.tit.de feud. in glos.1. vide Crauet.in cons.
271. Verba statuti Sauiliani, verùm quòd vxor
33 †sit ciuis illius ciuitatis, cuius est vir, notant
glos.Bart.Bald. & Ang. in l.Ciues. C.de Agric.
lib.10.Bart.in l.fin.§. Item rescripserunt. ff. ad
municipales. Thesaur. decis.123. Extat in loco
Scarnafisij Bald.in l.voluntas. C.de fideicomm.
Bart.in l.placet.num. 39.C.de sacrosanct. eccl.
glos. ad l. origine. C. de municip. & orig. lib.
10.Ang. in §.In potestaté. instit. de pat.potest.
34 quod etiam in vidua † procedere dixit Bald.in
d.l.voluntas. faciunt etiam ea quæ scribit Me-
noch.de arbitr.iud lib.2.casu 379. Medicis lit-
terarum facit l.medicos.C.de profess.& medic.
35 lib.10. dixi † & declaraui in decis. mea consul-
tiua 57. In pendenti causa.nu.87. & infrà lib.2.
36 & quod filij sequuntur originem † parentum,
etiam quòd aliò trãstulerint domicilium, & in-
colatum scripsi, & obtinui. vt in decis.mea con
sultiua 6.Incongruum fore.lib.1. R.C.

Num.22.

Quòd in alienationibus rerum publicarum,
37 & vniuersitatis requiratur vltra Decretum†cu-
riæ; Iudicis etiam Decretum scribit Nicolaus
Losæus de iure vniuersitatis. par.3. cap.5.num.
4.& plurib.sequentib.vbi notatur quę nam sint
solemnitates, quæ requiruntur in huiusmodi a-
lienationibus, & quando possint omitti, & sub-
38 dit quod solemnitatibus istis † non potest vni-
uersitas renunciare. Adde Capic. decis 93. In
causa Athenasij.nu.2. Ioseph. Ludou. decis.Pe-
rus.93 Domina Tisea Berardini. num.37 faciũt
in proposito notata per Crauett. in cons. 134.
Scripsi alias pro magistro. num.5. lib.1. vbi di-
39 citur † quòd vbi agitur de magno præiudicio
interuentus superioris requiritur in actibus
vniuersitatis.R.C.

Num.eod.

Ibi (consensus totius vniuersitatis.) Adde ꝙ
licet iura disponant regulariter, quòd factum à
40 maiori parte † valeat, tunc procedunt quando
vniuersitas aliquid faceret in euidentem vtili-
tatem, vel ob necessitatem, aliàs si ex volunta-
te fieret, omnium consensus requiritur. vt not.
Capic.decis.4. In causa Monasterij. numer. 6.7.
& 8. Rol.Cauag.

Num.26.

41 Dùm dicitur hic, quòd status prædiorum † nõ
potest mutari, ita vt pascua sint reducenda ad
culturam. Videas quæ dixi suprà in obseru ad
consilium 13. Videbatur respondendum. num.
4. lib.hoc eod. Rol Cau.

Num.27.

Ibi. (vt vniuersitas posset congregari, vt mo-
ris est, ꝙ communitas nõ possit congregari si-
42 ne sui superioris † licentia dictum fuit latè su-
perius ad consil. Menoch. 28. Est grauis certè.
num.20 & 21.vbi probauimus negatiuam, con-
trà Menoch. ibi. licet enim probet Benuenutus
Stracca ad consil. Crauet.4. Præsupponitur cõ-
suetudo ad num.15.18.& 20.lib.1.R.C.

Num. 29. & 30.

Ibi (nomina singulorum erant describenda
cùm actus hic diuisionis magni ponderis fue-
13 rit.) Adde quòd in arduis explicandis † per vni
uersitatem debent omnes de vniuersitate con-
sentire, nec sufficit, quòd actus explicetur per
aliquos nomine aliorum. Ant.Cors.in suis sing.
in littera C. incipit compromissum il 1.R C.

Num.31.

Iniquitas istius diuisionis, cuius hic meminit
Menoch. satis apertè colligitur ex eo, quod si-
41 cuti vniuersitas† consistit ex viduis, & fœminis,
ita etiam ad eas spectabat portio contingens,
quam aliàs pro indiuisa tenebant cum vniuer-
sitate. Vndè cum id quod nostrum est sine fa-
cto nostro auferri non possit vulgata regula iu-
ris. Id quod nostrum est. ff. de regul.iur. conse-
quens est, vt meritò conquerantur, tum præser-
tim, quod bonorum vniuersitatis diuisio fieri
45 debet regulariter ad † æs, & libram possiden-
tium, & si pascua fuerint pro rata prædiorum
& eorum vsu solent diuidi. vide Crau. in cons.
154.viso processu agitato.num.1.glos.ta nen
in l.de meo.ff.fin.regund. quam sequitur Ant.
nell.de Claris acquis in singul.155. Glos. est a-
46 diuisione rerum ciuitatis tantum † debet in
bere pauper. quantum diues. Quod intelliha-
47 rem habita ratione patrimonij, seu † æstimige-
ita fuit obseruatum in distributionibus bo, &
rum cõmunãtiæ ciuitatis Casalis, in qua & no-
ipse pro quantitate registri participaui. R.ego
C.

Num.40.

Quod sententia sit strictè intelligenda
idem Menoch. in consilio 1037. Cum, dixit
hac de
con-

controuerſia.num.26.lib.11. facit l.1. C.ſi plu-
tes vna ſententia,vnde quòd ſententia non di-
49 cit,† nec nos dicere debemus.l.Præſes ff de off.
præſid.l.1.§.cõuenire.ff.de iudic. & l. quis pro-
hibet. ff.de iur.iurand.dixi in deciſ.mea conſul
tiua 64. In renunciatione quam feeir. num.21.
50 & aa.lih.2.Hinc verba ipſius intelligenda † sũt
51 prout ſonant,& ex ſententia † non inſertur,niſi
quatenus verbis comprehenditur. Bart.in l.Iu-
52 lian.ff.de condict. indeb. etiam quòd ſit † ſen-
tentia arbitramentalis. Alba in conſ.132.In ca-
ſu propoſito. num.10.lib.1.R.C.

Num.50.

Ad ea quæ hoc loco dicit Menoch.quod Bur
53 gus† faciat vniuerſitatem. Accedit Ioſeph.Seſ-
ſæ.deciſ. Regni Aragon.70. Dubitatum fuit an
vicus.num.13.Alex.Raud.

Num.54.

Ibi (quod ſolemni more congregetur conſi-
lium.) Adde quod congregatio vniuerſitatis
54 aut capituli fieri debet legitimè ad ſonum cam
panæ, & more ſolito aliàs geſta non valent, &
caſu quo conſuetudo ſit in contrariũ. Eſt pro-
55 banda conſuetudo ad validitatem † geſtorum.
Crauet.in conſ 134. Scripſi aliàs pro Magiſtro.
num.5. vide Bart. in l.3. C. de præd. Decut. li-
bro 10. Rol,Cauag.

Num.56.

Syndici conſtitutio,quæ fit per vniuerſitatẽ,
vel capitulum,an de neceſſitate requirat decre
56 tum, & auctoritatem † Iudicis. Et quæ ſolem-
nitates requirantur in illius conſtitutione, &
57 an in inſtrumento† conſtitutionis debeant de-
ſcribi omnia nomina decurionum, qui fuerunt
58 præſentes, & quis propriè dicatur † ſyndicus.
vide Loſæum de iure vniuerſitatis. cap.1.par.2.
num.21,22.& ſeq R C.

Num.58.

Quòd duo notarij debeant eſſe rogati de in
ſtrumento cauetur etiam ſtatuto Mediol.334.
59 † ſi à decem libris.vol.1.vbi Carpan. dicit iſtud
non procedere de tempore neceſſitatis, & po-
ſteaquam iſtud ſtatutum Lonati, verba facit de
rogatione duorum notariorum dicas non ſuffi-
60 cere, qđ † vnus ſit pronotarius,& quod iſta di-
61 ſpoſitio ſit de † forma, & ad vnguem ſeruati,
ſcribit Carp.ibid.nu 6.& 7.R.C.

Num.59.

Ibi (& ſi inſtrumentum deficit.)Adde Tiraq.
de retract.conſanguinit. §. 2.gloſ.1. nu.2.Nat.
conſ.609 ex inſtrumento.num.2.lib.4.Rol.cõſ.
43. vt ſatisfaciam voto.num.7. lib.3. Surd.cõſ.
144. Ex his quæ deduxit.nu.13.lib.1. Iac.Men.

Num.64.

62 Ibi (vt procurator † noceat Domino,) quod
in procuratore ad reſpondendum poſitionibus
requiratur mandatum, latè ſcripſi in obſerua-
tionibus meis ad Decreta Montisferr. ſub De-
creto 6.§.2. Per ſe, vel per procuratorem.nu.1.
63 & ſeq.lib.1.ſed quod non requiratur † ſpeciale
mandatum in eo,qui publicum habet officium.
not Loſæus de iure vniuerſitatis. par.3.cap.18.
num.26. Rol.Cauag.

Num.66.

Ibi (ratificatio actus nulli.)Dicas actum nul-
64 lum ratificari non † poſſe,Menoc.in conſ.1075.
Dubitari contingit aduerſus. nume.5. lib.11. &
ideo,quia nouam actus celebrationem quãdo-
que arguit ipſa ratificatio benè dicitur hic, ꝙ
65 iſta ratificatio requirit omnem † formam, &
omnes ſolemnitates quæ requiruntur in confe-
ctione ipſius actus. Menoc.in conſ.205.Conſul-
tationis huius difficultas.nu.38.lib.3.R.C.

Num.69.

Ibi (Cauſa ergo falſa actum vitiat.) Adde
66 quod falſa cauſa irritos facit omnes † contra-
ctus.Menoc.in conſ.750. Dubitatio nulla pror-
67 ſus.num.1.lib.8.Hinc tranſactio † vitiatur. Me-
noc. in conſ. 279. & ſi permultæ dubitationes.
nu.21.lib.3. poſt Barbatiam in conſ.16. col.pe-
nult.& vlt.lib.4. ibid.num.2. Hinc diſpoſitio ex
68 falſa † cauſa vitiatur Menoch. in conſ. 89. Non
leuis ponderis eſt. nu.122. hoc eod.lib. itidem
69 etiam de† conceſſione.Menoch.in conſ.1.Con-
ſultatio hæc adeò. num.414. hoc eodem libro.
70 Hinc etiã ex falſa cauſa vitiatur diuiſio.†Alex.
Dec.Soc. & Crau. quos loco relato citat Meno.
71 Hinc etiam decretum † Iudicis ex falſa cauſa
72 vitiatur, & laudum ab arbitris prolatum,† idẽ
Menoch ibi nu.23.& 24.ſed intellige id ipſum
73 procedere † quando fuit cauſa finalis, & ob eã
concedentem, vel diſponentem motum fuiſſe
ad ſic concedendum, vel diſponendum, alias
non conceſſurus, vel diſpoſiturus. Menoch. in
conſ.772 Exiſtimo iuri, & veritati. nume.16 &
hùc pertinent ea, quæ dicuntur ceſſante cauſa
74 ceſſare † effectum.cap ceſſante extrà de appell.
Tiraq.latè in ſuo tract.cauſa ceſſante. Vnde ſi
75 quod datum eſt ob cauſſam, † quæ non adfue-
rit repetitur. l.Quod ſeruius. ff. de cõd.ob cauſ.
Alba in conſ.77.ſecundum ea quæ in facto.nu.
31.lib.1.facit etiam titulus. C.de falſa cauſa a-
dicta legato,cum ibi notatis. R.C.

Num.70.

Ibi (cùm ergo renunciatio facta fuerit de iu-
76 re non cognito ſequitur † obeſſe non poſſe.)
Dicas quòd ad hoc, vt valeat renũciatio debet
77 renunciãs certiorari de iure ſuo, & generalis †
renunciatio ad hoc, quod renuncians neſciuit,
vel non cogitauit non porrigitur, ſic not.Azo.
in ſumma tit. Ad Velleian. facit doctrina Bar-
toli.in Auth.imò C.de act. & oblig.vbi dicitur,
78 quòd renunciatio non † porrigitur ad ea, quæ
quis ignorabat ſibi competere.Hinc renuncia-
tio facta à ruſticis, vel mulieribus, & ab alijs
79 non intelligentibus † quod ius eiſdem compe-
tant, & iura tribuant, vel detrahant illis non
præiudicat. Hyppol.de Marſil. ſing.18. Verùm
quia notarij ſæpenumero ſolent apponere clau
80 ſulas certiorationis potius de † ſtylo ipſorum,
quàm quòd rei veritas, ita ſe habeat cõtra eoſ-
dem notarios atteſtantes partes certioratas
81 fuiſſe de beneficijs iuris,cautelã † ſcribit Gaill.
obſeru.77. Communis eſt Doctorum.lib.2.R.C.

Num.72.

Dictis hoc loco accedit text. in cap.5. extrà
de renunciationibus, vbi colligitur non eſſe ve
82 riſimile,quod aliquis renũciet ſpontè † iuri ſuo.
83 Quia donare,& renunciare idem ſunt,†& vtrũ-
que eſt perdere. l.cum de indebito de probat.
facit l.in orationibus. §.1.ff. de donat.l.ſi quis
obligatus.ff.de reg.iur. & l. ſi quis delegauerit.
ff.de donat. quod intelligitur eatenus quate-
84 nus renunciatio † fit ex liberalitate, quo caſu
85 prohibitus donare prohibetur † remittere. So-
cin.ſen.in conſ.91.viſa & diligenter pondera-
ta.

ta.num .6.lib.1.R.C.

Num.77.

Ibi (imò possunt diuidi.) Quòd villa possit pe
86 tere diuisionem † communalium, & quòd ea pos
sit fieri de licentia superioris . scribit Borgnin.
Caualc.decis.4.Quatuor dubia fuerunt lib.2.an
87 autem pactum de non diuidendo , † quod à iu-
re improbatur possit iuramento conualidari ,
scribit Thesaur.decis.Pedemont.142.Pactum de
non diuidendo.R.C.

Num.79.

Ibi (cum onere suo.) quòd res transeat cum
88 † suis qualitatibus dicit Meno.in cons.297. De
proposita hac celebr.n.38.lib.3. & prius in cõs.
2.Magni ponderis controuersia.num.31.in cõs.
75. Hæc iam de re controuersa.num.88. vbi di-
89 cit in † quemcunque res ipsa transiuerit hoc
procedere, hoc eod.lib.3. facit glos.in cap.1.de
immunit.lib.6. R.C.

Ad Cons. 81. Causa hæc super qua.

SVMMARIVM.

1 *Dotare filias paternum officium est.*
2 *Filia dotanda est per patrem , etiam quod sine consensu ipsius nupserit.*
3 *Filia, quæ indigno nupserit , an sit dotanda per patrem.*
4 *Filia quæ nupserit contradicente patre , an sit dotanda.*
5 *Frater qui patri successerit , an teneatur dotare filiam .*
6 *Filia ingrata an sit dotanda per patrem .*
7 *Filia semel dotata , an iterum sit dotanda.*
8 *Filia naturalis, an sit dotanda per patrem.*
9 *Filia dotata à patre simpliciter, an præsumatur dotata ex bonis paternis.*
10 *Filia quæ patrem inopem habet , an sit dotanda per matrem .*
11 *Neptis à quo sit dotanda .*
12 *Frater, quando teneatur sororem dotare.*
13 *Statutum mandans filias dotari ad hoc, vt excludantur, an differat à statuto excludentes dotatas .*
14 *Sigismundus Lofredus in cons.26. Perpenditur.*
15 *Cæphal.in cons.56.lib.1.perpenditur.*
16 *Laderchius Imol.in consil.28. Perpenditur , & declaratur .*
47 *Legatum agnoscens cum omni onere suo agnoscere dicitur.*
18 *Legatum acceptans cum onere adiecto censetur æstimasse tanti illud onus , quanti est legatum .*
19 *Legati acceptatio non inducit renunciationem.*
20 *Menoch.in cons.81.num.6. non recipitur.*
21 *Filia instituta in minori parte, quam sit legitima cõsequitur supplementum.*
22 *Creditor accipiens partem crediti , an videatur reliquam remisisse.*
23 *Legatum factum pro omni iure sibi competenti , an inducat renunciationem .*
24 *Dos relicta filiæ , an debeatur , vt legitima , & numero 30.*
25 *Dos debita filiæ sub conditione nuptiarum , an sit transmissibilis ad hæredes.*
26 *Cessibilia quæ sunt, an sint transmissibilia.*
27 *Dos relicta filiæ quando succedat loco legitimæ, & num. 30.*
28 *Legitima potest minui per statutum , vel augeri, sed non in totum tolli.*
29 *Statutum excludens filiam dotatam parificatur cũ statuta dictante fœminam non debere succedere, sed debere dotari.*
31 *Statutum dictans , quod fœmina dotetur , quomodo sit intelligendum .*
32 *Renunciatio quam facit filius de legitima recipiendo aliquid in vita patris , quomodo sit intelligenda .*
33 *Statutum Ferrariæ de indemnitatibus mulierũ perpenditur, & declaratur.*
34 *Donatio inter virum, & vxorem, an valeat.*
35 *Confessio facta in testamento de maiori summa dotis, quam receperit facit , vt tota summa debeatur.*
36 *Menoch.in cons.81.num.16.non recipitur.*
37 *Confessio testatoris facta de debito , si fuerit iurata valet .*
38 *Confessio per testatorem facta parte præsente valet.*
39 *Confessio facta per testatorem si notarius fuerit stipulatus pro parte , valet.*
40 *Confessio testatoris facta in exonerationem conscientiæ, valet in vim relicti, vel fideicommissi.*
41 *Menoch.in cons.81.num.17.non recipitur.*
42 *Confessio facta de dote recepta constante matrimonio, an confirmetur morte mariti.*
43 *Filia exclusa per statutum, an connumeretur in numero filiorum ad computationem legitimæ.*
44 *Clausula, qua vtuntur testatores in suis relictis pro omni, & toto eo quod prætenditur in bonis paternis, quas intelligentias habeat .*
45 *Menoch.in cons.81.num.31. circa clausulam, quam alio iure sibi debito, non recipitur.*
46 *Verba alio iure posita in materia renunciationis , quid operetur.*
47 *Bona dicuntur detracto ære alieno.*
48 *Dotes maternæ deducenda ex bonis parentum considerantur, vt æs alienum.*
49 *Bona paterna differunt à maternis.*
50 *Clausula pro omni iure, quod quis habet in bonis paternis, quomodo sit intelligenda.*
51 *Auus , an censeatur legasse nepti contemplatione filij.*
52 *Filia instituta pro sua legitima in aliqua summa pecuniarum agendo ad supplementum dirigit actionem ad pecuniam .*
53 *Filia agens ad integram legitimam dirigit actionem ad corpora hæreditaria .*
54 *Fructus relicti in causam dotis debitæ per ascendentes, quatenus debeantur.*
55 *Fructus legitimæ à quo tempore debeantur.*
56 *Crauet.in cons.189.lib.1.perpenditur.*

Num.1.

Decianus in cons.32.tametsi putem.libr.2.
& Rimin. Iun. in cons.31.Dubitaut Cla-
rissimi D.lib.1. Idem hac in caussa responderũt
sic, & Crauet.in cons.966. Dicitur in motiuis.
lib.5.Iacob.Menoch.

Eodem num. Adde quod hoc idem dicit Me-
noch. in cons. 168. consultationis huius dubi-
tatio.num.10.lib.2.R.C.

Numero eodem ibi (ab ipso Comite Iulio
patre dotanda,) quod filias dotare sit paternũ
1 † officium, scripsi in decisione mea consult.15.
Vrget filia patrem, libr.1. vide quæ in obserua-
tionibus ad eam dixi. Adde hoc procedere etiã
2 quod filia nupserit sine ipsius † consensu , si ta-
3 men secundum † suam nupserit dignitatẽ, iuxtà
sen-

sententiam Boerij in decis.130.Et Chassanæus,
vbi numer. 8. dicit, aliàs secùs esse dicendum,
vide Andr. Gaill. obseruat.95. In conficiendis
interrogatorijs.lib.2. Cassan.in consuetudinib.
Burgundiæ in titulo des Iustices.§.4.gl.5.num.
16.Hartman de Hartman. cap.2. in tit.de dote.
lib.1. Matthæum Mathesilaum, sing.105. Nota
quod si pater Paponium.lib.15.tit.4.Aresto 22.
Le mercre di absolu. Ias.in § fuerat institut.de
act. num.97. facit decisio Capellæ Tholos. in q.
290. Tu vero dicas latius Abbas in cons.20.Vi-
detur primò quod sic lib.1. vbi dicitur hoc pro
cedere etiam quod filia nupserit patre contra-
4 dicente dummodo egredietur † ætatem legiti-
mam, & quod officio Iudicis cogi possit ad ean
dem filiam dotandam, dixi in d. decis.mea 15.
Capell.Tholos.q.291.Gaill.loco citato. Amplia
5 etiam in fratre, qui patri successerit † Boer lo-
co citato nu.9. Declara vt filiam ingratam do-
6 tare † pater non teneatur. Petrus Gerard. sin-
gul.1.Iterùm declara, vt semel dote constituta
7 iterum † dotare non teneatur si culpa eius, &
facto fuerit ammissa prima dos. Petr.de Rauen-
na sing.196. Filius non tenetur dotare Menoc.
de arbitr.iudic. lib.2. casu 182. Cum de aliena-
tione, & in cons.370. Respondendum primum
vbi num.14.lib.4.aliàs secus Gomez. Leo decis.
15. Gulielm.de Ludou. sing.110. Glo.est, quod
si pater D.Raudens de Analogis ca.12.Nonnul-
las autem recipit. nu.33.Adde Boer.decis.141.
8 Sed quid, an minor quid de filia naturali,† vide
Ias.in d §.fuerat.num.104.& 120. Quibus tamē
casibus pater non teneatur dotare filiam, vide
Ias ibi num 112. Filia verò quæ fuerit à patre
9 simpliciter dotata ex cuius bonis dotata † præ-
sumatur. Vide quæ scripsit Vincent. Caroc. in
suo tract.ad l.fin. C. de dot. promiss. Quid verò
10 iuris sit vbi pater inopia laborauerit † dicas,
quòd eo casu mater, quæ alias non teneretur fi-
11 liam, vel neptem † dotare Ozasc. decis.107.Vi-
sis quæ Specul.num.5. Menoch. de arbitr. lib.2.
casu 460. Et si paternum non autem teneatur
ad dotationem secundū suas facultates.Ozasc.
loco citato.nu.9.Caputaquens.decis.275. Obli
gauit se Illustri.pat.2. Ias.loco relato. num.116.
In causa mota, vide Boer. decis.129. Et Alex.in
cons.35.faciunt notata in obseruat. ad d. decis.
meam 15. Rol.Cau.

Num.2.

Ibi (cum & frater teneatur sororem dotare.)
Adde Abbatem in cons.50. Videtur primo di-
ctum.lib.2. Natt. in cons 658. In causa Domini
Ferrandi post Bart. in procemio rubricæ dige-
12 storum. nume.14. qui dicunt hoc procedere †
quando non posset aliundè se dotare. Vide Ca-
pell.Tholos.in d q.292.in additionibus, & Vin-
cent.de Franch.decis.87. Fuit aliàs dubitatum.
num.12.Ias.in superius allegato.§.fuerat.instit.
de act.num.105. Guid.Pap.decis 96.Nobilis An
tonius de Bella in fine Thes.decis.192. Dotium
taxa, & quantitas Afflict. decis. 371. Dominus
Antonius de Rao, & Boer. decis. 139. Et dico
quod hoc ius. R.C.

Num.4.

Mihi ipsi iam diu cogitanti visa fuit erronea
hæc opinio Menoch. desumpta ex Castrensi in
l.Titio centum.§.Titio genero. nu.8. in fi. ff.de
cond.& demonstr. per quam constituitur diffe-
13 rentia inter statutum, quod mandat † dotari, &
illud quod mandat dotatam excludi. ita enim
14 docet Sigismundus Loffredus † in cons. 26. In
hac causa primò quæritur. nume.6. & infrà. Vbi
respondet ad quascunque rationes, & funda-
menta, quibus opinionem hanc tuetur Castren-
15 sis, & post Loffredum scribit Cœphal. † in cons.
56. Quoniam frustra quæreretur. nu.30. & 33.
ac sequentib. lib.1 nouissimè Laderch. Imol.in
16 cons.28. Quoniam multa † in hac causa.num.3.
vbi dicit Castrensem fuisse sibi contrarium, &
loquitur in terminis staturorū Ferrarię; haberes
à me lector humanissimè huius meæ opinionis
rationes & fundamenta. verùm quia huic mu-
neri satis aptè reperin fuisse satisfactum, per La
derchium in d.cons.28 cuius rei causa lætatus
sum valde. Ideo ad inibi dicta me remitto, hoc
vnum addendum est, quod ab ista sententia cre
diderim non posse recedi citra iuris offen-
sam. Rol.Cau.

Num.5.

Ibi (cum namque requisiuerit fratrem.) Bru.
in tract.quòd stantibus masculis in 11. artic.n.
32.Hieron.Gabriell. cons.5.statutum disponit.
num.13.& 20.lib.1.Iac.Menoch.

Num.6.

Ibi.(Legatum agnoscens cum omni suo one-
17 re † agnoscere dicitur,) quod ego dixi proce-
dere etiam, quod maius esset onus, quam lega-
ti valor, vt alias dixi in vna decis.mea consult.
cuius caput est attento tenore legati facti, quia
18 qui legatum acceptat tanti videtur † æstimasse
illud onus, quanti valet dictum legatum, quod
ibi latè probaui. facit l.ex qua persona. ff. de
reg.iur. cum ibi notatis per Decium. Verùm ꝓ
co, quod pertinet ad casum nostrum accepta-
tio legari non inducit modo aliquo renuncia-
19 tionem † suppositam per Menoch. quia esto qđ
20 testator † sic legando filiæ suæ habuerit animū
compensandi cum legitima debita legatariæ.
vt idem Menoc.aduertit in cons.206. Et si per-
difficilis sit.num.84.lib.2.non tamen videtur re
nunciatum fuisse ad supplementum legitimæ,
& dotis congruitatem per eam communē con-
clusionem iuris, quæ habet, quod si filia fuerit
21 instituta in minori parte, quam sit † legitima
debet suppleri legatum sibi factum. Amanellus
de Claris aqu. sing.12.Bart. in cons.34 Factum
tale est. libr.1. aliàs datur actio ad supplemen-
tum.l.Quoniam, & l.omnimodò. C. de inoff.te-
stam. Nec intrat isto casu consideratio Meno-
chialis, quòd partem crediti accipiens videa-
22 tur † reliquum remisisse, præsertim quia testator
non fecerit legatum cum clausula pro omni iu-
23 re sibi competenti † super hæreditate, succes-
sione, & bonis ipsius testatoris, quocumque
modo, &c. quia tunc forsan posset dici, quod
legatarius acceptans legatum cum onere, &
nulla facta protestatione, quod ad bonum cō-
putum, & citrà præiudicium iurium suorum cō-
sequutura est sibi præiudicauerit in supplemē-
to ad quam rem faciunt, quæ dixi in decis. mea
consult.113. Frater habens sororem.lib.3.quod
tamen in legato patris non leuem dubitationē
habet per ea quæ dicit Gram.decis.101.Magni-
fica Francisca Casa. num.116. Dec.cons.89. Viso
puncto, & diligenter.num.4. in cons.228.In ca-
su proposito 322. Visis consilijs clarissimorum

419.

419. Viſo eleganti conſilio 546. Conſului iam
cũ plurib',& 666. viſa copia teſtam. Guid.Pap.
deciſ.93.pater in teſtamento facit etiam deci-
ſio Lucenſis Mag,85,num 7. R.C.

Eod.numero ibi(quia hęc dos numquam fuit
debita) Reſponderi poteſt, quòd licet id ipsũ,
quod dotis nomine venit non fuerit debitum,
vt dos,negari tamen non poteſt, quin debere-
24 tur, vt legitima, † vndè in caſu tranſmiſſionis
ad hæredes non conſideratur, vt dos, debita
25 ſub conditione nuptiarum, † ſed vt legitima
omni iure debita, quæ tranſitoria eſt ad hære-
des,vt dicit D.Raud. de Analog.c 19.nume.69.
ſicuti enim legitimę iura ſunt ceſſibilia Magon.
deciſ. Florent.10. Moniales Burgi Sancti Lau-
rentij.num.12.& 28.ita & ad hæredes tranſmiſ-
ſibilia ex cõmuni Theoremate iuris, quod quæ
26 ſunt † ceſſibilia ſunt tranſmiſſibilia,vt meminit
in puncto idem Magon.loco relato. R.C.

Ibi,(cum dos non eſt loco legitimæ) minus
vera dicitur iſta propoſitio, quia vbi filia dota-
ta excluditur, vel ſtatutum mandat, quòd do-
tetur, & inde eam excludit,tunc fatendum no-
27 bis eſt,quod dos † ſuccedat loco legitimæ,quod
vtroque caſu procedit, vt ſuperius dictum fuit
ad num.4. cui rei fauet conſideratio, quod per
ſtatutum minui quidem, vel augeri poteſt dos
28 † in totum verò tolli non poteſt, Boer. deciſ.
188. Et Bald.in d.l.n.6.Bart in l.Tirio cẽtũ 70.
§. Titio genero.ff.de cond & demonſtr.Natt.in
conſ.308. Circa propoſitam conſultationem.
Capella Tholoſ.q. 458. Item fuit quæſitum Ro-
ta Rom. in deciſ.1. Prima difficultas eſt, an de
conſuetud.in nouis Myſinger. obſeru.45. Cum
in cauſa fractæ pacis eſt. centur.5.& obſeru.44.
Illud quoque in ſupradicto. cẽt.6. Guil.obſeru.
321.Magnus eſt Doctorum lib.2.Caſſan.in con-
ſuetud.Burgund.tit des ſucceſſions. §.2.gl.4.&
illa differentia, quæ fit de ſtatuto loquente, quod
29 † filia dotata excludatur ad illud, quod dicit fę
minam non ſuccedere, ſed debere dotari non
eſt tantæ efficaciæ, vt ſecundo caſu tollatur cõ-
cluſio primo caſu poſita, quòd dos ſuccedat lo
30 co † legitimæ, ſiquidem illa verborum præpo-
ſteratio non adimit vim ſubrogationis, & ſatis
31 eſt, quod ſtatuti verba, quod dotetur † tribuãt
facultatem vocatis ad ſucceſſionem,filiam te-
ſtatoris dotandi, ad quam rem commodè fa-
ciunt notata per Doctores paſſim, tum præci-
puè per Abbatem in conſ 92. Illud indubitati
iuris.num.3.& infrà par 2.Ioan. Guttierez pra-
cticarum quæſt lib.5. q.82. Quæro nono circa
eandem legem.num 12.13.14.& inf.R.C.

Num 7.

Aduerſus iſta quæ ſcribit hoc loco Menoch.
ad ſuſtinendam renunciationem,quam facit fi-
32 lius † de legitima recipiendo aliquid in vita pa
tris,vbi renunciatio eſſet generalis poſſet obij
ci,quòd illa non comprehendit cauſam, vel fa-
uorem ortum poſt obligationem, etiam quod
fuerit renunciatum iuribus de futuro, ſic notat
Vincent.de Franchis deciſ.181.Filiumfamilias,
qui ſe cum nu.4 par...multa alia ad infringen-
dam renunciationem factam de legitima, ſcri-
bit Moror.in quodam eius conſil. inſerto inter
Deciſiones meas conſultiuas poſt deciſ 42. A-
cturi Domini legales.libr.1. cuius tamen dictis
non aſſentio per ea, quæ ibidem dixi in allega-
ta deciſ.42. Rol.Cauag.

Num.8.

Ibi (cum iam eſt facto, & diſpoſitione legis
excluſa) hoc ſuppoſitum corruit, quia vt iam
dictum fuit non dicitur excluſa filia ab ipſa le-
gitima, & dotatione, quæ in locum legitimæ
ſuccedit & ideo quadrat ſtatuti Ferrarię de in-
33 demnitatibus † mulierum, cuius meminit Ri-
minald.Iun. in conſ 397. Reſpondendo dubijs
propoſitis.num.17.& inſ.lib.4.R.C.

Num.15.

34 Ibi(inter virum & vxorem † non valet.) Pro
validitate confeſſionis contra Menoch. facit
conſilium Cauet.149. vbi dicit,quod confeſſio
mariti facta in teſtamento de maiori ſumma do
35 tis, quàm † receperit, facit quod tota ſumma
confeſſata debeatur.R.C.

Num.16.

Ibi (qui negat hanc confeſſionem iuramen-
36 to † confirmari,) contra ſententiam Menochij
facit,quia licet confeſſio teſtatoris facta de de-
37 bito non probet,quando tamen † eſt iurata va-
let.Manric.de coniect.vlt.volunt.lib.10.titu.4.
Guid Pap.ſing.835. Si ſint plures Bart. in l.qui
teſtamentum.ff.de probat. Franc. Marc q.160.
Quæritur, an confeſſio. Vide Abbat. in conſil.
85.videtur primo quod par.2.Bart. in Auth. de
iureiur. à moriente præſtito. num.7. & in l.cum
quis.§.codicillis.ff.de leg.3. vbi idem eſſe dicũt
38 quando pars † eſt præſens, vel Notarius ſtipu-
39 latur † pro ea,vel confeſſio emanaret in exone-
40 rationem † conſcientiæ, quia tunc non debe-
tur in vim relicti, vel fideicommiſſi, vt Docto-
res inquiunt, & nouiſſimè ſcribit Scipio Ren-
dina in promptuario iuris in titu. de confeſſis.
nu 6.ſed præiudicat hæredibus.R.C.

Num.17.

Ibi (valere tamen eo mortuo,) quod confeſ-
ſio de dote recepta conſtante matrimonio con
firmetur morte mariti, ſicuti confirmantur aliæ
41 donationes inter virum,& vxorem † contra Me-
noch. ita vt retrotrahatur ad tempus confeſ-
42 ſionis † vel factæ donationis ſaltem reſpectu fru
ctuum,quicquid ſit reſpectu proprietatis, pro-
bat Ioſeph.Ludou.deciſ Peruſ.66. Clemens Al-
berti confeſſus.par 2. R.C.

Num.30.

Ibi (connumerandas filias) an filiæ per ſtatu
43 tum excluſæ connumerentur † in numero ad
computationem legitimæ ſcripſi in obſeruat.
meis ad Decretum Montisferr.73 §.1. q.8.li.2.
& quæ addidi in obſeru.ad eas. R.C.

Num.31.

Ibi(poſſet conſequi in bonis paternis)Clau-
44 ſula qua regulariter vtuntur † teſtatores in ſuis
relictis pro omni eo, & toto, quod poſſet con-
ſequi in bonis paternis. Varias habet intelligẽ-
tias,& difficultates. Quinimò ſũt aliqui ex ſcri
bentibus,quibus viſum eſt diligẽter eſſe atten-
denda verba quibus concipitur, vtputa quia
differentiam conſtituant ſi dictum fuerit ſuper
bonis, vel in bonis, in quo propoſito ſtat con-
ſilium Surdi 112. Ambroſius Salye. lib.1.Ruyn.
conſ.60.Poſtquam. lib.2 verum quæ ſit iuris cẽ-
ſura in hoc artic. dixi in deciſ. mea cõſult.113.
Frater habens ſororem. lib.3. R. C.

Eod. num.ibi,(quàm alio iure ſibi debito.)
45 quicquid hoc loco dicat † Menoch.mihi viſum
eſt

46 eft ea verba alio iure non poffe habere† intelli-
gentiam cui innititur, namque certum eft the-
ma in præcedenti, & coniun&ta oratione pofi-
tum retineri, videlicet in bonis paternis, quæ
47 proindè cum † ea fint, quæ deducto ære alieno
fuperfunt l.fubfignatum.§.fin. ff.de verb.fignif.
& inter æs alienum illud idem fit, quod refer-
48 tur ad dotes maternas † fi conftiterint in quan
titate, fatis eft in confpicuo teftatorem fic le-
gando non fenfiffe de bonis maternis ad exclu
fionem fœminæ, multòque minus fi dotes ipfæ
conftiterint in bonis ftabilibus, & ita in fpecie
49 cum fic differant bona paterna † à maternis, vt
vnius nominis appellatione minimè veniat al-
terum. l fi idem cum eodem de iure Codicill.
quando tamen adeffent alia verba magis cla-
ra, & legatum effet factum per extraneum, qui
ad nihil teneretur dicẽdum effet contrarium,
vt ego tenui in dicta decif.mea 113.R.C.

Num.32.33.vfque ad 39.

Fundamenta quæ iftis locis facit Menoch.
poffent effe alicuius confiderationis fi non ob-
ftaret illa declaratio, quam fecit teftator per
50 ea verba in bonis † paternis, vt fuprà dictum
fuit. Rol.Cauag.

Num.45.& 55.

Quod Auus cenfeatur legaffe nepti contẽ-
51 platione † filij pleno calamo dixi in decif. mea
confult.30.Diffinita controuerfia. libr. 1. plura
alia videas notata per me ad l. Dedit dotem.ff.
de collat. quæ in multis codicibus legitur fub
initio dotem, quam dedit auus in mea Anato-
mia iuris. Adde Benuenut.Stracc.in addition.
ad Crauet conf.219. Licet datum nepoti.lib.2.
partem autem negatiuam tuetur Menoch. in
conf.151.Prima propofita dubitatio.lib.2.con-
trarium voluit Nat.in conf.501. videretur for-
taffe.num.16. lib.1. vide Caualc.in decif.25.de
anno 1581. num.40.lib.2.Crau.conf.219.Licet
datum nepoti Dec. in conf.81. In cafu propofi-
to agam,& Magon. decif. Florent.13.Magnific.
D.Raphael. num.4.R.C.

Num.56.

Ibi (In pecunia numerata augenda, atque
ità fupplenda eft.) Adde quòd quando teftator
inftituit filiam pro fua legitima, in aliqua fum-
52 ma † pecuniæ fi filia egerit ad fupplementum
illud ipfum præftandum erit in pecunia, quia
pars foluta declarat partem foluendam, quod
fecus eft quãdo repudiata pecunia relicta, quæ
non fufficiebat ad legitimam ageret filia ad in-
53 tegram legitimam, † quia tunc debetur ex cor-
poribus hæreditarijs, & erit quota bonorum in
fpecie, fic notat Pap.arrefto 3.lib.20.tit.7.R.C.

Num.57.

Ad comprobandam Menoch.fententiam ca-
54 uendum † eft, quod fi agamus de fructibus re-
licti in cauffam dotis, per afcendentes, qui te-
nebantur dotare, eatenus debebuntur fructus,
quatenus capit legitima, cuius proindè fructus
55 debentur à die mortis patris, vel matris. Boer.
decif.3. Dico quòd hæc. num.fin. vide quæ dixi
in decif.mea confult. cuius caput eft. Qui bi-
nas filias naturales, vbi probatur eofdem fru-
ctus deberi abfque aliqua interpellatione, pro
eo autem quod legitimam excedit relictum, cre
didetim nullos fructus deberi.R.C.

Num.64.

Dùm citat Menoch.Cranet.conf.189. Quan-
do fœmina excluditur. Vide quæ ibidem dicit
Apoftillator Stracca ex Didac.in c. 1. lib.3. va-
56 riarum refolut. verf 7. & 8. vbi difputatur † de
veritate opinionis. R.C.

Ad Confilium 82. Iuffiftis æquiffimi, atq; fapientiffimi Iudices.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an dandus fit imputato de hærefi.*
2 *Aduocatus non debet patrocinari pro imputato de hærefi abfque venia, & debet dari ab inquifitoribus.*
3 *Aduocatus datus imputato de hærefi, quomodo gerere fe debeat.*
4 *Teftis deponens, quid fuiffe patratum de nocte, an probet.*
5 *Hæreticos, quis dicatur.*

Num.1.

BEnè, & cum grano falis exorditur Menoc.
confultationem hanc fub nomine iuffio-
nis, quia licet aduocatus dandus fit imputa-
1 to † de hærefi. l.1. § ait Prætor. ff.de poftulan-
do. capit.1. vt lite non conteftata. Laudenf. in
clement.de exceffib. prælat. Repertorium In-
quifitorum prauitatis hæreticæ, in verbo Aduo
catus.verfic.fed an debeat dari Aduocatus, pa-
2 trocinari tamen non debet † abfque venia, vel
nifi deputatus fit ab Inquifitoribus, qui fi com-
3 pererit effe locum hærefi abftinebit † ab vlte-
riori defenfione, & pedem retrahet, fic notat
Apoftillator ad dictum repertorium loco cita-
to fub littera C.verfic. Aduocatus dandus eft,
facit ad rem hanc text. in cap. fi Aduerfus de
hæreticis, fic legitur etiam in 3. par. Directorij
Inquifitorum. qõ. 39. An Inquifitor procedere
poffit contra aduocatos. Franc. Pègna in fcho-
lijs.lib.2.fchol.7.Incipit vobis Aduocatis. R.C.

Num.79.

Pro eo, quod dicitur teftem deponentem,
4 quid de nocte patratum † fuiffe debere dicere,
quòd Luna luceret, vel alia luminaria adeffent.
Vide quæ dixi in decifione mea conful.66.Hoc
nomine,num.40.lib.2. R.C.

Num.171.

5 Quis dicatur hæreticus † dixi latè in meo
Theatro Crimin.lib.3. De hæreticorum pœnis.
q. 1.principali. Incipit dum quæritur primo lo-
co, vbi plura notabilia proponuntur. R.C.

Ad Confilium 83. Refpondebo paucis.

SVMMARIVM.

1 *Papa non tantam auctoritatem transfert in ordinarios, quin maiorem penes fe retineat.*
2 *Papa in dubio non præfumitur voluiffe vti iure plenario.*
3 *Beneficiorum collatio connumeratur inter fructus iurifdictionis Epifcopalis.*
4 *Papa poteft præiudicare ordinarijs collatoribus.*
5 *Papa in beneficialibus habet omnimodam poteftatem.*
6 *Factum à Papa dicitur factum à Deo.*

Papa

7 *Papa potest auferre dominium, & ius quæsitum alicui Ecclesiæ.*
8 *Papa præsumitur moueri ex iusta causa.*
9 *Papam redarguere nemo potest in suis dispositionibus, etiam quod causa non subesset legitima.*
10 *Sacrilegij nota est disputare de Auctoritate pontificis.*
11 *Iudex inferior dicitur habere iurisdictionem cumulatiuè quoad superiorem.*
12 *Appositio manus Papæ habet vim decreti annullatiui, & derogationis.*
13 *Inferior non potest se intromittere, vbi superior manum apposuerit.*
14 *Leo vbi figit pedes cætera animalia conquiescunt.*
15 *Pactum superioris non potest rescindi per inferiorem etiam quod sit nullum.*

Consultationem hanc tùnc verissimam esse
crediderim si apparuerit Summum Ponti-
ficem informatũ de iure ordinarij voluisse con-
ferre, quia certum est, vt Menoch. hoc loco ait
non transtulisse Papam tantam auctoritatem in
1 ordinarios, † quin maiorem penes se retinne-
rit, vt notatur infrà ad numerum 12. sed opus
est videre, numquid sciens collationem benefi-
cij spectare ad ordinarium voluerit conferre in
2 dubio non est † credendum, quod eo iure ple-
nario vsus fuerit in præiudicium ordinarij, pro
3 quo potest dici, quod beneficiorum † collatio
inter fructus iurisdictionis Episcopalis connu-
meratur. Abbas in cap. cum olim. post glos. de
maior & obed. in c. mandatum de rescript. & in
cap. cum Ecclesia de elect. R.C.

Num. 10.

4 Ibi (Papam præiudicare posse ordinarijs † col
latoribus.) Adde quòd Papa in beneficialibus
5 habet omnimodam † potestatem, & in illis po-
test ad libitum disponere, & quemliber à bene-
ficio suo remouere etiam sine causa, & etiam
Episcopum de suo Episcopatu. Hyppol. Marsil.
in suo singul. 634. Credo te scire, quod tanta
enim Summi Pontificis potestas est, vt factum
6 † à Papa, vt Papa dicatur factum à Deo, & facit
idem tribunal cum Christo sic post Card. Iaco-
bum in tractatu de concilio libr. 7. articulo 6.
versiculo At præmissis non obstantibus, scribit
Vincent. Grilenzonius in consilio 99 Illustris
Comes Alexander, numero tertio, & potest
7 dominium, & ius quæsitum † alicui Ecclesiæ au-
ferre. Dec. in cons. 341. Viso puncto, & diligen-
8 ter. num. 8. & 9. & semper præsumitur † moueri
ex iusta causa etiam liberè donando alicui nõ-
nulla bona Ecclesiæ, & nemo potest in hoc Pa-
9 pam redarguere posito etiam † quod causa non
subesset legitima. Capic. decis. 16. In causa vene
rabilis. num. 5. & disputare de Summi Pontifi-
10 cis auctoritate nedùm temeritatis. Verùm † &
sacrilegij nota est. l. 2 C. de crimin. sacrileg. Bal.
in cons. 359. Proponitur, quòd inter agnatos
libr. 1. dicitur enim Papam omnem potestatis
plenitudinem habere, quia supra ius est. Fran-
cisc. Marc. quæst. 455. & quæst. 1120. nume. 11.
parte 1. vnde satis est tutus in cõscientia, quo-
ad Ecclesiam militantem qui à Summo Pontifi-
ce titulum habet. Capic d. decis. 16. n. 5. & quo-
ad spiritualia habet iurisdictionẽ in omnibus.
Hartm. de Hartman. in tit. de matrim. lib. 1. titu.
8. & in his quæ à iure Canonico dependent om
nem iudiciorum vim, & exequutionem potest
impedire Dec. in cons. 137. & est supra conci-
lium per quod non censentur ligatæ manus Põ
tificis. Syluestrina in verbo Papa. num. 15. Gri-
lenzon. in dicto cons. 99. num 3. Rol. Cau.

Num. 12.

Ibi (Papam cum ordinario concurrere.) Ad-
de quòd Iudex inferior, dùm in eodem loco ha
11 ber iurisdictionem videtur eam † habere cumu-
latiuè non autem priuatiuè. Gram. decis. 30. In
causa excellentis Comitis. num. 5. R.C.

Num. 21. & 24.

Quæ dicit istis in locis Menoc probantur ab
eo in cons. 134. Inter multa quæ à causarum pa
tronis. num. 29. lib. 2. R.C.

Num. 31.

Ibi. (Appositio manus Papæ vim decreti an-
12 nullatiui, & derogationis † habet.) Adde quòd
vbi superior manum apposuerit. Inferior nõ põt
13 se † intromittere, quia esset absurdũ, quòd in-
ferior posset rescindere factum superioris. l. Nã
& magistratus. ff de arbitr. l. minor aũt magistra
tus. ff de minor. l. Ille à quo. § Intempestiuum. ff.
ad Trebell. l. Eos §. ne liceat. C. de vs. Clem. Ne
Romani. de elect. cap cum inferior. de maior. &
obedient facit ad hoc propositum vulgare di-
14 ctũ, vbi leo figit † pedes. Cætera animalia con-
quiescunt, quod procedit etiam si factum supe
15 rioris † fuerit nullũ. Innoc. in c. Inter dilectos.
de excess. prælat. R.C.

Ad Consil. 84. Hæc proposita dubitatio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter coniuges, an iuramento confirmetur.*
2 *Menoch. in cons. 84. non recipitur.*
3 *Decij cons. 240. perpenditur.*
4 *Cranett. in consilio 102. libro primo. perpenditur.*
5 *Iuramentum, an confirmet actum, quem lex prohibet.*
6 *Donatio inter patrem, & filium, an sit prohibita, declara num. 7. & 8.*
9 *Donatio inter patrem, & filium, an prohibeatur iure naturali, vel iure merè ciuili.*
10 *Iuramentum contra legem de iure Canonico, an valeat.*
11 *Argumentum à donatione inter coniuges ad donationem inter patrem, & filium valet.*
12 *Menochius in cons. 84. numero vigesimoquarto non probatur.*
13 *Iuramentum sequitur naturam contractus.*
14 *Iuramentum statim, quod interponitur, facit actum efficacem.*
15 *Actus iuratus, non subiacet regulis iuris.*
16 *Iurans super actu inualido, an teneatur seruare iuramentum.*
17 *Iuramentum assumit naturam actus primordialem, non accidentalem.*
18 *Accidentalis natura, quandoque mutatur ob virtutem iuramenti.*
19 *Naturalia contractus, quæ dicantur.*
20 *Accidentalia contractus, quæ sint.*
21 *Iuramentum facit contractum irreuocabilem, qui aliàs reuocabilis erat.*

22 *Donatio quod reuocetur præ moriente donatario, dicitur quid accidentale.*

23 *Iuramentum positum etiam in clausulis executiuis facit contractum irreuocabilem.*

24 *Iuramentum inter patrem, & filium, quid operetur.*

25 *Clausula, an, & quando censeatur posita, potius de stylo Notarij, quam de voluntate partium.*

26 *Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus.*

27 *Dispositio legis, fortior est dispositione hominis.*

28 *Dispositio hominis iurata, fortior est simplici prohibitione legis.*

29 *Iuramentum non potest tolli per legem positiuam.*

30 *Clausula de non reuocando iuramento firmato, quid operetur.*

31 *Iuramentum positum in donatione causa mortis sine pacto de non contraueniendo non facit donationem irreuocabilem.*

32 *Clausula iurans omnia per eum acta habere rata, & grata, an habeat vim pacti de nõ contraueniendo.*

33 *Renunciatio generalis, an, & quando habeat vim specialis.*

Num. 1.

Vide Costam Papiensem in cons. 25. Ad propositam Hypothesim dissentientem ab hac opinione mea. Iac.Men.

Eod.num. dum quæritur hic an donatio in-
1 ter coniuges iureiurando confirmetur, † & dùm
supponitur per Menoch. requiri quando dona-
taria superuiuat donanti ex Decio contra Cra-
nettam habet plures contradicentes relatos p
D. Costam in loco citato, præsertim Thesauri
in decis. 32. Donatio inter virum, & ibidem D.
Thesaurus iunior, vbi dicit iuramentum con-
firmare donationem, etiam quòd donatarius
prædecedat donanti, & addit decisionem pa-
tris sui 70. quod etiam vidi probatum per An-
dræam Fachineum. lib. 3. Controuersiarum iu-
ris. cap. 81. Triplex est Doctorum sententia, qui
2 loquitur similiter † contra Menoch. per ratio-
nes, quas ibidem allegat, & licet ibi dicat Cra-
nett. in cons. 102. Ioann. Vernini, latè defendi
per Menoch. Veritas tamen est quòd impugna-
tur acerrimè, namque tendit ista consultatio
3 Menoch. ad sustinendum consiliũ Decij. † 240.
Diligenter pro tenui facultate, & 536. In causa
quæ per Crauett. impugnantur, vt patet ex di-
ctis per Menoc. infrà sub nu. 32. & pluribus se-
4 quentibus. Hanc sententiam † Crauettæ contra
Decium, & Menoch. probat Benuenutus Strac-
ca in addit. ad eundem Crau. in d. cons. 102. vbi
refert contra Decium pronunciasse curiam par
lamenti Grationopolitani, & alios adducit as-
seclas Crauettæ, quibus addenda sunt ea fun-
damenta, quæ in hanc causam proponit Ioan.
Guttierez de iuramento confirmatorio. part. 1.
cap. 3. Donatio inter virum, & vxorem. num. 6.
7. & infrà. faciunt similiter ea, quæ ex Abbate
in cap. cum contingat. num. 6. de iureiur. dicit
Cœuallos. pract. quæst. lib. 27. q. 502. Quando
5 lex prohibet, † dùm inquit, quòd actus sustine-
tur, & confirmatur iuramento interueniente,
etiam quòd lex probibeat actum cum Decreto
irritante. Rol. Cauagn.

Num. 10.

Ibi donationem inter patrem, & filium, l. pro
6 hibitam † esse. Hoc idem probat Menoch. cons.
154. Interrogatus. nu. 3. lib. 2. vbi pater non po-
test donare filio, filiævè in sua potestate existẽ-
7 tibus. Dictam tamen conclusionem, † limita
quãdo intercedit sacramentum, vel facta est ip-
sa donatio ob benemerita, vt in dicto nume. 3.
idem Menoch. cons. 963. Ex proposita facti spe-
8 cie. num. 3. lib. 10. Hoc procedit, † nisi ista do-
natio facta sit fauore matrimonij, vt in dicto
cons. 963. num. 4. Alba cons. 782. in nomine Ie-
su. num. 3. Alba cons. 11. succinctè. num. 2. Gut-
tierez. lib. 5. pract. quæst. quæst. 64 nume. 7. vbi
in omnibus casibus, in quibus in filiumfa. trans-
fertur dominium, valet donatio facta illi à pa-
tre, & erit irreuocabilis. Bero. cons. 4. Viso to-
to. num. 24. volum. 1. vbi donatio facta à patre
filiæ absenti valet, dummodo tamen filia ipsam
donationem ratificet. Sed huic obiecto satisfa-
cit Ioann. Guttierez loco citato. nume. 8. dùm
inquit, quod hæc donationis prohibitio nõ est
9 de iure naturali, sed de iure † merè positiuo,
idest ciuili tantum, & ideo licet olim non vale-
10 ret iuramentum contra legem, hodie tamen †
iure canonico valet. d. cap. cum contingat. de
iureiur. & cap. Quamuis de pactis in sexto. &
licet ibi Guttierez loquatur in donatione inter
virum, & vxorem. Idem tamen est in donatione
inter patrem, & filium, quia vt inquit Menoch.
hoc loco. nu. 12. tanta est affinitas inter vnam,
11 & alteram donationem, † vt argumentum, quòd
procedit in vna habeat locum in altera. Hoc
idem probat And. Fachin. loco iam relato, vers.
Hæc postrema sententia. R.C.

Num. 16.

Ibi (quod si in eius persona effectum non habet.) Dixi etiam in cons. 388. Consultatio hæc. num. 47. lib. 4. Iac. Men.

Num. 24.

Ibi (contra mentem, & consensum iurantis
12 nihil operatur.) Ad hoc respondet Fachine. †
loco relato. vers. denique non obstat, vbi dicit,
quòd iurantis intentio non repugnat firmitati,
& corroborationi contractus, quia dùm iurat
donans videtur declarare, quòd in hæredem
transeat res donata defuncto primo donata-
rio, aliàs nullus daretur casus transmittendi do
nationem in hæredes eius cui donatur, quod
esse absurdum dicit Fachin. R.C.

Num. 26. 27. 28. 29. & 30.

13 Ibi (ergo iuramentũ sequitur naturã † huius
donationis, nec eã alterat immutatiuè.) Tolli-
tur ista consideratio per eundẽ Fachin. d. c. 81.
lib. 3. Controuersiarum iuris. vers. Quod verò di
citur, vbi ait, quòd ista conclusio non habet lo-
cũ in his quæ pertinent ad actus efficaciã, & cõ
14 firmationẽ, quia statim qđ iuramentũ † interpo-
nitur actus fit efficax, Ias. in l. si conuenerit. num.
8. ff. de iurisd. omn. iud. Ad rem pertinet decis.
Affl. 83. sit conclusio in ista vbi iuramentũ vali-
dat actum, qui alias sine iuramẽto non valeret,
15 & ideò actus iuratus non subiacet † regulis iu-
ris positiui, & licet aliqñ iuramentum non dica
tur validare cõtractũ, vt visus est sentire Bart.
in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. quem refert, &
sequitur. Scipio Rendina in Promptuario rece-
ptarum sententiarũ. tit. 61. de iuramẽto. Incipit

iu-

iuramento an confirmetur actus. nume. 1. atta-
16 men facit, vt iurans seruare † teneatur. Rot.de-
cis.6. aliàs 653. Tenet vt dicit D. Cardinalis in
tit.de iureiur.in antiq. R.C.

Num.36.

Pro veritate istius opinionis, quod iuramen-
17 tum assumit naturã actus † primordialem, non
verò accidentalem, quia accidentalis plerum-
18 que mutatur propter vim & virtutem † iuramẽ-
ti, probat Ioan. Guttierez de iuramento confir-
matorio.par.1. c.27. Iurans soluere pecuniam.
19 num.3.vbi docet quænam dicantur † naturalia
20 contractus, & quæ † accidentalia, & ponit plu-
ra exempla, & probat Crauet. locum quem hic
impugnat Menoch. R.C.

Num.37.

Ibi (imò secundum eius naturam.) Dicas de
natura iuramenti esse, quod contractus, qui
21 aliàs de sui natura reuocabilis est † irreuocabi-
lis fiat, & magis operatur iuramentum, quàm
ipsa natura contractus, sic notat Guttierez lo-
co relato, cum quo transeo, quod ista conside-
22 ratio reuocabilis donationis præmoriente † do
natario sit quædam natura merè accidentalis
ratione moræ quicquid dixerit hoc loco Me-
noch.Rol.Cauag.

Num.45.

Quod iuramentũ positum etiam in clausulis
23 executiuis faciat cõtractũ irreuocabilem, vide
infrà ad num.65.hoc eodem cons. R.C.

Num.49.

Ibi. (Secundus est patria potestas.) Dicas qđ
24 iuramentũ inter patrem, & filium† constitutum
sub ipsius patris potestate efficit, vt oriatur o-
bligatio efficax de iure canonico ex contractu
inter eos gesto, sic not. Ioan. Guttierez de iura-
mento confirmatorio.par.1.c.41.Inter patrem,
& filium. num.5. R.C.

Num.52.

Ad ea quæ hic dicuntur (potius ex stylo no-
25 tariorum) An, & qñ clausula censeatur posita †
potius ex stylo notarij, q̃ ex voluntate contra-
hentiũ, latè scripsi ad cons.37. Mirari satis non
possum ad num.156.& hoc eod.lib. R.C.

Num.54.

Ibi (& in specie donationis factæ) dixi infrà
in cons.451.Proposita huius dubitationis. num.
32.lib.5.Iac.Menoch.

Et ibi; (Mantua in cons.243.lib.2.) Adde Ma
rium Anguiss.in cons.118.pro condimento. n.4.
5.& 11.Ant.Gomez.in tract. variar. resolut.tit.
de cõtractibus.c.3.n.23. Chircouiũ in suis cõi-
bus opinionibus. concl.86.in fi.& Carp. ad Sta
tut.Mediol.c.268.nu.75.lib.1.Iac.Men.

Num.56.

26 Ibi (cùm iuramentum intelligatur † rebus sic
stantibus.) facit text. in cap. cum inter extrà
de renunciationibus. Tiraq. ad l. si vnquam. n.
166.cum sequentibus.de reuoc.don.Io.Guttie-
rez, de iuramento confirmatorio.par.1.cap.29.
Aliud pro alio.num 6.vbi per hanc regulam di-
cit. Auth. hoc nisi debitor. C. de solut. habere
locum etiam in contractu iurato.R.C.

Num.59.

27 Ibi (fortior est legis dispositio† quàm homi-
nis.) Adde pro mea sententia hoc argumenti
genus non subsistere, saltem quoad inductio-
28 nem, quia fortior est dispositio † hominis iura-
ta q̃ simplex prohibitio legis, siquidẽ ex prima
dispositione obligatur contrahens ratione iu-
29 ramenti erga Deum, q̃ lex positiua † tollere nõ
potest ad notata in Auth.sacram.pub.C.de ad-
uers.vendit. Rol.C.

Num.65.

Ad ea quæ hoc loco dicit Menoch. ibi (non
autem ob solùm iuramentum) faciunt dicta per
Couarru. & Ioannem Guttierez, qui eum alle-
gat in tract.de iuram.confirm.par.1.ca.12.Do-
natio causa mortis.num.7. vbi dicit, quod siue
clausula fuerit generalis, siue specialis, de non
30 reuocando cum iuramento † firmata, siue in
verbis dispositiuis donationis, siue exequuti-
uis irreuocabilis semper erit donatio causa mor-
tis, quicquid dixerit Dec. cui nititur Menoch.
ad cuius Decij fundamenta dicitur responderi
per eundem Couarru. in Rubr. de testam. in 2.
par. num.11. vt idem Guttierez affirmat loco
citato. nume.8.& sequentib. vbi dicitur, quod
31 iuramentum simpliciter positum † in donatio-
ne causa mortis, absque clausula, siue pacto de
non contraueniendo non facit donationem ir-
reuocabilem, & in proposito quòd clausula iu-
32 rans † omnia per eum acta habere rata, & gra-
ta habeat vim clausulæ promittens non cõtra-
uenire de iure, vel de facto, & quod proindè tol
latur omne remedium, scribit Guid. Pap.q.367.
In aliquo contractu, quando generalis renun-
34 ciatio† habeat vim specialis, vide Boer. decis.
3.Rol.Cauag.

Ad Consil. 85. Proposita hæc consultatio.

SVMMARIVM.

1 *Roland.in cons.34. lib.4. probatur per Menochium in cons.85.*

2 *Cæphal.in cons.353.lib.3. probatur per Menochium in cons.85.*

3 *Decian. in cons.41. libr. 1. habet in contradicentem Menoch. in cons.85.*

4 *Pancirol.in cons.193. habet contradictorem Menochium in cons.85.*

5 *Descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.*

6 *Nepotes veniunt nomine descendentium, verè, & propriè.*

7 *Posteri, & descendentes idem significant.*

8 *Nepotes veniunt appellatione descendentium in materia emphyteusis susceptæ pro se suisque legitimis filijs, & descendentibus.*

9 *Nepotes veniunt appellatione descendentium in materia fauorabili.*

10. *Substitutio fideicommissaria in contractibus, an fieri possit.*

11 *Substitutio fideicommissaria, an possit fieri in donatione.*

12 *Fideicommissum factum in contractu, an differat à fideicommisso facto in testamento.*

13 *Exceptio substitutio de te non loquitur remouet agentem à petitione fideicommissi.*

14 *Substitutio, quæ loquitur de vna persona non extenditur ad aliam.*

15 *Substitutio, vel fideicommissum factum in contractu, strictius intelligitur, quã factum in testamentis.*

16 *Fideicommissum reciprocum, ad hoc, vt inducatur, quæ requirantur.*

17. *Oldradi consil.21.quando locum habeat.*

18 *Oldradi confilium 21. habet comprobationem triginta trium Doctorum.*
19 *Ancharani confilium 27. improbatur à Menoch. in conf. 85.*
20 *Sermo fimpliciter prolatus, an debeat intelligi de primo actu.*
21 *Subftitutio fecunda, an euanefcat per empto primo gradu fubftitutionis.*
22 *Menoch. in conf. 85. num. 69. lib. 1. arguitur de contrarietate.*
23 *Subftitutio vocans aliquem, & eius defcendentes, quando includat eos, per fideicommiffariam.*
24 *Menoch. in conf. 85. num. 103. & 104. libro 1. non probatur.*
25 *Claufula, quia uolo bona conferuare in familia, quomodo fit intelligenda.*
26 *Omiffio, an arguat contrariam difpofitionem.*

1 ROlandus à Vall. in conf. 34. † Vidi dubia.
2 lib. 4. & Cœph. in conf. † 353. libr. 3. com-
probarunt hoc refpõfum, & duo fubfequentia,
fed hoc in cafu contrarium refponderunt De-
3 cianus in conf. 41. † fequendo ordinem, libr. 1.
4 & Pancirol. in conf. † 193. Dominus Marianus.
Iac. Menoch.
5 Ibi (appellatione defcendentium omnes † in
infinitum venire.) Quod fub nomine defcen-
6 dentium veniant nepotes † verè, & propriè.
fcribit idem Menoch. infrà in conf. 124. Tamet-
fi vna hæc fit. num. 78. lib 2. vbi hunc locum re-
fert, & quod veniant omnes vfque in infinitum,
fcribit Menoch. pluribus in locis, præfertim in
conf. 152. Refpondendum videbatur illi. nu. 28.
lib. 2. & in conf. 231. Propofitis dubitationibus
refpondebo. num. 88. & in conf. 253. Refpondi
fuperioribus annis. num. 8. lib. 3. in conf. 310. &
fi difficilis effe foleat. num. 13. in conf. 327. Cũ
ex propofita facti fpecie. num. 43. & in confil.
340. Clariffimorum Iurifconfultorum. num. 14.
lib. 4. in conf. 420. Hac de difputatione, & gra-
ui. num. 6. & 11. in conf. 454. Et fi doctè, & acu-
tè admodum. nu. 20. in conf. 458. Permultæ funt
rationes, & nu. 17. in conf. 481. Cum hac de con-
trouerfia. num. 11. lib. 5. in conf. 585. De prima
propofita. nu. 29. lib. 6. in conf. 613. Cum in hac
propofita. num. 19. lib. 7. in conf. 732. Cum hæc
controuerfia num. 37. & in conf. 752. Redditur
fatis difficilis. num. 1. libr. 8. & quod in materia
fideicommiffi cum prohibitione alienationis,
vt bona in defcendentes perueniant, continea-
tur omnes in infinitum. fcribit Natta in confil.
437. Pro fundamento, & num. 1. & 2. vbi dicit
etiam quod longiffimo gradu diftent à ftipite,
7 & quod pofteri, & † defcendentes idem figni-
ficant, & omnes ita vno ficut alio nomine ve-
niunt in infinitum per l. Iurifconfultus in § pa-
rentes. ff. de gradib. Affinitatis, quod dictum
procedit etiam ex mente Rimin. Iun. in confil.
17. anno domini 1420. num. 2. lib. 1. in materia
8 emphyteufis fufceptæ † pro fe fuifque filijs le-
9 gitimis, & defcendentibus, & in materia † fa-
uorabili ueniunt etiam nepotes ex filia Dec. in
conf. 222. Vifo puncto, & diligenter per totum.
Bero. in conf. 96. Super eo de quo fui interro-
gatus. num. 4. & in conf. 120. Concludo in præ-
fenti caufa num. 35. lib. 1. Rimin. Iun. in confil.
25. In caufa Illuftris Comitis. num. 40. lib. 1. vbi
dictum limitat in materia odiofa, vtputa in pri
uilegio immunitatis per l. primam. ff. de iure im
munit. & quod defcendentium appellatione ue
niant tàm mafculi, quàm fœminæ latè dixi in
decif. mea confult. 49. In iudicio, quod viuens.
num. 2. & infrà lib. 2. quia dictio hæc defcendẽs
eft communis vtrique fexui. Decian. in conf. 7.
In hac igitur. nu. 46. libr. 1. & quod defcenden-
tium nomine non veniant naturales poft Bald.
in l. vlt. C. famil. ercifc. dixi in dicta decif. mea
49. num. 13. Rol. Cau.

Num. 28.

10 Ibi (Atqui in contractibus fubftitutio † fidei-
commiffaria fieri non poteft) dixi infrà in cõf.
769. De propofita. lib. 8. Vide infrà hic. nume.
33. Iacob Menoch.
Eodem num. ibi. (Atqui in contractibus fub-
ftitutio fideicommiffaria fieri non poteft) pro
materia, vide quę aliàs dixi in caufa Gamberia,
in decif. mea confult. cuius caput eft. Vifo the-
mate fuper quo. vbi loquutus fum de contra-
ctu donationis, quòd imò fubftitutio fideicom
miffaria fieri poffit etiam in contractu, & in fpe
11 cie † in donatione. voluit Tiber. Decian. in cõf.
41. fequendo ordinem. num. 17. 18. & 19. lib. 1.
vbi fimiliter ponit differentiam inter fideicom-
12 miffum factum † in contractu, & fideicommif-
fum factum in teftamẽto refpectu deductionis,
quoad Trebellianicam. R. C.

Num. 37.

Ibi (Hoc in cafu tua fubftitutio non loqui-
13 tur.) Dicas quod ifta exceptio remouet † agen-
tem à petitione fideicommiffi, vt latè probaui
in decif. mea confult. 112. Verba difpofitionis
teftamentariæ. nume. 2. & infrà. lib. 3. & prius in
decif. confult. 13. & fi per ea quæ aliàs fcripfi-
mus. nu. 2. lib. 1. & quòd fubftitutio quæ loqui-
14 tur de vna perfona, † non extendatur ad alte-
ram fcripfi in decif. mea confult. 51. Quæ pri-
ma facie vifa fuit. num. 48. lib. 2. R. C.

Num. 39.

Dùm inquit hoc loco Menoch. quòd ftrictius
debemus interpretari fideicommiffum, vel fub-
15 ftitutiones factas in contractu, † quàm factas in
teftamentis Pro mea fententia poffet iftud pro
cedere in alia fpecie contractus, quàm dona-
tionis, quæ titulo liberalitatis facta fuerit in
qua ex parte donatarij, ita fuerat lucratoria
ficuti dicitur ea quæ defcendit ex teftamento,
tu cogita. Rol. Cauagn.

Num. 41. 42. & 43.

De iftis tribus requifitis ad inducendum re-
16 ciprocum fideicommiffum inter plures † fubfti-
tutos, verba facit D. Alex. Raud. in decif. fua Pi-
fana 28. artic. 5. nu. 147. R. C.

Num. 46.

Quæ dixit Menoch. hoc loco de conf. Oldra-
di 21. probantur per Andræam Fachineum. lib.
13. controuerfiarum iuris. cap. 25. vbi cum Me-
17 nochio dicit † illud confilium habere locum,
quando teftator habuit voluntatem conferuan
di bona in agnatione. R. C.

Num. 47.

Ad probandam auctoritatem Oldradi in cõ-
fil. 21. affert Menoch. in conf. 1216. De propofi-
18 ta hac dubitatione. num. 8. lib. 13. triginta † tres
Doctores, qui fententiam hanc probant, con-
ferunt etiam notata per eundem in conf. 117.
Neque noua, neque leuis eft hæc controuerfia

lib. 2.

libro 2. Rol. Cauagn.

Num.48.

Dicta hoc loco per Menoch. comprobantur per ea quæ dixit idemmet infra in conf.97. Habet hæc consultatio. num.48. hoc eod. lib. & quę scripsi in iam citata decis. mea consult. 112. Verba substitutionis. num. 11. lib.3. R.C.

Num 49.

Quæ dixit hic Menoch. declarantur ab eo in consl.117. Neque noua, neque leuis est. num.31. lib.2. Rol. Cauag.

Num.54.

Pro eo, quod hoc loco dicit Menoch. faciunt Doctores per eum allegati, vsque ad nume.21. in conf.1228. num.41. lib.13. R.C.

Num.58.

Ibi (errat enim Ancharanus.) Adde quod
19 idem consilium Anchar. 27. † improbat Menochius infrà in conf.97. Habet hæc consultatio. num.116. versic. non obstat secundum hoc eod. lib.1. vbi dicit contra Ancharanum stare consilium Bald.47. Casus talis est D. Andriolus libro 1. pro materia, & ad saturitatem, an scili-
20 cet sermo simpliciter † prolatus dicatur. Intelligi de primo actu. Vide Tiraq. in suis Cõment. ad l. Boues. §. Hoc sermone. ff. de verb. signific. pro limitatione istius regulæ, & eorum quę hoc loco dicit Menoch. faciunt notata per Decian. in citato conf.41. num.59 lib.1. R.C.

Num.67.

Ibi. (Adde, & in conf. 102. videtur prima. nu. 12. Iac. Menoch.

Eod. num. & ibi) num.7. lib.3. Molina de Hispan. primog. c.5. nu.23. vbi latissime. Iac. Men.

Num.68.

Ibi, (& tamen respondit Alexander.) Adde eundem Alexandrum in conf.1. lib.1. vbi concludit quòd perempto primo gradu substitutio
21 nis secunda substitutio † euanescit, quem locũ satis aptè declaraui in sæpe citata decis. mea consult. 112. lib.3. num.21. Pro qua materia, vide quæ dicta sunt in obseruationibus ad idem consil. Alex. R.C.

Num.69.

Ibi (Sed est, quòd compendiosa sit) contrarium voluisse videtur in substitutione compen-
22 diosa. Menoch. † in conf.106. Hæc iuris consultatio. num.385. lib.2. R.C.

Num.83.

Quæ dicit hoc loco Menoch. non recipiuntur indistinctè per D. Alexand. Raudens. in decis. sua Pisana 28. Articulus quintus propositus. num. 147. cum pluribus sequentib. vbi decla-
23 rat conclusionem quando substitutio vocans † aliquem, & eius descendentes includat eos per fideicommissariam post mortem patris admissi non præsupponat, quòd necessariò adsit reciproca inter ipsos descendentes. R.C.

Num.96.

Ibi (quia respondetur ipsum Decium.) Adde, quod idem scribit Menoc. in conf.376. Perdifficilem hunc, & valdè controuersum. nu.15. lib.4. Rol. Cauag.

Num.98.

Pro veritate eorum quæ hoc loco dicit Menoch. videas notata per Vincẽtium Annibald. ad consilium Albæ 51. Decessit iam multis annis in littera B. R.C.

Num.100.

Ibi (Ad Senatusconsultum Trebellianum) & ibi Zanc. in 6. par. num.57. Iac. Men.

Num.103. & 104.

In materia inducendi fideicommissum ex verbis adiectis, quia volo bona conseruari in agna
24 tione, & familia non admittitur opinio † Menochij per Andræam Fachineum. li.4. controuersiarum iuris. cap.49. versic. ego sanè, sed pro Me
25 nochio tenui † quando in ratione expressa testator vtitur verbis restrictiuis ad personas, & casus, & obtinui, vt in decis. mea consult. 12. li. 1. & 68. lib.2. quarum memini ad consilium Menoch. 326. lib.4. vers. Hanc ego opinionem R.C.

Num.111.

Hoc idem dicit Menoch in conf.220 Perplexa, & difficilis. num.143. & tribus seq libr.3. vbi
26 fusius arguit ab † omissione ad contrariam dispositionem testatoris, quod & ego probaui in decis. mea consult. 112. Verba substitutionis testamentariæ. num. lib.3. faciunt etiam dicta per eundem Menoch. in conf.86. Dubitari adhuc contingit. num.35. & 47. hoc eod. lib. R.C.

Num.119.

Ibi (& attigi suprà Zuccardus in l.1. nu. 10. versic. & hinc. C. de pact. Alciat. in l. Pater. § feudum in fine. vers. tertius casus de leg 3. Dec. cõsil. 291. visis, & diligenter num.6. Rubeus Alexand. in conf.120. viso, & diligenter n 7. Molin. in libr.1. de Hispan. primogen. cap.5. nume.37. Iacob. Menoch.

Num.123.

Ibi (Duo alij) Decian. in conf. 4. subtiliter adhuc. nu.14. & conf.64. & videtur verius. nu. 25. lib.2. Iacob. Menoch.

Num.129.

Dicta hoc loco declarat idem Menoc. in consilio 117. Neque noua, neque leuis est. num. 10. lib.2. Rol. Cauag.

Ad Consilium 86. Dubitari adhùc contingit.

SVMMARIVM.

1 *Testator præsumitur disponere de rebus proprijs, quam de rebus hæredis.*
2 *Fideicommissa strictè, interpretari debemus.*
3 *Interpretatio stricta, fieri debet in odiosis.*
4 *Fideicommissum quando latum interpretari debeamus.*
5 *Legatum factum sub aliqua conditione ea pendente penes quem debeat remanere.*
6 *Argumentum ab omissione ad non dispositionem, an, & quando valeat remissiuè.*
7 *Conditio apposita hæredi instituto si sine liberis decesserit, an censeatur repetita in substitutis.*
8 *Repetitio in odiosis, an, & quibus casibus fieri possit.*
9 *Clausula posita ad aliquam dispositionem qualificandam non refertur ad aliam.*
10 *Capra in consil.119. perpenditur, & declaratur.*
11 *Ias. in consilio vltimo. libro 4. perpenditur, & declaratur.*
12 *Recognoscens rem propriam per errorem, an sibi præiudicet, quid vbi fuerint multiplicatæ recognitiones.*

Nu-

Num. 1. & 2.

IBi (testatorem difficilius de rebus hæredis.) Adde ad id quod dicitur hic testatorem in
1 dubio præsumi, quod de rebus proprijs non † de rebus hæredis voluerit disponere. Ea quæ lato calamo scripsi in decis. mea consult. cuius caput est. Iura quæ sonet Dominus. Item ad rem pertinet doctrina Bartoli. ad l. cùm in testamento. ff. de auro, & arg. leg. per quã dicimus, quòd hæres grauatus si decesserit sine liberis, vt bona deueniant ad talem. Intelligitur solum grauatus respectu bonorum testatoris, quia stricta
2 in fideicommissis fieri debet† interpretatio Ioseph. Ludou. decis. Lucensi 64. Christophorus fi-
3 lius. num. 5. versamur namque in odiosis † Crauet. in cons. 208. Viso testamento Bertholamæi. num. 4. lib. 2. Dec. in cons. 465. Placet conclusio, & applaudat. Rol. in cons. 30. In præsenti con-
4 sultatione. lib. 4. Quando tamen sit largè † interpretandum, vide Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 7. titu. 1. D. Raud. de Analogis. cap. 14. numero 3. Rol. Canagn.

Num. 18.

Solet in hac materia quæri, nunquid legatum factum sub aliqua conditione ea pendente de-
5 beat remanere penes † hæredem fideicommissarium, & quid vbi eadem conditione pendente grauatus promisserit certum quid annuum soluere. vide quæ dixi pro D. Hilaria Curiona de bottinis in decis. mea consult. cuius caput est. Testator voluntatis suæ iudicium. R. C.

Num. 35. & 47.

6 Arguitur hic ab omissione ad † non dispositionem. Vide quæ dixi supra ad cons. 85. proposita hæc consultatio. nu. 11. R. C.

Num. 43.

Quod conditio apposita hæredi instituto, & grauato de restituenda hęreditate si decesserit
7 † sine liberis non censeatur repetita in substitutis, probat idem Menoch. in cons. 117. Neque noua, neque leuis est hęc. nu. 28. lib. 2. & in commentarijs de præsumptionibus. lib. 4. præsump. 69. Explicauimus superiore. nu. 7. & in præsumptione 178. Est perceleberis, & egregia hæc. nume. 20. & 21. ac 22. R. C.

Num. 55.

Dùm fit hoc loco mentio de non inducenda
8 repetitione in odiosis † vide eundem Menoch. in cons. 76. Respondendum videbatur nu. 19. & seq. hoc eod. lib. 1. vbi declarat multos casus, in quibus non datur repetitio. R. C.

Num. 56.

Quod clausula posita ad aliquam dispositio-
9 nem qualificandam non referatur † ad aliam post Alex. Alb. Curt. Iun. Soc. iun Gabriel. Curt. sen. Paris. & Ruinum, scribit Marta de clausul. par. 4. claus. 27. Clausula quando ponitur, vbi dicit quòd ea restringitur ad dispositionem cui annectitur. Rol. Cau.

Num. 57. & 58.

Ibi (Nec aliqua repugnant, quæ aduersus Capram, & Iasonem obijciuntur.) De obiectatis
10 contra consilium Capræ † 119. & Ias. vlt. † lib. 4. vide penes Tiber. Decian. in cons. 1. sequendo ordinem dubiorum. num. 150. lib. 1. reliqua vide in obseruat. meis legalib. ad ea loca. R. C.

Num. 95.

Pro eo, quod dicitur recognoscentem rē pro
12 priam ab alio erroneè, non † sibi præiudicare faciunt optimè per me notata in decis. mea consult. 78. Indubitationem venit per totam. libr. 2. & in decis. consult. cuius caput est. In causa Illustrissimi, & Excellentissimi. versic. sed ipsis recognitionibus in titulum feudi. R. C.

Ad Consilium 87. Quæ adhùc in controuersiam.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum, an censeatur renunciatum per diuisionem.*

2 *Clausula ad habendum, tenendum, & quidquid placuerit faciendum, an inducat renunciationem fideicommissi.*

3 *Voluerit verbum hoc positum in diuisione, quid operetur.*

4 *Menoch. in cons. 87. num. 15. & 16. arguitur de inconstantia in materia, quod per diuisionem censeatur renunciatum fideicommisso.*

5 *Clausula posita in diuisione, quando potest aliquid operari præter renunciationem fideicommissi ad eam renunciationem non extenditur.*

6 *Alba in cons. 74. lib. 1. improbatur per Menochium, sed defenditur.*

7 *Menoch in cons. 87. nu. 26. non recipitur.*

8 *Actus unus, non potest parere effectum alterius, qui de necessitate, ex primo, non consequitur.*

9 *Clausula posita ad executionem dispositionis, præcedentem dispositionem non alterat.*

10 *Menoch. in cons. 87. n. 27. & 28. lib. 1. non recipitur.*

11 *Verba uniuersalia restringuntur ad habilitatem.*

12 *Verba vniuersalia non trahuntur ad iura conditionalia, & futura.*

13 *Verba uniuersalia, non procedunt contra cedentem.*

14 *Torniola in cons. 26. perpenditur, & recipitur.*

15 *Menoch. in cons. 87. nu. 29. 33. & 34. non recipitur per Torniolam in cons. 26. num. 75.*

16 *Decianus in cons. 41. nu. 158. lib. 1. comprobatur.*

17 *Clausula ponens, in ius, locum, & statum suum in instrumento diuisionis, an inducat remissionem fideicommissi.*

18 *Clausula ponens, in ius, locum, & statum suum repetit grauamen fideicommissi.*

19 *Fideicommissi remissio, an inducatur per diuisionem, ubi fideicommissum non fuerit reciprocum.*

20 *Fideicommissi remissio, an inducatur ex ea consideratione, quòd in facultate fratrum, fuerit diuidere, & non diuidere.*

21 *Clausula sponte posita in diuisione, an inducat remissionem fideicommissi.*

22 *Relatio fit ad id, de quo principaliter agitur non autem ad id, quod qualificatiuè, uel accessoriè uenit.*

23 *Fideicommissi renunciatio, ad hoc ut inducatur, an requiratur scientia.*

24 *Scientia quæ requiritur ad inducendam renunciationem fideicommissi, qualis esse debeat.*

25 *Menoch. in cons. 87. num. 56. lib. 1. non recipitur.*

26 *Menoch. in cons. 1214. nu. 3. lib. 13. comprobatur.*

27 *Comparatio litterarum, qualis esse debeat, & quomodo probet.*

28 *Euictionis actio, an detur in diuisione facta per patrem.*

29 *Euictio competens ex diuisione facta, per patrem, quomodo differat, ab euictione competenti, ex diuisione facta per hæredes.*

Eui-

Num. 1.

PRo veritate eorum, quæ hoc loco dicit Menoch. quod etiam per diuisionem censea-
1 tur† aliquando renunciatum fideicommisso faciunt ea, quę dicit Vincentius Hordedeus in cōsil. 33. Dubiū de quo quæritur per totum lib. 1. Nouissimè materiam hanc examinauit. Idē Menoch. in cons. 1223. Dubitationes, & motiua. lib. 13. & in hoc proposito pro parte negatiua, vide q̄ dixi ego in decis. mea consult. ꝓ Antonio Patre, & filijs Castiglioneis. Cuius caput est sequuta diuisionę est in lib. R.C.

Num. 15. 16.

Ad ea quæ dicit hic præsertim ibi (ad habēdum, tenendum, & quicquid placuerit faciendum.) Adde, quòd alibi dixit Menoch. per ista
2 verba non † censeri renunciatum fideicommisso, vt patet in cons. 1214. De prima proposita. lib. 13. vbi similiter loquitur de verbo voluerit
3 in quo articulo parùm constans sibi fuit, vt vi-
4 derę est in consil. iam † citato 1223. nume. 83. lib. 13. vbi nititur tollere fundamenta Torniolæ in cons. 26. Præsupponitur reciprocum reliqua, vide notata in obseruationibus ad idem consilium in quo materia ipsa fusius pertractari videtur. R.C.

Num. 26.

Ibi. (Nulla alia actio, quàm hæc ex fideicommisso competebat) ista solutio sapit diuinationem, quæ sicuti non probatur, ita non videtur concludere fideicommissi renūciationem, quia
5 ad plura alia potest eadem† clausula referri, vt videtur colligi ex dictis per Albam in cons. 29. Pro di[illegible]ussione præsentis casus. num. 14. lib. 1. vbi dicit quòd ea verba referuntur potius ad rē quæ traditur, ita vt nihil aliud denotare dicantur, quàm ā nudam comprobationem diuisionis, quod etiam probari diximus ex notatis per
6 eundem Albam † in cons. 74. quod improbare
7 nititur Menoch. sed minus † concluderet, quia vt inquit Tiberius Decianus in iam citato cōs.
8 41. num. 157. Vnus actus non potest parere† effectum alterius, qui de necessitate ex primo nō consequeretur. l. vlt. ff. Ne vxor pro marito. Et
9 clausulæ, quæ apponuntur † ad executionē dispositionis dispositionem pręcedentem non alterant. Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 29. nu. 77. Magon. decis. 62. Dominicus Benuenutus Rotæ Florentinæ, & decis. Lucensi 7. num. 39. R.C.

Num. 27. & 28.

Fundamentum, quod hoc loco facit Menoc.
11 super vniuersalitate verborum ibi † omnia iura, omnesque actiones, ex se solo non redditur
11 firmum, quia verba† vniuersalia semper restringuntur ad habilitatem, nec trahuntur ad iura
12 conditionalia, & † futura, sed ad ea quæ com-
13 petunt contra alios non contra† ipsum ceden-
14 tem, vt probat Torniola in dicto cons. † 26. sub num. 93. & sequent. quod est in ista materia, adeo plenum, & summa doctrina exaratum, vt omnem dicatur computare difficultatem. R.C.

Num. 29. 33. & 34.

15 Ad ista fundamenta latè respondet† Christophorus Torniola in sępius allegato cons. 26. nu. 75. & sequent. & in materia promissę euictionis, vltra Torniolam vide Decianum in iam citato
16 cons. 41. † num. 158. Menoch. tamen hoc loco refert Stracca in addit. ad Crau. cons. 24. Nobilis Giletus ad num. 8. & seq. R.C.

Num. 32.

De ista clausula, ponens in ius, locum, & statum suum registrata in instrumento diuisionis,
17 quòd † inducat remissionem fideicommissi, ꝓbat idem Menoc. in cons. 201. Non dubito equidem. n. 13. & 14. lib. 3. verùm mihi idipsum non
18 probatur, † quia positio in locum proprium habet annexum onus, & grauamen restituendi fideicommissum. R.C.

Num. 39.

Ibi (Quin etiam non reciprocum) censeatur remissum fideicommissum, etiam quod non sic
19 † reciprocum, reprobatur per Ioan. Cœphal. in cons. 62. Testamentum præsupponitur. num. 4. lib. 5. vbi dicit quod Alciatus, quem hoc loco allegat Menoch. non dicit id ad quod eum allegat, locus tamen Cęphali ob errorem impressoris corruptè legitur, quia citatur Menoch. in cons. 57. sed debet legi 87. R.C.

Num. 55.

Quod dicitur hic fuisse in facultate fratrum diuidere, & non diuidere, consentire, & dissentire, non infert de necessitate ad remissionem
20 † fideicommissi, sed ad solum actum diuisionis, cui assentiendo non est, quod dicantur fratres renunciasse fideicommisso, & illa clausula spon
21 te. &c. ad diuisionem referenda venit, tamquā ad ipsum actum principalem, quia relatio fit ad
22 id de quo † principaliter agitur in oratione non autem ad quod qualificatiuè, vel accessoriè venire potest. l. fin. §. Titia. & ibi. Bart. ff. de liberat. legata. & in l. si cui. §. si ā filio. ff. de leg. 1. ac in l. Centurio. in 3. q. princ. vers. Item quæro. ff. de vulg. R.C.

Num. 56.

Quod in diuisione facta tum demum ex verbis prægnātibus, vt inducatur renūciatio fidei-
23 commissi requiratur scientia† fideicommissariæ dispositionis. Dixit post alios idem Menoch. in cons. 707. Cùm grauis hæc causa. nu. 10. lib. 8.
24 sed quòd ista scientia debeat esse specifica, † ita vt non procedant coniecturæ, quibus insistit
25 hoc loco † Menoc. is idem voluit in cons. 1214. De prima proposita dubitatione. num. 3. & seq.
26 † lib. 13. vbi pro mea sententia melius fuit loquutus,

quutus,quàm hic. De ſcientia teſtamenri,& fi-
deicommiſſi. vide quæ dixi ſuprà ad conſilium
Menoch.24. Iuſta ratione acquieſcete poteram
ad num.17.& 18.lib.1.R.C.

Num.76.

27 De litterarum comparatione, cuius † hic ſit
mentio,vide ſupetius annotata ad conſ.42. Iu-
ris elegans quæſtio ad num.1.R.C.

Num.82.

Ibi. (Et cum diuiſio facta eſt à patre de eui-
28 ctione † non agunt filij.) Aduerte quod diui-
ſione facta à teſtatore, vnus ex hæredibus non
29 tenetur alteri de euictione † iure actionis, ſed
ope exceptionis, ſed facta inter ipſos hæredes,
vel à Iudice,dabitur euictio iure actionis.Bart.
in l.cum pater §.euictis ff de leg.2.facit l.ex hæ
reditate.ff.fam.erciſc.limita vt in l.ſi fratres ve
ſti.C.commun.vtriuſque iudicij. R.C.

Num.84.& 86.

Ibi. (Ceſſat & locum non habet,quando vni
30 omnia bona libera obuenerunt,† & alteri bona
obnoxia.) Contrarium voluit Rolan. in conſ.
51. Quoniam ex facto ius. lib.4.vbi in ſpecie di
cit quòd bona ſubiecta fideicommiſſo aſſigna-
31 ta vni in diuiſione, † ſi fuerint ablata † ob pu-
rificationem caſus fideicommiſſi non debetur
euictio etiam ſi fuerit promiſſa, & itidem ibi af-
32 firmat,quod ſi feudum in diuiſione † peruene-
rit tantum ad vnum, & ad alterum allodium,
mortuo illo cui obuenit feudũ relicta filia hæ-
rede. Dominus feudi poterit ad ſe feudum auo
care. Nec filia pro tali euocatione agere poteſt
contra patruum. Ad idem facit deciſio Rotæ
Florent. cuius meminit Magon. in deciſ.62. dũ
dicitur quòd li emphyteuſis per ius accreſcen-
di,vel non decreſcendi acreuerit alteri,non da
33 tur † euictio, niſi tùnc demùm, cùm promiſſa
fuerit expreſsè, & in eo caſu, quia generalis ꝑ-
miſſio de euictione non extenditur ad hunc ca
ſum, vt Rol.probat loco relato,itidem etiam di
citur per Ioſeph.Ludou deciſ.Lucenſi 29. num.
68.& Magon. deciſ.Lucenſ.7.num.39 vbi nota-
tur in propoſito, quòd diuiſionem non dicitur
34 quis impugnare † quando vindicat bona em-
phyteutica, tamquam comprehenſus in inueſti
tura,nec eſt locus euictioni ſi contingerit, quẽ
eſſe feudi, vel emphyteuſis incapacem. Quod
enim dicitur per Doctores, & Menoch. in iſta
conſultatione,de æqualitate ſeruanda reſpon-
detur ſufficere, quòd à principio ſeruata fuerit
æqualitas,& per iſta tollit[illegible] ratio gloſ. & Gui-
donis de Suzaria, quia in diuiſione facta ab ini
tio præſumitur habita ratio ad onus adiectum
rei,quæ in diuiſione deducitur,vt latiſſimè pro
baui in iam citata deciſ. mea conſultina pro D.
fratribus Caſtiglionis, cuius ſuprà meminimus
ad num.1. Rol.C.

Num 85.

Ibi, (procedit etiam quando euictio ſeque-
35 retur ex natura ipſius † rei.) Hoc dictum eſt
36 contra Bartolum,& omnes in † l. ſi familiæ. C.
fam.erciſc. vt probat Tiber. Decian. in iam ci-
tato conſ.41.num.160.lib.1. vbi opportunè do-
37 cet quando dicatur † euictio ſequi ex natura
rei. Rol. Cauagn.

Num.86.

Ibi.(Aliquis dolus ex latere fratrum commiſ
ſus.) Adde quòd licet id quod vni ex cohæ-
48 redibus † obuenit ex diuiſione ab omnibus ſit
tuendum,& defendendum.l.ſeruos inter cohæ-
rẽdes.ff.famil.erciſc.ſi tamen vnus eorũ in por-
tione ſua hæreditaria rem reſtitutioni fideicõ-
miſſi ſubiectam.ſciens prudensque acceperit re
39 euicta non datur † actio, nec etiam ad pretium
Guil.obſeru.139. Ad appellationum fatalia.nu.
15. vide Crauett. in conſ.211. Antequam con-
demnetur venditor.num.7.R.C.

Ad Conſil.88. Cum motiuis acutiſſimè.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ad habendum, tenendum, poſita in diuiſio-
nibus, an inducat renunciationem fideicommiſſi.*

2 *Hæres, quando detrahit duas quartas, an fructus
imputentur in Trebellianicam.*

3 *Præſcriptio, non currit in bonis dotalibus, durante
matrimonio.*

4 *Teſtator præſumitur diſponere ad mentem legis fi-
deicommiſſi.*

5 *Bona,non alienantur pro dotibus,niſi in ſubſidium.*

6 *Cephal.in conſ.105. libro primo perpenditur,& de-
claratur.*

Num.1.

AD id quod dicitur per clauſulam ad ha-
1 bendum,tenendum, † & quicquid pla-
cuerit faciendum induci renunciationem ad fi-
deicommiſſum, dicas cõcluſionem non eſſe in-
diſtinctè veram cum requiratur ſcientia fideicõ
miſſi inter alia requiſita, pro qua materia vi-
deas notata per Menoch.in conſ.1223.dubita-
tiones,& motiua,per tot.lib.13.Vide quæ in cõ
trarium dixi in deciſ.mea conſult. Cuius caput
eſt ſequuta diuiſione. Vide quæ dixi ad conſ.
Menoch.87.ad num.15.& 16.R.C.

Num.8.

Ibi (opinor nullam eſſe faciendam imputa-
tionem horum fructuum in hanc portionem.)
Adde quod quando hæres detrahit duas quar-
2 tas ſolet diſputari, an fructus † imputentur in
Trebellianicam, & eſt magna controuerſia. Vt
vidi nouiſſime annotari per Straccam ad con-
ſilium Crauet.16. Poſt redditum conſilium ad
num.10. lib.1. vbi vtramque opinionem dedu-
cit,& plures auctoritates allegat pro & cõtrà,
vt eſt videre penes eum pro affirmatiua quan-
doque ſenſit Menoch.de arbit.iudic. caſu 256.
Agitatà diu. nume.33. ſed poſtea pro negatiua
ſcripſit hic,& in conſ.277.num.67.lib.1.præſer-
tim in filijs primi gradus Caſſiador. deciſ.2.in
tit.de ſubſtitutionibus Bart.autem in l.
25.ff.de vſufructu legato,tenet debere imputa-
ri. Vide Michaelem Graſſum in §. Trebelliani-
ca.q.11.Incipit tu ſcis,quòd fructus.R.C.

Num.43.

Quod durante matrimonio nulla currat præ
3 ſcriptio in bonis dotalibus † vxoris. latè ſcripſi
in deciſ.mea conſult. Cuius caput eſt. Barbaræ
Porræ viduæ. Allegatur hic Boer. quæſtio. 228.
ſed eſt 328. Rol.Cau.

Num.48.

Ibi (Cum alia bona libera.) Pro materia vide
quæ latè dixi ſuprà ad conſil. Menoch.33.Egre
gia eſt admodum ad num.10. hoc eodem libro
primo. Rol.C.

Nu-

Num.53.

Solutio quam facit hic Menoch. ad obie-
ctam factum sub num.48. non videtur sic strig-
4 gere, vt Menoch. supponit, quia censetur † te-
stator ex Iasone in cons.52.lib.3. disposuisse ad
mentem legis. & Auth. Res quæ. C. commun.
5 de leg. quæ est, quod † in subsidium dotentur
de bonis suppositis fideicommisso. Quod eo for
tius stringeret si detur consideratio conseruan
di bona in agnatione masculina, tu cogita, quia
Ioan. Cœphal. in cons. 105. Dominus Calepinus
de Calepinis. num.18. & 19. ac 20. lib.1. tenet
pro opinione mea.

Num.57.

Cœph. in dicto cons. 105. lib. 1. quē hoc loco citat Menoch. in lib. 1. ni fallor contra eum loquitur, vt est videre ibidem sub num. 12. in illis verbis, vel in ea saltem omne id imputãdum esse, quod ex testatoris bonis ad ipsum prouenit. Rol.Cauag.

Ad Consil. 89. Non leuis ponderis est.

SVMMARIVM.

1 *Rot. Rom. decis. 110. parte 2. in nouissimis comprobatur.*

2 *Menoch. in cons. 1094. lib. 11. comprobatur.*

3 *Hæres non tenetur factum sui defuncti ratum habere, quãdo testator ex necessitate tenetur relinquere bona, & hæreditatem, fallit num. 4.*

5 *Quod potui, nolui, quod volui adimplere nequiui.*

6 *Hæres dispositionem defuncti non potest alterare, quando semel approbauit.*

7 *Confessio defuncti ligat hæredem.*

8 *Illegitimationis defectum allegare non potest hæres quando venit contra defuncti confessionem.*

9 *Hæres non potest subuertere fideicommissum.*

10 *Hæres non probans testamentum cadit a commodo hæreditatis.*

11 *Bardellonus in cons. 67. num. 55. & sequentibus. lib. 1. non recipitur.*

12 *Lex cum pater in §. libertis. ff. de leg. 1. perpenditur.*

13 *Hæres non allegat nullitatem venditionis, quam defunctus allegare non poterat.*

14 *Hæres non potest vti statuto de retractu cum defunctus prohibebatur vti.*

15 *Hæres adeundo personam defuncti induit.*

16 *Hæres in dominio Mediolani non admictitur cum benefitio legis, & inuentarij.*

17 *Hæres, an teneatur seruare conuentionem factam inter fratres, quod altero decedente sine filijs illius bona ad alterum deueniant.*

18 *Pactum de inuicem succedendo, an valeat.*

19 *Hæres tenetur seruare iuramentum præstitum per defunctum.*

20 *Hæres præsumitur habere eandem scientiam, quam habebat defunctus.*

21 *Hæres regulatur iure defuncti.*

22 *Hæres dicitur successor defuncti in vitijs, & virtute.*

23 *Hæres tenetur de negligentia defuncti.*

24 *Hæres tenetur ad exonerationem animæ defuncti, & quando ad id cogi possint, num. 25.*

26 *Hæres non potest venire contra renunciationem factam per defunctum.*

27 *Hæres, & filius patris non potest venire contra repudiationem factam per patrem, quid in feudo, & emphyteusi hæreditaria. num. 28.*

29 *Hæres non potest venire ad rescissionem contractus, facti per matrem.*

30 *Hæres quare non possit impugnare factum defuncti.*

31 *Lucrum, vbi ex aliqua persona, quis sentit factum eius impugnare non potest.*

32 *Quem de euictione tenet actio eundē agentem repellit exceptio.*

33 *Hæres potest venire contra factum defuncti, quando ius est reale, & quis venit ex persona propria.*

34 *Hæres non tenetur probare factum defuncti extra ius hæreditarium.*

35 *Hæres non tenetur stare facto defuncti gesto in fraudem.*

36 *Hæres potest contrauenire actui nullo, cui testator potest contradicere.*

37 *Hæres potest venire contra factum defuncti, quando factum est nullum, & contra legis prohibitionem.*

38 *Hæres potest reuocare id, quod fecit testator contra legem hac edict. C. de sec. nupt.*

39 *Hæres repræsentat personam defuncti pro ea parte tantum, pro qua est hæres.*

40 *Hæres potest venire contra factum defuncti pro ea parte, pro qua non est hæres.*

41 *Fideicommissarius hæres, an possit vindicare bona alienata per defunctum.*

42 *Alienatio, vbi est nulla fauore alterius, quis potest venire contra factum proprium.*

43 *Regula, quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio declaratur.*

44 *Alienatio prohibita fauore alienantis tantum facilius tollitur, quam alienatio prohibita fauore alterius.*

45 *Iuramentum defuncti non tenet in præiudiciū tertij.*

46 *Alienationis nullitas, an possit allegari ob mutuam culpam contrahentium, quid vbi fuerit promissa per stipulationem de euictione, & num. 47.*

48 *Hæres potest venire contra factum defuncti, quando factum tendit ad fraudandum hæredem.*

49 *Hæres potest vindicare, quod sibi debitum est ex prouidentia antecessorum cōtra factum defuncti.*

50 *Natta plurimum differendum est in consilio 470. numero 17.*

51 *Grat. in cons. 91. lib. 1. comprobatur.*

52 *Hæres defuncti, qui alienauit, potest venire contra alienationem si fuerit grauatus restituere alijs descendentibus.*

53 *Prohibitio alienationis, quando est realis fortior est.*

54 *Culpa personalis, cadit cum persona.*

55 *Carens culpa, non repellitur, etiam quod repellatur ille, cuius persona vtitur.*

56 *Hæres, & defunctus, quando non dicantur vna, & eadem persona.*

57 *Prohibitio alienationis, quando sit realis.*

58 *Bona fideicommissi, alienari prohibentur.*

59 *Prohibitio alienationis tacita, & expressa cuius sit operationis.*

60 *Prohibitio expressa alienationis bonorum fideicommissi, impedit translationem dominij.*

61 *Prohibitio alienationis tacita, quomodo differat ab expressa.*

62 *Alienatio, vbi est nulla ab initio, potest tolli.*

63 *Peregr. de fideicom. art. 33. non recipitur.*

64 *Nullum, quod est ipso iure fingitur non extitisse.*

65 *Nullum quod est, nullum sortitur effectum.*

66 *Contractus simulatus non tenet, quoad contrahentes, minusque, quoad hæredes.*
67 *Bona libera subrogata loco bonorum suppositorum fideicommissa, quam naturam assumant.*
68 *Argumentum à feudo ad fideicommissum valet.*
69 *Argumentum à fideicommisso ad feudum tenet.*
70 *Argumentum à lege ad testatorem valet.*
71 *Argumentum à simili, an valeat, & quando, numero 73.*
74 *Argumentum ab emphyteusi ad fideicommissum valet.*
75 *Hæres, qui hæreditatem adiuit tenuem, an integrum factum defuncti teneatur probare.*
76 *Fideicommissum, an censeatur remissum per diuisionem.*
77 *Hypothecaria, an sit confusa per aditionem hæreditatis.*
78 *Hæres in foro conscientiæ, an teneatur vltra vires hæreditarias.*
79 *Hæres adeundo videtur contrahere cum creditoribus.*
80 *Quasi contractus, an habeat locum in foro conscientiæ.*

Num.I.

AD hoc consilium, vide Molin. de Hispan.
primogen.lib.4.cap.1. & quæ scripsi in-
frà in cons.125. Respondi superioribus annis.
lib.2.& Paluez. de maioratu part.4 q.15.& 16.
1 Rot.in decis.110.† in 2.par.in nouissimè editis,
2 scripsi in cons.† 1094 lib.11.reddito super te-
stamento Comitis Fuluij Rangoni.Iac. Menoc.

Num.II.

Doctrina quam hoc loco firmat Menoch.ex
Castrensi in cons.445.tria sunt.lib.1.quòd quã-
do testator habet necesse relinquere hæredita-
3 tē & bona ipsi suo hæredi non † tenetur is hæres
factum defuncti ratum habere, sed illi contra-
uenire potest, non videtur mihi ex omni parte
tuta, quia vltra ea quæ scribit hic Menoch. sub
num.98. illud aduersus eam dubitandum pro-
ponitur, quòd esto testatorem teneri ex quadã
necessitate ad relinquendum bona alicui, nihi-
4 lominus is ipse, qui ex iudicio † eiusdem te-
statoris hæredem se declarauit, aduersus factũ
illius venire non poterit, quia adeundo hære-
ditatem, & bona ingrediendo ex tabulis con-
scriptis per defunctum illius personam repræ-
sentat, & eiusdem locum ingreditur, & conse-
quenter illius factum impugnare non valet. vt
ibidem aduertit Menoch. vndè non cadit in-
spectio eiusdem, vtrùm scilicet ex dispositione
testatoris aliquid consequatur, vel nè, quia pro
rei veritate satis est, quòd qualitas sola hære-
ditaria tappresentetur à qua sicuti potuit absti
nere, & non abstinuit, ita consequens est, vt in-
cidat in edictum.l.multum interest. C.si quis al
5 teri, vel sibi. Quod potui nolui, quod volui ad-
implere nequiui. Pro regula tamen quod hæres
non possit impugnare factũ defuncti, vide Con-
silium Menoch 264.Interrogatus.num.19.libr.
3 & prius in cons.181.Ex proposita. nu.99. lib.
2. & in cons.1100. De tribus propositis. lib 11.
& in cons.1285. Nullum est ius. num.3. libr.13.
Vbi locum hunc allegat, dixi ego in decis.con-
sultiua 61. Prætensiones nunc q.Dominæ.num.
6 47. hinc hæres dispositionem defuncti † alte-
rare non potest, maximè quando illam semel
approbauit Bardelonus in cons.133.Indubita-
tum ius fouet. num. 29. lib.2. Hinc hæres non
arguit testatorem de mendatio. l.si creditoris.
C.seruo pign.dat.non manumiss.D Bardelonus
in cons.93.Inter cætera discutienda. n. 116.lib.
1.& in cons.124.Substantia allegationum.num.
16.lib.2.& D. Cæsar Manent. in cons.5. sustinui
aliàs.num.32. Vbi ad hoc propositum dicit cõ-
7 fessionem defuncti ligare hæredes † per legem
si superatus.ff.de pign. Hinc etiam, quod fidei-
commissarius sit hæres, attamen non poterit al-
legare defectum illegitimationis hæredis con-
8 tra confessionem, seu † nominationem testato-
ris non obstante, quod testator ante eandem
nominationem hæredem ipsum bastardum nũ-
cupauerit Bardellonus loco iam relato. nume.
17.& 18. Hinc hæres non potest subuertere fi-
9 deicommissum. † l. fideicommissum.ff.de cond.
& demonstr.l.si ita quis.§.is cui. ff.de leg.secũ-
do. Bardellonus in cons.195 Adhuc superest.
10 num.17. lib.2.Hinc hæres non approbans † te-
stamentum cadit à commodo hæreditatis. l.cũ
pater §.libertis ff.de leg.2. l. si quis sepulchrũ.
§ prætor ait. versic.nisi aliquid. ff. de relig. &
sumpt.funerum quidquid in contrarium dixe-
11 rit D. Bardellonus in cons 67.† Ex serie testa-
menti.num.55 & seq.lib.1.quia contra eum vi-
detur mihi facere textus in l. cum pater. §.li-
12 bertis † ff.de leg.1. vbi contraueniens disposi-
tioni testatoris non reuocat alienata ex iure
fideicommissi, faciunt pro ista opinione ea, quę
dicit Honded.in cons.88. superiori anno respõ
di.num.10.& in cons.72. Alia exoritur difficul-
tas.num.3.12.& 28. vbi dictum declarat pro ea
parte pro qua cadit impugnatio. Hinc hæres
13 non allegat nullitatem venditionis, † quam de-
functus allegare non poterat, facit dicta lex
si creditoribus, & ibi glos. C.de seruo pig.dat.
in quo proposito inquit Honded. in consilio
tertio. Cauetur statuto Ciuitatis. numero
78. & 79. Quod sicuti venditor si viueret, non
posset ex statuto de retractu venditionem im-
14 pugnare, † ita nec eius hæres quamuis vendi-
tio esset inualida, citat Hondedeus ad hoc
propositum hoc Menochij responsum sub nu-
mero 41. Cuius rei præcipuam rationem con-
siderant scribentes, quòd hæres adeundo per-
15 sonam defuncti † induat, vnde & illius factum
confirmare vr̃, per legem si ab eo.C. de liberali
causa, Idem Hondedeus loco citato.num.52.&
53. vbi extendit dictum, etiam in hærede, qui
cum beneficio legis, & inuentarij hæredita-
tem adiuerit, pro eo, scilicet, quod ex hæredi-
tate consequitur, cuius tamen partis nulla est
habenda ratio in hoc Mediolani dominio, quia
16 regulariter hæres non admittitur † cum bene-
ficio inuentarij, sed in omnibus representat
personam defuncti, nec potest reputari, tam-
quam tertius.l.dolia.§.1.ff.de contrahenda em
ptione. Bartolus in l. si superatus. ff. de pign.
Surd.decis.206. Hæres osannæ, numero septi-
mo, & octano. Hinc etiam hæres tenetur stare
confessioni auctoris de meritis absque alia co-
rum iustificatione, vt ex Neuiz. Cœpol. Ias. &
Deciano scribit Hond. in cons.47. Si donatio,
de

de qua num. 7. lib. 1. Hinc hæres secundum ali-
17 quos tenetur† conuentionem factam inter fra-
tres, quod altero decedente sine filijs illius
bona ad alterum, seu ad eius filios deueniant,
vt scribit Houded. in conl. 40. Nobiles viri Ca-
pitaneus, num. 29. lib. 1. sed de validitate istius
18 conuentionis, † vide quæ dixi in decis. mea cō-
sultiua 101. Duo fratres DD. And. & Antonius.
19 lib. 3. Hinc hæres tenetur obseruare† iuramen-
tum præstitum per defunctum Hond. in cōs. 31.
D. Franciscus de Biscardis. num. 57. lib. 1. Hinc
20 hæres præsumitur † habere scientiam, quam
defunctus habebat, quia eadem persona cense-
tur cum eo Bertrand. in cons. 15. In themate
mihi transmisso. num. 38. lib 1. par. 2. quia regu-
21 latur hæres † iure defuncti: idem Bertr. in cōs.
129. Adhærendo scriptis. nume. 36. lib. 6. part. 1.
22 Hinc hæres adeo vitiorum, † & virtutū sui præ-
decessoris successor est, vt nec ei patrocinetur
dolus auctoris Bertrād. in cons. 120. num. 7. lib.
23 Hinc hæres tenetur de negligentia † defuncti
Bertrand. cons. 77. Viso processu causæ. num. 23.
lib. 1. Hinc etiam hæres tenetur ad exoneratio-
24 nem † animæ defuncti Bertrand. cons. 66. Visa
copia instrumenti. num. 7. lib. 1. par. 2. in consilio
172. Visis duobus publicis instrumenti. libr. 2.
25 par. 2. num. 7. quando tamen† ad id cogi possit,
vide Bertrandum in cons. 54. Substitutio quàm
fecisse. num. 2. lib. 5. Hinc hæres non potest ve-
26 nire contra renunciationem † factam per defun
ctum Alba in cons. 490. Proponitur in facto. nu.
4. lib. 3. Hinc hæres, & filius patris non potest
27 venire contra repudiationem, seu † factum pa-
28 tris Alba in cons. 541. Quid in feudo, † & em-
phyteusi hæreditaria, vide ibidem libr. 3. Hinc
29 hæres non potest venire ad rescisionem † con-
tractus, facti per matrem Alba cons. 492. Si ve-
rum est, quòd actores. libr. 3. hanc autem pro-
positionem super tripliciratione fundari pro-
ponit Alba in cons. 73. In præsenti casu num. 3.
30 lib. 1. vel quia eadem persona † est cum defun-
31 cto, vel quia ex qua persona quis lucrum † sen-
tit factum eius impugnare non potest, vel ter-
tio, quia quem de euictione tenet actio eun-
32 dem† agentem repellit exceptio plures amplia
tiones, & limitationes ad regulam, vide Por-
tium, Imol. lib. 3. concl. 8. & inter cæteras limi-
33 tationes ea est, quando hæres habet † ius ex
persona propria, & est ius reale, quia tunc per-
mittitur contrauentio, & ex persona testatoris
tenetur hæres ad interesse. l. fin. C. de euictio-
nibus, & ibidem notant scribentes Alba in cōs.
257. Iudicium intentatum. nume. 13. Item non
34 tenetur approbare † factum defuncti extra ius
hæreditarium Surd. in cons. 150. verba contra-
ctus. num. 83. & sequenti. lib. 1. quem sequitur
Bardellonus in cons. 97. Plura fuerunt adducta.
35 num. 18. lib. 1. Item non tenetur † hæres stare fa-
cto defuncti gesto in fraudem. l. 1. C. si in fraudē
patronorum. Bald. in cons. 184. Si qua inquit.
nu. 2. lib. 4. quem sequutus sui in decis. consult.
52. Comes, & æques. num. 34. lib. 2. Bardel. in d.
cons. 97. Plura fuerunt adducta. nume. 17. item
36 potest actui nullo contrauenire, † sicut potuis-
36 set testator, ita post Surd. & Gabr. scribit Bar-
del. in cons. 35. Non minus doctè. nu. 28. lib. 1.
37 Item potest contrauenire facto defuncti† quan-
do nullum est, & contra legis prohibentis di-
spositionem Surd. decis. 99. Magnif. D. Oldanus.
num. 6. ex Bart. in l. post mortem. ff. de adoptio-
nib. Ozasc. Pedem. 180. Solet postremo adner-
38 sus. num. 1. Hinc hæres matris † potest reuoca-
re id, qđ disposuit contra leg. hac edict. C. de se-
cund. nupt. Surd. in cons. 196. Existimabam prio
ribus. nu. 55. lib. 2. Item hæres non representat
39 personam defuncti, nisi pro portione pro qua
est hæres Ias. in l. 2. §. ex his. num. 4. ff. de verbor.
oblig. & idem pro ea parte, pro qua non est hæ-
40 res poterit venire † contra factum defuncti, ita
ex Bald. & alijs scribit Surd. in decis. 224. Inter
filios D. Emilij. nume. 21. & 22. Plura etiam in
proposito, scribit Menoc. in cons. 125. Respondi
superioribus diebus. num. 2. & seq. lib. 2. In isto
proposito memini me alias respondisse fideicō-
41 missarium, qui hæredem † se declarauerit. Eius
qui alienauit prohibita alienari posse venire
ad vendicationē bonorū per multas legales cō
siderationes placuit eas hoc loco deducere ad
hoc. vt materia remaneat excussa diligenter, &
sunt sequentes.

Pro veritate puto. Huic Dño Alexandro non
obesse cōclusionē, qđ tāquam hæres q. Perill. &
Rener. D Alex. Senioris patrui nō possit veni-
re contra alienationes factas à testatore cōtra
iudiciū q. D. Alberti. litti eius proaui, & pro cō-
clusione videtur esse tex. in l. cum à matre. C. de
rei vind. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. & in l. si
ab eo. C. de liber. caus. cum similibus. Quia cum
in facto supponatur, prout verissimū opinor, qđ
alienatio bonorū fuerit nulla fauore eiusdē D.
Alex. Iun. vocati ab ea bona expresse prohibita
alienari, succedit declaratio regulæ prædictæ,
q̃ ponit Bart. ad l. post mortem in princ. ff. de a-
dopt. & sequitur Ozasc. decis. 180. Solet postre-
mo. nu. 2. quod, s. qñ alienatio est nulla fauore
42 alterius potest, quis venire contra factum† pro-
prium. Alex. cons. 109. Viso processu. n. 4. vol. 4.
vbi respondet ad regulam. Quem de euictione
43 tenet actio† eundē agentem repellit exceptio.
l. vendicantem. ff. de euict. & facit differentiam
44 isto casu inter nullitatem † alienationis fauo-
re alienantis, & eam, quæ cadit fauore alterius
personæ, in tantum quod nec isto vltimo casu,
dicatur obstare iuramentum, vt tradit Ozasc.
45 loco relato cum iuramentum defuncti † in præ-
iudicium tertij non teneat. vt scribit Natta in
cons. 470. Redemptoris suffragio. num. 18.

Quod eo fortius dicerem in casu nostro pro-
cedere si alienatio facta fuisset de bonis, quæ
tam venditor, quam emptor sciebant de tempo
re contractus fuisse prohibita alienari. tunc. n.
ratione mutuæ culpæ poterit etiam per con-
46 trahentem allegari† nullitas. vt per l. 2. C. si ad-
uersus rem iudic. in 3. notat. tradit idē Ozasc.
qui hoc extendit etiam, quod emptor sibi pro-
47 uiderit † per stipulationem de euictione, & re-
spondet contrarijs.

Vel etiam dicitur considerandum, quod hæ-
res potest venire contra factum defuncti, quan
48 do illud factum tendit ad fraudandum† hære-
dem à beneficio legis, vt in l. prima. & secun-
da. C. si quid in fraud. patron. Bartol. in l. se-
cunda. C. de inoffic. docuit factum defun-
cti tendere ad fraudandum hæredem, qñ hæres
non habet, quod sibi necessario erat relinquen
49 dum, & quod eidē † hæredi debetur est à lege;

vel ex prouidentia antecessorum non ex facto
defuncti sic per glos. communiter receptam in
tit.de success. feud. §.Hoc quoque in verbo in-
uestiri, scribit Ozasc. num.5. vbi plures aucto-
ritates cumulat, & attestatur sic fuisse indica-
tum per Senatum Pedemont. & proinde cum
istud fideicommissum necessariò esset restituen
dum dicto Alexandro Iuniori virtute testamē-
ti proauiti sequitur, quod factum Domini Ale-
xandri testatoris non potuit præiudicare voca-
to ad fideicommissum esto etiam quod fuerit,
& fit eius hæres, ita, & in proprijs terminis ar-
50 guit Natta cui plurimum defetendum † puto
in cons.470.num.17.& istam fallentiam admit-
tit Gabriel. commun. conclus.lib.6. sub titu.de
reg.iur.conclus.11. num.25. ex Bald. Castr. &
51 Grat.in cons.91. † casus talis est per tot. vol. 1.
qui locus omnino videndus est, quia materiam
hanc diligenter examinat ad partes.

Cum quo non videtur incongruum dicere,
quod hic fideicommissarius recuperando bo-
na fideicommissi non venit, vt hæres alienan-
tis, sed ex iure proprio, & ita tamquam alius in
tantum, quod nec potest se abstinere ab ipsa re
cuperatione cum sit ex eodem fideicommisso
grauatus alijs descendētibus restituere à quo
52 onere non debet † excusari, vt per legem pri-
mam in §. sublata. ff.ad Trebell. & Soc.in cons.
44.in fine.vol.3.not.idem Gratus loco citato.
num.36. Vel etiam considerandum puto, quod
alienator vbi prohiberetur venire contra alie-
nationem per eum factam, quod tamen nō ad-
mitto, cum teneatur vtroque iure fideicommis
53 sum restituere, & prohibitio † alienationis sit
realis, & per consequens fortior, vt ex Cuma.
Castr.Rimin. Alb.& Menoch.scribit P.Antoni⁹
à Petra de fideicomm.quæst.2.num.2.illud hoc
ideo foret, quia in eo staret vitium, seu culpa
54 personalis, cuius proinde † cum persona cadit
peremptio, ita vt qualitas quæ inhærebat per-
sonæ primæuæ statim euanescat, & sola sit atten
denda qualitas eius personæ, in quam fit tran-
situs. cap.cum in tua in fine. qui maior accus.
55 poss. Vbi carens culpa non repellitur† esto etiā
quod ille cuius persona nititur repellatur. Vt
signanter scribit Petr. Anchar.in cōs.244. Quia
quæstio est dubitabilis.num.3. & infra quod eo
magis in casu nostro procedit in quo non agi-
tur ex persona defuncti, sed vt vocatus ex pro-
uidentia primi fideicommittentis, & ita tolli-
tur consideratio super fictione, quam facit lex
56 dicens, quod hæres, & defunctus dicūtur † vna,
& eadem persona, cum eadem fictio iuris non
tollat testatoris dispositionem, sicut nec legis
l.3.§.Hæc verba.ff.de leg.3.

Et ad hunc effectum dictum fuit prohibitio-
nem de non alienando esse realem, cum verba
57 illius prohibitionis sint concepta † in rem. quo
casu nullum cadit adminiculum personæ, & iu-
ris defuncti; ad recuperandum bona quinimò
sicuti si starent in hæreditate, de qua agitur da-
retur separatio, ita contra quoscunque da-
bitur vindicatio, vt Soci. perpendit in citato
cons.44.in fine Petra de fideicomm. dicta quæ-
stio.2. num.4.

Vel etiam addendum, puto quod nos sumus
non in tacita prohibitione alienationis, quæ so
58 let induci ob constitutionem † fideicommissi.
Auth. Res quæ, cum pluribus alijs iuribus. C.
comm.de leg. sed in expressa. Quia sic expres-
59 sè cauet † fideicommittens, quo casu alienatio
statim, quod facta nulla est ipso iure. Vt ex Ca-
strensi, Soc.Cum.Rol.& alijs scribit Petra de fi-
deicomm.quæst 3.num.4.& infrà. vbi dicit eam
censeri contra legem, nec trāsferri dominium
in emptorem cum per expressam prohibitionē
60 † de alienando fideicommittens dicatur trans-
ferre dominium in fideicommissarium subdens
ex doctorum sententia hanc esse reciprocam
61 differentiam inter † tacitam, & expressam pro-
hibitionem alienationis, vt in tacitam, vsque
ad mortem grauati duret alienatio, in expressa
verò statim sit locus fideicommisso.

Porrò si nulla fuit alienatio ab initio, & om-
ni tempore sequitur, quod ex eo contractu nul
la potuit oriri actio, nec dari exceptio ad illū
sustinendum, & ita nihil est, quod impediat,
62 quominus, & auctor, & hæres illius † possint di-
cto contractui contrauenire glossa est percele-
bris in l.Lucius Titius in verbo non conuenis-
set.ff.sol.matri. & ibi Bart. & Alex. vbi de com-
muni dicitur, Gabriel. in cons. 12. vt percipia-
tur num.7.Grat.dicto cons.91.in princip.& per
tot. & reuera quicquid dicatur in contrarium
certum est glossam prædictam plurimum strin-
gere. Et ita verè sentio, quod factum contra
legem nequeat sustineri non habita considera-
tione in hac facti specie, ad ea quæ deducit Pe-
63 regr.de fideicomm. † art.33. & Doctores ab eo
citati, qui non respondent dictæ glossæ, cum
qua stat naturalis ratio per quam fingimus non
64 extitisse, quod nullum † est ipso iure, nec impe
dimentum præstare id quod de iure nullum sor
65 titur † effectum vulgatis iuribus, & videmus,
quod si per defunctum fuerit factus contractus
simulatus non tenebit, nec quoad contrahen-
66 tem † minusque quoad hæredem, quia sit nul-
lus ipso iure Barto. in l.post contractum. col.3.
vers.sed an venditor.ff.de donat.& in l.filios.C.
de reuocand.ijs, quæ in fraudibus credit. & in
l.cum profiteatis.C.de reuoc.donat. Dec.cons.
587. num.10. vers. secundo responderur, & ita
sub correctione. Rol.Cau.

Num.12.& pluribus seq.

Ibi (Institutum non teneri obseruare) pro
materia, vide quæ dixi in Anatomia iuris.ad l.
cum à matre. C. de rei vind. R.C.

Num.25.

Ibi.(Quando adiuit hereditatem patris sui)
latissimè.Ant.Sola in commentarijs ad consti-
tutiones antiquas Sabaudiæ in Rubr. de feud.
in gl.vnica.pag.80.Iac.Men.

Ad confirmationem eorum, quæ hoc loco di-
cit Menoch. faciunt ea, quæ idem met dicit in
cons.125. Responde superioribus annis. nume.
7. libro 2. vbi alias auctoritates adducit, & lo-
cum hunc probat.R.C.

Num.34.59.60.64.67.ac 106.

Dicitur hic hæredem, qui fideicommissum
alienauerit, & illud remiserit non posse contra-
uenire, quod probat idem Menoch. in consil.
1234. Rationes permultæ permultaque argu-
menta.num.13.lib.13.sed declara, vt procedat
pro ea parte, pro qua est hæres, vt ibidem no-
tatur.num.17. R.C.

Num.

Num.43.
Ibi(patris hæredem) concessionem non potest impugnare hæres Crau. in cons.434. Abbaria Monasterij. num.9. lib.3. dixi infra in consil. 115. ex longa, ac facti serie. nume.62. lib.2. Iac. Menoch.

Num.46.
In materia nullitatis inuentarij hæreditarij, quæ dicta sunt per Menoch. probatur latè per Vincentium Hondedeum in cons.34. Considerratis allegationibus, num.35. libr.1. vbi plures auctoritates adducit concordes, discordes verò teijcit. Rol. Cau.

Num 60.
Ibi,(Qui responderunt.) Adde Fulgos. in cõsil.67. Rol. Cau.

Num.62.
Hunc locum probat idem Menoch. in consil. 1284. & si de hac facti specie. nu.4. lib.13. R.C.

Num.65.
Quæ dicta sunt hoc loco de subrogatione bo
67 norum, quæ libera sunt loco bonorum suppositorum fideicommisso, vel feudo probantur ab eodem Menoch. in cons.1241. & si hac de facti specie. num.45. lib.13. & dum sumitur argumen
68 tur à feudo † ad fideicommissum, dicas hoc idē valere, & sæpissimè scribentes omnes eadē argumentatione vti, sicuti, & è conuerso à fidei-
69 commisso † ad feudum, vide Menoch. in cons. 124. tametsi vna hæc. numer. 39. in cons. 161. Dubitatio nunc ista. num.40. lib.2. in cons.215. Diu, ac multum anceps. nume.183. in cons.226. Dubitationes multæ. num.132. & in cons.277. Dubitationes illæ multæ. num.32. lib.3. in cons. 400. Successio fendi Castri. nu 42. in cons.415. De tribus propositis dubitationibus. †num.38. lib.5. in cons.589. Cum alijs præstantissimis. nu. 9. lib.6. & in cons.70. In proposita facti specie. num.107. lib.8. & prius in cons. 104. proposita facti specie. num.60. & cons. 16. Quod iam non satis. num.3. hoc eodem libr.1. ac in cons.116. Primæ huius consultationis. num.29. & in cons. 1036. num.3. lib.11. Cæphal. in cons. 600. Iacobus à Cortino. num.18. lib.4. Et isto casu intrac
70 regula, quæ habet, valere argumentum † à lege ad testatorem Rimin. Iun. in cons.46. Duo sunt fideicommissa. num.51. lib.1. & de contractibus ad vltimas volunrates, idem Riminal. in cons.143. Et in primis. num.45. cons.244. Mouetur igitur. num.185. & cons.313. Punctus iste de quo. nu.21 lib.3. ac etiam intrat regula va-
71 lere argumentum de testamento ad † statutum, idem Rimin in cons.401. Visis consilijs. num. 18. lib.4 ac de testatore ad contrahentem, idē Rimin. in cons.599. Er prima consideratione. num.6. lib.5. huc etiam pertinet id quod dicit
72 de argumento † à simili, si quæstio fuerit in eo in quo similitudo versatur, licet in eo ipso, sic aliqua dissimilitudo, Idem Rimin. in cons. 634. Dum viueret Magnificus. num.21. 23. & 123. & in cons 701. Dominus Christophorus. num.33. & 317. ac in cons. 709. Nobilis D. Flaminius. n.
72 38. lib.6. quando tamen † istud argumentum à simili procedat, scribit idem Rimin. cons.747. Anno 1566. num.88. & in cons. 752. Proponitur quod. num.22. & 23. Adde Menoch. in consil.1179. Grauissima maximique. num.14. libro 14. vbi illius consilij meminit in materia argumenti de fideicommisso ad feudum. R.C.
Eodem num. dum inquit valere argumentum
74 ab emphyteusi, † & feud. ad fideicommiss. vide eundem Menoch in cons.1228. propositæ consultationi. nu.35. libr. 13. & de fideicommisso ad feudum arguit idem Menoch. in cons 1279. nu.14. eod. lib.13. vbi istius cons. meminit. R.C.

Num 66.
Ibi (non potest filius alienationem illam renocare) vide Baldum in cons.465. Hæredi habenti. num.4. lib.5 Iac. Men.

Num 67.
Ibi(si pater repudiat feudum) vide Pinell in l.1. in 3. par. num.99. C. de bon. mater. Iac. Men. Hoc loco dicta probat idem Menoch. in consil. 1276. num.18. lib.13. R.C.
Eodem num. ibi (& num.78.) in cons.25. Dubitabilis valde. num.10. Iac. Men.

Num.69.
Ibi (quod procedit etiam) Schraderus de feudis. parte 8. cap.8. nume.19. & 26. vide infra num.120. Iac. Men.

Num.72.
Dùm inquit hoc loco Menoch. quod hæres, qui hæreditatem adiuit etiam tenuem nullo confecto inuentario totum, & integrum faciū
75 defuncti approbare † tenetur probatur ab eodē in cons.126. Respondi superioribus annis. nu. 8. lib.2. vbi hunc locum citat. R C.

Num 81. 118 & 148.
Eorū quæ hoc loco dicuntur mentionē facit idē Men. in cō.1223. Dubitationes, & motiua. num.44. libr.13. & ideo pro materia, vide ibidē
76 notata, quod autem † non censeatur remissum in fideicommissum, vide quæ dixi in decis. mea consultiua, cuius caput est. Sequuta diuisione. Rol Cauag.

Num.126.
Dicta per Menoch. hoc loco quando procedaur dixi in decis. mea consultiua. 87. Nepos ex filia. lib.2. Rol. Cau.

Num.147.
Ibi (attamen adhuc) vide infra in iam citato cons.125. Respondi. lib.2. Iac. Menoch.

Num.149.
Ibi (Quin prius satisfactum fit.) Vide Molinum de Hispaninrum primogenijs, cap.1. num. 27. Iac. Menoch.

Num.153.
Voluit hoc loco Menoch. quòd per additio-
77 nem hæreditatis dicatur confusa † hypothecaria, quam habebat hæres in bonis defuncti, sed contrarium, & bene iudicio meo tenet Botra in cons.54. Visis allegationibus. nu.4. sed qualis sit istorum opinio recipienda videas Negusantium de pignorib. & hypoth. primo membro. 5. par. num.52. & seq. R.C.

Num.165. & 166.
Quod hætes in foro conscientiæ non tenea-
78 tur vltrà vires hæreditarias † si non confecerit inuentarium aduersus ea quæ istis in locis scribit Menoch. voluit is idem in consil 37. Mirari satis non possum. num.56. & 57. hoc eod. libr.1. quo loco mihi visus est. quod melius fuerit loquutus, quam fecerit hic, quia potissima illa fuerit ratio, quòd ob factam omissionem inuentarij præsumptio sit, quòd testatoris bona fuerint sufficientia ad solutionem cuiuscumq æris alieni

alieni contracti per defunctum, & quod ideo
hæres in fraudem cœlauerit bona, vt ibidem
79 Menoch. affirmat. Ea autem ratio, quod hæres †
adeundo hæreditatem dicatur contrahere cum
creditoribus. Verissima est, sed ab ea non infer-
tur ad conclusionem, quam facit Menoch. quia
ita vno casu facti, scilicet inuentarij, quàm in
casu ommissi hæres adeundo videtur cõtrahe-
80 re, & in foro † conscientiæ. ille quasi contract'
non extenditur vltrà vires hæreditatis. Ex Co-
uarr. in cap. 1. num. 16. de testam. qui plures a-
lios allegat. Rol. Cau.

Ad Consilium 90. Primæ dubitationi propositæ.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus est quid onerosum Ecclesiæ.*
2 *Ius patronatus est, quoddam honorificum, & vtile.*
3 *Ordinarius, an possit permutare ius patronatus laico patrono non vocato.*
4 *Ius patronatus impetrari non potest, nisi ex fundatione, & dotatione.*
5 *Capellanus electus ad ius patronatus, an debeat esse presbyter.*
6 *Capitulum 12. sess. 14. Cõcilij Tridentini declaratur per Illustrissimam, & Reuerendissimam Congregationem.*
7 *Iuris patronatus titulus, quando ostendendus sit.*
8 *Concilium Tridentinum sess. 7. cap. 13. & sess. 25. ca. 9. de iuribus patronatus perpenditur.*
9 *Ius patronatus, an sit transmissibile ad extraneos.*
10 *Thomas Triuisanus in decis. 55. libr. 2. perpenditur, & declaratur.*
11 *Menoch. in cons. 90. lib. 1. num. 24. non recipitur.*
12 *Ius patronatus, quomodo probetur.*
13 *Ius patronatus, an acquiratur per laicos præscriptione, & quid requiratur.*
14 *Ius patronatus, an possit legari sine consensu Episcopi.*
15 *Bona emphyteotica, an possint obligari sine consensu directi.*
16 *Emphyteusis Ecclesiæ, an possit obligari sine consensu domini.*
17 *Emphyteusis vtile dominium, an possit transire in creditores.*
18 *Obligatio facta de re emphyteutica expirat resoluta emphyteusi.*
19 *Iure datoris resoluto, resoluitur ius acceptoris, & num. 20.*

Num. 1.

1 IBi (Ius patronatus est quid onerosum † Ec-
clesiæ.) Dicas quòd est quoddam ius hono
2 rificum † onerosum, & vtile alicui competens
in Ecclesia pro eo, quòd de Diocœsani consen-
su Ecclesiam construxit, fundauit, vel dotauis,
vel is ipse, vel alius qui ab eo causam habuit.
Vide Marc. Mant. in singul. 5. testator duos hæ-
redes. Et quia agitur in ista consultatione de
3 translatione facta per ordinarium, † solet ali-
quando quæri, an ordinarius possit permutare
non vocato laico patrono, & resolutio est, quod
non. vndè si patronus conquæratur poterit ob-
tinere permutationem annullari. vide Capell.
Tholos. decis. 107. An si obtineus Bellamer. cõ-
clus. 177. In casu conclusionis 171. Citatus per-
sonaliter 181. In eo quod tenui, & 751. Suppo-
sito in facto Crau. in cons. 153. Vltra iam scri-
pta. Guid. Pap. quæst. 374. Permutatio facta Frã-
cis. Marc. quæst. 240. Quæritur an institutio. li-
bro primo. Rol. Cauag.

Eodem numero pro materia consultationis
adnotandum putamus, quòd nemo possit ius
4 patronatus impetrare, nisi ex † fundatione, &
dotatione. Vide Concil. Trident. sess. 14. capit.
12. Nemo etiam cuiusuis dignitatis ad cuius
declarationem faciunt ea quę decreuit Illustris
sima, & Reuerendiss. congregatio. vt in sequen
tibus patet, & quæ hoc ideo annectere censui-
mus, quia mirificè conferunt ad materiam præ-
sentis consultationis. R.C.

Ad cap. 12. ibi (aut Capellam de nouo funda-
uit.) Si fundatio Capellæ stet sub his verbis te-
5 statoris, quod Capellanus † debeat celebrare
diuina officia, diu, noctuque, sicut alij Capella-
ni faciunt. An Capellanus hic debeat esse Pres-
byter.

Congregatio censuit his verbis positis in
6 fundatione huius Capellæ, † non inserri neces-
sario, vt Capellanus debeat esse presbyter.

An caput hoc intelligendum sit de patrona-
libus beneficij nouiter, vel in futurum erigen-
dis, an de iam creatis, & institutis, Congrega-
tio. Censuit ex his verbis huius cap. intelli-
gendum esse de Iurepatronatus instituto an-
7 te concilium legitimè, ideo eorum titulos † ostẽ
dendos ordinario, & si apparuerit huiusmodi
Iuspatronatum, rectè, & ritè concessum fuisse,
nec ex illis esse, quæ reuocata sunt à Concilio
sess. 25. cap. 9. & data fuisse ea lege expressa, vt
præsentatio fieret capitulo, seu dignitatibus
Cathedralibus Ecclesiæ saluum adhuc mane-
ret istud ius præsentiationis ex decreto sess. 7.
cap. 13. & sess. 25. cap. 9. Si verò de non simplici-
bus beneficijs agatur, seruandam esse formam
præscriptam. sess. 24. cap. 18.

Iuspatronatus impetrare, aut obtinere &c.
Hoc caput debet intelligi de Iuribuspatrona-
8 tus in futurum acquirendis post † Concilium,
non autem de acquisitis.

Hoc decretum loquitur de Iuribuspatronatus de nouo erigendis, nam in illis factis ante Concilium, si præsentiatio ex eorum institutione, non Episcopo, sed alteri facienda erit, nihil innouatum.

In exemptis Ecclesijs non potest reseruari institutio alteri, quam Episcopo, nisi Rector illius loci fuerit ordinarius, ordinariaque fungatur iurisdictione.

Vicarius Episcopi sede vacante non potest instituere præsentatum à præteritis patronis.

Rursus pro materia Decreti Concilij Tridentini circa ius patronatus, vide quæ scribit Menoch. in cons. 241. Cum hæc disputatio. lib. 3. & in cons. 336. Respondi superiore anno. libro quarto. Rol. Cauag.

Num. 13.

9 Quod iuspatronatus sit † transmissibile etiã
ad extraneos. Clem. plures de iurepatron. post
glossam ibi in verbo hæredes iterum. Vinc. Gri-
lenzon. in cons. 75. Nobilis Albertus. nume. 5.
dummodò non adsit taxatiua tantum, vt ibi
ex Lambert. nu. 13. R.C.

Num.

Num. 24.

Aduersus conclusionem, quam facit Menoc.
10 in isto consilio faciunt notata per Thomam †
Triuisanum in decis. 55. verè in hac caussa. nu.
29. lib. 2. decisionum Criminalium, vbi recitantur
auctoritates, quas allegat Menoch. & dili-
11 genter examinat † affirmando eas non probare
intētionem Menochij, quem excusat eo sub
prætextu, quòd implicitus varijs occupationibus
nō potuerit videre in fonte auctores, quos
allegat. Rol. Cauagn.

Num. 48.

Ad probationem iurispatronatus sufficit cō-
12 stare † de fundatione, vel dotatione, aut de pos
sessione, vel quasi immemorabili etiam secundum
Concilium Tridentinū. vide quæ superius
dicta sunt.

Num. 51.

Quod præscriptione acquiratur Iuspatro-
13 natus † per laicos ex iure communi dummodo
tria concurrant bona fides, scilicet, quod præsentationes
sint admissæ, & quod præsentatus
steterit in possessione, ita post Dec. in consilio
117. num. 2. scribit Vinc. Grilenzo. in cons. 41.
Vacante Capellania. num. 26. R. C.

Num. 97.

Ibi (laico liceat cum consensu maximè Episcopi
legare, vel donare iuspatronatum,) an
14 Iuspatronatus sine consensu Episcopi possit †
legari. vide Marcum. q. 432. pro negatiua, scribit
idem Marc. q. 1136. quod subsequuto consensu
Episcopi confirmetur, scribit hoc loco Menoch.
Rol. Cauag.

Num. 106.

Ibi. (Imò sunt permulti in ea opinione, quod
etiam sine consensu Episcopi res emphyteotica
possit legari) diuersa est scribentium senten-
15 tia, an scilicet emphyteusis possit etiam † obligari
sine Domini directi assensu, in quo proposito
placuit Ludouico Romano in l. si constante.
ff. sol. matrim cōcludere, quod non. Sed cuidam
alteri Doctori relato per Salicetum in l. fi.
num 6. C. de iur. emphyt. visum fuit debere distingui
inter bona laicalia. & bona Ecclesiæ, ita
vt priori casu possint obligari, & veniant, secun
do vero casu minimè ex eo, quod bona Ecclesiæ
non possint hypothecari Auth. Hoc ius por
rectum, & Auth. Quæ res. C. de sacr. Eccl.

Sed rei veritas ex communi, & magis recepta
Doctorum sententia est, vt ius suum emphy
16 teuta etiam rei Ecclesiæ possit † obligare. etiam
sine assensu Domini directi. l. Tutor. §. finali. &
ibi Bald. C. de pignor. act. gl in d. l. fin. C. de iure
emphyteut. & ibi Bald. ac Salyc. Alexād. in d. l. si
constante, qui sequendo ibidem Bart. hoc idem
firmantem. Improbat Roman. latè Neusgant. de
pignor. & hypoth. 1. memb. primæ partis. n. 28.
vbi ex Iasone respondet ad cōtraria. Clar. in §.
emphyteusis. q. 18. Afflict. decis. 191. Abbas Rus
filius. nu. 3. vbi dicit, quod secundum hanc opinionem
pluries vidit iudicari, & ego alias in facto
habui pro D. Ioā. Maria Cogiula coram Excellentissimo
Senatu Montisferrati contra Resighinum
in emphyteusi Ecclesiastica, quod ēt
not. Alex. in cons. 173. Viso themate. num. 1. facit
decis. 3. Rotæ Romanæ in nouissimis. parte
2. sub num. 10. Bursat. cons. 56. Proponitur nu.
11. vol. 1. vbi plures citat.

Facit ad hoc propositum; quia licet Dominium
directum sit Ecclesiæ, attamen vtile dominium
est ipsius debitoris. Quare omne com-
17 modum, quod ex eodem vtili percipitur † potest
transire in creditores. Bart. in l. si finita. §.
si de vectigalib. ff. de damn. inf. quod enim vtilis
est dominij, nihil ad Ecclesiam, vt in terminis
scribit Ancharan. cons. 433. Postquam ista Domina.
num. 3.

Hæc tamen omnia intelligenda sunt cum graue
salis nempe, quod eatenus perduret obli-
18 gatio, quatenus Emphyteusis non soluatur, †
quia si facta obligatione contingeret, solui cō-
tractum emphyteuticum. vtique euanesceret
obligatio, text. est in l. lex vectigali. ff. de pign.
19 quia resoluto iure datoris † resoluitur ius acceptoris,
& ideo dicit ibi Bald. quod si quis non
haberet aliud quām domum libellariam, & obli
garet bona sua pro dote, & postea casu, vel cessatione
reuerteretur ad Dominum periret obli
gatio mulieris, quam prius habebat in domo.
Faciunt ad hoc propositum notata per Bursatum
cons. 80. Dominus Ludou. de Campegio.
num. 31. vol. 1. post Speculatorem, quem tamen
non citat in tit. loc. §. Nunc aliqua. q. 111. quem
sequitur Alb. cons. 28. In præsenti casu. nu. fin.
20 lib. 1. vbi dicit, quod si committatur † caducitas
bonorum emphyteuticorum Ecclesiæ clarum
est, quod eadem Ecclesia omnia sibi applicabit
in præiudicium creditorum, quod etiam
placuit Corbulæ de iure emphyt. sub tit. de caus
sa priuationis ob non solutum Canonem ampl.
34. ac Franco decis. 226. venditis domibus emphyteuticis.
nume. 3. par. 1. cum quo videtur ēt
concludendum, quod vbi cessaret resolutio em
phyteusis ad commodum Ecclesiæ, vel ob lineā
finitam, vel ob aliquem alium casum, vt ex lectura
inuestituræ posset vti Ecclesia iure probationis
ad tradita in d. l. fin. pro qua re adeundus
erit. Vrsill. ad eandem Afflict. decis. 191. in
principio, & ita respōdendum puto saluo. R. C.

Ad Consilium 91. Duas habet proposita hæc.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus de iure communi, non prohibetur succedere, declara num. 2.*
3 *Banniti nostri temporis non possunt hæredes institui.*
4 *Banniti sunt incapaces actiuè, & passiuè, relictorum in testamentis.*
5 *Publicatio bonorum non impedit condemnatum succedere in alijs bonis postea delatis.*
6 *Error iuris vitiat dispositionem.*
7 *Diuisio erronea reuocari debet, amplia numero 8. limita numero 9.*
10 *Diuisio per errorem facta, an, & quādo præsumatur scienter facta.*
11 *Confessio erronea fideicommissi, an teneat.*
12 *Donatio, an præsumatur inter consanguineos.*
13 *Factum per errorem interpositum non nocet.*
14 *Laudum latum causa non cognita, non valet.*

Num. 1.

PRo materia præsentis consultationis, pro
quod pertinet ad banniti successionem.
scien-

Sciendum est Bannitos de iure communi succe
1 dere † non prohiberi, sed in quibus bonis va-
leant succedere, scribit Ioseph. Ludou. decis.
Perus.11.par.1.Bart.in l.si qua.ff.de his qui sũt
sui,vel alien.iur. Eam tamen successionem,quã
2 eisdem statutum † defert amittunt. vt scribit
Bart.in l.si certa. C.de iure fisci.lib.10. Et pri-
uantur etiàm successione bonorum existentiũ
in territorio à quo sunt banniti,vt ibidem pro-
bat Ioseph.Ludou.num 9.Nostri autem tempo-
3 ris banniri, quomodo possint † hæredes insti-
tui. not.Barr.in l.1.C.de hæred. instit.quòd ta-
4 men sint incapaces, actiuè,& passiuè † relictorũ
in testamentis, ita vt nec fiscus ex persona eo-
rum admittatur, tradit Hieron. Magon. decis.
Lucensi 84. Menoch.in cons. 101. Est noua, &
acuta hoc lib.1. Sed quod publicatio bonorum
5 non impediat † condemnatum succedere in a-
lijs bonis posteà delatis,scribit Gomez.Leo.de
cis.68. Rol.Cau.

Num.5.

Ibi(num.27. in fine.) Adde Albam in consil.
17.ommissa (citra præiudicium) num.19. lib.1.
Iacob. Menoch.

Num.26.

6 Quod error iuris vitiat † dispositionem, vt si
quis putans alium ius habere in hæreditate cũ
eo diuidat. probat l.4.C.de iur.& fact. ignorãt.
Crau.in cons.188.Magnificus Senatus. num.10.
vbi Apostillator Stracca allegat.concordantes,
7 & quòd erronea diuisio debeat † reuocari, etiã
quòd ex alia causa posset sustineri.not.idẽ Cra-
uet.in cons.26. De duobus videndum est. num.
fin.lib.1. Dec. in cons.408. In præsenti consul-
tatione,& 525. visis his quæ, quod dictum vide
8 tur procedere, etiam quod facta fuisset † pro-
missio de non contraueniendo. idem Dec. in
cons.475. In causa quæ Mantuæ.num.30.& cõs.
600.& inspecto. num.8.Natta in cons.77. valde
9 lætatus sum, quod tamen secùs esset quando †
scienter facta esset diuisio, vt scribit Menoc.in
cons.115. Ex longa hac facti serie. lib.2. an au-
10 tem in eo casu Menochij potuerit illa diuisio †
censeri facta scienter. Vide quæ dixi infrà ad
d.Consilium 115. ad num.17.18.& 19. R.C.

Num.39.

Ibi (cum non sit sibi non præiudicat) de cõ-
11 fessione erronea fideicommissi † notat Corne.
in cons.186. Quamquam præsens. num.6.lib.3.
Curt.Iun.in cons.92.Habita diligenti. num.10.
lib.1. vbi latè, sed Ruin.in cons.128.factum su-
per quo.num.8.9.& 10.lib.2.dissentit dixi infrà
in cons.115. Ex longa hac facti serie,nu.23.lib.
2.Decian.in cons.44. Circa primum igitur. nu.
74.78.lib.3.sic & egregiè Riminald.Sen.in cõs.
256. Viso themate prædicto. num.30. lib.2.dixi
infrà in cons.191. Non purum difficultatis. nu.
53.lib.2. Marcabrun. in cons.61. Viso testamẽ-
to.nu.178. vbi egregiè latissimè Decian.in cõs.
33. Et quia de omnibus.num.62.lib.1.Et latius
Marzar.in cons.3. Præsupposito, quod non sit.
num.5.Peregr.in cons.52. D.Ioann. Franciscus.
num.32.lib.1.Iac. Menoch.

Num.53.

Quod etiam inter consanguineos non presu-
12 matur donatio † quando alia causa potest in-
trare. vtputà erroris, prout in casu nostro, in
quo venientes patrui, & nepos ad diuisionem
putabant patrui, nepotem posse de iure prætẽ-
dere portionem in bonis, faciunt ad hoc pro-
positum notata per Albam in cons.2. pro decla
ratione eorum. nume.7 & 8.libr.1. De veritate
istius opinionis, quod in dubio donatio non
præsumatur vltra notata per Menoc. de arbitr.
iud. casu 88. Quæro octuagesimo. num.3. Vide
Ioseph.Ludou. concl.9. Donatio in dubio, vbi
ampliationes, & fallentias adducit.R.C.

Num.54.

Ibi (pactum per errorem interpositum non
13 præiudicabat sibi) vide Crauet. in cons. 26. De
duobus.num.9.in fi.& in cons.88. Quæritur an
collario num.9. lib.1.Iac.Men.

Eodem num. quæ hoc loco dixit Menoch.de
Castrensis doctrina declarantur ab ipso in cons.
115 ex longa hac facti serie.num.20. lib.2.vide
quæ ibi dixi. R.C.

Num.57.

Ibi (sine causæ cognitione,) quod laudum
14 datum,† causa non cognita non valeat,dixi ad
consilium Menoch. primum consultatio hæc ad
num.269.hoc eod.lib.R.C.

Eod. num.& ibi.(Non obstat quartum) hanc
responsionem respectu erroris admittit. idem
Menoch.dicto cons.115.num.22. lib.2.R.C.

Num.62.

Dicta hoc loco declarat idem Menoch. in su
perius allegato cons.115.num.24.lib.2. R.C.

Ad Consilium 92. Habet non leues dubitationes.

SVMMARIVM.

1 *Cæphal.in cons.492.libr.4.probatur per Menochiũ in consilio 92.*
2 *Menoch. in cons.92. reprobatur per Gabriellium in cons.57.lib.2.*
3 *Donare, an aliud sit, quam promittere de donando.*
4 *Hæreditatis pars, an pacto dari possit.*
5 *Pactum factum de hæreditate fauore matrimonij, an valeat.*
6 *Absens, an acquiratur ius ex stipulatione Notarij.*
7 *Pœnitentiæ, an locus sit in donatione.*
8 *Pactum nudum, an pariat actionem de iure ciuili.*
9 *Pactum nudum factum in iudicio, an valeat.*
10 *Pactum, & promissio, an idem significent.*
11 *Promissionis vocabulum latius est, quam pacti.*
12 *Pacti nomine venit pactum nudum, vel simplex.*
13 *Donator, an possit reuocare donationem.*
14 *Pœnitentia an habeat locum in causa dotis.*
15 *Sollicitator causæ, an possit esse testis.*

1 HVic responso subscripsit Cæph. in consil.†
492. mihi quoque. lib.4. licet hoc consi-
2 lium meum non admittat Hieronym.† Gabriel.
in cons.57. Promissio de qua agitur per totum,
& num.25.lib.2.Iac.Menoch.

Gabriell. in d.cons.57. dicit hoc responsum
esse in omnibus suis partibus euidenter falsũ,
& id demõstrasse Romæ, vbi lis agebatur. R.C.

Num.2.27.& 42.

3 Ibi (aliud esse donare † aliud promittere do-
nare) De hac eadem materia, vide quæ dixi su-
prà ad consil. primum. Consultatio hæc adeò
ad num.254. sub num.meo 54.& sequentib. vbi
latè, quicquid dicat Ioseph.Ludou.in conclus.
40.

40. Pactum de donando, vbi locum hunc Meno chij allegat, & sequitur, sed non respondet obiectis per me, vt in d. num. 54. R.C.

Num. 12. & 48.

4 Quòd pacto dari possit quota † pars hæreditatis dixit idem Menoch. in consi. 1. numer. 160. sed eam opinionem diximus ibidem improbari, vt patet ex notatis sub num. 20. R.C.

Num. 15. 16. 17. 18. 49. & seqq.

Quod etiam fauore matrimonij non liceat
5 pacisci de hæreditate † notum fecimus in obseruationibus ad dictum consilium primũ, sub num. 22. Rol. Cau.

Num. 24. 64. & 65.

Ibi (cum Notarius nomine absentis stipula-
6 tur.) Quando ex stipulatione † notarij acquiratur ius absenti, & quomodo. vide Ioseph. Ludou. in conclus. 52. Non minus sunt difficiles, vbi per distinctionem casuum materiam hanc latissimè explicat. R.C.

Num. 26. & 27.

Ibi (potest donator pœnitere.) Nota quòd
7 omni casu pœnitentiæ tunc † locus est, quando res est integra, secus si fuerit inchoata, quia tūc per pœnitentiam iniuria fieret ei, qui inchoauit, cui proindè dicitur ius quæsitum Rot. Genuæ 56. Hieronymum Bazuirum. vide Ozasc. decis. 98. Io. Petrus de Spatis. nu. 5. R.C.

Num. 28.

Ibi. (Non modò semel, sed & pluries) Licet ex pacto nudo, seu simplici non oriatur actio
8 † de iure ciuili. Fallit tamen conclusio, vbi pactum fuit geminatum. Mathesil. sing. 36. Nota nouam regulam Ias. in §. In personam, num. 5. 6. 68. & 69. instit. de act. R.C.

Num. 29.

Ibi (cum iudicialis sit.) Nota quod licet pactum nudum factum sit in iudicio, non tamen
9 † ex eo datur actio, sed iudicis officium. vt notat Bald. in sing. 4. Quæro nunquid. Roma. singul. 438. Lego Tirio tertiam. Guid. Pap. singul. 342. Pactum nudum, vbi dicit eam esse rationem, quia pactum nudum calore iudicij vestitur, quod tamen fallit, quando pactum nudum contineret id, quod est debitum de iure. vt scribit Roman. in sing. 528. Tu audiuisti à magistro tuo insuper adde, quod licet isto casu Me
10 nochius vtatur indifferenter verbo pacti, & † verbo promissionis, quasi sint synonima. vt notatur in l. sciendum. §. dictum. ff. de ædilit. edic in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. & in l. Nuda. C. de contrah. stipul. & scribit Afflict. decis. 120. Lata fuit sententia. num. 4. attamen in mul tis differt nomen pacti à nomine promissionis,
11 quia vocabulum promissionis † latius, & generalius sit, quàm vocabulum pacti. vt notat Matthæus Cunnonus in suo tract. de pactis. lib. 1. c. 2. licet pacti nomen. num. 14. 15. & seq. In dubio
12 autem pacti nomine venit† pactum nudum, vel simplex ipsa promissio, nisi ratio legis, vel conuentionis, seu subiecta materia aliud dictitaue rit. vt benè probat idem Cunnonus de pactis, lib. 1. cap. 1. Pacti vocabulum. nu. 10. & 18. vbi plures auctoritates adducit. R.C.

Num. 32.

Ibi (idem de Duce Mantuæ.) Adde D. Alex. Raudens. in tract. de Analog. c. 28. Illustriss. Ludouic. nu. 6. Vide Guid. Pap. singul. 841. Nec obstat iuramētum de Duce Sabaudiæ. Vide Ozasc. decis. 155. Cum nauis Thesaur. in proœm. decis. num. 14. Rol. C.

Num. 52.

Ibi (dicta quæst. 7.) adde scribunt. Iac. Men.

Num. 74.

13 Ibi (tempore pendente donator † reuocare posse videtur.) vide Alex in consi. 204. viso themate. num. 4. lib. 7. Iac. Men.

Num. 76.

Ibi (de iure constituti. parte 3.) adde limitatione 30. Iac. Men.

Eodem num. (ibi cap. 14. nu. 12.) Adde eundem Didac. in Rubr. de testam. par. 3. n. 13. Alc. in resp. 594. num. 12. Hieronym. Cagnol. in l. vlt. num. 272. C. de pact. Alba in consi. 36. Articulus præsentis casus Gulielm Benedict. in c. Raynutius. in verbo si absque in rit. de substitur. fideicommiss. num. 23. vbi latè Clat. in §. donatio. q. 13. vers. secundus articulus. Iac. Men.

Num. 79.

14 Ibi (cum fauore dotis locus non † sit pœnitentiæ, vide Vincen. Franc. in decis. 205. consue uerunt in hoc. Iac. Men.

Num. 86.

Ibi (& in simili de sollicitatore causæ,) an
15 & quando sollicitator causæ † possit esse testis, larè scribit Prosper Farinac. in q. 60. nu. 244. cū pluribus sequent. R.C.

Ad Consi. 93. Cùm doctè admodùm.

SVMMARIVM.

1 *Menoch. in consi. 93. probatur.*
2 *Contractus in quo quantitas remittitur arbitranda, an valeat.*
3 *Contractus substantia, an possit remitti arbitrio alterius.*
4 *Pœnitentia non habet locum in his contractibus, in quibus aliàs procedit quando res non est integra.*
5 *Re integra, multa permittuntur quæ aliàs non permitterentur.*
6 *Aequitas ratione dotis consideratur.*
7 *Dos arbitranda per tertium, an faciat contractum inutilem.*
8 *Fideicommissi bona, an sint obligata pro augmento dotis.*

Num. 1.

1 Consultationem hanc in materia † dotis censui veram ea principali ratione, quod quantitas arbitranda debita est respectu contractus iam perfecti, qui sicuti rescindi non po
2 test, ita congruit, quod † non arbitrante terrio succedat alius in locum suum, & sic non potest
3 dici, quòd substantia contractus sit remissa † alterius arbitrio, sed sola quantitas pretij, quæ vbi res non est integra sicuti non operatur con tractus dissolutionē, ita eo iure, & via quæ possibilis est ad perfectionem reducet contractum ipsum, & ad hunc articulum pertinent ea, quæ
3 dicuntur multa permitti re integra, † quæ re non integra prohibentur. Bart. in l. 5. & ibi not. omnes. C. de act. & oblig. Ozasc. decis. 98. num. 5. præsertim quia vna pars ex sui latere iam adimpleuit, vnde dicitur ei ius quæsitum, quo casu
4 etiam in his contractibus in quibus regulariter solet esse locus pœnitentiæ cessat conclusio. I. iu

risgentiũ.§.sed si in aliũm.ff.de pact. & ibi glos. Bart.in l.si pecuniã.ff.de cõd.caus.dat.& ibi gl. ff.de cõdict. ob caus.Rota Genuẽs. decis.56.accedit præmissis,ꝙ ista qualitas accidentalis, ꝙ tertius noluerit,vel non potuerit arbitrari;tam quam consideratio futuri euentus non fuit in mente contrahentium ad notata in l.si filiusfamilias. la 1.ff.ad Maced.l.1.§. item si seruus. ff. depositi. & l.filiusfamilias,& ibi Bart.ac alij.ff. de verbot. oblig. Quinimò dum cogitarunt de quantitate arbitranda id ipsum in animo constituerunt,quod certo euenturum esset arbitriũ sine quo matrimonium non cõtraxisset, qui dotis partem arbitrandam commisit.R.C.

Num.30.

Ibi(Felyn.in cap.Quæ in Ecclesiarum) dicas cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ. Iac.Men.

Num.32.

Ibi.(Cùm à iure ciuili discrepat. Fely.in cap. Quæ in Ecclesiarum.n.59. de constit. Contard. in l.vnica in 3.limit.nu. 11.C.si de moment.poss.fuerit appellat. Iac.Men.

Num.33.

6 Ibi.(æquitas ratione dotis † consideratur.)
Adde quòd etiam in contractibus innominatis fauore dotis. Esto quòd res sit integra non est locus pœnitentiæ, cui per indirectum via
7 aperietur † vbi tertio nominato non arbitrante dotis quantitatem non posset ad alium recurri.facit Pet.de Rauen.sing.401. In contractibus innominatis. R.C.

Num.48.

Ibi (Pro dotis augumẽto.)pro veritate istius opinionis, an scilicet bona fideicommissi sint
8 † obligata pro augumento dotis,vide quæ dixi in mea Anatomia iuris ad Authent. res quæ.C. comm.de leg. R.C.

Ad Consilium 94. Qui famæ, & honori proprio.

S V M M A R I V M.

1 *Crudelis est, qui negligit famam propriam.*
2 *Formam diligere, & famam negligere res perditissima est.*
3 *Melior fama bona, quam nobilissima quæque.*
4 *Famam tueri facilè, sed est difficilè extinctam restituere.*
5 *Nobilis non præsumitur famam negligere.*
6 *Caput quando suspectum est, cætera membra suspecta sunt.*
7 *Feudatarius inimicus, an possit causam delegare.*
8 *Medium nullum datur, inter caput & membra.*
9 *Membra regulanda sunt à capite.*
10 *Caput collegij, vbi non potest votare, non potest causam delegare.*

DVm dicitur hoc loco laudandum esse eũ, qui famæ, & honori proprio studet. Ad-
1 de,quod crudelis esse dicitur qui famam† propriam negligit. Hinc Tullius officiorum primo dùm consulit esse famæ inseruiendum sic ait. Negligere quid se quisque sentiat non solùm arrogantis est,sed ẽt omninò hominis dissoluti,& in 4. Ad Herennium inquit perditissima ra-
2 tio † est diligere formam, famam verò negligere,& est in adagio honestius esse fama, quam
3 pecunia ditescere,† vnde famã bonã ammittere,peius est quã nobilissima quæq́. vndè ad eã tutandam promptus quilibet esse debet, quia
4 sicuti facilè est famã† tueri sic difficilè extinctã restituere,& ita differt iactura rei ab ipsa deperditione famæ,vt sicuti res eadem facilè sarciri põt,ita fama contaminata vix vnquã deluitur.
5 Hinc dicitur virũ nobilem † non esse præsumendum, quod post mortem suam voluerit famam negligere. Men.in cons.422.n.137.lib.5. R.C.

Num.11.

Qñ caput est suspectum cætera membra su-
6 specta † sunt.vide quæ dicit Ioseph. Lud.decis. Perus. 108.par.2. & quæ scripsi de feudatario
7 inimico,ita vt nõ possit † delegare, vt in decis. mea consult.111. Quæ iudicialiter termĩnãda. lib.3.vbi plura notabilia exprimuntur ad id,qđ cæteri officiales depẽdentes à capite suspecto sunt nimis animosi, facit ẽt quia inter caput,&
8 membra † nullum datur medium, sed à capite
9 sunt regulanda † membra.l.cũ in diuersis. ff.de Religiosis,& sumpt.fun.cap. cum non liceat de præscriptionib.Menoc.in cons.257.& si grauis. nu.22.& 50.lib.3. Ad hoc propositũ faciunt ea, quæ nouissimis diebus dixi,quod vbi caput collegij, non potest votare,& iusdicere, non potest etiam causam committere, vt in decis. mea consultiua continetur, cuius caput est. Sacrosancta lege Regia. R.C.

Ad Cons.95. Et si doctè,& adeò acutè.

S V M M A R I V M.

1 *Vicissim dictio hæc, quid significet.*
2 *Vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum clausula hæc,quid significet.*
3 *In perpetuum verba hæc, quomodo sint intelligẽda.*
4 *Conditio si decesserit sine liberis intelligitur, tam de masculis, quam de fœminis.*
5 *Filia exclusa, an intelligantur exclusæ neptes ex filia.*
6 *Exclusio fœminarum debet intelligi ad limites statuti seruantis rationem graduum.*
7 *Paralogizare, nihil aliud est, quam æquiuocare.*
8 *Masculinitatis mentio in vna parte facta, an censeatur repetita in altera.*
9 *Menoch.in conf.95.num.86.discutitur.*
10 *Filia,an sit de familia patris.*

Num.1.

1 DE natura istius verbi vicissim, † verba facit textus in cap.1. extrà de mutuis petic in l.fideicommissum. C.de transact. l. vnic. ff. si quaecunque prædit. potest, & l. Papinianus, de sentent.R.C.

Num.2.

Ibi(vulgariter,pupillariter,& per fideicom-
2 missum.)De efficacia † & virtute istius clausulæ,plura dicit Marta in suo tract. de clausulis parte 3.Clausula 95. Huiusmodi clausula in fine per totum. R.C.

Num.3.

Quod dictio de perpetuum debeat intelligi
3 secundum subiectam † materiam probat. Petr. Rebuff. ad l. Nam quom. 149. ff. de verborum signific. versic. Et sic istæ dictiones. R.C.

Num.24.

Qđ cõditio si decesserit sine liberis ĩtelligatᷣ

tam

4 tam † de masculis, quàm de fœminis. Esto qđ sit exclusa filia per testatorem certa dote constituta. videtur sentire Menoch. hoc loco, sed contrarium pro substituto sentit Andr. Fachin. lib. 4. Controuersiarum iuris. cap. 57. vbi in asseclam huius sententiæ similiter nominat Menoch. in isto cons. nu. 90. & in cons. 150. nu. 54. lib. 2. & 204. nu. 16 lib 3. & lib. 4. præsumpt. 85. num. 8. & nouissimè latius, quàm alibi in cons. 1203. Est apud Doctores. vbi in hanc sententiā adducit quinquaginta tres Doctores, & contraria impugnat. R.C.

Num. 40. & infra.

Vide quæ dixi in cons. 150. Nulla fortè. libr. 2. vbi materiam hanc examino. Iac. Men.

Num. 46.

Ibi. (Non esse bonam consequentiam testator excludit filiam ergo etiam voluit exclude-
5 re † nepotes ex filio.) Vide Ludou. Molin. de primogen. Hisp. cap. 5. num. 17. vbi latè. Iac. Men.

Num. 48.

Ibi (nec repugnat, doctrina Baldi. (Vide quæ dixi in cons 235. Difficilis esse solet. num. 35. lib. 3. Iac. Menoch.

Num. 55.

Quæ dixit hoc loco Menoch. declarantur ab eo in consil. 1272. Quod aliquando iuuenalis Poeta. num. 25 & 26. lib. 13. R.C.

Num. 60.

Ibi (non alia ratione.) Vide quæ scripsi in lib 2. præsumpt. 85. Explicauimus. num. 11. libr. 4. Iacob. Menoch.

Eod. num. dicta hoc loco probat etiam Menoch. in cons. 1229. consultatio hæc duas continet. num. 29. lib. 13. & prius in cons. 150. Nulla forte est. num 39. lib. 2. vbi dicit quod exclu-
6 sio fœminarum † debet intelligi ad limites statuti, rationem graduum seruantis. R.C.

Num 63.

7 Ibi. (Paralogizare hoc est æquiuocare. †)
Idem respondet Riminald. Sen. in cons. 223. Tolerabilis quidem. num. 65. lib. 2. Iac Men.

Num. 72.

Ibi. (& Ruynus) adde in cons. 144. Proponitur in facto. num. 13. Iac. Men.

Num. 82. & 83.

Ibi (Tunc mentio masculinitatis in vna par-
8 te facta non † censetur in altera reperita. vide Molin. in lib. 3. de Hispan. primog. cap. 6. nume. 57. 58. dixi in lib. 4. præsumpt. 84. solent testatores. num. 6. & 7. Iac. Menoch.

Num. 86.

Ad istum Menochij locum respondi in deci-
9 sione mea consultiua † 87. Nepos ex filia prætendit. num. 93. lib. 2. R.C.

Num. 104. & 110.

Pro veritate eorum, quæ hoc loco dicit Menoch. vide tradita per eum in cons. 1273. Duo sunt huius consultationis. num. 26. lib. 13. R.C.

Num. 121.

Per ea quæ hic dixi solet quæri, an filia sit de
10 familia † patris, vide quæ scripsi in cons. 197. prima illa proposita. n. 46. 48. & 50. lib. 2. Iac. Men.

Iterum pro his quæ dixit hoc loco Men. vide eundem in cons. 197. prima illa proposita. nu. 55. lib. 2. in cons. 187. Respondendum videbatur de prima proposita. num. 8. libr. 9. & in cons. 1203. Est apud. nu. 23. lib. 13. R.C.

Ad Consilium 96. Respondendum videbatur Nouitium.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio seruari debet ad vnguem.*
2 *Factum per maiorem partem, an & quando possit præiudicare minori.*
3 *Maior pars Collegij, quæ dicatur.*
4 *Maior pars, non præiudicat minori in his, quæ sunt contra priuilegium.*
5 *Paruum, & nihil æquiparantur.*
6 *Forma, lex, & consuetudo antiqua, in electione officialium, seruanda est.*
7 *Forma, vbi non fuerit seruata, actus redditur nullus.*
8 *Forma permissiua, vbi non seruatur, succedit forma destructiua.*
9 *Argumentum à cessante ratione, non valet in his, quæ requiruntur pro forma.*
10 *Forma, ea sola est, quæ dat esse rei.*
11 *Dispositio cessat, vbi non fuit seruata forma.*
12 *Menoch. in cons. 96. num. 12. & sequent. non recipitur.*
13 *Maior pars, intelligi debet numeraliter.*
14 *Numerus, vbi non supplet, an recurrendum sit ad merita.*
15 *Menochius in consilio 96. numero 19. libro primo. non recipitur.*
16 *Ancharan. in cap. si quando de electionibus in sexto. perpenditur, & declaratur.*
17 *Archidiaconus in can. episcop. 61. distinct. declaratur.*
18 *Dissentientes, quando habeantur pro dissentientibus.*
19 *Abutentes facultate eligendi dissentiendo habentur pro consentientibus.*
20 *Eligens, vel præsentans minus idoneum grauat conscientiam suam.*

Num. 1. & 29.

VEritas istius consultationis pendet à constitutionibus illius religionis, & congregationis de qua agitur, nāque si per eas statutum sit q̄ duæ partes ex tribus debent admittere, & approbare nouitium ad vota religionis, vtique satis erit periculosa consultatio, quia
1 debet constitutio † seruari ad vnguem. vnde si vna tantum vox hominis desideretur ad numerum præfixum, vtique cessabit electio, & admissio istius nouitij, quod si secùs fieret tenderet in præiudicium eorū ad quos iure collegij spectat electio quorū proinde auctoritas, vel potestas quando sunt in numero plusquam tertia pars totius collegij diminueretur. Ad not. per Abbatem in c. scriptum extra de elect. quo casu dicendum est tantam potestatem habere, minorem partē dummodò excedat tertiam partē totius collegij quantum reliquas alias partes, quæ vt dictum fuit esto, quod maiorem partem
2 † conficiant numeraliter non possunt præiudicare minori parti, cui rei accedit, qđ in subiecta materia maior pars dici non potest ea quæ nō
3 constat † duabus partibus ex tribus Anch. in c. si qñ de elect. in 6. vbi dicit qđ qñ nō sunt duæ partes ex tribus, non pōt dici capitulum ex l. planè. ff. quod cuiusq. vniuers. nom. vndè sublata consideratione maioritatis vtraq. pars stare dicitur in suo statu. Nec dicitur aperta via illi qui in monachum cupit cooptari cum latè

tradita per me in Anatomia iuris ad l. Quod
maior pars. ff. ad municip. de incol. Nec est in
proposito, quod silentio prætereamus. Nouitium hunc cui duæ partes. Ex tribus non fauée
non posse admitti, nisi contra constitutiones
dictæ congregationis. Et priuilegia competentia illi parti, quæ licet vt dictum fuit numeraliter minor sit, quàm alia pars pro eo, quòd ad
remotionẽ pertinet in pari dicitur priuilegio
cui maior pars præiudicare non potest. vt scribit Ias. in l. maiorem ff. de pact. Vbi dicit, quod
4 in his quæ sunt contra † priuilegium, & consuetum maior pars nõ præiudicat minori. R.C.

Num.8.

Ibi (parum & nihil æquiparari) ad exorna-
5 tionem istius regulæ plura † tradit Iodo. Damhouderius in Enchiridion parium, seu similium
iuris in verbo parum, sed pro eo, quod ad casum præsentis consultationis pertinet nõ quadrat conclusio, quia numerus ille duarum partium ex tribus requiritur pro forma quæ si deficiat in minimo facit actum corruere, quia deficit esse rei. l. Iulianus scribit si hominem. in §.
1. ff ad exhib. l. si is qui. §. Quædam. ff. ad leg Falcid. Innoc. in Rubr. extrà de consecrat. Eccles.
vel altar. & forma, ac lex data, & consuetudo
6 antiqua † in electione officialium seruanda est.
l. super creandis C. de iure fisc. libr. 10. & gesta
7 contra formam sunt † nulla, cap. Pisanis de restitut spoliat. l. Cum hi §. si prętor. ff. de transac.
cap. cum dilecta, & ibi Felyn. de rescrip. Ias. in l.
Prætor ait. §. siue autem. ff. de nou. oper. nunt. &
ibi Bald. vbi dicitur, quòd forma permissiua, nõ
8 seruata, succedit forma destructiua. Faciunt ad
hoc notata per Glos. & Doct. in Auth. Hoc ius
porrectum. C. de sacros. Eccles. Abb. in ca. cum
omnes. de constitut. Alex. in l. iurisgentium. §.
Hodie. ff. de pact. l. vbi absunt. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. l. aliud §. refertur. ff. de reg. iur.
glos. in l. Nulla. ff. quod cuiuscunque vniuersit.
nom. cap. 1. de his. quæ fiunt à maior. parte capituli. De forma autem resultante ex maiori parte ad nostræ opinionis confirmationem verba
facit Philippus Franc. in cap. Si cui. num. 1. & 2.
de electione in 6. R.C.

Num.10 & 11.

Imò dicas, quod non valet argumentum à
9 cessante ratione in his quæ requiruntur † pro
forma actus, de cuius essentia est, vt numerus
duarum partium ex tribus accedat. nec est curandum de ratione vbi seruari debet certa for-
10 ma, quia sola forma est, quæ † dat esse rei. Menoch. in cons 134. num. 34. & 35. lib 2. & in consilio 219 nu. 18. libr. 3. vndè si forma non serua-
11 ta facit † quod dispositio euanescat. Menoch.
in cons. 211. num. 19. eod. libr. 3. multo fortius
corruet ratio, & causa illius. Idem Menoch. in
cons. 443. num. 2. lib. 5. R C.

Num. 12. vsque ad num. 18.

Ibi (quæ sanioris iudicij est) aduersus hanc
12 Menochij sententiam crediderim † stare considerationem, quod Monaci capitulares, & habentes actiuam, & passiuam vocem, quoad omnes actus non debent pati distinctionem hanc,
& quod ideo vbi maior est numerus ibi præsumitur melior. & sanior sententia. Abb. in ca. Ecclesia. el 2. nume. 4. de elect. & quod dicitur de
13 maiori parte debet intelligi † numeraliter, &
respectu totius, non autem comparatione minorum. vt Franc. aduertit in d. c. si cui de elect.
in 6. nulla habita distinctione dignioris, & sanioris partis, præserrim in actibus Canonicis,
& Ecclesiasticis. vt comprobat Thesaur. decis.
Pedemontana 1. Senatus citrà montes. nume. 8.
versic. Quod autem dicitur. R.C.

Num.19.

Citat Menoch. Anchar. in cap. si quando. de
14 elect. in 6. ad id quod vbi numerus non † sup-
15 plet ad merita recurrimus, sed pace dictum †
sit. Anchar. hoc non firmat, quod vbi numerus
non est duplo maior. fiat collatio zeli, meriti,
16 & auctoritatis, sed ponie quæstionem, † de meritis, & auctoritate eligendi, vbi non adest numerus, qui sit duplo maior. & licet subdat isto
casu posse argui, quod possit valere electio minoris partis, inquit tamen, quod an sit verum,
vide supra &c. Rol.C.

Num.20.

17 Archidiaconi locus in can. Episcopum. 61.
dist. procedit quando euidentia caussæ notoriè
resultat, nec est data certa forma eligendi,
quia tunc dissentientes præter iuris ordinem
18 habentur † pro consentientibus, vt inibi probat Archidiac. vt in casu nostro ea iustitia caussæ non resultabat in dubio cum eidem obstaret
contradictio. R.C.

Num 21.

Quod dicitur hic de conspirantibus verum
19 censeo, quia abutentes † facultate eligendi dissentiendo habendi sunt pro consentientibus,
vt supra dictum fuit. R.C.

Num.22.

In materia malæ electionis dicas, quod etiã
20 è conuerso eligens, † vel præsentans non magis
idoneum grauat conscientiam suam. Vinceno.
Grilenzon. in cons. 151. erecta, & dotata plebe.
num. 54. & 57. R.C.

Ad Consilium 97. Habet hæc consultatio plurimum dubitationis.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus est nomen naturæ.*
2 *Primogenitus quoad successionem, quæ iuris est non est nomen naturæ.*
3 *Primogenitus secundum natiuitatem dicitur verus primogenitus, & quoad successionem dicitur fictus.*
4 *Primogenitus is est, qui tempore, quo feudum aperitur est in rerum natura.*
5 *Primogenitus dicitur etiam is qui secundo loco natus est, vbi natus primo loco fuerit mortuus.*
6 *Primogenitus dicitur is quem nullus viuens præcedit.*
7 *Lex si cognatis. ff. de reb. dubijs perpenditur, & declaratur.*
8 *Verba testatoris sunt potius intelligenda secundum communem vsum loquendi, & modo grosso, quàm secundum proprietatem verborum.*
9 *Verba præteriti temporis, ad futurũ non protrahuntur.*
10 *Verba præteriti temporis ad futurum trahuntur, quando sunt significatiua actus, qui futurum respicit.*
11 *Actus testatoris intelligitur potius de præsenti, quã de futuro.*

Pri-

12 *Primogenitus dum vocatur ad successionem attenditur tempus futurum.*
13 *Tempus præsens, an trahatur ad futurum.*
14 *Natum, & procreatum ista verba respiciunt tempus delatæ su.cessionis.*
15 *Menoch. in cons. 97. num. 105. & 106. perpenditur & declaratur.*

Num. 1. vsque ad num. 13.

AD comprobationem eorum, quæ hoc loco
dicit Menoch. per modum dubitationis,
1 quod licet primogenitus † sit nomen naturæ.
Bal. in l. cum antiquioribus. sub num. 11. C. de
iure deliber. Tiraquell. de iure primogen. q. 1.
num. 6. & 7. attamen hoc intelligitur, quoad na-
2 tiuitatem, secus quoad successionem † quæ iu-
ris est, ita post Tiraquell. de iure primog. quæst.
34. num. 59. & Baldum in l. eam quam. colum.
penult. versic. sed pone. C de fideicommiss. no-
tat Menoch. in cons. 173. Respondi superiori
anno. num. 70. & 79. lib. 2. De ista distinctione
primogeniti, quoad natiuitatem, & quoad suc-
cessionem verba facit idem Menoch in consil.
211. Quæ enucleandæ, & discutiendæ. num. 23.
lib. 3. vbi dicit, quod primogenitus secundum
natiuitatem dicitur verus primogenitus, & qđ
3 secundum successionem dicitur † fictus, & in
cons. 220. Perplexa, & difficilis, num. 115. lib.
2. sed bona intelligentia est secundum iuris di-
spositionem, quòd primogenitus is sit, qui tem-
4 pore. † quo feudum aperitur est in rerum natu-
ra. vt idem Menoch affirmat d. cons. 270. num.
121. quod etiam probauit idem Menoc. in con-
silio 442. Propositæ consultationis dubitatio-
nes. num. 23. lib. 5. vbi dicit, quòd primogenitus
5 dicitur non solùm filius, primo natus ex † pri-
mogenito iam defuncto, sed etiam is secundo-
genitus sublato mortuoque primo. Et sat est,
quod primogenitus reperiatur de tempore de-
latæ successionis. Menoc. in cons. 269. Dubita-
tiones excitatæ. n. 19. lib. 3. & sat est, quod nul-
6 lus viuens præcedat eum † in genitura. Idem
Menoch. in cons. 752. redditur satis difficilis. n.
3. lib. 8. qui enim mortui sunt iam non sunt, ex
eod. Menoch. in cons. 1023. num. 13. lib. 11. R.C.

Num. 3. & 149.

Dicta hoc loco declarantur per euodem Me
noch. in cons. 106. Hæc iuris consultatio. num.
328. lib. 2. Rol Cauag.

Num. 19. vsque ad num. 29.

Ad materiam eorum, quæ istis in locis scri-
bit Menoch. faciunt ea, quæ is idem scribit su-
prà in cons. 40. Dubia, & anceps est consulta-
tio pro veritate eorum, vide quæ ibi dixi, quia
conferunt etiam ad ea, quæ hic dicuntur, tùm
7 præsertim in materia. l. si cognatis. † ff. de reb.
dub. Rol. Cauag.

Num. 40. vsque ad num. 46.

Aduersus ista crediderim posse responderi,
8 verba testatoris foro intelligenda potius secun
8 dum communem † vsum loqoendi, & modo
grosso prolata quasi ab illiterato, & prout so-
nant auribus vulgi, quàm secundum proprieta-
tem verborum. l. liberorum. §. Quod tamen Cas
sius ff de leg. 3. l. 1. §. 1. ff de fluminib. l. cum de
delanionis. §. Asinam in fi. ff. de fundo instructo.
Bart. in Rubr ff. de nou. oper. nunciat. & in l. la-
beo. ff. de suppellect. leg. Bald. in cons. 183. lib. 2.
Ruin. in cons. 81. num. 3. & 4. libr 1. vbi regulam
haoc exornat. Marzar. de fideicom. q. 4. ad fin.
num. 15. de fideicommiss. Mantic. de coniectur.
vlt. vol. lib. 3. tit. 8. nom. 3. R.C.

Num. 48.

Pro materia vide quæ dixi supra ad cōsilium
85. Proposita hæc consultatio. num. 48. hoc eo-
dem libro. R.C.

Num. 60.

Ibi. (Verba præteriti temporis ad futurum
9 non protrahuntur.) Respondeas ea verba na-
tum, & procreatum non præteritum tempus sic
represeutare, vt futurum excludant omninò,
quia scilicet mentis fuerit testatoris, quòd sit
natus, & procreatus de tempore delatæ succes
sionis, vt supra dictum fuit, cui declarationi ea
dicitur accedere consideratio, quod verba etiã
si præteriti temporis fuerint, attamen ad futu-
10 rum trahuntur, quando † sunt significatiua a-
10 ctus qui futurum respicit. vt idem Menoch. pro-
bat in cons. 294. Respondendum est iure opti-
mo. num. 9 lib. 3 per l. talis scriptura. § vlt. ff de
leg. 1. & ibi Ias. num. 33. & 34 Rom in cons. 332.
Quoad primum articulum. versic. Quia verbũ.
Vnde dicit idem Menoc. loco relato quod qui
reseruauit beneficia vacantia voluit intellige-
re de his quæ vacabunt. Vel etiam addas con-
siderationem præteriti temporis non excludi si
detur cogitatio, quod de tempore delatæ suc-
cessionis debeat is ipse primogenitus esse na-
tus, & procreatus. vndè si tempus delatæ succes
sionis fuerimus metiri, necessariò dabimus pro-
creationem, & natiuitatem antecedentem ip-
sius primogeniti. R C.

Num. 63.

Ibi (In dubio actus testatoris intelligitur po
11 tius de † præsenti, quàm de futuro.) Adde quod
actus testatoris circa vocationem primogeni-
12 ti ad successionem respicit tempus † futurum,
vt iam dictum fuit. vnde ad illud debet trahi ex
superius adductis. Rol Cauag.

Num. 70.

13 Pro eo quod dicitur hic tempus præsens† ad
futurum non trahi. Hoc ipsum probat idem Me
noch. in cons. 142. Egregiæ huic propositæ. nu.
1. vbi locum hunc refert. videas ibidem num.
20. & 21 lib. 2. Verum pro eo, quod punctum fe
14 tit, videas quod illa verba natum † & procrea-
tum recipiunt tempus delatæ successionis Et
ideo ista consideratione attenta tempus erit
præsens, sed non militat argumentatio Meno-
chij. Rol. Cauagn.

Num. 72.

Ibi (& si à Castrensi dissentiant) Adde Curt.
Iun. in cons. 177. præsupponitur in facto. libr. 3.
Iacob. Menoch.

Num. 76.

Quæ dicit hoc loco Menoch. probantur per
eum in cons. 115. ex longa hac facti serie. nume.
65. lib. 1. & 2. R.C.

Num. 105. & 106.

Menoch. hoc loco declarat. D. Alexan. Raud.
lib. 1. de Analogis. c. 28. Prosequendo id quod.
num. 97 & 98. Vbi supponit in casu Menoch. di-
15 cta posse procedere, † vbi ante nomen appella-
tiuum præcedit nomen proprium vocati, quod
tamen non video figuratum in casu prædicto,
vbi tamen id ita fuisset. Veram crediderim esse
Me-

esse Menochij consultationem, quia tunc certitudo personæ diceretur adesse. R.C.

Num.: 16.

Ibi ex responso Ancharani cons 27. Vide Decianum in cons.4. subtiliter adhùc, numer. 14. lib.2. Iac.Menoch.

Num.157.

Ibi (subrogatum assumat naturam eius) pro materia, vide dicta ad Menoch. cons.52. R.C.

Ad Consilium 98. Duo præcipua capita habet.

S V M M A R I V M.

1 *Pancirolins in cons. 156. probatur per Menoch. in cons.98.lib.1.*
2 *Decian.in cons.25.libr.2. probatur per Menochium in cons.98.lib.1.*
3 *Beretta in cons. 71. probatur ex dictis per Menoch. in cons.98. lib.1.*
4 *Cæphal.in cons.438. lib.3. probatur per Menoch.in cons.98.libro 1.*
5 *Fama bona vitæ antefertur.*
6 *Testis singularis cuius sit fidei.*
7 *Modicum lucrum non dicitur quando quid pluribus vicibus percipitur.*
8 *Testis de auditu non probat, & omni casu, quid requiratur adhoc, vt probet.*

Num.1.

1 PAncirolus in †cons.156. Dominus Raymūdus idem hac de caussa respondit sic De-
2 cianus † in cons.25 stantibus veris. lib.2. Bere-
3 ta in cons.†71. in quamquam exactæ. Iac. Men. In hac eadē caussa vltra præcitatos per Menoch. scripsit Ioann. Cœphal. vt patet in eius
4 cons. † 438. Inquisitionis Domini Bernardini. vol.3. sed contra eosdem consulentes lara fuit sententia per quam damnatus extitit Casettus, & sententia missa fuit executioni. R.C.

Num 8.

5 Ibi(bona fama vitæ † antefertur) vide dicta superius in cons 96 Respondendum videbatur nouirium.num.15.& quæ inibi annoraui. R.C.

Num.12.

6 De teste singulari, & vnico † plura verba facit. Prosp.Farin in suo amplo tractatu de testibus.quæst 35. num. 225. cum pluribus seq. vbi multa habebis ad saturitarem. R.C.

Num.27.& 28.

Quod hic dicitur de modico lucro posset habere locum, vbi illud lucrum esset pro vna vice tantum, sed quando percipitur multis vicibus,
7 quod modicum est † fit graue, iuxta illud multa modica faciunt vnum satis. R.C.

Num.53.

8 Quòd testis de auditu† non probet,& omni casu quæ requirantur ad hoc,vt ei credatur plenè examinat Beretta in cons. 15. Testimonium de auditu,& de hisdem testibus auritis, quorū hic meminit Menoch.verba facit idem Beretta in cons.71. Quamquam exactè adeò. numero 24. & sequent. vbi loquitur. in indiuiduo. Rol.Cauag.

Ad Consilium 99. De re grauissima apud viros.

S V M M A R I V M.

1 *Crauet.in cons.859.lib.3. habet contradicentem Menoch.in cons.99.lib.1.*
2 *Rol.à Valle in cons.1. lib.1. habet contradictorem Menoch.in cons.99.lib.1.*
3 *Delictum vassalli, an & quando noceat filijs.*
4 *Lex quisquis.C.ad leg.Iul. Ma.perpenditur, & declaratur.*
5 *Pœna criminis læsę maiestatis, an habeat locum in eo, qui machinatur contra personam aduocatorū, qui sunt occupati circa Principem.*
6 *Pœna criminis læsæ maiestatis, an habeat locum in eo, qui occidit consiliarium Principis recognoscentis superiorem.*
7 *Pœna criminis læsæ maiestatis, an habeat locum in eo, qui offendis consiliarium non assistentem lateri Principis.*
8 *Offendens consiliarium Principis odio particulari ipsius consiliarij non incidit in pœnam criminis læsæ maiestatis.*
9 *Tentans delictum contra Principem inferiorem non patitur pœnam criminis læsæ maiestatis, quoad filios.*
10 *Filiorum appellatione in crimine læsæ maiestatis nō veniunt fœminæ.*
11 *Lex quisquis.C.ad leg.Iul,maiestatis,an sit odiosa,et rationabilis.*
12 *Lex quisquis.C.ad l.Iul.maiestatis, quæ loquitur de filijs,an habeat locum in nepotibus.*
13 *Offendens confederatos Cæsaris,an incurrat crimen læsæ maiestatis.*
14 *Condemnatus de delicto potest puniri etiam in loco confederato.*
15 *Rebellis alterius ex confederatis potest puniri per alium confederatum.*
16 *Offendens officialem Principis exercentem iurisdictionem ipsius, an incurrat crimen læsæ maiestatis.*
17 *Damnatio memoriæ, & publicationis bonorum, an differat.*
18 *Offendens consiliarium Principis re,& nomine,quomodo puniatur.*
19 *Clericus assistens Papæ dicitur residere in Ecclesia sua.*
20 *Residere propriè,quid sit.*
21 *Residentia debet esse continuata.*
22 *Menoch.in cons.99.num.104.comprobatur.*
23 *Filij,quare puniantur in crimine læsæ maiestatis pro delicto patris.*
24 *Menoch.in cons.99.num.160.non recipitur.*
25 *Sententia an requiratur in crimine hæresis ad inducendam confiscationem bonorum.*

Num.1.

1 CRauet in cons.859. † Quæstio duplex est. lib.3.aliter hoc in casu respondet, sicut ēt
2 Rol.in † cons.1. In præsenti causa. lib.3. quem infra referam. Iac.Menoch.

Eodem num. delictum vassalli, an & quando
3 †noceat filijs in feudo, vide Andræam Fachin. qui pro materia hoc consilium adducit. libe.7. controuersiarum iuris, c.23, R.C.
4 Eodem numero, an pœna. l.quisquis. † C.ad leg.

leg. Iul. Maiest. locum habeat in eis, qui Principes offendant inferiores. Vide quid in terminis istius consilij, scribit Andr. Fachin. libr. 9. controuersiatum iuris. cap. 32. Vide quæ dicit D. Alphonsus Moditius in suis dubitationibus ad §. plebiscitum. dubitat. 30. vniuersitas lib. 1. nu. 5. Ad aperiendam materiam, quam effuso sermone hoc loco pertractat Menoch. & quæ descendit ex l. Quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. infrascriptas considerationes addere nō videtur incongruum, præsertim quia seruiunt ad plura loca istius consultationis. Tenent igitur multi,
5 quòd pœna istius criminis † locum sibi vindicet in eo, qui machinatur contra personam aduocarorum, qui sunt occupati circa Principē. Soc. sen. cons. 275. In causa fratrum Andreæ. numero 3. lib. 2. Isern. in c. 1. in verbo, & bona committentium in additione prima quæ sint regalia, quos refert Rol. in cons. 1. In præsenti causa quæ nu. 4. lib. 3. Rub. Alex. in cons. 154. Decreuerant in hac causa, in primo dubio, vbi quærit an
6 ista pœna habeat locū in eo † qui occidit cōsiliariū Principis recognoscentis superiorem, & an quoad pœnam requiratur, quòd machinatio
7 fuerit facta contra † officialem astantem cotam Principe, ita vt si quis occiderit consiliarium, siue assistentem lateri Principis missum in aliquam prouinciam, vt ibi magistratū gerat, & tenent multi pœnā non habere locum. Ea præcipua ratione moti, quia tpe quo fuit interfectus nō assistebat Principi, & ita nō verificatur qualitas, cuius meminit d. l. quisquis. ibi. Qui consilijs, & consistorio nostro interfunt. Aegid. Boss. in tract. de crimine læsæ maiest. nume. 9. versic. tertio quæro. Rol. in dicto cons. 1. nu. 24. & 25. lib. 3. vbi refert exemplum in eo, qui interfecit vnum ex consiliarijs Cæsaris, qui fuerat missus pro prætore Cremonæ, qd prius ex Bolsio scripserat Rol. in cons. 1. num. 25. lib. 3. & in proposito notat Alex. Rubens in d. cons. 154. num 1. post Socinum, quod pœna d. l. non habet locum, nisi in offensione Cæsaris, vel eius collateraliū. Quo casu requiritur etiam quòd offendens cōsiliarium Principis non offendat odio particu-
8 lari † ipsius consiliatij, sed odio Principis, quia alias offendens nihil contra Principem dicitur machinari, prout requirit lex Iulia maiestatis. notat Isernia in d. c. 1. in verbo Bona committentium in tit. Quæ sint regalia. Crau. in consil. 6. Plura videnda sunt in iudicio. n. 79 vbi Straca addit exemplum de eodem Isernia, qui dum esset Regius Consiliarius fuit occisus, & quòd tentans huiusmodi delictum contra Principem
9 inferiorem † non patiatur pœnam quoad filios,
10 & quod appellatione filiorum non veniant † fœminæ videas notata per Roland. in cons. 74. Inhærendo communibus sententijs. num. 9. & sequentib. lib. 3. vbi concludit, quod quoad filios non est in obseruantia. An autem pœna istius legis habeat locum in vniuersitate, signanter Soc. Sen. in cons. 275. nume. 3. & 10. libr. 2. tenet quòd non, an autem habeat locum in donatione facta per matrem filijs. vide Parif. in consil. 60. Dominus Ambrosius leui. num. 164. & 171.
11 & 176. lib. 3 & an † ista lex sit odiosa, vel irrationabilis, & dum loquitur de filijs, an habeat lo-
12 cum † in nepotibus. Vide Iasonem in consilio 206. circa primum. num. 5. & sequentib. libr. 4. plura alia quæ desiderantur ad hanc materia. Vide in dicto meo Theatro Criminali. parte 4. & in Anatomia iuris ad eum textum. R.C.

Num. 33. & seq.

Pro his quæ dicta sunt hoc loco. vide notata per D. Carolum Bardellonum in consilio 109. Crimen læsæ maiestatis, oum. 3. lib. 2. vbi Menochium refert, & sequitur. R.C.

Num. 37. & 38.

Ad id quod hic dicitur offendentem confœ-
13 deratos † Cæsaris effici reum criminis læsæ maiestatis æquè, ac si ipsum Cæsarem offenderet probat Matreus Cunonis de pactis. libr. primo. cap. 24. Decimonono quæro. numero 171. vbi citat hunc Menochij locum, hoc idem probat Alphonsus moditius dubitationum, libro primo. in §. Plebiscitum. dubitatione 35. Plebis villæ. num. 6. vbi similiter dicit, quod condem-
14 natus de delicto † potest puniri etiam in loco confœderato, & de natura confœderationis est, vt non solùm veniat mutua defensio pro confœderatorum possibilitate, sed etiam vt
15 rebelles alterius † ex confœderatis possit alius confœderatus punire sic ex Barrol. in l. hostes. ff. de capt. & postlimino reuersis, not. idem Moditius loco citato. num. 5. R.C.

Num. 42. & 43.

Ad probationem eorum, quæ hoc loco dicitur. vide Menoch. in cons. 279. Grauissima maximique ponderis. num. 8. lib. 13. R.C.

Num. 49. 50. & 67.

Quòd offendens officialem Principis exer-
16 centem † iurisdictionem pro Principe læsæ Maiestatis crimen incurrat scribit D. Bardellonus in dicto consilio 109. numero vndecimo. libro secundo. Rol. Cau.

Num. 52. & seq.

Improbatur hoc loco Menoch. in materia pa-
17 rificandi casus damnatæ memoriæ, † & publicationis bonorum per Andræam Fachioeum. libro 9. controuersiarum iuris. cap. 34. versic. sed pace tanti viri. R.C.

Num. 79.

In materia offendentis consiliarium re, & nomine, & actualiter Principi inseruientem, &
18 in eadem ciuitate illi assistentem scribit Dom. Bardellonus in citato consilio 109. num. quarto, libro 2. R.C.

Num. 82.

Ibi (Nam clericus in sua Ecclesia residere dicitur, qui est in seruitio Papæ.) Quod assistens
19 Papæ habeatur † pro residente, & gaudeat priuilegijs residentiæ, facit textus in capit. Dilectus cum capit. seq. & ibidem Abbas, ac alij de
20 clerico non residente. Propriè tamen residere † est ad debita munera præsentem esse. cap. Relatum de clerico non residente, & regulariter
21 residentia † debet esse continuata, quia quis de iure tenetur sēper in sua Ecclesia residere can. sanctorum 70. distinct. Vincentius Grilenzon. in consilio 13. Quidam Episcopus. num. primo, & 2. Rol. Cauag.

Num. 144.

22 Opinionem hunc Menochij probat † reiecta alia sententia Andr. Fachin. lib. 7. controuersiarum iuris. capit. 22. versiculo mihi prior. Rol. Cauag.

Nu-

Num.147.

Ibi (Illa verba pro quarto gradu sunt) scripti infrà in cons.8 20.num.24.lib.9. Iac.Menoc.

Eodem num. dicta per Menoch.hoc loco veritatis lucem capiont ab his quæ dicit in ista materia Andræas Fachin. lib.7. cootrouersiarũ iuris.cap.21. R.C.

Num.148.

Ibi (ob læsæ maiestatis crimen à patre commissum eam ob suspicionem filios priuari, & insuccessibiles reddi.) Adde quod filij nõ priuantur bonis paternis in crimine læsæ maiesta-
23 tis,†qoia dicuntur similes Patris, sed potius ex eo, quòd parentes qui filios diligunt arecãtur ab isto crimine, ob amorem filiorum, de qua re verba fecimus latè io theatro crim. par.4.

Num.159.

Ibi, (qood vbi feudum ipso iure.) Idem Afflict.in cap.Imperialem.§.Insuper. nume.16.17. de prohib.feud.alienat. p Federic. & ibidẽ Aluarotus,& Præpositus.col.2. Iac.Men.

Num.160.

Quod dicit Menoc.hoc loco ex l.20.ff.de accusarion. non requiri,scilicet sententiam con-
24 demnarosiam in crimine læsæ maiestatis † non probatur per Andr.Fachin.lib.9.Controuersiarum iuris. cap.35. versic Porrò quòd Menoch. pro materia vide quæ dixi in theatro meo crimin.par.4. Rol.C.

Nom.163.

Ad materiam hanc,an in crimine hæresis re-
25 qoiratur sententia,vel ipso iore fiat † confiscatio bonorũ,vide quæ dixi lato calamo io theatro meo criminali.lib.3. R.C.

Ad Consilium 100. Quæ nunc discutiendæ proponuntur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia exigit, quod sit ritè, & rectè lata.*
2 *Sententia hominis, ad hoc vt iustè præferatur, quæ requirantur.*
3 *Sententia non præsumitur ritè,& rectè lota, quando cantrarium resultat ex actis.*
4 *Contumax verus, quando quis dicatur, & quando fictus.*
5 *Contumax,an habeatur pro confesso.*
6 *Contumax dicitur, quando quis venire contemnit.*
7 *Contumax dicitur,qui maliciosè occultat.*
8 *Contumax dicitur,quando quis impedit ne citatio ad eum perueniat.*
9 *Cantumacia vbi crescit, crescere debet pœna.*
10 *Contumacia, non dicitur, quando quis non fuit personaliter citatus, sed potius cessatio.*
11 *Sententia contra cantumacem, vbi profertur, quid continere debeat.*
12 *Contumacia,vbi datur, ea semper cadit interpretatio, per quam resulta id, quod est contumaci deterius,& aduersario vtilius.*
13 *Contumacia vera, quomodo differat à contumacia ficto.*
14 *Contumax ad hoc, vt possit mulctari, requiritur, quod sit verus contumax.*
15 *Contumacia ficta non potest mulctari, si fuerit ab eo appellatum.*
16 *Contumax quot modis, quis dicatur,*
17 *Contumacia, an debeat accusari.*
18 *Contumax non comparendo non dicitur ille, qui comparere non tenetur.*
19 *Contumax, qui comparere non tenetur, non potest haberi pro confesso.*
20 *Confessio ficta, quæ per contumaciam indicitur, an habeat eundem effectum, quem habet contumacia vero.*
21 *Statutũ loquens de vero maleficio, an habeat locum in maleficio verificato per confessionem factam ex contumacia.*
22 *Contumacia excusatur propter infirmitatem consanguineorum, ob quam vocatus comparere non potest.*
23 *Contumox excusatur, quando quis allegot locum nõ tutum.*
24 *Locus non tutus, dicitur etiam is pro quo datus etiam fuit saluus conductus.*
25 *Contumax non est censendus is, qui licentiam comparendi habere non potuit à Duce suo, cus miles adlatus extitit.*
26 *Contumax non potest dici, quando præcedens citatio fuit nulla.*
27 *Confessio resultans ex banno, & contumacia, ad hoc vt valeat, quæ requirantur.*
28 *Contumax, vt habeatur pro confesso, an requiratur trina citatio.*
29 *Confessio descendens ex contumacia, an valeat contra vniuersitatem.*
30 *Confessio resultans ex contumacia, an habeat locum in adulta.*
31 *Confessio resultans,ex contumocia, an habeat locum in minore.*
32 *Minor nequit aliquid facere iudiciale sine curatore.*
33 *Minor in iudicio criminali potest comparere sine curatoris assistentia.*
34 *Curatoris auctoritas, non est necessoria in confessionibus factis per minorem in tormentis.*
35 *Confessio minoris sine curatoris auctoritate, an, & quando valeat.*
36 *Minor,an restituatur in integrum aduersus confessionem factam in criminalibus.*
37 *Defensores, an admittãtur in criminalibus,vbi reus fuerit contumax.*
38 *Statutum, quod nemo in causis criminalibus possit comparere nomine alieno, an prohibeat defensores comparere.*
39 *Procurator,an admictatur pro contumace.*
40 *Probatio resultans ex contumacia, non egreditur personam.*
41 *Sententia lata contra vassallum contumacem,an noceat filijs.*
42 *Condemnatio feudotarij ob contumaciam ob crimen commissum in persona Domini, an noceat filijs.*
43 *Sententia lata contra contumacem absentem, non præiudicat fideiussori de præsentando ad omnem requisitionem, & de soluendo condemnationem.*
44 *Confessio ficta resultans ex contumacia, an transeat ad hæredes.*
45 *Appellatio,an detur à confessione ficta.*
46 *Confessio ficta,an prosit in causa appellationis, ita vt curia non habeat necesse probare maleficium.*
47 *Minor, mulier, rusticus,& miles,an possint appellare à ficta confessione.*
48 *Contumax verus non appellat.*
49 *Contumax fictus dicitur esse in dolo præsumpto.*
50 *Dolus præsumptus non cadit in minore.*

Con-

51 Contumacia ficta, æquiparatur verè, quando citatus malitiosè procurauit ne ad eum citatia perueniret.
52 Contumax quibus ex causis possit se excusare.
53 Condemnatus vigore contumaciæ resultantis ex banno, an efficiatur infamis.
54 Principis assertio, quod quis commiserit crimen læsæ maiestatis, an valeat.
55 Dec. in cons. 528 544. & 606. non recipitur per Bardelanum in cons. 101. lib. 2.
56 Causa non præsum tur in Principe in his de quibus ad libitum disponere non potest.
57 Principis assertioni de iure, siue de facto, an hodie sit credendum.
58 Regi asserentib. feudum, sibi esse apertum, an credatur.
59 Rescriptum de iure ciuili est perpetuum, de iure verò canonico est annale.
60 Rescripta quæ sint perpetua, & quæ sint annalia.
61 Rescriptum qui impetrauit, an possit habere dilationem ad illud præsentandum.
62 Dilatio concedenda est ad contradicendum rescripto.
63 Iudex, an possit committere examen testium in causa criminali, vel ciuili.
64 Notario attestanti sibi fuisse commissam receptionem testium, an sit credendum.
65 Commissarius an possit commissionem sibi factam de recipiendis testibus alteri committere, & subdelegare.
66 Testium receptio, an possit committi notario non habenti iurisdictionem.
67 Testium receptio in Ciuitate Mediolani, quomodo & qualiter fiat.
68 Iuramentum testibus debet deferri per Iudicem.
69 Iudex principalis non debet assumi in assistentem.
70 Notario attestanti de officio conscribendi acta sibi commissa, an sit credendum.
71 Menoch. in cons. 100. nume. 51. libr. 1. non recipitur.
73 Diffamatia requiritur in criminalibus.
73 Stylus, seruari debet.
74 Consuetudo fori, seruanda est.
75 Rescriptum, seu commissia non est propalanda diffamato, quando reus instrueretur ad fugam.
76 Citatio, non est necessaria; quando certum est reum citandum non esse campariturum.
77 Delegatus, an teneatur facere fidem suæ delegationis.
78 Delegatus nullam iurisdictionem habet naturalem, vel ordinariam, sed accidentalem.
79 Delegatus nullam iurisdictionem habet ante præsentationem suæ cammissionis.
80 Delegatio vbi fuerit denegata, quomodo probetur.
81 Capitulans regulariter non fatetur.
82 Impedimentum non excusat, quando quoquomodo colli potest.
83 Impedimentum, an excuset, quando impeditus non fuerit de eo protestatus.
84 Protestatio aduersus impedimentum, an requiratur, & omni casu quomodo fieri debeat.
85 Impeditus, an teneatur mittere procuratorem ad comparendum.
86 Excusatar præimpedito, quid facere teneatur.
87 Locus commissi criminis, an sit exprimendus in accusatione.
88 Delictum vno tempore potest alio tempore esse delictum.
89 Facultas defensionalis non est angustanda.
90 Loci, & temporis expressio, an requiratur in crimine blasphemiæ.
91 Citatio per edictum, an possit decerni per inferiorē à Principe.
92 Citatia per edictum, an possit fieri in duobus locis.
93 Citatio per edictum, quid requirat ad eius validitatem.
94 Citatio quibus, & quot modis fieri possit.
95 Citatio per edictum, an possit exerceri die feriata.
96 Fugitiuus non est citandus æquè ac is, qui dixit nolle comparere.
97 Citatus, si data opera procurauerit detineri, non excusatur.
98 Impedimentum allegans tenetur probare.
99 Impedimentum probatur per testes, ac etiam per iuramentum.
100 Impedimenti protestatio, quibus casibus non requiratur.
101 Curatoris auctoritas in iuditio criminali, an desideretur.
102 Fictio non operatur plus in casu ficto, quam veritas in casu vero.
103 Fictio quoad iuris effectus, tantum aperatur in casu ficta, quantum veritas in casu verò, & numero 104.
105 Fictio hominis non producit aliquem effectum iuris.
106 Fictio quibus casibus non operetur, plus in casu ficto, quam veritas in casu vero.
107 Statutum disponens contumacem haberi pro confesso, an sit contra ius commune.
108 Statutum correctorium, vel exorbitans à iure communi, an comprehendat etiam personam minoris.
109 Contumacia, & bannum afficit minoree.
110 Saluus conductus, & securitas danda est reo, etiam in crimine læsæ maiestatis.
111 Saluus conductus, & securitas, an possit concedi per inferiores Principes.
112 Fidutia data bannitis per iudicem, an sit seruanda.
113 Fidutia data per Principem seruanda est.
114 Saluus conductus, an possit reuocari ex causa.
115 Saluus conductus per quod tempus intelligatur durare.
116 Saluus conductus per Principem concessus latè, & largè debet intelligi.
117 Saluus conductus concessus personæ extenditur etiā ad res.
118 Fides seruanda est, etiam hosti, & doloso.
119 Fides publica non est violanda alias plectitur violans.
120 Respublica Genuensis solita est fidem publicam seruare.
121 Citatus, quando non teneatur mittere Procuratorem.
122 Saluus conductus, quando possit reuocari.
123 Iudex illiteratus debet habere assessorem peritum.

Num.1.233.cum ſeq.vſque ad num.337.

MAgiſtralis eſt iſta conſultatio, & valdè
vtilis etiam his qui in foro Criminali
verſantur, ſi quidem pro maiori parte continet
ordinatoria iudicij, de quibus ſolet ſæpiſſimè
dobitari penes grauiſſimos Iudices, & pro eo,
quod hoc loco dicitur ſententiam habere præ-
1 ſumptionem † pro ſe, quòd fuerit ritè, & rectè
lata, adde cap. cum Inter extrà de re iudicata.
Alex.in conſ.63. Stantibus his, quæ nu.12.vol.
4.& in conſ.164. Circa dubitationem. n.4.vol.
7. Quem ſequitur Rol.in conſ.71.viſo proceſſu
vnà cum ſententia.num.18. libr.1. Quæ tamen
requirantur, vt ſententia hominis iuſtè profe-
2 ratur, † ſcribit Moditios in ſuis dubitat. in §.
lex eſt.nu.20.lib.1. Præſumptio tamen quæ da-
3 tur pro ſententia, tunc ceſſat quando† produ-
cuntur acta, & proceſſus.tunc enim ex actis po
teſt colligi ſententiam minus ritè, & rectè fuiſ-
ſe latam.& ita memini alias obtinuiſſe in qua-
dam cauſa de Furno loci Morani, vbi facta pro-
ductione proceſſus ſublata fuit ea præſumptio,
quæ ſtabat pro ſententia. Rol.C.
4 Quis dicatur verus contumax† & qui fictus,
vide Rebuff. in tract.de contumacia. art.10.gl.
1.Rol.à Val.in conſ.47.viſis iuribus ad me.vol.
1 poſt Bart.in l.1. C.Quorum appellat, faciunt
notata per Theſaurum deciſ.265. Contumax le
gibos adeo, & plura alia in meo Theatro Cri-
5 minali, ſub titulo, quod contumax habeatur †
pro confeſſo faciunt notata per Bart. in l.9.ff.
de in integr.reſtit.num.10. Pro eo tamen, quod
ad Theoricam pertinet, ſcias tribus modis quẽ
6 dici contumacem, primò ſcilicet † quando ve-
nire contemnit. Secundò quando malitiosè ſe
7 ipſum † occultat. Tertiò quando impedit ne
8 poſſit citatio ad eum † peruenire, creſcente aũt
9 contumacia creſcere † debet pœna. ca.fin.§.in
alijs.extrà vt lite non conteſtata. Petrus tamen
de Rauenna in ſuo ſingul.112. Contumacia illa
propria, ubi dicit qđ quando quis nõ fuit per-
10 ſonaliter † citatus, non dicitur contumacia,
ſed potius ceſſatio. Vbi autem contra contu-
11 macem fertur ſententia debent in ſententia †
inſeri verba. Viſis citationibus de eo factis, &
viſa contumacia, vt docet Bart. in l.multum ff.
de cond.& demonſtr.In caſu verò contumaciæ
12 ſemper interpretamur † id quod eſt contuma-
ci deterius, & aduerſario vtilius, idem Bartol.
in l. Quamdiu.ff de acquit.hæredit. pro eo qđ
13 dicitur de differentia inter contumaciam † ve-
rum & fictum ſcias, quòd etiam in his in quib'
14 contumacia vera † requiritur, ad hoc, vt quis
poſſit mulctari ſi Iudex mulctauerit ex contu-
15 macia ficta, & non † fuerit appellatum valebit
mulcta, ita ſecundum Bald.in l.& in mulctis.C.
de appellationibus. Alex.in l.vlt.§ fin.ff.ſi quis
iuſdic. non obtemper. ſcribit Moditius in ſuis
dubitat.lib.1.§.lex eſt. dubitat.63. Inſequendo
texturam, num.5. Quot autem modis quis di-
16 catur contumax,† notat Bald.in conſ.338. Ad
euidentiam eſt prouocatus. num.1.volu.1.& an
17 ſit neceſſe, quod contumacia † accuſetur. Vi-
64 fuisse commissam receptionem † testiū, & quod
talis commissio non possit scribi per eundē no-
tarium sicuti, nec procuratorium ab eo qui in
procuratorem eligitur Notat Dec. in cons.42.
Pro facultate, sed debeat scribi per alium nota-
rium, tradit Afflict. decis. 317. In causa cuius-
dam, vnde de illa cōstare debet Benintend. de-
cis.74. Vettebatur causa,& Guid. Pap. qō. 126.
An in hac curia, quod autem commissarius nō
possit commissionem sibi factam de recipiendis
65 testibus alteri † committere, & subdelegare,
nisi partium fuerit consensus Vide Caball.mil-
leloq.180 Examinator electus & Gallium ob-
seruat.97. fauore matrimonij. lib.2. vide Hart-
man.cap.15.de testibus.lib.2. Insuper quod ista
66 receptio testium possit committi Notario nō †
habenti iurisdictionem de partium tamen con-
sensu scribit Bart.in l.Iudices.& in auth. quod.
C.de fide instrum. Plura singularia in materia
istius commissionis,scribit Rebuff. in constitut.
Regni.Tomo 2.art.1.& 2.In subiecta autem ma
teria non possum sub silentio transire abusum,
quem vidi obseruari in inclita hac Ciuitate Me
67 diolani circa † receptionem testium, eligunt
namque partes notarium pro recipiendis te-
stibus,sed vbi institerint testes recipi testes per
Iudices, vel arbitros ex forma statuti electos.
Putat notarius ad eum pertinere transmittere
citationes sub hac forma ad videndum,scilicet
testes iurare, & recipi per eum cum assistentia
iudicum, quod mihi visum fuit monstruosum
68 cùm illud munus † ad Iudices pertineat, & ad
eos spectet iuramentū deferri testibus, & ipsos
interrogare, & mandare actu Notario, vt vocis
trepidationem, & testes balbutientes notet, &
scribat ad mentem Bart.in l.10. ff.de quæstion.
vnde qui principalis est Iudex in assistenti as-
69 sumi non † debet, cui rei posteaquam, vidè non
posse prouideri, duxi in facti contingentia trā-
seundum eum abusu. R.C.

Num.51.

Ibi (vt pariter videtur deceptus Boer. quæst.
258.num 5. qui simpliciter sequutus est Guido
nem Papæ.) Imò dicas contra Menoch. quòd
ex communi Doctorum sententia, nō creditur
70 tabellioni attestanti † de officio conscribendi
acta sibi commisso per Iudicem, vt est decisio
71 Afflicti 317. In causa, quæ concordat† cum de-
cis.126.Guid.Pap.In hac curia. Vantins de nul-
lit.process.sub tit. de nullit. ex defectu citatio-
nis.num.43.citat Alex.Bald.Butrig Afflict. Fel.
Marsil.& hanc Boetij decis.258.R.C.

Num 58.vsque ad 70.

Dùm dicitur requiri diffamationem, & indi-
72 cia † videas ad saturitatem ea quæ diffusè scri
bit Prosper Farinac. vt vnus pro mille allege-
tur in sua pract.crimin.q.1.nu.40.& 50.vbi plu-
res ampliationes, & limitationes annotantur.
Rol.Cauagn.

Num.74.

73 Ibi (qui sanè stylus seruari omninò† pro le-
74 ge debet.) Quod fori consuetudo seruanda† sit.
facit l.3.in fi.ff.de testam.& dicit Iurisconsultus
in l.labeo. ff. de statu liber. quòd mores agen-
tium sequi debemus. Rol.C.

Num.75.

Quando tenor rescripti, seu commissio ha-
bet annexam seriem facti, quæ non est propa-
75 landa † diffamato, & indiciato, non debet
notificari,& inseri in citatione, quia alias,qui
reus est ad fugam instruitur, & ita ego in facto
memini obseruasse,in quadam delegatione mi-
hi facta per Serenissimum Vincentium Gonza-
gam Ducem Mantuæ, & Montisferrati aduer-
sus nonnullos feudatarios potētes in partibus
langarum,quo loco dum sumerem informatio-
nes comparuit. Qoidam I.C. nomine feudata-
riorum,qui petebat copiam rescripti,& delega
tionis in qua nonnulla continebantur capita
enormia delictorum, & ego loco tenoris rescri
pti ostendi eidem familiam stipendiatorum, &
plures militum cohortes,ex quibus poterat ar-
guere veritatem delegationis cum huiusmodi
cohortes sine expresso ordine suæ Altitud. ha-
beri regulariter non potuerint, quod dictum
fuit iuridic. approbatum. R.C.

Num.76.

Pro eo,quod hic dicitur citationem non esse
76 necessariam, vbi certum† est,quòd citandus nō
erat venturus ad iudicium. Vide quæ dixit idē
Menoch.suprà in cons.2. magni ponderis, num.
182.& quæ latius annotaui ad illud consilium,
ac ad num.322. sub num. meo 117. & sequenti-
bus. hoc eodem lib. R.C.

Num.77.

77 Ibi (nulla fide facta suæ delegationis,) † ad-
uersus hoc loco dicta per Menoch. facit quod
cum delegatus nullam iurisdictionem habeat
78 naturalem, † & ordinariam, sed accidentalem
illi non creditur, nisi facta fide suæ delegatio-
nis. Doct. in cap. prudentiam, extrà de officio
delegati. Hinc pluribus placuit, quod Iudex
79 delegatus ante præsentationem suæ† commis-
sionis nullā habeat iurisdictionem. Guid. Pap.
q.286. Iudex delegatus. num.1.& ibidem Mat-
thæus Apostillator. Quid autem iuris sit, vbi

nega-

80 negaretur potestas delegantis † dicas ex Bar-
tolo in cons.82. Punctus quæstionis.lib.1.suffi-
cere,quod probetur possessio, vel quasi in qua
etat tempore delegationis.R.C.

Num.80.

Aduersus hæc dicta Menochij posset obijci,
81 quod capitulans regulariter† non fatetur,præ-
sertim quando sunt adiecta verba illa saluta-
ria,& sic,vel aliter, & prout & cætera, cap. fin.
de iureiur. lib 6. & hæc est differentia in capi-
tula,& positiones, vt alias dixi in obseruation;
meis ad Decreta Montisferr. sub decreto 11.§.
3.libro 1.num.65. R.C.

Num.83.

Quod impedimentum non excuset, quando
82 quoquomodo tolli potest, † notat Ioseph. Lu-
don. decis.Perus 36. Don Antonius Petri. num.
fin. Menoch.de arbitr.iudic.casu 118. D. Rau-
dens.de Analogis.cap.37. Post declarationem.
num.77. Caputaquens. decis. 72. Impedimen-
tum allegans. par.2.num.fin. R.C.

Eodem numero posset addi non posse quem
excusari propter impedimentum, nisi de illo
83 fuerit expressè protestatus ex communi Docto
rum sententia, quæ habet eo casu necessariam
esse protestationem. Cassan.in consuet Burgúd.
tit. Des droicts.Rubr.4 §.20.glo.4. pro materia
vide D.Raudens.in tract.de Analog.c.34. Con-
fiscationum hæc.num.85. Petrum Roytium de-
cis.Lituan.4. & Mysing. obseru.59. Communis
est doctrina.centuria 3. Quando autem requi-
84 ratur † protestatio impedimenti, & quomodo
fieri debeat latè dixi in obseruationibus ad De
cretum Montisferrati 13.in §.4.q.10.num.3. &
seq.lib.1. R.C.

Num.84.

Ibi (Potuisse mittere procuratorem.) Quan-
do impeditus cõparere teneatur mittere pro-
85 curatorem † ad comparendum. Vide Mysinge.
obseruat.58. Circa hoc fuit centuria 4. & quid
86 tunc excusator† facere teneatur. scribit Rebuf.
ad Constit.Regni. Tom.3.in tract. de excusat.
num.68.& 98.R.C.

Num.85.

87 Ibi (adscribi debet locus † commissi crimi-
nis.) Hæc est materia. l.libellorum. de accusat.
pro veritate recurras ad dicta.per Prosper. Fa-
rinac.q.1.num.29. R.C.

Num.88.

Ibi (cum delictum potest esse non delictum
88 aliquo † tempore) hanc rationem crediderim
non esse solam,& vnicam, & sufficientem cùm
detur alia ratio, nè scilicet angustetur facultas
89 defensionalis, vt alias dixi in Anatomia iuris
ad l.libellorum. de accusation. R.C.

Num.92.

Ibi (& in specie in crimine hæresis.) Adde
hoc idem seruari in crimine blasphemiæ, quia
90 in eo non exigitur expressio loci,† & temporis,
vt latè dixi in Theatro Criminali.lib. 2.§.2.q. 2.
num.21.& 22. R.C.

Num.95.

Quod inferior à Principe, non potest decer-
91 nere,quod quis citetur† per edictum.Rota Ro
man.de rescript.in nouis decis.5. & quod talis
citatio facta per edictum non sufficiat si fiat in
vno loco cũ ad minus debeat fieri in duobus
92 locis,† vt in eadẽ decis.5. cauetur plura alia de
huiusmodi citatione. verba facit Andr. Gaill.
obseru.57.Citatio per edictum. lib.1. Quæ au-
93 tem requirantur ad hoc, † vt concedatur cita-
tio voce præconia,& ad eius validitatem. Vide
Paponium.lib.7.tit.4.Arresto 5.& 6. Vide Car-
panum ad Statuta Mediolani cap 1. num.9. 10.
& seqq. lib.1. vbi etiam dicit quibus, & quot
94 modis † citatio fieri possit, an autem huiusmo-
95 di citationes per edictum valeant† exerceri die
feriata, scribit Gulielm.Cassiadorus decis.5. in
tit.de dolo, & contumacia. vide Marcum Mãt.
singul.46. Diebus feriatis regulariter Crauettã
pro Geneto in cons.1.num.260.R.C.

Num.110.

Ibi. (Atqui vagabundus.) Quod fugitiuus
96 non sit amplius citandus † æque, ac is qui di-
xit nolle venire ad iudicium satis probat Bart.
in l.9.C.Quomodo,& quando Iudex.R.C.

Num.114.

Ibi (ex quo data opera) hoc argumentum
satis esset tutum si fuisset probatum, quòd da-
ta opera illud fuisset procuratum, vnde credi-
derim munus hoc fuisse de pertinentibus ad fi-
97 scum cum † in dubio non præsumitur, ꝙ quis
sedulo procurauerit detineri, eodem iure,quo
98 allegans impedimentum grauatur † oneri pro-
bandi vt not.Crau. in cons.270.In causa com-
munitatis & Cassan. in consuetud.Burgund.ti-
tulo des Droicts.§.20.glos.4.nume.4.an autem
99 probetur † per testes, vel per iuramentum. Vl-
trà Cassan.loco relato. Vide Aman. de Claris
aquis.singul.231. Nota quod si sum citatus Re-
buff.in constit. Regijs.tit.de excusat. nume.61.
Tom.3.Petrum Roytium.decis.4.nu.491. Guid.
Pap.q 64. Si altera pars, & q. 205. In causa ap-
pellationis Iaffred.Balb.decis.317. Mysing.ob-
seru.92.frequenter,& hoc. centuria 3.& obser-
uat.57. Noti iuris est, quod. centuria 4 & Ca-
ball. milleloq. 870. Quomodo probetur impe-
dimentum.Rol.Cau.

Num.118.

Ibi (cum de illo facta est protestatio) Quibus
100 casibus non requiratur † protestatio impedi-
menti scribit Verallus decis.13. fatalia nõ cur-
runt.num.5.par.2.quod esse verum ex stylo Ro
tæ docuit idem Verallus decis.73. fideicommis
sum relictũ. Vide Caball.milleloq.869. An post
recusationem,& Crescent.decis.5. alias 234.de
except.& Rebuff.in constit.Reg.in tract.de ex-
cusat.num.51. Rol.C.

Num.119.

Veritatem istius quęstionis,an in iudicio cri
101 minali desideretur auctoritas † curatoris.Col-
ligas ex his quæ dixi in mea Anatomia iuris ad
l.Clarum.C.de auctor.præst.quæ non mediocri
ter conferunt ad declarationem eorũ, quæ dif-
fuso sermone scripsit hoc loco Menoch. R.C.

Num.167.

Boni practici solent exhibere reo citando
saluum conductum, & securitatem quoad reli-
102 qua † etiam in crimine læsæ maiestatis, & ita
vidi obseruatum in eodem crimine læsæ maie-
statis. Rol.Cauag.

Num.125.

Ibi (fictio non plus operari debet in casu fi-
102 cto, quem veritas † in casu vero.) dicas quod
tantum quoad iuris effectus fictio præstat in ca
103 su ficto † quantum veri in casu vero, sic post Se-
bast.

bastian.Medic.Ozasc. & Surd.scribit Costa Papiens.in suo tract. de fictione translatiua. ca.1.
regula 2. Rursus incipit sic concipi. nu 7. & 8.
104 quod tamen fictio non debeat plus † operari in
casu ficto, quam veritas in casu vero scribit idē
Menoch.in cons.139.nn.25.libr.2 vide quæ ibi
dem dixi. Hoc tamen intelligas in fictione legis non autem in fictione hominis.quia ab ho-
105 mine fictio † non potest induci saltem, quoad
iuris effectum. Riminald.iun.in cons.521. num.
51. lib.5.casus alios in quibus fictio non opera-
106 tur † plus in casu ficto, quàm veritas in casu ve
ro ponit Vincent. Honded.in cons.74. commis
sis pluribus delictis.num.35. & 36.lib.2.R.C.

Num.126.

Dùm inquit Menoch. quod statutum dispo-
107 nens contumacem haberi pro confesso † est cō-
tra ius commune. Vide quæ dicit Francisc. de
Aretio in cons.146.per totum incipit visa consultatione. R.C.

Num.127.

Ibi (Atqui statutum, vel correctorium iuris
108 communis vel exorbitans† non comprehendit
personam minoris) pro veritate istius conclusionis,vide quæ superius dicta sunt,& quæ post
Nattam in cons.540.541.& 542.à num.2.vsque
ad finem consilij scribit Ioseph.Ludou.conclus.
3.Bannitus qui vigore statuti. versic. Infertur
tertio.vbi dicit, quòd huiusmodi contumacia,
109 & bannum afficit † etiam minores, absque curatore citatos,& condemnatos, faciūt quę inferius scribit Menoch. qui pro eo, quod ad articulum hunc vtrum minor ligetur statuto, &
an in criminalibus requiratur curator omnia
ferè desumpsisse videtur à Natta in locis allegatis. Rol.C.

Num.167.

Boni practici solent exhibere reo citando sal
110 uum conductum,& securitatem † etiam reo læsæ maiestatis,& Ita vidi obseruatum. R.C.

Eodem num.167. ibi. (Quinimò & inferio-
111 res Principes posse hos saluos conductos, & †
securitates concedere.)De salui conducti concessione, & qui illum concedere possint, ac de
pœnis eorum, qui illum violant. Vide Menoc.
de arbitrar. iudic. casu 336 vbi similiter verba
facit de pluribus quotidiè in castris euenientibus circa saluum conductum. Quòd autem fi-
112 ducia data bannito, † per Iudicem non sit seruanda scribit Bald. in sing.149. vbi dicit secus
113 esse si fuerit data † per Principem,vel Belli du-
114 cem,quod autem reuocari posit saluus † conductus per concedentem ex causa. Vide Menoch.in cons.244. Cùm rogatus sim,ac summis
exoratus precibus.libr.3. vbi notat quibus ex
causis possit reuocari, & quod securitas data
reo omni casu seruanda sit, scribit idem Meno.
de arbitr.iudic.q 81.nu.12. sed an hoc permittatur iudici scribit Francis.Marc.q.516.num.7.
par.1. & Menoch. de arbitr. casu 337 qualiter
115 autem intelligatur circa † tempus. Vide Menoch. dicto casu 336. vbi similiter post Decium
116 in cons.51 dicit quod à Principe † concessum
latè,& largè debemus interpretari. Vndè si fue
117 rit concessus † personæ extendetur etiam ad
res. Rol.Cauag.

Num.187.

Ibi (fides seruanda non est) hoc dictum non
placet,& aduersatur his dogmatibus, quibus
cautum est maximum adeo esse vinculum in fide publica, vt dissolui nullo modo posit, &
118 hosti quantumuis † doloso seruanda fides sit,
vt est exemplum in secundo Reg. capit.21.vbi
ob non seruatam fidem datā per Iosuè, & Principes Israelitas Gabaonitis. Domus Saul iudi-
119 cio Domini † graues pœnas dedit.Faciunt notata in can.inter cætera. § sed cum his omnib.
22.q.4.sic notat etiam Petrus Gregor. Tholos.
de Republ.lib.7.cap.20. Inter Principes humanos.nu.60,quod infra probat Menoch. R.C.

Num.194.

Credidi semper,quòd Respublica Genuēsis,
120 sicut alij veri, & boni Principes, † solita sit fidem publicè datam seruare. quicquid hoc loco dixerit eruditissimus Menoch. cuius dicta
per modum dubitationis benè reuocat sub nu.
228. Rol.Cauag.

Num.199.

Ibi (vt excusatorem mitteret) Regula est,q̄
121 citatus non tenetur mittere procuratorem, †
quando est impeditus iusto impedimēto, quā-
do tamen hoc istud procedat. vide Bart. in l.2.
§ si quis in iudicio. ff.si quis caution. facit glo.
1.in can.si ægrotus.5.q.Rol.C.

Num.223.

Dum respondet Menoch. ad allegatam inobseruantiam salui conductus dicas,quòd mul
tis ex causis de iure non obseruatur securitas,
122 vtputa quia superuenerit † caussa contraria illi
caussæ,quæ mouit Principem ad concessionem
Menoch.in cons.244. Cum rogatus sim. nu.37.
lib.3.vel quia reddiderit ex noua caussa se indignum,vt ibi. num.31. R.C.

Num.250.

123 Quod illiteratus possit esse Iudex, † probat
glos.in cap.sciscitatus de rescript.in verbo impedimento, sed debet habere assessorem peri-
124 tum † Speculat.de requis.consilij. R.C.

Ad Consilium 101. Est noua, & acuta illa.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus an possit succedere ab intestato, vel ex testamento.*
2 *Banniti ex forma statuti ammittunt ius succedendi.*
3 *Banniti nostri temporis sunt incapaces actiuè,et passiuè relictorum in testamentis.*
4 *Fiscus ex persona bannitorum non potest eisdem relicta capere.*
5 *Confiscatio bonorum, quando fiat ipso iure, vel ope exceptionis.*
6 *Bannitus,qui potest impunè offendi, an intelligatur etiam si sit mortuus.*
7 *Bonorum confiscatio, an comprehendat bona futura.*
8 *Fiscus non succedit in iure conditionali.*
9 *Ius conditionale proueniens ex contractu transit in fiscum.*

Num.1.

AN bannitus succedat ab intestato, vel
1 ex † testamento scribit post Nellum de
Sancto Geminiano. Marsil. in tract. de bannitis

tis, in verbo exules. numé.5. secundum tamen
ius commune succedere non prohibentur. In
quibus autem bonis scribit Ioseph Ludou. de-
cis. Perus.11. fuit inhumanis, & Bart. in l. si qua.
ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris successionē
2 verò delatam † ex forma statuti ammittāt Bart.
in l. si certa. C. de iur. fisci. libr.10. & priuantur
successione ipsis prouenientc in eo territorio
à quo sunt banniti. Idem Ludou. loco citato.
num.9. Ex sententia Hieronymi Magonij. decis.
Lucensi 84. qui conuenit cum Menochio hoc
3 loco banniti nostri temporis sunt † incapaces
actiuè, & passiuè, relictorum in testamentis, nec
4 fiscus ex eorum persona † admittitur, sed quòd
publicatio bonorum integro statu manente nō
impedit condemnatum succedere in alijs bo-
nis postea delatis Gomez leo. decis.68. & quod
bannitus possit capere ex testamento, saltem
quoad bona sita extra locum, & Ciuitatem à
qua fuit bannitus post Clar. in §. testamentum.
q.2u. scribit Menoch. in cons.271. Responsum,
quod nunc. lib.3. vbi concludit pro parte affir-
matiua, quid in deportato, vel delegato. Vide
eundem Clarum loco citato. q.22. De materia
vide quæ dixit Prosper Farinac. q.102. vbi mul-
ta effundit. R.C.

Num.2.

Ibi (perdere ipso iure dominium) Vide quæ
dixi in Theatro Criminali, lib.1. par.3. de pœ-
nis hæreticorum. q.   & parte quarta vbi la-
tè tractatur materia criminis læsæ maiestatis.
Vide notata per Farinacium. quæst.103. quan-
5 do autem fiat † confiscatio bonorum ipso iure,
& quando ope exceptionis. Vide Boer. decis.
264. Et primò præsuppono. nume.10. An verò
dicantur bona applicata fisco ipso iure, quan-
do solùm versamur in primo capite. l. Quisquis.
C. ad leg. Iul. Maiestat. scribit Caputaqu. decis.
67. par.1. R.C.

Num.4.

Ibi. (Potuisset impunè offendi.) Vide Farina-
cium in iam citata quæst.103. num.13.20.21.&
6 22. vbi extendit etiam † quod sit mortuus, &
etiam quoad bona. R.C.

Num.24.

Ibi (in bonorum publicatione, atque confi-
7 scatione, non contineri bona in futurum † ac-
quirenda.) Adde Iulium Clarum in pract. cri-
min. § fin. q.78. Nunc de pœnis pecuniarijs. ver
sic. Vlterius quæro, Iac. Menoch.

Num.25.26.

Pro veritate eorum, quæ hoc loco dicit Me-
noch. an in publicatione bonorum veniunt fu-
tura solet distingui, aut agitur de iure condi-
tionali descendente ex vltima voluntate, & tūc
8 non succedit fiscus, † vt hæres delinquentis, sed
ius ipsum conditionale habetur pro non appo
sito, & cum perindè sit, ac si conditio nulla fuis-
set adiecta is tantum succedit, qui aliàs succes-
surus erat: faciunt tradita per Roman. in sing.
17. Aut agitur de iure conditionali prouenié-
9 te ex contractu, & tūnc sicuti istud ius est trans
missibile ad extraneos hæredes, ita etiam ad fi-
scum, qui vt hæres succedit, quod habere locū
in feudo bannito vasallo, & pendente banno, vt
est apud Roman. in sing.170. Glos. ordinaria in
l. Quæ autem bona, & iura non comprehendan
tur sub confiscatione notat Bart. in l. si finita. §.
fin. ff. de damno infect. Cassan. in tit. des confi-
scations. Rubr.2. §.1. gl. fin. num.33. Articulum tamen hunc latè examinat nouissimè Sebastianus Guazzinus in suo eleganti tract. de confiscat. bonorum conclus.13. limit.25. limita principaliter per totum. R.C.

Ad Consilium 102. Nouum crimen, quod Illustri.

S V M M A R I V M.

1 *Vassallus, an possit contrahere amicitiam, cum inimico domini sui.*

2 *Amicus inimici mei, non est amicus meus.*

3 *Amicitia est voluntas, erga aliquem bonarum rerū illius ipsius causa, quem diligit cum eius pari voluntate.*

4 *Vasallus faciendo se amicum inimici domini habet præsumptionem malam contrase.*

5 *Amici vitia, si feras facis tua.*

6 *Morum similitudo præsumitur inter amicos.*

7 *Vassallus contrahendo amicitiam cum inimico domini sui, præsumitur eiusdem propositi, & animi.*

8 *Qui non est mecum contra me est.*

9 *Qui non colligit mecum dispergit.*

10 *Talis quisque præsumitur, qualis est ille, cum quo conuersatur.*

11 *Conuersans cum hæreticis præsumitur suspectus de hæresi.*

12 *Talis, qualis quisque est, talium consortio delectatur.*

13 *Conuersatio, & v.ctus, multas suspiciones inducit.*

14 *Conuersatio cum malis malam præsumptionem, & vrgens indicium facit.*

15 *Cum bonis ambula.*

16 *Talis præsumitur, qualis est locus, vbi continuè cōuersatur.*

17 *Vassallus, an teneatur probare contraxisse amicitiā cum inimico domini sui sine domini præiudicio.*

18 *Menoch. in cons.102. num.11. & 12. libro primo reprobatur.*

19 *Afflict. in cap.1. §. porrò. nu.13. quæ sit prima causa beneficij amittendi reprobatur.*

20 *Zasius de feudis parte decima. numero 32. non recipitur.*

21 *Soc. iun. in cons.134. numero 36. libro 3. non probatur.*

22 *Dominus agens contra vassallum ad priuationem feudi, ob actum, qui potest se habere, æquè ad bonum, & malum debet probare actum fuisse ad malum.*

23 *Amicitiam contrahere cum alio non est de genere prohibitorum.*

24 *Vasallo, quibus casibus liceat amicitiam contrahere cum inimicis domini sui.*

25 *Inimicus habendus est, qui parentelam, seu confederationem facit cum inimico meo.*

26 *Nobiles, & habentes feuda militaria, magis sunt astricti ad seruiendum Domino suo, quam cæteri.*

27 *Princeps tenetur releuare subditos suos ob vectigalia, & ludictiones, quas soluunt.*

28 *Subditi idonei ad bellum sustinendum, quando compelli possint.*

29 *Menoch. in cons.102. num.32. non recipitur.*

30 *Dux belli non debet alloqui Ducem aduersarium.*

31 *Maius vbi adest periculum cautius ibi est agendū.*

Ami-

Num. 32.

29 Ibi (quanto fortius in casu nostro) argumē-
tum hoc à minori ad maius non procedit, quia
longè maior est suspicio longè formidabilius
periculum est. quod belli Dux Ducem aduersa-
30 tiū † alloquatur, quā quòd vassallus amicitiam
cū inimico contraxerit siquidē lex ipsa cautius
31 agit vbi maius † potest esse periculum. l. 1. §. si
quis. ff. de Carbon. edict. & l. manifestissimi. C.
de furtis. R.C.

Num. 34.

32 Ibi (Hoc casu amicitia hæc non est † de ge-
nere malorum, sed bonorū) Ad idē facit, quod
33 vasallus qui pro inimicis domini fideiubet † nō
in perniciem domini non potest feudo priuari.
Matt. de Afflic in ca. 1. §. porrò quæ fuit prima
causa benefic. ammitt. post Bald. & præpositū
ibi. Specul. in tit. de treg. & pace vers sed pone,
Iacob. de sancto Georg. in sua inuestit. in verbo
dictiq; vassalli. nu. 14. sumpto argumento. l. li-
bertus negotiatoris. ff. de op. liberr. Item si fœ-
34 dus iniuerit eum inimicis † domini sui, vt bona
propria recuperet. Item si metu coactus amici-
35 tiam contraxerit † cum domini sui hostibus.
36 Item si consentiente domino † fœdus iniuerit,
vt probat Schrader. de feud par. 9. c. 5. nu. 28. &
seq. pro qua ce videndus est Henricus Rosen-
talis in Synopsi feudali. ca. 10. conclus. 12. Quo-
niam igitur feudo ferè per totam. R.C.

Num. 36.

Proponit hoc loco Menoc. quod vasallus cō-
trahens amicitiam cum inimico domini sui, &
37 relicto domino ad eum accedit, † & cum eo cō-
moratur, dicitur facere id quod est de genere
prohibitorum benè loquutus fuit, quia tunc
vassallus dicitur facere rem per se illicitam, &
38 per consequens † dolus præsumitur, & hanc
Menoch. distinctionem probauit Henricus Ro-
sentalis in iā citata conclus. 12. nu. 19. & 20. vbi
in allegationibus sub littera Y, cum Isernia mo
39 net vassallos. & subditos, vt caueant † ab acces-
su ad hostes sine licentia domini. Quia ante-
quam probent, quod non animo malo iuerint
ex vinculis causam dicent, quod hisce tempo-
ribus multi malo suo fato experti sunt R.C.

Eod. num. ibi. (Nam hic dicitur quodammo-
40 do transfuga.) Adde quòd transfuga † ab an-
tiquis appellabatur is qui recedebat de terris
Principi subiectis, & ibat ad hostes, & hi viui
quodammodo vrsebantur, aut furca suspen-
debantur. l. si quis aliquid. §. transfugæ. ff. de
pœn. l. postliminium. § transfugæ, & §. filius ff.
de capt. & postlim. reuersis. Gigas de crim. læsæ
maiest. in tit de rebellibus. q. 1. Cum etiam hi.
num. 6. & 7. Quis autem dicatur transfuga. quę-
nam sit illius pęna. scribit Tiber. Decian. in suo
tract. crim. lib. 7. sub titu. de transfugis. cap. 14.
Transfugientes etiam ad hostes per totum par
te 2. Rol. Cauag.

Num. 49.

De metu ad excusandum vasallū, qui partes inimici Domini sui sequutus fuerit, verba facit hoc loco Menoc. ad hanc rem addas ea quæ dixit Io. Bapt. Plot. in conf. 130. In Mediol. dominio adest decretum. nu 26. & 27. vbi dicit quòd metus excusat vassallum, quando alium in dominum recognouit. Itidem de iusto metu vasalli contrahentis amicitiam cum inimico domini sui, verba faciunt Barbat. in c. cæterùm. num. 107. extrà de iudicijs Hyppol. de Marf in l. 1. §. præterea nume. 10 ff. de quæst Martin. Laud. in cap. 1. quibus mod. feud. amittat. Bald. & Afflict. in capit. 1 § Item si fidelis quib. mod. feud. amit. hic num. 55. ille nu. 22. Iac. de Sancto Georgio. in verbo dictique vassalli n. 14. Dec. in cōs. 604. num 8 Henricus Rosentalis in synopsi feudali dicta conclus. 12 num 27 & in apostillis in littera HH. vbi citat Capic. Herman. vult Alc. Mascard. Grat. Gramm. Afflict. in decis. Neapol. 18. num. 5. Ruin. Dec. Rol. Menoch in hoc loco, vbi dicit quod punctum hunc discutit. Addit Paris. Brun. Abb. & Crau. De materia transfugarum, & fugitiuorum eleganter discurrit Hieronymus Fracheta in eleganti opere, quod inscribitur. *Seminario de' gouerni di Stata, e di guerra*, c. 160, vbi plura præcepta moralia docet. R.C.

Ad Consilium *103*. Non est nec minoris, nec leuioris dubitationis.

SVMMARIVM.

1 *Bona rebellium alijs concessa post pacem, an sint reddenda.*
2 *Bona rebellium per Fiscum alienata, an sint restituenda pro bono pacis.*
3 *Condemnatus, si fuerit restitutus, an recuperet locū dignitatis.*
4 *Restitutio non porrigitur ad bona alienata.*
5 *Restitutio, quæ fit ex gratia, an retrotrahatur.*
6 *Restitutio, quam facit Princeps, in patria Montisferrati, non comprehendit bona.*
7 *Restitutus poterit recuperare bona alienata per Principem, qui de facto priuauerit.*
8 *Restitutio quæ fit pro bono pacis, & proximi, quando extendatur etiam ad alienata in tertium.*
9 *Vassallus si commiserit delictum contra Papam propter quod fuerint publicata omnia bona, & apertū feudum domino, si Papa restituerit vassallum, etiam quoad bona, an restitutio noceat domino temporali.*
10 *Princeps pro bono pacis potest præiudicare tertio non solum in his quæ sunt iuris, sed etiam quæ sunt facti.*
11 *Princeps pro bono pacis potest remittere iniurias, & damna singularum personarum.*
12 *Princeps regulariter non potest concedere gratiam delicti, nisi habita pace, à parte læsa.*
13 *Princeps in dubio præsumitur nolle præiudicare tertio.*
14 *Principes, qui inuicem bella gesserunt inuntes pacē, & pacissentes de damnis datis non præiudicant eorum subditis.*
15 *Principes possunt damna per eos data inuicem remittere ex parte culpa.*
16 *Restitutus ex gratia Principis aduersus condemnationem, an, & quando teneatur suis creditoribus.*
17 *Creditores condemnati, an sibi præiudicent non contradicendo eredis si delinquentes fuerint plenariè restituti.*
18 *Princeps auferens rem priuati ex causa publicæ vtilitatis, & necessitatis, tenetur ad solutionem iusti pretij.*
19 *Cancellatio, quæ fit ex iustitia non ex gratia operatur restitutionem bonorum.*

20 *Gratia latissimè interpretanda est contra cōcedenct.*
21 *Gratiam facere, à principio gratia est, sed gratiam*
exequi ad iustitiam pertinet.
22 *Compositiones cum delinquentibus permittitur.*
23 *Gratia ad hoc vt valeat duo debent concurrere.*
24 *Principis potestas in tollendo iure quæsito, quomo-*
do consideretur.
25 *Clausula ex certa scientia cuius sit virtutis, & ef-*
fectus.

Num. 1.

QVod tebellium bona alijs concessa post pa
1 cē† sint reddēda scribit Boer. decis. 38. Et
quia hæc. num. 7. & vbi sit restitutus rebellis, an
censeatur restitutus ad feudum per ipsummet
tempore tebellionis alienatum. Vide Afflict.
decis. 116. Princeps Bisignaui cū, de restitutio-
2 ne bonorum etiam per fiscum † alienatorū pro
bono pacis. Vide quæ scribit Capic. decis 68.
In causa Magnifici, vide Mohedanū decis 88. &
3 an recuperet locum dignitatis, qui † institutus
est quando locus ille fuit ab altero occupatus.
Vide Menoch. in cons. 186. Dubitatio proposi-
ta plura. libr. 2. vbi concludit, quod non. Post
Bart. in l. 2. ff de decurion. & regulariter resti-
4 tutio non † porrigitur ad bona alienata, nisi
sit plenissima, vel nisi expressè hoc fuerit dictū
Gramm. decis. 65. Excellens Commitissa. num.
18. Put. decis. 118. Resolutum fuit in vna libr. 3.
Post Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum ff de
5 lib. & posthum. quia quando fit restitutio † ex
gratia, numquam trahitur retrò in præiudicium
iuris quæsiti. Gramm. decis. 103. Illustr. Marchio
nissa, nu. 119. Vide Dec. in cons. 515. Visis his,
quæ accuratè num. 8. De bonis autem restitu-
tis per Principem delinquenti restituto, scribit
idem Afflict. decis. 361 Monasterium Sanctæ Ma
riæ in patria tamen Montisferrati adest regu-
la Cancellariæ Magist. quod per restitutionem
6 factam † delinquenti non comprehendantur
bona, nisi in decreto gratioso fuerit adiecta
clausula. etiam pro bonis. vnde cautè agendo
qui gratiam petunt de ista clausula particula-
rem mentionem faciunt, quod iuri congruere
dicendum est, quia reuncatus ab exilio ex Prin
cipis indulgentia, neque ad famam, neque ad
bona censetur restitutus. Francis. Marc. q. 358.
Quæritur cui pertineat. num. 6. pro matrria vi-
deas Cassan. in consuet. Burg. tit. des Iustices,
Rubr. 1. § 5. glos. 13. num. 145. & 226. Rolan. in
cons. 45. Arguendo. vol. 4. facta tamen restitu-
tio etiam qnoad bona operatur præiudicium
illis, quibus alius bona deferebantur. Bellame-
ta. conclus. 751. Supposito in facto, quod. num.
7. Vnum tamen quod est singulare in proposi-
to, notandum puto, quod ea bona quæ ob deli-
ctum veniebant publicanda non ipso iure, sed
per sententiam si Princeps de facto priuauerit,
7 & bona ipsa alienauerit restitutus † poterit re-
cuperare agendo rei vindicatione contra pos-
sessores bonorum etiam quòd fuissent alienata
cum beneficio. l. Bene à Zenone. C. de quadrien.
præscript. sic notatum vidi penes Grammaticū
decis 105. Magnif. Portia surgent. num. 18. pro
8 materia restitutionis quæ fit pro bono pacis† &
proximi dixit Rota Romana, quod extenditur
ēt ad alienata in tertiū. qn̄ fit per verbum præ-
gnans, vt testis est Ioanu. Mohedanus 88. siue
6. sub tit. de restitut. spoliatorum incipit. In ca-
dem causa Ferrariensi. nu. 1. maior tn̄ dubitatio
foret si vassallus commiserit delictum contra
9 Papam, propter † quod fuerint publicata om-
nia bona, & apertum feudum Domino, & postea
Papa restitnerit ipsum vasallum etiam ad bona
sua, & obligationes, an hæc restitutio noceat
temporali domino quoad feudum, & alia bona
iam publicata in quo proposito videnda sunt
notata per Aegydium Bellametam. concl. 742.
Conclusio patet, & 743. His suppositis conclu-
sio Item pro eo quod dicitur de potestate Prin
10 cipis† pro bono pacis dicendum est, quod po-
test præiudicare non solum in his quæ sunt iu-
tis, sed ēt in his quæ sunt facti. Vt aduertit Mo-
hedanus in iam citata decis 6. de restit. spoliat.
Hinc dicitur pro bono pacis posse Principem
11 remittere iniurias, & damna singularum † per-
sonarum, absque eorum consensu, licet regula-
riter non soleat Princeps gratiam delicti con-
12 cedere, nisi habita † pace à parte læsa, cui num-
13 quam in dubio intelligitur fuisse † præiudica-
tum. Clar in §. fin. q. 59. quod etiam seruit pro
intelligentia eorum quæ infrà dicuntur ad nu-
mer. 10. Rol. Cauag.

Num. 10.

Ibi (quod capitula pacis omnem causam cō-
prehendant.) Nota, quod regulariter Duces,
& Principes inuicem bella gerentes, pacem in-
14 euntes † licet pacti sint de damnis datis subdi-
tis eorum non præiudicant illis, quominus pos
sint contra delinquentes pro damnis experiri,
nisi eorum simul accesserit consensus, vel nisi
aliter pax haberi non possit. Vide Andr. Gaill.
obseru 57. Dictum est supra. lib. 2. & Mysinger.
obseruat. 9. In eadem causa centuria 4. respe-
ctu verò damnorum, quæ Principes ipsi passi
15 sunt in rebus proprijs possent † damna remitti
ex pari culpa bellantium, vt not. Ang. in cons.
367. In quæstione vertenre inter Illustres, cuius
intelligentiam benè declarat Archiuista Man-
tuanus in opere inscripto *Annotationē supra la*
replica fatta. folio mihi 36. in litt. 6. incipit. *Ha-*
uerebbe detto. Rol. C.

Num. 18.

Pro materia an restitutus ex gratia aduersus
delictum, & cōdemnationem creditoribus suis
16 teneatur, quando† non fuit plenaria restitutio
ēt quoad bona faciūt notata per Costam Papiē
seni de portione rata, q. 120. Pulchra est admo-
dū per totum. vbi declarat tex. l. Tutor filiorū.
C. de sent. pass. & ponit ēt casum de particular.
restit. quæstionē hāc similiter declarat Baiard.
ad Clar. in quæst. 78. nu. 157. vbi dicit licet cō-
dēnatus, qui per gratiā fuerit restitutus à Prin-
cipe, quoad vitam non teneatur ad antiqua de
bita, attamē si restituta fuerint bona tenebitur
17 creditoribus ēt, q̄ non contradixerint † cridis
quæ fiunt poblicatis bonis, qđ nō cōparens in-
frà certū tēpus cadat à iure suo, ex Boss. in tit.
de proclamat. qđ fit bonis publicatis. nu. 15 &
16. Quē locū citat licet nō ꝓbet Sfort. Odd. in
suo tract. de restit. in inte. par. 2. q. 97. art. 3. R. C.

Num. 28.

Ibi (debet dominū recompensare.) Vera est
18 cōclusio quod Princeps auferens rē† priuati ex
causa publicæ vtilitatis, & necessitatis tene-
tur ad solutionē iusti pretij, nisi voluerit vti ple
nitudine potestatis non tn̄ datur præsūptio qđ

vo-

voluerit ea vti, nisi in rescripto fuerit expressa,
sic not. And. Guill. obseruat. 56. Principem ex
iusta. num. 6. lib. 2. Menoch. in cons. 307. Illustris
hæc. num. 42. lib. 4. Natt. in cons. 554. Quod Se-
renissimus Rex, & Rol. in cons. 69. In casu præ-
senti. lib. 2. & cons. 71. & si inter omnino. lib. 3.
ad idem facit consilium Menochij 137. Propo-
sitæ dubitationi respondendum videbatur. nu.
3. lib. 2. vbi hunc locum citat. R.C.

Num. 31.

Ibi. (ob id quod apud eum de innocentia ap
parebit) vera est conclusio iuris, quòd quando
19 cancellatio fit ex iustitia, † non ex gratia, ope-
ratur restitutionem bonorum, ita notat Franc.
decis. Neapolitana 213. nume. 52. post multos
alios quos ibi allegat. De restitutinue condem
nati, & quonam se extendat. scribit Tiberius
Decian. in suo tract crimin. lib. 3 cap. 35. nume.
60. cum pluribus sequentibus. Adde Farinac.
in pract. crimin. q 6. num. 1. 25. & 33. & hæc est
materia l. primæ § fin. ff. de quæst. & l. vltimæ. C.
de sent. pass. R.C.

Num. 36.

Quod verba gratiæ latissimè sint interpretā-
20 da contra concedentem, † probat Gramm. de-
cis. 59. Catholicus rex gloriosæ. num. 30. Rota
Romana decis. 33. de præbend. in antiq. nume.
13. & 17. vbi similiter dicit, quòd gratiam face-
21 re † à principio gratia est, sed gratia facta de
iustitia est, vt suum sortiatur effectum. & quia
in materia gratiarum sunt qui compositiones
22 damnare solent. tu dicas, quòd licet † compo-
sitiones non debeant cum omnibus indifferen
ter fieri pro delictis mutando pœnam corpora
lem in pecuniariam, attamē cum his licitè fiūt
de quibus speratur, quod amplius in eadem cri
mina non incident, & cum his, qui semel tantū
delinquerunt, vt per Grammaticum voto 35.
In causa Helizei Sagatarij, vbi rationes addu-
cit. Rol. Cauag.

Num. 51.

Ibi (ab vtroque enim à potestate, scilicet, &
voluntate.) Ad validitatem gratiæ duo requi-
23 runtur auctoritas, scilicet, & causa † rationabi-
lis, & ex parte recipientis alia duo, pro quibus
vide sol. in constitut. Pedemont. antiq. glos 1.
super Decreto indulgentiam. tit. de indulgen-
tijs. tit. 4. & 5. Rol. Cauag.

Num. 68.

Pro veritate istius propositionis de potesta-
te Principis circa tollendum ius quæsitum. Vi-
24 denda sunt † quæ in terminis istius consilij pō-
derat Andr. Fachin. lib. 8. controuersiarum iu-
ris. c. 63. Vide superius dicta ad numerum pri-
mum. Rol. Cau.

Num. 83. 84. & 85.

25 Istius clausulæ ex certa † scientia effectus plu
res sunt, vt meminit Menoch. in cons. 1. Consul-
tatio hæc adeò. num. 388. hoc eodem lib. 1. sed
quod non suppleat plures defectus, scribit post
alios Surd. in cons. 313. Antiqua est controuer-
sia, num. 28. lib. 3. R.C.

Ad Consilium 104. Proposita facti species cui de iure.

S V M M A R I V M.

1 *Decian. in cons. 23. lib. 1. comprobatur.*
2 *Decian. in cons. 3. lib. 4 probatur.*
3 *Feudum in dubio, an præsumatur hæreditarium.*
4 *Menoch. in cons. 104. num. 6. arguitur de contrarietate.*
5 *Menoch. in cons. 1. num. 342. libro primo, non recipitur.*
6 *Menoch. in cons. 181. lib. 2. num. 71. arguitur de contrarietote.*
7 *Menoch. in cons. 400. num. 5. volum. 4. dicitur contrarius.*
8 *Menoch. in cons. 519. nums. 6. lib. 6. dicitur contrarius.*
9 *Menoch. in cons. 722. num. 21. lib. 8. arguitur de contrarietate.*
10 *Menoch. de præsumpt. lib. 3. & præsumpt. 95. non recipitur.*
11 *Surd. in cons. 105. num. 8. lib. 1. probatur ex Menoch. in cons. 104. lib. 1.*
12 *Feudum concessum pro se, & hæredibus masculis, an indicetur ex pacto, & prouidentia.*
13 *Feudum concessum pro se, & hæredibus masculis legitimè descendentibus, an sit ex pacto, & prouidentia.*
14 *Masculinitatis, qualitas operatur, vt sit considerata aguario, & familia.*
15 *Rol. in cons. 67. lib. 1. comprobatur.*
16 *Feudum concessum pro se, & hæredibus cuius sit naturæ.*
17 *Tenor inuestituræ obseruandus est.*
18 *Tenor inuestituræ non est restringendus.*
19 *Tenor inuestituræ fortior est, quam feudi naturo.*
20 *Inuestitura noua, si differt à prima præsumitur per errorem concessa.*
21 *Obseruantia interpretatiua actus, attendi debet.*
22 *Declaratio nulla maior est, quam ea, quæ sumitur ex his, quæ postea longo vsu firmata fuerunt.*
23 *Voluntas partium talis esse præsumitur, qualis fuit subsequens obseruantia.*
24 *Societatis priuilegium circa alienationem recipit interpretationem ab vsu.*
25 *Exemptionis priuilegium recipit declarationem ab vsu.*
26 *Locationis pedagij, seu gabelle salis intelligentia sumitur ex consuetudine.*
27 *Subsequentia præstant euidentissimum intellectum præcedentibus.*
28 *Venditionis in contractu, quid venerit indicatur ex obseruantia subsequuta.*
29 *Iudex non potest recedere ab eo, quod aliquando fuit obseruatum in contradictorio.*
30 *Obseruantia desumpta ex possessione iustificat assumptum emptionis.*
31 *Obseruantia ea præualet, quæ fortior est, & frequentior.*
32 *Renunciatio ambigua intelligitur, iuxta obseruantiam.*
33 *Obseruantia remouet defectum, qui aliàs potuisset opponi inuestituris.*
34 *Obseruantia quæ initium sumpsit erroneum non est attendenda.*
35 *Recognitionis in feudum erroneæ factæ non debent attendi.*
36 *Obseruantia subsequuta, declarat in casu dubio.*
37 *Remissio pacti, & iuris redimendi, arguitur ex obseruantia subsequuta.*
38 *Immunitas annata, arguitur ex obseruantio.*

39 *Restrictio cõcessionis facta de aquaductu ꝓponitur.*
40 *Officialis excusatur ob obseruantia in receptione munerum.*
41 *Officialis, vel Iudex excusatur à receptione sportullarum virtute consuetudinis.*
42 *Constitutio Mediolani prohibens receptionem munerum, quomodo intelligatur.*
43 *Obseruantia habet uim testium deponentium super veritate.*
44 *Gratia recipit interpretationem ab obseruantia.*
45 *Obseruata longo vsu difficillimè subuertuntur.*
46 *Legatum ambiguum recipit interpretationem ab vsu.*
47 *Obseruantia facie, ut futura veniant in concessione, etiam quod non fuerint spacificata.*
48 *Obseruantia subsequuta, declarat de qua specie monetarum senserint contrahentes.*
49 *Interpretatio desumpta ab obseruantia superat omnes alias interpretaciones.*
50 *Feudum concessum in vim antiqui, non potest censeri nauum.*
51 *Grauatus de restituendo quidquid superexit non potest interuertere fideicommissum.*
52 *Feuda in patria Montisferrati ex generali consuetudine sunt alienabilia.*
53 *Feuda quæ ex consuetudine sunt alienabilia possunt cum placito directi Domini in dotem dari.*
54 *Et consuetudo extenditur etiam in præiudiciũ agnatorum. num. 2.*
55 *Agnatis spe tantum feuda debentur.*
56 *Ex diuersitate nominis, & agnationis sequitur diuersitas, & pluralitas ipsius.*
57 *Identitatem allegans pro sua intentionis fundamento, eam probare debet.*
58 *Conditio nihil ponit in esse.*
59 *De bonis feudalibus testari nemo potest.*
60 *Actus hominis semper reducitur ad intellectum iuris.*
61 *Bona feudalia non comprehenduntur sub generali dispositione, nec etiã in generali obligatione, vel generali donatione, vt num. 17.*
62 *Bona feudalia non veniunt hæreditatis appellatione, vel sub nomine bonorum testatoris.*
63 *Feudorum successio est singularis, separata, & discreta à successione aliorum bonorum de iure communi.*
64 *Feudorum dispositio debet esse separata, discreta, & specialis à dispositione aliorum bonorum.*
65 *Bona feudalia non includuntur in generali renunciatione facta per filium hæreditati, & bonis paternis.*
66 *Statutum disponens super lucro dotis, non comprehendit feuda.*
67 *Testator disponens, quod omnia eius bona dētur pro anima sua, non intelligitur potuisse disponere de feudalibus.*
68 *Legitimatio ampla facta non intelligitur quoad feuda.*
69 *Iura feudalia non comprehenduntur, nisi de eis fiat specialis mentio.*
70 *Testem producens eius dictum improbare non potest.*

Num. 1.

1 IDem hoc de casu: respondit † Decianus in consil. 23. Nunc Illustrissimi filij. lib. 1. & in
2 conf. 3. † Verum quia ordo. lib. 4.

Num. 6.

3 Ibi (In dubio dicendum est feudum† esse hæ
4 reditarium.) Contrarium tamen † voluit idem
Menoch. in conf. 1. Consultatio hæc adeo. num.
5 342. hoc eodem lib. † 1. & in consil. † 181. Ex
6 proposita facti specie. num. 71. libro 2. in conf.
7 † 400. Successio feudi Castri Spigni. num. 5. vol.
8 4. in conf. 519. † De peregregia mihi primo lo-
9 co. num. 6. lib. 6. & in conf. 722. † Cum duæ sint
quæstiones. num 21. lib. 8. & lib. 3. præsumptio-
10 ne prima † Matrimonium inter, & præsumpt.
95. Est vera hæc iuris nu. 1. Crau. in conf. 1000.
Et si abundè satis. num. 314. lib. 6. Ozas. decis.
Pedem. 27. Prolata sententia. num. 8. Mascard.
de probat. conclus 767. Non minus dubitationis. num. 11. quos omnes refert & sequitur Nicol. Intrioglius in 2. centur. feudal. art. 3. Docuerunt nonnulli. num. 28. sed aduersus eos faciũt annotata per Petrum de Gregor. de concessione feudi. par. 6. q. 1. & videtur primo. nume. 8. & sequentib. pro Menoch. tenet Surd. in consilio
11 † 105. ex his quæ in facto. num. 8. lib. 1. R. C.

Num. 8.

Ibi. (Non ignoro tamen hanc argumentationem dubitatione nõ carere cum alij multi scribunt feudũ in dubio præsumi ex pacto, & prouidentia.) Dicas inter cæteros, qui voluerunt feudum acquisitum pro se, & hæredibus suis
12 masculis iudicari ex pacto, & prouidentia† cõnumerari.

1 Matteum de Afflict. in præludijs feudorum. num. 183. in cap. 1. num. 2. de eo qui sibi, & suis hæredibus, & in cap. 1. num. 13. An agnatus.

2 Decium in conf. 78. licet in casu proposito in conf. 185. In causa istorum nobilium 395. In causa Magnifici, & num. 6. & conf. 445. In casu ad me transmisso. num. 9.

3 Rolandum à Valle in cõs. 67. Primo quidem aspectu in præsenti. nu. 22. & seq. lib. 1. vbi plures rationes adducit.

4 Ludolph. Schrad. de feud. par. 2. ca. 3. Summa feudorum diuisio. num. 23.

5 Zasium de feud. par. 8. num. 16.

6 Gaillium obseruat. 154. Quod ad solutionẽ. num. 18. lib. 2.

7 Vincent. de Franc. decis. 6. In causa Camillæ Berlenghæ.

8 Magon. decis. Rot. Florent. 54. In causa magnifici. num. 9.

9 Natta in conf. 127. Licet de iure communi.

10 Ale. in conf. 179. num. 4.

11 Andreas Fachineus lib. 7. controuersiarum iuris. cap. 4. & 7.

12 Menoch lib. 3. præsumpt. 94. num. 7.

13 Borcholten de feud. c. 3. num. 19.

14 Hermanus Vulteius de feud. lib. 1. cap. 8. nu. 31. versic. Ita etiam controuertitur, vbi ferè infinitas auctoritates cumulat, & de magis vera, & communi concludit.

15 Andr. Knichen. latisѕimè plusquam cæteri de vestiturarum pactionibus. cap. 2. num. 21. & sequentib. vbi respondet ad contraria.

16 Ego Rol. Cauagn. hoc idem tenui in causa Bellona, quod feudum concessum pro se, & hæredibus masculis non hæreditarium, sed ex pacto, & prouidentia dicatur præsertim etiã qui
13 aderat clausula in inuestitura † ab ipso legitimè descendentibus cum Natta in conf. 127. licet

cet de iure communi qualitas enim masculini-
14 tatis † operatur, vt dicatur considerata agna-
tio, & familia ad text. in cap. 1. § & si clientulus
de alienatione feudi, qui cauillari non potest
15 ex Rol. in d. cons. 67. † cui accedit Schradetius
de feudis. par. 2. cap. 3. num. 19. & 20. vbi opinio
nem hanc multis comprobat auctoritatibus cæ
teri alij, qui contrarium tenuerunt pro parte
notantur, vt infrà.

Quod feudum in quo adest clausula pro se, & hæredibus sit hæreditarium tenuerũt infrascripti.

1 Frãcisc. de Amicis de his qui feud. dare possint. folio mihi 116. versic. Natura ergo feudi. num. 2. & 5.

2 Balzar. de inuestit. de re alien. fact. vers. Cum dictio. num. 23.

3 Capicius in inuestitura feudali sub rubrica feudorum genera in verbo hæreditarium, folio mihi 134.

4 Ozasc. decis. 161. Quoniam sæpissimè.

5 Rol. cons. 28. Articulus super quo, libr. 3. & cons. 55. siue feudum grauare. lib. eod.

6 Menoch. in cons. 158. Tametsi hæ iuris, & in cons. 160. Laudare, ac non. lib. 2.

7 Narta in cons. 507. Viso themate. nume. 37. cons. 679. In causa mihi, & consilio 680. In causa centorij.

8 Cassan. in consuet. Burgund. tit. des fiedz. §. 5. glos. 1.

9 Menoch. in cons. 400. Successio feudi. num. 7. lib. 4.

10 D. Alexander Raudensis, qui plures in hanc sententiam cumulat in cons. 6. verba inuestituræ. num. 5. lib. 1. vbi ex Iacobutio de feudis post Vincentium de Franchis. parte 1. inquit sic pluries fuisse iudicatum.

Num. 9.

16 Ibi (pro se † & hæredibus.) Qualiter ista forma concessionis feudi intelligatur, notat idem Petr. de Gregorijs de concessione feudi. parte 5. quæst. 2. Respondeo quòd huiusmodi per tot. Rol. Cauagn.

Num. 15.

Ibi. (Hoc feudum esse quodammodo mixtũ ex pacto, & prouidentia, & hæreditarium latè dissentit Pistor. in lib. 2. quæstionum iuris. ca. 3. num. 58. Iac. Menoch.

Eodem numero, dicta hoc loco probat idem Menoch. in cons. 158. Tametsi hæc iuris. num. 5. lib. 2. & in consil. 286. Respondendum videbatur nullo modo licere. n. 20. lib. 3. Adde Ozasc. decis. 139. Continuando materiam, nu. 14. R. C.

17 Ibi (tenor enim primæ inuestituræ † obseruandus est.) Adde quæ dixi pro Excellentiss.
Principe de Auria pro feudo Stellanelli, vt in
decis. mea consult. cuius caput est. In causa Illu
strissimi, & Excellentissimi, & quod non sit re-
18 stringendus tenor inuestituræ, † scribit Petrus
de Gregor. de concess. feudi. par. 3. qõ. 1. super
19 hac quæst. Potior enim dicitur inuestituræ † te
nor, quam feudi natura, vndè vim contractus
habet, & per eum natura tacita feudi resurgit,
vt ibidem dicitur. num. 1. 2. & 3. & quod tenor
inuestituræ antiquæ attendatur. Scribit Surdus
in cons. 4. feudum Beneuelli. nume. 64. 65. 66. &
20 67. vbi dicit quod si inuestitura noua † differt
à prima præsumitur per errorem, & Princeps
præsumitur circumuentus, & quãdo alteratur,
non sustinetur alteratio, nisi fiat mentio de ea,
& quod appareat factam fuisse de consensu partium. Rol. Cauagn.

Num. 22.

21 De obseruantia interpretatiua † actus plura
verba fiunt per Menoch. in cons. 49. Perdifficilis est, quæ nunc proponitur, vbi fit mentio de
obseruata forma solutionis in certa specie mo
netarum, & quæ nos ibidem diximus. Adde
Albam in cons. 334. Verba præsentis dispositio
nis. num. fin. lib. 2. vbi loquitur de interpretanda dispositione, qđ electio Capellani spectet,
vni de antiquioribus de familia, & quod nulla
22 melior sit declaratio † quam ea, quæ sumitur
ex his quæ postea re ipsa, & longo vsu seruata
fuerunt, post Barr. Fel. Soc. Abba. & Dec. scribit
idem Alba in cons. 428. lib. 3. in præsenti altercatione. num. 10. & ibid Apostillator in verbo
longo vsu seruata, vbi dicit, quòd talis intelli-
23 gitur † fuisse voluntas partium, qualis fuit subsequens obseruantia per l. Iulianus. §. Prouidè.
ff. ad Macedon. & veniens aduersus istam obser
uantiam, grauatur onere probationis in contrarium, vt ibidem ait Apostillator, qui multa
cumulat, & loquitur Alba de obseruantia circa
locationem fiẽdam de datijs cum capitulis ex
arbitrio locantis, sine consensu communitatis,
ita per obseruantiam antiquissimam centum an
norum, & vltrà dixi societatem duodecim Pa-
24 rochorũ Ciuitatis Mediolani sub titulo † B. M.
Virg. Gloriosiss. & duodecim Domini Apostolorum posse alienare bona illi societati relicta
sine consensu ordinarij; vt legitur in decis. mea
consult. cuius caput est. Deliberatura veneranda societas. Surd. in cons. 140. Illustriss. D. Anna, num. 43. libro primo. vbi loquitur de obser-
25 uantia † exemptionis quæ in dubium refricaba
tur, & in cons. 321. Ex decimo capitulo fœderis. num. 43. libr. 3. vbi fit mentio. Quod venerit
26 in contractu locationis † pedagij, seu gabellæ
salis respectu transitus per loca Principis locantis, & de interpretando feudum pro mascu
lis exclusis fœminis ex consuetudine, & obseruantia plura scribit Bec. in cons. 101. In proposita facti specie. nume. 47. & seq. vbi materiam
obseruãtiæ interpretatiuæ actus, latè exornat,
27 vbi dicit. quod facta subsequentia † præcedentibus præstant euidentissimum intellectum.
28 Quod item venerit in contractu venditionis †
iudicari ex obseruantia subsequuta dicit Surd.
in cons. 134. Rectè agere diamantem. nume. 9.
De interpretatione statuti dicitur Iudicem nõ
29 posse recedere † ab eo, quod aliquando fuit
obseruatum in contradictorio D. Alex Rau. in
cons. 4. Serenissime magne Dux. num. 17. lib. 1.
& in cons. 47. Collegium Illustrium, & Excellẽtissimorum. nu. 15. lib. 1. Quod obseruantia de-
30 sumpta ex possessione † iustificet assumptum
exemptionis scribit idem D. Raudens. in cons. 50.
Requisitus, vt specificè. nu. 600. lib. 1. Quod ex
31 pluribus obseruantijs præualeat ea, † quæ maior est, & frequentior notat idem D. Raudẽs. in
cons. 54. verba priuilegijs concessi. num. 35. lib.
eodem. Quod itidem obseruãtia declaret sub-
32 stantiam † renunciationis, probat D. Raudẽs. in
cons.

conſ.41. fructus,ſeu intereſſe.num.4 Quod au-
33 tem hæc obſernantia remoueat† defectum,qui
aliàs poſſet opponi inneſtiturls poſt Anchar.in
conſ.135.& Dec.in conſ.36. ſcribunt Thomas
Gnala & Georgius Ripa reſponſo 26. Quo dili
gentius fieri potuit. nume.30. inter conſilia D.
Raud.lib.1. Quod tamen declara nõ procede-
34 re quando obſeruantia initium ſumpſit † er-
roneum,& proinde ſolet dici hanc obſeruan-
tiam non habere locum , vbi res ipſa manifeſta
eſt in contrarium quia tunc non eſt locus con-
iecturis, vt idem D Raudẽſ. aduertit in citato
conſ.34. n.32. Quod latins probat idem Raud.
in reſponſo 1.circa primum articulum.nu.374.
375.lib.2. vbi loquitur in propoſito de recogni
35 tionibus † in feudum erronee factis , cuius rei
nos ipſi meminimus in deciſ conſult.71.Dubi-
tat vt andio . lib 2. & in alia cuius caput eſt in
cauſa Illuſtriſsimi, & Excellentiſs. ad idem fa-
ciunt notata per D.Bardellonum in conſil. 77.
fuit dubitatum. nu.40. lib.1. qui prius in cunſ.
51.Tuta vis præſentis controuerſiæ eodem li-
bro 1.ex Aret. Beroo. Natt. & Surd. dixit tunc
36 attendendam eſſe obſeruantiam†ſubſequntam
qnando verſamnr in caſu dubio nõ autem vbi
ſumus in claris . Quod autem obſeruantia ſub-
ſeqnuta declaret qualitatem immunitatis cõ-
ceſſæ ſcribit idem D.Bardell. in conſ.31. verti-
tur quæſtio.num.14.lib.1.Item quod ex obſer-
37 uantia ſubſeqnuta atgnatur remiſſio † pacti, &
juris redimendi,ſcribit Bec. in cauſa Alſiani in
conſ.181.anno 1451. Illuſtriſsimus quondam.
num.33. Item quod plurimum operetur obſer-
uantia ſubſequuta circa onerum exemptionẽ ,
38 & immunitatem † annatæ ſcribit idem Bec. in
conſ.140. Controuerſia nuper nota. nu.21.lib.
eodem item quod obſeruantia ſubſequuta de-
39 claret reſtrictionem conceſſionis factæ de † a-
qneductu,ſcribit idem Bec.in conſ.202. Verba
conceſſionis.num.10.& 11. lib.2. Quod obſer-
40 uantia† excuſat officialem à receptione mune-
rum, ſcribit D.Raud in d.conſ 50. num.549. &
ſeq. quod, & ego dixi habere locum ad fauorẽ
41 Indicis,qui ex conſuetudine † receperat quaſ-
dam ſportulas , qnia dicta obſeruantia arguat
quandam permiſſionem Principis, & ideo dixi
officiales in facti contingentia. qui receperant
ſportulas pro viſione proceſſuum etiam quod
fuerint ſalariati non teneri in ſyndicatu ſicuti
etiam ob receptionem munerum , dummodo
tamen abſit dolus , vel baratària , & ita debet
42 intelligi conſtitutio Mediolani per quam† pro-
hibetur mnnerum receptio , & inbentur Iudi-
ces habere mũdas manus,vt aduertit D.Raud.
loco allegato. nu.560. Quod obſeruantia ſub-
43 ſequuta habeat vim teſtinm deponentium †ſu-
per veritate facti poſt Crauet. de antiquitate
temporum.par.1.n.16. ſcribit Doctiſsimus Lu-
douic.de Caſanate in conſ. 10. Quæ in præce-
dentibus nouis conſilijs.num.208.vbi dicit cau
ſam cenſeri adæquatam ex Menoch.in conſ.21.
Eſt mea qnidem ſententia. num. 9. hoc libro 1.
in conſ.331.& ſi permnlta doctè.num.21. con-
ſilio 341. Depoſitis egregijs.num.5.& conſilio
390. Controuerſia,& grauis.nu. 16. & cõſ.400.
Succeſſio feudi Caſtri.nu.12.libr.4. & loquitur
Caſanata,de obſeruantia ſubſequuta ad inter-
44 pretationem † gratiæ regiæ , ſubdens quod eſ-
45 ſet difficilè ſubnertere confirmata † vſu inuio-
labili,& in conſ.35. teſtatrix poſt mortem hæ-
redis , num.22. vbi loquitur de interprerario-
ne danda legato per obſeruantiam illius lon-
46 go tempore † confirmaram in conſ. 44. Circa
priuilegium D.Petri, nu.33. vbi dicit ex obſer-
47 uantia ſubſequuta argui,quod in conceſſione†
veniant futura etiam non ſpecificata, & vnà cũ
Menoch.in cirato conſil 49. cum pluribus alijs
48 ſubdit per † eandem obſeruantiam declarari ,
de qua ſpecie monetarum ſenſerint contrahen-
tes. Subdens quod iſta interpretatio ſuperat
49 omnes † alias cuniecturas , & hoc idem repetit
Caſanata in conſ.44.45. Verba pactionis dota-
lis.num.144 & 145.vbi loquitur de interpreta-
tione pactorum dotalium.R.C.

Num.53.

Ibi (in uim antiqui non autem noui feudi.)
Quod conceſſio feudi facta iure antiqui faciat,
50 vt †feudum non poſſit cenſeri nouum,latè pro-
bat omnium latiſſimè Petrus de Gregorijs de
conceſsione feudi.par.5.q.3. R.C.

Num.59.

Ibi (ad euertendum fideicommiſſum.) Pro
materia alienationis factæ , animo inuertendi
fideicommiſſum, præſertim in eo,qui grauatus
51 eſt de reſtituendo † quicquid ſupererit . Vide
quæ latè dixi io deciſ.mea conſult.35.Agit Fur
naria,& in duabus ſeq lib.1. R.C.

Num 62.

Ibi.(Ex ſolo pacto,& prouidentia, multò mi-
nus de ea diſponi. Aduerſus iſtam propoſitio-
nem facit generalis illa conſuetudo alienandi
feuda , quantumuis ex pacto, & prouidentia
accedente licentia Domini directa in præiudi-
cium agnatorum, vt meminit Bec. in conſ.18.
52 Quæſtio eſt an D. Alexander.nu.9. † & in conſ.
88. Cum feudum malarum num.32.lib.1.cuius
cõſuetudinis meminit etiam Surd. in conſ.382.
Non iure videtur agere,& ita conſului,& obti-
nui coram Excellentiſs. Montisferrati Senatu
pro D.Pauarentio in cauſa contra D. Cæſarem
Namurtium,pro feudo Frutxinelli , vt infrà le-
gitur .

Nulla videtur probabiliter poſſe conſiderari
dubitatio, quominus accedente beneplacito
S.A. potuerit D.Maximilianus Namurſius,tra-
dere M. Magniſ. Domino Gulielmo Panarãtio
eius genero bona feudalia Fraxinelli,& Oliuo-
læ in ſulutum pro dotibus, ſcilicet Magniſ.Do-
minæ Lauræ eius filiæ. Namque eſto quod feu-
da de quibus tractari contigit fuerint antiqua
auita,& paterna . Ex quo tamen ita permittẽte
53 generali conſuetudine omnia feuda† præſertim
in patria Montisferrati ſnnt alienabilia , nulli
dubium eſt,qnin potuerint, præuio beneplaci-
to D. in dotem dari. Bellonus in conſ.33. num.
54 7. & valet iſta conſuetudo, † etiam in præiudi-
cium agnatorum. Bald.in conſ. 318.vol.2. quẽ
ſequitur Dec. in conſ. 208. latè Campegius in
conſ.2.quod eſt in volumine Conſiliorum Bru-
ni paulò ante finem, & iſta conſuetudine atten
ta.Idem videtur iudicandum de bonis feudali-
bus, ac de bonis allodialibus , prout in ſimili
propoſito annotare videtur Ancharan.in conſ.
105.

Et quia Domin⁹ Cæſar Namorſius ſuper pre-
cibus porrectis. S.A.ſub die 15.Februarij 1594.

plura

plura videtur enarrasse fundamenta ad subuer
tendum consensum Serenifs. D. Ducis obten-
tum per D Maximilianū de Namurs, scilicet in
dotem D Lautæ eius filiæ bona feudalia Castri
Fraxinelli, & Oliuulæ illis hoc ideo sigillatim
respondendo dicitur primo loco non obstare,
quod ipsa feuda ab annis quatuor centum ci-
tra steterint in familia, & domo de Fraxinellis,
quia quatenus ex ista assertione, quæ tamen in
facto non est vera, prout infra latius demonstra
bitur elicitur fundamentum, quod tractetur de
feudo antiquo superius est responsum, illud ēt
fore, & esse alienabile præuio cōsensu Principis
qui potest in materia feudali, præiudicare a-
55 gnatis, quibus † spe tantum feuda debentur
Bellonus in citatu conf. 33. num 8.

Quod autem ista qualitas quatuorcentū an-
notum in precibus per D. Cæsarem expressa nō
sit vera apparet concludenter ex inuestituris
exhibitis siquidem de anno 1382. feudum Fra-
xinelli erat penes familiam de Nicolengis, vt
legitur in inuestitura recepta per q. D. Anton.
de Castello de Ponzano.

Quinimò etiam apparet ex inuestitura con-
cessa per Illustriss. q. D. Iacobum Marchionem
Montisferrati de anno 1434. signata per Dom.
Antonium Garronum de Liburno, sicuti pars
iurisdictionis loci Fraxinelli erat penes D. Ber-
torinum de Chucaro ex quo sequitur, quod su-
mus in feudo alienabili.

Rursus dicitur non constare quid commune
habeat domus, seu familia de Fraxinello cum
domo, & familia de Namursijs. vnde ex diuer-
55 sitate nominis, † & agnationis sequitur diuer-
sitas & pluralitas ipsius. l. Papinianus exuli cū
sua materia. ff de minorib. l. demonstratio fal-
sa, & ibidem Doct. ff. de condit. & demonstr. &
quatenus D. Cæsar prætendat, quod familia
Fraxinelli sit eadem cum familia de Namursijs
partes eius erant probare dictam identitatem
tanquam fundamentum suæ intentionis lactor
quod asseuerat de probat. Corn. conf. 144. Cra-
uet. conf. 198. quos refert, & sequitur. Mascar-
dus de probationib. conclus. 1174 num. 58.

Non obstat secundum fundamentum, quod
fecit D Cæsar in eius precibus, quod scilicet
ex testamento q. Domini Alberti patris Domi-
ni Maximiliani, & Sayni remaneret dotata Do-
mina Lauta, vel saltem data facultas ipsi Domi
no Cæsari, & Sayno fratribus patruelibus eam
dotandi, quia dupliciter respondetur. Et pri-
mo quod allegata facultas dotandi, de qua in
ipso testamento datur conditionaliter præde-
cedente, scilicet patre ipsius filiæ, & cadit iste
sensus ex verbis eiusdem testamenti ibi compe
tenter dotentur cum & de bonis patris præ-
defuncti. Vnde cum conditio nondum purifi-
cata nihil ponat in esse. l. si quis sub conditio-
ne. ff si quis omissa caussa. test. l. is damnum. §.
Quod pendet. ff de reg iur. sequitur dispositio-
nem ipsam non posse attendi. Secundò respon-
detur, quod in omnem casum ipsa facultas, &
dispositio testamentaria intelligitur de bonis
57 allodialibus non autem de feudalibus† de qui
bus non potuit testando D. Albertus dispone-
re, nec etiam pro minima candela. capit. 1. ibi
nulla ordinatione defuncti de success. feud. &
ibidem. Afflict. num. 64. & communiter ita tra-
dunt Feudistæ, tanto magis sumus in feudo,
quod non constat esse hæreditaria. Quælibet
enim dispositio restringitur ad habilitatem, &
debet referri ad id de quo testator cogitando
potuit disponere. argum. l. Iubemus in versic.
Quid enim C. de testam. l. si fideiussor in primo
responso. ff. mand. & est præsumendum, quod
ea dispositio testatoris adhæreat dispositio le-
58 gali. quia actus † hominis semper reducitur ad
intellectum iuris. Bart. in l. Hæredes mei § cum
ita ff. ad Trebell. in l vt iusiurandi. §. si liberi. ff.
de oper. libert Aret. in l. 2. nu. 11. ff. de verb. obl.
Quinimò etiam in fortioribus terminis vbi ge-
59 neralis foret dispositio† non dicuntur compre-
hendi bona feudalia cap. 1. de Capitaneo. qui
curiam vendidit & cap. In generali si de feud.
fuerit controuersia. Dynus in conf. 2. in princ.
Bart. in d. l. vt iusiurandi. §. si liberi de oper. lib.
Alex. in conf. 2. volu 4. in princ. vbi dicit, quod
60 sub nomine † hæreditatis, vel bonorum testa-
toris non veniunt bona feudalia. Signor. de
Homod. in conf. 218. vbi inquit, quod sicuti suc
61 cessio feudorum † est singularis separata & di-
screta à successione aliorum bonorum de iure
communi. cap. vnico de natur success. feud. ita
62 etiam separata † discreta specialis debet esse
dispositio. l. 2. ff. de milit. testam. l. apud Labeo-
nem. §. edictum. ff. de iniur. l. 1. §. publicanus. ff.
63 de public. Vnde in generali renunciatione † fa
cta per filium hæreditati, & bonis paternis nō
includunt bona feudalia. Bart & Ang. in l. Item
videndum, §. fin. ff. de petit. hæredit. Item & sta-
64 tutum †disponere, quod vir lucretur dotes, feu
da non comprehendit Baptista de Sancto Bla-
sio in tract. feud. different. 94. Soc. iun. in consil.
72. num. 5. vol. 1. vbi pariter dicit, quod in gene
65 rali †dispositione testatoris, quod omnia eius
bona dentur pro anima sua non veniunt bona
66 feudalia. Item ampla legitimatio † facta non
intelligitur quoad bona feudalia. Signorol. lo-
co citato. Item in generali obligatione bono-
67 rum† non veniunt feuda nec etiam in genera-
li donatione. Guid. Pap. conf 215. Cœphal. con-
sil. 29. vol. 1. num. 11. & sequent. vbi pariter in-
68 quit, quod ex quo bona feudalia † nūquam cen
sentur comprehensa, nisi fiat de eis particula-
ris mentio Constitut. Status Mediol. de bonis
ad cridas ponendis non extenditur ad feuda.

Similiter etiam non subsistit tertium funda-
mentum enunciatum in assertis precibus, quod
scilicet nulla subsit causa dicta bona feudalia
alienandi, ex eo quod D. Maximilianus vendi-
tur diues sit, & possideat bona allodialia red-
ditus scutorum quatuorcentum quotannis.
Numquam sigillatim respondendo dicitur le-
gitimam causam subesse dotandi, scilicet Do-
minam Lauram eius filiam, quæ erat eo tempo
re nubilis ætatis, prout optime, & concludenter
ter deponunt super primo capitulo Nob. Fran-
ciscus Maria Iacobinus Guala Nob. Io Henri-
cus Ballarinus, Nob. Vincent Guala, Ioannes
Maria Maria. Sebastianus Rusignoleus, & An-
tonius Guala. Quo stante non potest denegari
quominus tempore obtenti decreti iusta subes-
set caussa. Verum quia supplicans videtur con-
siderasse nullam extitere causa distrahendi
bona feudalia, quia poterunt distrahi allodia-
lia, quæ tanti præsupponuntur redditus, & ex
eis

eis quotannis percipiat D. Maximilianus scuta quatringenta. Respondetur ex actis, & rei veritate constare de contrario eius, quod supplicans expressit, vt concludunt testes examinati super secundo capitulo.

Non sufficit quartum fundamentum in asseueratis precibus deductum tractari, scilicet de præiudicio Ducatis Cameræ cui interest, quod feuda sint vnita, & non diuisa. Quia respondetur quod immo Principi interest plures vassallos habere.

Et ita per Excellentiss. Senatum fuit facta relatio ad cõmodum partis pauarantiæ, cuius relationis tenor totus est in eo, qđ consuetudo fuerit alienandi, habebis ad cons. Menoc. 226.

Num. 79.

De ciuili possessione existenti penes Dominum directum ratione feudi plura scribit Peregrinus, & Octauius Zobolus in cons. 1. & 2. lib. 1. consiliorum Peregrin. R. C.

Ad Consilium 105. Dubitationem non leuem habet.

S V M M A R I V M.

1 *Decianus in cons. 129. lib. 3. probatur per Menoch.*
2 *Ceph. in consilio 457. lib. 3. probatur per Menoch.*
3 *Menoc. in cons. 105. lib. 1. nõ recipitur, & nu. 6. & 12.*
4 *Donec dictio: sta, cuius sit virtutis.*
5 *Transmissionis ius, an pendeat à lege, vel à testatore.*
7 *Hæreditas non potest stare in suspenso.*
8 *Institutio facta per illa verba, vel interim donec nascantur, an sit pura, vel conditionalis.*
9 *Brunus in tractatu, quod stantibus masculis art. 11. num. 94. vendicatur ab improbatione Menoc.*
10 *Statutum quandoque testatur prouocatis.*
11 *Lex si quis filium C. de inoff. testam. declaratur.*
12 *Menochius in consil. 105. num. 83. non recipitur.*

Num. 1.

Hoc in casu. Idem responderunt Decian.
1 in cons. 129. Negari non potest † lib. 3. &
2 Cœphal. in cons. 457. † lib. 3. Contrarium verò
3 respondet Rimin. Iun. in cons. † 244. Ex serie namque lib. 3. Iacob. Menoch.

Ad iura & fundamenta Menoch. ac Dec. & Cœph. Respõdet idem Rimin. Iun. qui post eos consuluit pro veritate. vide eum, & perpende rationes quas allegat, vbi dicitur fuisse pronunciatum contra Menoch & Dec. R. C.

4 Eod. nu. de virtute istius dictionis donec, † & similium verba feci in decis. consult. 19. R. C.

Num. 30.

Ibi (Nam transmissionis ius non à legis dispositione, sed ab ipsa voluntate testatoris prouenit) præsuppositum hoc dicitur esse falsũ,
5 cum ius transmissionis † verè proueniat à lege non à testatore. vt probat Rimin. Iun. eodem cons. 244. num. 322. R. C.

Eodem num. & ibid. De hac trãsmissione extat decisio Rotæ in indiuiduo sub decis. 782. par. 1. in nouissimis. Iac. Men.

Num 48.

De intellectu verborum, vel interim donec nascantur extat decisio Rotæ 126. par. 2. in nouissimè impressis. Iac. Men.

Eod. num. ibi instituit vxorem suam in vsufructu omnium bonorum, & post vxoris mortẽ instituit fratrem.) Vide quæ latissimè scripsi in cons. 273. nu 6. lib. 3. Iac Menoch.

Num. 52.

Ibi (Roman cons. 71.) Adde relatam inter responsa Castrensis in cons. 281. Iac. Men.

Num. 55.

Ibi (si duo sunt instituti, & re sint coniuncti, & vnus purè alter verò sub cõditione fit vocatus, is qui sub conditione hæres est eum statim adire hæreditatem non possit pendente conditione administrator erit Rota Romana in decis. 126. supra relata. num. 3. dissentit. Iac Men.

Num. 61.

Ibi (Hæreditatem non posse stare in aere pro-
6 cedit † quoad dominium rerum.) alias declarationes refert Mol. in li. 3. de hisp. primog. c. 10. num. 27. & alijs seq. & alias Surd. in cons. 125. nu. 43. 44. & Galliau. in l centurio num. 201. de vulg. Iac. Menoc.

Num. 74. 75. & 76.

Ad ea quæ istis locis dicit Menoc. abundè respondet Riminal. Iun. in dict. cons. 244. num. 187 & seq. vbi probat, quod imò illa institutio
7 facta per illa verba, vel interim † donec nascantur pura fuit non autem conditionalis, vt ibi num. 193. R. C.

Num. 79.

Ibi (quãdoquidẽ aduersus eos senserũt Bart.
8 in d. l. vlt § 1. † n 3. ff. ad Senatusc. Tertull. Adde Crau. in cons. 127. nu. 12. lib. 1. Corn. in cons. 7. & 126. lib. 2. & in conf. 233. lib. 4 Iac. Men.

Num. 81.

Ibi (substitutos verò à statuto.) Adde in proposito, quòd statutũ quandoque dicitur testari
9 prouocatis ad successiones aliquas vocar sic post Christophorum Castell. inter cons. Baldi 325. nu. 1. vers. preterea dicit text. li. 3. & Carol. Ant. Put. in cons. vnico post cons. Odd. num. 39. scribit Massin. in suis Comment. ad l. 2. C. de impub. nu. 53. R. C.

Eod. nu. & ibi (siquidem loquitur Anchar. eo
10 in casu in quo † vna pars bonorũ accrescit vni personæ tantũ.) Qđ istud Anchar. cons. 220. benè faciat ad causam probat Rimin. iun. in iã d. cons. 244. nu. 206. & seq. lib. 3. R. C.

Num. 83.

Ibi (Nã is tex. l. si quis filiũ) dũ Men. hoc loco
11 interpretatur d. l. si quis fil. † C. de inoff. test. aduersus Ronchegall. nõ recipitur à Rim. Iun. in sæpius alleg. cons. 204. n. 216. 217. ac 221. R. C.

Eod. nu. & ibi. (nõ obstat decimũ) fundamẽtũ
12 hoc qđ euertere nititur Menoc. † sustinetur per Rimin. Iun. loco iã citato. n. 222. & seq. li. 3. R. C.

Num. 88.

Ibi (nõ esse absolutè verũ, qđ grauatus one-
13 re fideicõmissi possit pẽdente cõditione † bona illa alienare) istius argumẽtationis memor fuit Rimin. in d. cons. 244. n. 226. sed contra Menoc. respondet. nu. 231. & seq. lib. 3. R. C.

Pro reliquis obseruationib. ad articulos, qui cõtinentur in ista consultatione lectorẽ remittimus, ad Rimin. Iun. in d. cõs. 244. Interim obseruationũ legalium ad cons. Menoc. ad laudem Dei, & veritatis iudicium sit hic partis primæ.

F I N I S.



OBSERVATIONVM
LEGALIVM, ET IVRIDICARVM
IN CONSILIA
IACOBI MENOCHII
I. V. D. Papienſis Regij Ducaliſq; Senatoris.

AC REDDITVVM EXTRAORDINARIORVM REGIAE Catholicæ Maieſtatis Præſidis Mediolanenſis, & Conſiliarij.

PARS SECVNDA.

Quæ plurimas declarationes,ac intellectus,cum improbationibus,& reprobationibus, tùm eiuſdem auctoris, tùm aliorum pro veritate iuris, ad ſingula huius voluminis Conſilia continent, & quæ ſic conferunt notabilium rerum cognitioni, vt quæ periculoſæ quandoq; viſæ fuerunt concluſiones, Quibus reſponſa exarata fuerunt. Indubitabiles fiant per eam expurgationem, quæ per iſtas obſeruationes indicitur.

Ad Conſilium 106. Hæc iuris conſultatio.

SVMMARIVM.

1 *Iacobi Menochij conſ. 106. laudatur, & recenſentur eruditiſſimi viri, qui in eadem cauſa ſcripſerunt.*
2 *Subſtitutionis verba diligenter perpendenda ſunt.*
3 *Verba agnatum meum mihi in gradu proximiorem ſubſtituo quomodo ſint intelligenda in materia fideicommiſſi.*
4 *Legatum factum cognatis, an debeat intelligi de exiſtentibus tempore conditi teſtamenti, vel mortis teſtatoris, vel euentus conditionis.*
5 *Concepti, & nati poſt mortem teſtatoris vocati ad ſucceſſionem quales eſſe debeant.*
6 *Temporum qualitas, an ſit diuerſimodè conſideranda in cauſa teſtati, & in cauſa inteſtati.*
7 *Tempus vocationis in teſtamento, an differat à tempore executionis.*
8 *Vocatio perſona in cauſa teſtati prauenit ab homine, & in cauſa inteſtati prouenit à lege, qua diligenter inueſtiganda eſt.*
9 *Cauſa teſtati regulatur ſecundum cauſam inteſtati.*
10 *Tranſmiſſionis fideicommiſſi materia fundatur in voluntate teſtatoris.*
11 *Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis habet locum concurrente aliqua coniectura.*
12 *Determinatio vna, & eadem ab vnitate ſermonis, an & quando & quomodo poſsit commode ſeparari*
13 *Omiſſus caſus quando dicatur.*
14 *Legatum factum per teſtatorem de veſte ſua quomodo debeat intelligi.*
15 *Pronomen adiectum certo corpori, an dicatur ſtare demonſtratiuè.*
16 *Tempus mortis teſtatoris, quanda non attendatur.*
17 *Diſpoſitio, an intelligatur de præſenti.*
18 *Pronomen ſuum quando reſoluat diſpoſitionem teſtatoris in tempus præſens.*
19 *Teſtatori ſucceditur in fideicommiſſis.*
20 *Agnati nati tempore conditi teſtamenti, vel mortis teſtatoris admitti debent ad fideicommiſsũ conditionale & quidem prius quam nati tempore conditionis exiſtentis.*
21 *Scolia, & annotationes, an mereantur allegari.*
22 *Obſeruationes ad Conſilia Menochy, quare ſint copioſa cum rationibus.*
23 *Hæredis appellatione, an veniat hæres hæredis.*
24 *Geminationis virtus multa eſt pro interpretatione ad perſonam vocatam.*
25 *Incluſio vnius quando ſit Excluſio alterius, & dantur multa limitationes.*
26 *Tunc, & eo caſu clauſula iſta adiecta ſubſtitutioni reſtringit.*
27 *Tunc; dictio hæc quando dicatur denotare extremitatem temporis.*
28 *Subſtitutio prima vbi remanet caduca, an firma maneat ſecunda.*

Numero primo.



Lures in iſta cauſa ſcripſerunt doctiſſimi viri, nonnulli ſcilicet pro vna parte, multiq; alij pro altera. Vt teſtis eſt Franciſcus Zilettus in volumine Conſiliorum in cauſa Triuultia, quod edidit anno 1574. quod Venetijs legitur impreſsű. Hinc plura lector habebis, quæ præſentem hanc eruditiſsimi viri conſultationem elucidant. Hoc vnum tamen addiderim iuxtà hanc fuiſſe pronunciatum per ſapientiſs. & Excellentiſs. Mediolani Senatum facta tamen prius tranſactione.

1 Cum Menochio † conſuluerunt. Collegium Bononienſe, Collegium Piſanű, Franciſcus Marzarius. Hieronymus Paponius, & Rota Florentina, contrarium verò ſenſerunt Collegium Ticinenſe. Fabricius Lazarus. Hieronymus Zancus. Ioannes Bolognetus. Moia Hiſpanus & Roladus a valle. Hanc autem Menochij conſultationem veriorem, & æquiorem cenſui, quia Comes Ioannes teſtando ſic enixè, & ſpecificè, locutus fuit, pro Agnato proximiori eiuſdem teſtatoris exiſtenti ſcilicet de tempore conditi teſtamenti, & mortis ſuę, vt cęteros alios videatur excluſiſſe, ad cuius rei comprobationem diligenter attenden-
2 da ſunt verba quibus voluntatem † ſuam, & ſingulas ſubſtitutiones conſcripſit, namq; ex eiſdem apparet, quod aliter loquutus fuit teſtator, in ſubſtitutione facta ad primum heredem inſtitutum, quia dixit, & ei ſubſtitui, & ſubſtituo eius filium primogenitum maſculum, vel eius primogeniti filium, quàm fecerit in cauſſa ſubſequentis diſpoſitionis, vbi prima linea deficeret inſtitutorum, in quo aliam lineam Agnationis Triuultiæ vocando declarat, quod ea incipiat, in perſona Agnati in gradu proximioris, per iſta verba eo caſu ſubſtituo Agnatum meum maſculum legitimum vt ſupra, mihi in gradu proximiorem Quo caſu illa verba Agnatum meum iuncta cum
3 his mihi in gradu † proximiorem, ſic diſcretiuè poſita apertam faciunt diſpoſitionem, quod Agnatus proximior teſtatori per eum vocetur ad bonorum ſui ipſius ſucceſsionem, faciunt ad præmiſsorű comprobationem ea quę doctè ſcribit Laderchius Imola in conſilio 45. Quæſtio hæc non caret numero primo, & ſequatur. Adde quę pro cõprobatione dixit idem Menoch. infrà in conſ. 173. Reſpondi ſuperiori anno per totum hoc eodem libro 2. Rol. Cauagnol.

Numero 4.

Ibi (legatum Cognatis factum.) pro materia vide quæ dixit idem Menochius in conſ. primo Conſultatio hæc Adeo num. 170. libro 1. Et quæ ibidem ego obſeruaui ad concluſioně, quod lega-
4 tum factum cognatis † debeatur exiſtentibus de tempore conditi teſtamenti, ſed ab iſta opinione diſſentit Collegium Ticinenſe. Bolognetus, & reliqui omnes qui ſcripſerunt contra Menochij ſententiam, vt in conſilijs pro Triuultijs. Rol. Cauagn.

Numero 9.

Ibi (Rolan. a Valle ſuo primo in reſponſo.) Adde quod illud eſt 38. in ordine, & incipit in præſenti conſultatione lib. 4. Et in eadem cauſſa eſt conſilium ſequens Rol. Cauagnol.

Numero 21.

Ibi (excipio hic Bolognetum, qui contrarium ſcripſit.) Adde quòd iſtud conſilium eſt, primű inter conſilia Ioannis Bologneti, & incipit ſuper hoc themate in aliquibus tamen Codicibus legitur conſilium vltimum, & ita allegatur in Indice Rol. Cauagnol.

Numero 71.

Ibi, (& ſi ad legatum, aliam ve ſucceſsionem admitti debeant etiam cõcepti, & nati poſt mor-
5 tem † teſtatoris) attamen intelligitur, vt iam nati exiſtenteſq; tempore teſtamenti, ſeu mortis teſtatoris, ſic etiam ſcripſi in conſil. 281. Primæ dubitationi, num. 12. lib. 3. Iac. Menoch.

Numero 81.

Ibi (Teſtatorem relinquentem fideicommiſſum conditionale) vide infrà in iam dicto conſ. 281. num. 17. Iac. Menoch.

Numero 85.

Diſtinctionem quam hoc loco facit Menoch.
6 inter cauſam teſtati, ita vt prima conſiderentur duo tempora, in ſecunda vero vnű tantum verb. potius, quã ſubſtantialem eſſe crediderim, quia
7 nulla ratio dari poteſt tempore † vocationis, quod diferat a tempore executionis, cum in executione voluntatis eius, qui teſtatus fuit tractari non poſsit niſi de ea perſona, quæ vocata fuit. Vnde poſſumus dicere, quòd executio non facit, quod vna perſona magis quã alia ſit vexata, & ideò non benè congruit adducta ratio diuerſitatis inter cauſſam teſtati, & inteſtati. Eo tan-
8 tum excepto quod in cauſſa teſtati vocatio † prouenit ab hoc, in cauſſa verò inteſtati ab ipſa lege, ſed hoc ad rem non pertinet, pro eo vero,
9 quod ſpectat ad concluſionem, quod cauſſa † teſtati regulatur ſecundum cauſſam inteſtati, dicas eam probati ab eodem Menochio, in conſilio 211. Quæ enucleandæ, & diſcutiendę, num. 31. lib. 3. Adde eundem Menoch. in cõnſ. 1286. quod eſt vltimum, & incipit, cum propoſitam facti ſpeciem nu. 17. lib. 13. Rol Cauagn.

Numero 115.

Ibi (Hine multis in caſibus dicimus fideicommiſſum conditionale tranſmitti) Adde, quòd
10 ſicuti materia † tranſmiſsionis fundatur in voluntate teſtatòris, vt ſcribit Rimin. iun. in conſ. 583. In occurrenti caſu nu. 12. lib. 5. Ita concur-
11 rente aliqua † coniectura dicendum eſt locum eſſe trãſmiſsioni, vt idem Riminald affirmat in conſ. 502. Poſt quã conſului ſuper nu. 129. Eodem libro 5. & prius ſub numero 97. & 98. Rol. Cauagnolus.

Numero 124. & 125.

Ad id quod dicitur hic de non diuerſificanda determinatione iam facta ſuper proximitate. Dicas quod non procedit concluſio, quia vna, &
12 eadem determinatio non poteſt † ſumi, ab vnitate ſermonis, quia ſcilicet teſtator diſtinxit primam proximitatem a ſecunda, vnde non eadem ratio. Vide quæ in propoſito dicit Menochius ſupra in conſilio 76. Reſpondendum videbatur Huic, & quę ibidem annotaui ad nu. 4. 14. & ſeq. libro primo. Rol. Canaguol.

Numero 135.

13 Quando caſus dicatur † ommiſſus. Vide Menochium ſupra in conſilio 5. Excitatur noua iuris dubitatio, & quæ ibi dixi ad numerű 25. lib. 1. Rol. Cauagnol.

Numero 169.

Argumentum quòd hoc loco facit Menoch.
14 de legato facto per me teſtatorě de veſte † mea,

ſeu de

seu de argento meo, per l. si ita ff. de auro, & argento legato non videtur mihi concludens, licet ab opinione Menochij non recedam, ex alijs
intibus, nãq; textus ille, qui loquitur de veste te
statoris intelligitur de ea, quę ipsius erat de tēpo
15 re testamenti cōditi, quia pronomen reperitur †
adiectū certo corpori, quod stare dicitur demon
stratiuè vt perpendit Menochius in cons. 349.
Non desunt rationes, & argumenta numero 21.
libro 4. Vnde non trahitur ad eam, quæ fortassis
facta fuerit post conditum testamentum, & ita
16 non attenditur † tempus mortis, quod tamen
spectari posse Menochius affirmat in casu suo.
De hac intelligentia l. si ita, scribit idem Menochius in cons. 606. De prima proposita dubitatione num. 33. lib. 7. reliqua vide in mea Anatomia iuris ad eam legem. Simili argumento deducto a dicta l. si ita, vtitur Riminal. iun. in cōs. 491. circa primum video, num. 25. lib. 5. vbi loquitur in contractu, & adducit alia iura ad de-
17 monstrandum quòd † dispositio intelligitur de
præsenti vt l. cum stipulantur, & l. si a colono ff.
de verborum obligat. Rol. Cauagn.

Numero 170. 178. 182. & 184.

Dicta istis in locis comprobat idem Menoch. in consilio 606. superius allegato sub num. 33. lib. 7. Rol. Cauagnolus.

Numero 173 & 174.

Ibi (Nam præterea verùm non est. Quod hi
scribunt) transeo cum opinione Menochij, quod
18 hoc pronomen † meum in casu d. l. si ita, resol-
uat dispositionem testatoris in tempus præsens, quia id ipsum probant legis verba ibi. (Nam cum dicit vestem meam, argentum meum, hac demonstratione meum præsens non futurum tempus ostendit.) quæ proinde cum sint clara, reijciunt omnem contrariam propositionem, videatur Sebastianus Neuius ad eam l. in suo Systemate parte 2. Rol. Cauagnol.

Numero 181.

Ibi (Nàm tùnc intelligitur de proximiore ipsius testatoris) optima, & concludens est ista ar-
gumentatio, quia in fideicommissis succeditur
19 † testatori l. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulgar.
Vide quæ suprà dixi ad numerum primum, ad
quam rem pertinet consideratio, quod Agnati
20 nati tempore conditi testamenti, vel mortis †
testatoris admitti debent, & prius in fideicommisso conditionali quàm nati tempore conditionis existentis. Menoch. in consilio 413. Cum hac de graui controuersia nu. 14 lib. 5. Rol. Cauagn.

Numero 200.

Per istam distinctionem Menochij, quòd aut
21 Scholia † sunt ad remissionem, & rememora-
tionem similium locorum & tunc non merentur allegari, vt sunt Scholia, & annotationes quas fecit Hieronymus Zanchus ad consilia diuersorum aut sunt ad approbationem cum rationibus, & causis, & tunc nemini dubium quin ita mereantur allegari Sicut loca principalia. Per istā igitur
distinctionē duxi animare hasce meas obserua-
22 tiones. † Vt veritas rei in iudiciū deducta clarior
sit, & vt si quæ contrarietas, vel error fuit in primo cōsultore is idē, vel corrigatur, vel cōtrarietas tollatur, si possibile fuerit. Rol. Cauagnolus.

Numero 212.

Ibi (Alexander cons. 56. nu. 2. libro primo) adde Socin. seniorem in cons. 149. Materia præsentis numero 11. lib. 2. Iac. Menoch.

Eodem numero, ad comprobationem dicti consilij 16. Alex. ibi, hæredibus testatoris. Vide Rouescallam ibi in additionibus, seu Scholijs in verbo hæredibus vbi plures auctoritates adducit. Rol. Cauagnol.

Ibi (appellatione hæredis non solùm primus
23 hæres, sed & hæredis † hæres veniat) qui veniant hæredum appellatione, scribit Ioannes Petrus Molignatus de appellatiua verborum, numero 532. & pluribus seqq. Rol. Cauagn.

Numero 228.

Ibi (eo casu substitun primogenitum Agnatę
mihi in gradu proximioris,) maxima vis est
24 istius geminatæ dictionis mihi adiectæ ad † no
men proximioris, quæ talis est, vt præcisè referatur proximitas ad ipsum testatorem de tempore, vel testamenti conditi, vel mortis ipsius testatoris, quia magis enixa voluntas disponentis insurgit ex geminatione l. Balista ff. ad Trebell. faciunt notata ad cons. Menoch. 10. Quod Magn. Domina ad numerum primum. Rol. Cauagn.

Numero 302.

Ibi (substitutio sequens recipere debet interpretationem à substitutione præcedenti) adde eundem Alex. in cons. 240. perspectis verbis nu. 13. lib. 6. Iac. Menoch.

Numero 309.

Ibi, (& in terminis primogenituræ, vide infrà quæ dixi nu. 360. Iac. Menoch.

Numero 316.

Ibi (Nam vbi est eadem ratio) hanc eādem
limitationem ad regulam, quod inclusio vnius
25 sit exclusio † alterius tradit Riminald. iunior
in consi. 542. Agitur annus, & vltra, numero 45. lib. 5. vbi dicit, quod vbi in exclusis militat eadē ratio, quæ in inclusis, non bene arguitur ad exclusionem, sicuti etiam quando vnus casus exprimitur ratione frequentioris contingentiæ, vt ibidem ait Rimin. num. 46. 47. & 48. Item etiam fallit conclusio, quando alia via id quod prætenditur excludi potest alia via comprehendi, vt ibidem num. 49 Menoch. in cons. 86. Dubitari adhùc contingit num. 30. libro 1. & in consilio 709. Cùm doctis, & acutis num. 3. libro. 8. Item non procedit, quando per istam conclusionem fieret detrogatio concessioni iam factæ Menoch. ibidem num. 4. & hùc pertinet quod idem Menoch. ait in cons. 82. Iussissitis (æquissimi atq; num. 50. lib. 1. quod scilicet regula non procedit, si mens agentis repugnat, idem Menoch. in cons. 14. Dubius anceps q; non parū nu. 14. lib. 1. Item tollit quando sequeretur absurdu Menoch. in cons. 1148. Vetus antiqua que est hæc, nu. 15. & 16. lib. 12. & huc pertinet ea fallentia, quam in proposita tradit idem Menoch. in citato consilio 82. numero 48. quando scilicet resultaret peccatum. Rol. Cauagnol.

Numero 324. vsq; ad nu. 330.

De istis verbis restrictiuis, tunc eo casu † ad
26 restringendam substitutionē verba facit Rimin.
iun. in consilio iam citato 542. num. 52. lib. 5. vbi eadem verba declarat, faciunt quæ dixi in decisione mea consultiua 67. Post datas iuris allegationes num. 22. lib. 2. quando autem ista dictio tunc, restringat substitutionem ad casum expressum, vide Rimin. iun. in cons. 512. Videtur igitur ad exclusionem num. 99. in consilio 517.

In qua quæstione num. 26. in consilio 519. Primo quia paria sunt numero 47. & 48. & in conf. 567. Credebam me non induci num. 36. & 37. libro 5. Quando autem hęc dictio tùnc dicatur
27 denotare † extremitatem temporis docet Alba in conf 51. Decessit iam multis annis num. 19. & 20. lib. 1. Rol. Cauagn.

Numero 374.

In versi. primus est casus, vide thesaur. decis. Pedemont. 86. substitutio plures gradus per tot, Iacob. Menoch.

Eodem num. & (ibi consi. 181. nu. 47. lib. 2.) adde, & in conf. 27. miratus sum numero 8. lib. 3. Ruin. conf. 98. visis dubijs nu. 3. lib. 2. Gozad. conf. 21. videtur dicendum nu. 9. Gabriel conf. 104. Hęc substitutio lib. 1. Iac. Menoch.

Numero 376.

Ibi, (& Decius d. conf. 519. num. 3.) adde, & accedit l. si pater filium ff. de vulgar. tradit Rodericus in l. quoniam in prioribus limitatione 11. ad fin. Cod. de inoff. testament. Iac. Men.

Numero 385.

Vide quæ dicta sunt superius ad consilium 85. Proposita hęc coosultatio, ad numerum 69. Hoc eodem libro primo. Rol. Cauagn.

Numero 387.

Ibi quem quidem Sempronium addeodum est grauo, vt restiruat. Iac. Menoch.

Numero 390.

Ibi, (& consil. 114. ou. 24. lib. 1.) Adde, & Alciar. lib. 3. de verborum signific num. versic. Sed iterum. Bertrand. consilio 139. visis publicis lib. 1. Molina in lib. 3. Primogen. Hispan. cap. 6. num. 39. Decium in conf. 81. Nam loca pia lib. 2. Socin. iun. in conf. 27. Miratus sum, num, 9. lib. 3. Iac. Menoch.

Numero 391.

Ibi (vltimi Succedunt Alciat.) responso 492. num. 27. Iac, Menoch.

Eodem numero quod caducata prima substi-
28 tutione, testamentum sumat vires † secunda dicit hoc loco Menochius, qui dictum hoc probat in consilio 1274. de prima proposira dubira tione num. 50. lib. 13. quòd vbi caducata rema
29 net prima substirurio, nó sir locus † secundæ, Vide quæ dixi latè in decisione mea consultiua 112. Verba dispositionis testamentamentatię, per totum libro 3. Rol. Cauagnol.

Numero 395.

Ibi (clausula codicillaris) videtur dissentire Socin. sen. in conf. 76. visis testamenro num. 7. ibi superest videre, an admirti possir, libro 3. Alciat. d. responso 492. nu 27. vide Francum in decis. 156. Clausulã codicillarem. Iac. Menoch.

Ad Consil. 107. Rectè, & prudenter, mea quidem sententia.

SVMMARIVM.

1 *Mentita an, & quando non sit punibilis.*
2 *Iniuria consistit ex effectu facientis.*
3 *Iniuria non cõmittitur vbi non adest animus iniuriandi, & tunc præsumitur error potius quam dolus.*
4 *Actum metimur ex solo animo facientis.*
5 *Iniuriarum actione, an teneatur is, qui verum dixit.*
6 *Iniuriarum declaratio spectat ad declarantem.*
7 *Causa iniuriandi vbi non adest non pręsumitur malus animus.*
8 *Iniuria non infertur incertæ personæ.*
9 *Iniuria verbalis illata Magistratui punibilis est, & quomodo num. 10.*
11 *Iniuria facta famuli meo, aut officiali mihi facta censetur.*
12 *Iniuria facta vni de collegio censetur facta toti collegio*
13 *Iniuria facta socio alterum socium lædit.*
14 *Iniuria facta patri dicitur facta filio, & e conuerso.*
15 *Secretum dictum Sacerdoti extra confessionem non debet propalari.*
16 *Vassallus non potest priuari feudo à Principe sine iusta causa.*
17 *Prudentis est reticere ea, quæ probare non possumus.*
18 *Nemo debet prodere se ipsum.*
19 *Exaneratus quando quis censeatur, ex reuocatione mentitę.*

Numero primo.



IN eodem casu consuluit Riminaldus iunior in consilio 118. Sopra questo caso si dimanda per totum, vol. 2. Iac. Maynold.

Eodem num. pro materia istius consilij pro eo quod perrinet ad
1 mentitum an, & quando non † sit punibilis, Vide quæ dixi superius ad consilium Menochij 41. Non leui studio, & diligentia ad numerum primum, & octanum, quibus adde Alex. in conf. 76. visa Inquisitione lib. 1. vbi loquitur de puniendo excessu. Rol. Cauagnolius.

Eodem numero 161. (Illatam fuisse animo iniuriandi) dicas quod iniuria ex affectu facien
2 tis † consistit. Vt notat Orasc. decis. 87. Quæsitum fuit an nu. 28. nec committitur iniuria, vbi
3 non adest animus † iniuriandi, & tunc error magis præsumitur, quàm dolus. Ioseph Ludouic. decis. Lucensi quarta, numero 41. Adde quòd subiectum iniuriarum est aoimus iniuriandi. Magon. decis. Luceo. 26. num. 11. Ideo iniuria sine dolo non fit, & lata culpa non sufficit Magõ ibi num 12. & Crauetta in conf. 9. Accusatur Titius quod numero 36. Et ex solo animo facien
4 tis † actum metimur. Vnde actione iniuriarũ
5 † teneetur etiam 15. qui verum dixerit, quando adest animus iniuriaodi. Farinac. in conf. 30. Annis abhinc num. 8. & 125. lib. 1. Grammat. decis. 14 In causa Magnifici num. 10. & decisio-
6 ne 37. Magnificus Carolus, iniuriarum † autem declaratio ad iniuriantem pertinet, & eius iuramento statur. Idem Ioseph. Ludouic. loco citato num. 37. Quando tamen cessat caussa inferẽdi
7 iniuriam non † pręsumitur malus animus. Farinacius in d. conf. 30. numero 31. 93. & 105. & in conf. 87. Non iuste videntur oum. 7. & in addit. sub littera A. dicto lib. 1. Rol. Cau.

Numero 10.

8 Ibi (iniuria non dicitur inferri † personæ incertæ. Vide Beroum in conf. 161. præsens negotium lib. 3. Iac. Menoch.

Numero 15.

9 De iniuria verbali, quæ † fuerit illata Magistratui. Verba facit Franc. Marc. quest. 34. Queritur quando irrogatur parte 2. vbi dicit eã iniuriam censeri atrocẽ, & quandoq; pro ea infer
10 ri pœnam ictuum fustium, † vel funis, quam vidi exerceri proximis mẽsibus publicè in Ciuitate Mediolaui. Rol. Cauagn.

Nu-

Numero 26.

Quod actio iniuriarum competat mihi si
11 iniuria fuit facta meo famulo, aut † officiali.
Vide Guidon. Pap. quęst. 557. Aliquis verberat, quia mihi facta videtur. Capella Tholosana q. 145. Item fuit quæsitum in Addition. Franc. Marc. q 674. Quęritur quando coram, & Petrus de Rauenna singul. 424. Iniuria facta famulo, &
12 in proposito vtrum iniuria facta † vni de Collegio, cœteri posint agere. Vide Guidon. Pap. q. 464. Vtrum pro iniuria Bartol. in l. cũ scimus. C. de Agricol. & censit lib. 11. facit l. si fratres in §. finali, & ibi glos. ff. pro socio. Vbi iniuria
13 facta socio † alterum socium lędit, propter connexitatẽ, vt ait Grammat. decis. 23. Dum fuisset mihi nomine nu. 4. vbi iniuria facta † patri dicitur facta filio, è conuerso. Hinc Dominus agit pro iniuria facta subditis. Io. Gal. q. 42. faciunt quæ dixi in decisione mea consultiua 3. Conquerente D. Vartio lib. 1. & in obseruat. ad eam. Rol. Cauagn.

Numero 67.

Ibi (si quid dictum fuit secreto Sacerdoti, ex-
15 trà tamen † confessionem Sacramentalem Et Sacerdos deinde producatur in testem, quod tenetur reuelare atque deregere illud secretum) Hoc idem voluit Capella Tholosana decis. 241. Item fuit quęsitum, & ibi Aufrerius. Iac. Men.

Ad numerum 71.

Quòd vassallus sine iusta caussa non posit a
16 Principe feudo priuari † dicitur hic, & latius hoc probat in consilio 1283. Conuenit, & consentaneum est, num 7 libro. 13. Vbi in id adducit triginta auctoritates, & citat locum hunc ac dicta per eum in consilio primo. Consultatio hæc. num. 396. lib. 1. & in cons. 307. Illustris, hęc controuersia num. 46. lib. 4. Rol. Cauagn.

Numero 79.

Facit vulgare dictum Prudẽtis esse reticere ea
17 quę † probare non volemus ad not. per doctores in l. quisquis ff. ad leg. Iul. Maiest.

Vltra quod in proposito possumus allegare, quod secretorum reuelator proditoris nomen acquirit. Menoch. in consilio 175. iudicandi munus qui, numero 24. hoc libro 2. Rol. Cau.

Numero 91.

Ibi, (& ideo nec se ipsum prodere quis † de
18 bet) vide Neuizan lib. 3. Syluæ nupt. num. 41. & 42. Iac. Menoch.

Numero 99.

19 Ibi (& opinor eum esse omnino † exoneratum) hoc idem probat Riminald. iun. in consil. 118. nu. 38. & 39. lib. 2, Rol. Cauagnol.

Ad Consiliũ 108. Non ignoro quo studio.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio quibus modis impugnetur.*
2 *Legitimatio quando præsumatur facta in fraudem.*
3 *Quod fit non attenditur, sed quo animo fit.*
4 *Maritus repudiando vxorem in articulo mortis versatur in dolo, limita nu. 5.*
6 *Legitimatio facta in articulo mortis, an valeat.*
7 *Illatio non fit ex diuersis.*
8 *Renunciatio facta in articulo mortis de beneficio, an valeat.*
9 *Renunciatio de beneficio facta pro contractum inter viuos, an valeat.*
10 *Beneficiatus æquiparatur vsuario.*
11 *Emancipatio facta in fraudem, an valeat.*
12 *Locatio facta per maritum de fundo dotali eo vel eius vxore existente in mortis articulo, an valeat, & num. 13*
14 *Prælatus recipiendo pensionem in articulo, mortis, an possit remittere caducitatem.*
15 *Legitimatio facta per subsequens matrimonium in articulo mortis, an valeat.*
16 *Spurius, an possit legitimare in articulo mortis absq; eo quod dicatur facta legitimatio in fraudem aliorum filiorum.*
17 *Effectus, tanquam depẽdentes à sua causa, an posint differri.*
18 *Beneficiorum permutatio, an fieri posit in articulo mortis.*
19 *Filius an præsumatur, potius naturalis quàm spurius.*
20 *Legitimatio facta respectu successionis bonorum, & hęreditatis iam delatæ, an valeat.*
21 *Legitimatio facta an noceat ei qui hęreditatem adiuit*
22 *Ius quęsitum non tollitur sic faciliter.*
23 *Legitimatio, an desideret iustam causam.*
24 *Menochius in cons. 19. lib. 1. corrigitur à se ipso.*
25 *Opinio per doctorum allegata vbi de contraria non apparet tenenda est.*
26 *Morti proximus, an posit legitimare citra suspicionem fraudis.*
27 *Legitimatio per rescriptum an dicatur fortior ea, quę fit per subsequens matrimonium.*
28 *Alex in cons. 25 lib. 1. non recipitur.*
29 *Io. Andreas in regula sine culpa de regulis iuris in materia legitimationis declaratur.*
30 *Alex in cons. 67. lib. 1. perpenditur.*
31 *Princeps de potestate ordinaria an posit tollere ius domini, vel possessionem sine causa.*
32 *Caussa iusta, an præsumatur in Principe rescribente contra ius positiuum.*
33 *Princeps auferens rem priuati ex caussa publica vtilitatis, vel necessitatis, an teneatur ad solutionem pretij.*
34 *Princeps non præsumitur voluisse vti potestate absoluta, vbi id non expresserit in rescripto.*

Numero primo.

De eadem causa respondit etiam Decianus in cons. 38. Quæstio modo lib. 3. & in cons. 17. Quæstio ista certè lib. 1. Iac. Menoch.

Numero 5.

Quibus modis impugnetur † legitimatio, la
1 tè disserui in obseruat ad Consilium Menochij 19 Hæc magni ponderis consultatio libro primo, ad numerum primum, vbi plures deffectus legitimationis enunciantur, qui seruiunt casui de quo agitur hic, & in consilio 38. Decian. lib. 3. vbi casus istius legitimationis perpenditur. Rol. Cauagnolius.

Numero 15.

2 Ibi (censetur facta ad fraudandum) Vide Ludouicum Molinam de Hispaniorum primogen. cap. 5. num. 25. qui similia refert. Et latissimè scripsi infrà in consil. 226. Dubitationes multę lib. 3. Iac. Menoch.

Numero 16.

Ibi (illud repudium nocere non debet patri.) Dicas hoc procedere, quia animus mariti repudiantis erat non repudiare principaliter, sed vt
3 dotem lucraretur. Vndè non quòd fit, † sed

quo

quo animo fit, attendi debet, quia omnis actio
regulatur à sua caussa cap. cum cessante extrà de
Appellat.
Et ideo cum principalis intentio fuerit fran-
4 dandi † patrem, & respectiuè socerum non est
mirum, quod I. C. Vulpianus in l. filiæ meę ff.
solut. matrim. dixerit id repudium non valere,
quem locum limitat Polidorus Ripa in suo tra-
ctatu de actis in mortis articulo sub rubrica de
5 coniugibus cap. 87. ibi. (Nisi fortè dico † Ego
vix ante morbum mechata esset mulier.) cui rei
facillime assentio, quia causa præcedens iustifi-
cat actum, pro eo tamẽ ad quod Menochius hoc
simile allegat, & infrà sub numero 47. non visum
fuit mihi habile ad formandam eandem iuris
dispositionem in actu legitimationis, cuius Me-
nochius meminit, satis enim est diuersa ratio di-
spouendi in marito de dote, ab ea per quam di-
6 sponit pater de bonis suis legitimando † filium
in mortis articulo, quod voluit idem Menochius
in consilio 226. Dubitationes multæ numero
85. vers. tertius est casus lib. 3. dum inquit quod
actus factus per morti proximum sanum tamen
mente ad sui commodum valet licet in quandã
consequentiam inferat pręiudicium alteri, cui
alias, & in parte poterat præiudicare disponens.
7 Hinc bene obijcitur ex diuersis † non bene in-
ferri l. Papinianus exuli ff. de minor. Rol. Cau.

Numero 17. & 18.

Hoc ideo non tener renunciatio facta de be-
8 neficio † in mortis articulo, quia videntur quo
dammodo relinqui per vltimam voluntatem,
quod omnino prohibitum est, can. Episcopo pri
mo, & secundo, can. pleriq; Sacerdotes, & cum
Apostolica auctoritate 8. quæst. prima, & si fa-
9 cta fuerit renunciatio † per contractum inter
eius, nisi renuncians superuixerit per viginti
dies non valebit, ita post Gomez. ad regul. Can-
cellarię de infirmis resignantibus q. 25. scribit
Polid. Ripa de actis in mortis articulo sub Ru-
brica de resignat. benefic. num. 4. & infrà vbi
multa dicit, & rationem congerit, sed istud simi-
le, cui innititur. Menochius longe diuersum est,
a casu legitimationis, quia Beneficiatus non ha-
bet dominationẽ, sed ęquiparatur vsuario, vt idẽ
Menochius dixit alibi nõ enim est Dominus di-
rectus, nec vtilis, Grilerzon. consil. 14. nu. 3. & 4.
pater autem, qui disponit dominus est absolut',
& potest disponere de bonis suis, vt dictum fuit,
Rolandus Cauagnolius.

Numero 19.

Ibi (emancipationem censeri factam in frau-
11 dem) non valere hanc emancipationem † ad
patris commodum, scribit Ripa in tractatu de
actis in mortis articulo, sub titulo de emancipa-
tione, cap. 22. Emancipationem filiæ factam per
totum, vbi num 9. & 10. reijcit locum Menochij
in hoc proposito tanquam mendosum libro. 6.
præsumpt. 8. num. 6. Rol. Cauagnol.

Numero 20.

12 De locatione facta † per maritum de fundo
dotali vxore laborante in extremis verba facit
Polidorus Ripa de actis in mortis articulo, sub
rubrica de coniugibus cap. 87. Potest liberè ma
ritus vbi similiter loquitur de marito existente
13 † in mortis articulo, qui locando fundum dota-
lem per quinquẽnium, dicitur facere in fraudem
vxoris, ad idem facit quòd Prælatus quia aliàs
14 recipiendo † pensionem potest remittere cadu-
citatem, nil agat, si id fecerit in mortis articulo.
Rolan. Cauagnol.

Numero 21.

15 Ibi (legitimatio facta per subsequens † ma-
trimonium in mortis articulo contractum.) li-
cet Menochius hoc loco agat de matrimonio cõ
tracto per existentem in mortis articulo ad in-
ducendum fraudulentam legitimationem alibi
tamen, video sensisse contrarium, vt est in consi-
lio 226. Dubitationes multæ num. 85. lib. 3. &
licet numero 86. & 87. sub vers. Quartus est ca-
sus contendat ad fauorem substituti, eius attamẽ
opinio refellitur per Polidorum Ripam in tra-
ctatu de actis in mortis articulo sub rubrica
de legitimatione cap. 83. numero 2. & 3. ac 10.
16 vbi dicit quòd dum pater in extremis † agens
legitimat spurium valet legitimatio, nec pręsu-
mitur facta in fraudem aliorum filiorum, quod
mihi plurimum arridet, nanq. si valet matrimo
nium sic contractum. Vtiq; illius effectus aufer-
17 ri non debent tamq; † dependentes à sua caussa
ad notata in cap. cum cessante extrà de appellat.
Rolan. Cauaguol.

Nnmero 23.

Quæ requirantur ad hoc vt beneficiorum per-
mutatio dicatur facta in fraudem, & an valeat
18 facta † in mortis articulo scribit Polidor Ripa
de actis in mort. artic. cap. 33. Beneficiorum per
mutatio. Rol. Cauagn.

Numero 25.

Inquit hoc loco Menochius, quòd in dubio fi-
lius præsumitur potius naturalis, quàm spurius
19 † sed contrarium voluit idem Menochius in
consilio 60. longo studio, & diligenti considera-
tione numero 2. & 12. libro primo, & ista vlti-
ma opinio verior mihi visa fuit. Vide quæ ibi-
dem dixi. Rol. Cauagn.

Numero 29.

Pro materia, vide per me obseruata ad dictũ
Consilium Menochij 19. ad numerum primum
sub numero 11. & 16. & seqq. quibus adde, quę
dixi in decisione mea consultiua 102. Pro fra-
tribus Cisnusculis numero 20. & infrà libro 2.
Rolan. Cauagn.

Numero 31. & 48.

Ibi (quarta est subreptio) fundamentum,
quod hoc loco facit Menochius, sic fortiter strin-
git Vt ipsum solum censeri possit opportunum
vehiculum ad victoriam causæ, de quo argumen
to verba feci in citatis obseruat meis ad dict.
cons. 19. ad numerum primum, & sub num. 15.
Quod dictum ampliat in proposito Decianus in
citato consilio 38. nn. 26. & 27. Vbi dicit quod
20 sicuti Agnatis hæreditas † iam fuerat delata,
ante legitimationem, & bonorum possessio ap-
prehensa dicitur illis successoribus fuisse ius ip-
sum sic quæsitum ex iure gentiũ, quod Princeps
per legitimationem non potuerit eisdem succes
soribus saltem de potestate ordinaria præiudi-
21 care, quicquid sit ante aditã † hæreditatem, cu-
ius rei qualitas tamquam substantialis non de-
buerat reticeri Comiti Palatino, vt idem Decia-
nus exemplificat loco citato nu. 42. & 43. Quia
verosimiliter recusasset legitimationem, vel sal-
tem declarasset per eam non inferri præiudiciũ
22 eis quibus iam † fuerit ius quęsitum, quod etiã
probat hoc loco Menochius nu. 35. 37. 38. & 39.

Vbi

Vbi quodammodò tractat ea quæ aliàs dixe-
rat in consilio 20. Quòd Magnificus Dominus
libro primo. Rol. Cauagn.

Numero 43.

Ibi (causa iusta, & probabili.) Quòd in legi-
23 timatione requiratur † iusta causa dixi ad Me
nochij consilium sæpe citatum 19. sub num. 30.
Rol. Canagn.

Numero 45.

Hoc loco dicta notanda sunt ad correctionem
eius quod firmauir idem Menochius in consilio
24 † suo 19. libro primo sub numero 20. sed cogi-
tãdum puto, an sufficiat excusatio deducta, quod
auctoritatibus ibidé per eum allegatis nõ, adeo
innixus fuerit, quin alias responsiones attulerit,
quia dum Iurisconsultus respondendo firmat
25 aliquam iuris conclusionem, certum est per †
eum approbari, præsertim quando allegatur opi
nio ad decisionem casus propositi, vnde si ratio
istius excusationis valeret, nulla solida esset con
sultatio, nulla congrua responsio, quæ pluribus
auctoritatibus, & argumentis constituitur.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 47.

Argumẽtatio quam facit hoc loco Menochius
plurimum dubitationis habet, si eam simpliciter
attenderimus, namq; sic indistinctè asserere,
26 quod proximus morti † legitimando dicatur
facere actum in fraudem eorum, qui ab intestato
veniunt ad successionem non admittitur, quia
erroneum est, vt ostendit Polidorus Ripa dicto
cap. 83. per totum, quia cum sit dominus bono-
rum suorum, sicuti testando ad commodum
eorum, qui ab intestato non venirent potest
ipsis ab intestato venientibus præiudicare,
ita & per legitimationem, & hoc quando tracta-
tur de bonis proprijs eiusdem legitimantis, vbi
verò quæstio foret proposita de bonis, quæ dictus
legitimans teneretur restituere, res esset magis
27 dubitabilis, vbi scilicet legitimatio † fieret per
rescriptum, quia vbi induceretur ob subsequen-
tiam matrimonij careret quęstio penes me qua-
cunq; dubitatione, quem casum vidi declaratum
28 per Alexandrum † in consilio 25. Circa primũ
dubium lib. 1. num. 2. ibi Præterquàm quoad
bona ipsius patris porrigentis preces ipsius legi-
timationis à qua vbi voluit recedere Alex. in-
29 trando sententiam Ioannis † Andreæ in regula
sine culpa de regul. iuris videas notata per Cel-
sum Vgonem in consilio 73. Titius mihi præsup-
ponitur num. 32. Versic. & licet ista determina-
tio. Vbi ad litteram dicit, quod ista determina-
tio Io. Andreę, & Alexandri in citato consil. 25.
30 & 67. Consideratis his libro † primo scrupulo
non careat, attamen in casu nostro, in quo est fa-
cta legitimatio per rescriptum, rationes eorum
locum habent. Rol. Cauagnol.

Numero 50.

Ibi (non potest auferri a Principe.) Quòd
31 Princeps de potestate ordinaria non † possit
tollere ius dominij, sine caussa, sicut nec ius pos-
sessionis. Voluit Capit. decis. 69. in caussa Ioan
nis numero 13. Vide eundem decisione 166. In
caussa Illustris num. 6. & 13. Vide Bartol. in
prima constitut. proemij. ff. Abbatem in consi-
lio 61. In causa, & quæstione parte prima Docto
res in l. finali C. si contra ius vel vtilitat. public.
Mohedau. decis. 88. In eadem causa ferrariensi
quæ est 6. in tit. de restitut. spoliator. & 97. Mo-
tu proprio Marcus Antoni' quæ est septima di
cto titulo. Mysinger obseruat. 79. Licet scriptura
priuata centuria quinta. Menochius de Arbi-
trar. Iudic. lib. 1. quest. 48. Quæro quadrage-
simo octauo. Crauet. in consiliu 135. Verba de-
creti principalis num. 30. & in cons. 241. Prin-
ceps illustrissimus. Rol. Cauagn.

Numero 66.

Ibi (respondetur sexto, quod tunc demùm, &
vbi de iusta causa constare debere.) Nota quod
licet iusta causa præsumitur in Principe rescri-
32 bente † contra ius positiuum, hoc tamen non pro-
cedit, quando Princeps rescribit motu proprio,
secus est si ad postulationem partis, quia tunc nõ
pręsumitur iusta causa. Gramat. decis. 65. Ex-
cellens Comitissa Calatij num. 30. & 31. Afflict.
decis. 4. Aduocatus Fisci num. 2. Gail. obseruat.
58. An in Principe lib. 2. Guid. Pap. singul. 605.
Caussa iusta, & Hyppolit. de Marsil. singul. 6.
In principe semper præsumitur. Rol. Cauagn.

Eodem numero ibi (debet resarcire damnum
illatum.) Quòd Princeps auferens rem Priuati
33 ex causa † publicę vtilitatis, vel necessitatis te-
neatur ad solutionem iusti pretij. Probant An-
dreas Gail. obseruat. 56. Principé ex iusta cau-
sa num. 8. Rol. cons. 69. In casu præsenti lib. 2.
cons. 71. Etsi inter omnino lib. 3. Natta in cõs.
554. Quòd Serenissimus Rex, & Menoch. in con
silio 307. Illustris hæc controuersia nu. 42. lib. 4.
vbi limitant hoc dictum ne procedat quando
Princeps vult vti absoluta potestate, nunquam
34 tamen † præsumendum est, quod vti voluerit,
nisi id ipsum exprimat in rescripto. Rolandus
Cauagnolius.

Ad Consil. 109. Respondendum videbatur contractum hunc.

SVMMARIVM.

1 *Vsura in dubio non præsumitur in foro contentioso.*
2 *Contractus, qui solent fieri in dubio iudicantur liciti.*
3 *Contractus in foro conscientię in dubio iudicatur vsu-
rarius.*
4 *Bonarum mentium est timere culpam etiã vbi non est.*
5 *Mutuum quando dicatur implicite stare in contractu
emptionis, & continere vsuram.*
6 *Contractus continens pecuniam debitam ex mutuo, &
ex venditione rei quando dicatur vsurarius.*
7 *Contractus quando strictè, & propriè dicatur vsura
rius, & quando large.*
8 *Vsura dicitur quando datur quid excedens, veram
sortem mutui.*
9 *vendens rem plusquam valeat vsuram committit.*
10 *Contractus pro parte continens mutuum, & pro par-
te venditionem, quomodo consideretur vsurarius.*
11 *Stochus, siue Scrochus contractus quis dicatur.*
12 *Clausula sincere, fideliter, & prorsus inuiolabiliter ha-
bent vim iuramenti in ditione Mantuana, & Mon-
ferratensi proponitur.*
13 *Vsurarij contractus deteguntur præsumptionibus, &
coniecturis, & quibus, ac quot, & num. 15.*
14 *Vsura, vt detegatur an possit iuramentum deferri
partibus, & quid de tortura.*
16 *Probatio per coniecturas ad probandam vsuram in
ciuilibus est euidentissima.*
17 *Vsurariorum contractuum species, quæ sint*

18 *Con-*

18 *Contractus correspectiui, qui dicantur.*
19 *Vicinitas contractuum arguit connexionem, & translationem vnius in alterum.*
20 *Pacta in contractibus correspectiuis considerantur, vt pars.*
21 *Pactum vnum extinctum in contractibus correspectiuis facit vt alterum censeatur sublatum.*
22 *Mutui contractus ex se ipso non est probibitus.*
23 *Qualitas personarum vt puta si fuerint indigentes arguit contractum simulatum.*
24 *Pacta insolita, & cautiones multiplicatę reddunt contractum suspectum.*
25 *Obligans nouum emptorem ad collectas, & onera redditur suspectus de vsuraria prauitate.*
26 *Emens prędia, quę nunquã vidit est suspectus de vsura.*
27 *Contractus redditur suspectus si probetur venditorem quæsiuisse pecunias mutuo cum ipso prędio vendito*
28 *Contrahentibus quando liceat inuicem se decipere.*

Numero primo.

PRo materia istius consultationis,
dicas quod in dubio vsura non
1 pręsumitur † in foro contentio
so, & quod contractus, qui solent
2 fieri iudicantur † liciti, vbi quis
non est solitus fœnerari. Crauet.
cons. 48. Cogitur Nobilis Vgo, & in consil. 145.
nu. 2. lib. 1. vbi Apostillator Stracca sub nu. 2.
Inquit in foro conscientię secus esse, quia in du-
3 bio contractus iudicatur † vsurarius, quia bo-
4 natũ mentiũ semper est † timere culpam et vbi
non est. Vide Rol. in cons. 75. Primo quidem
aspectu numero 42. lib. 1. & tandem Crauettam
in consilio 156. Iacobus Neyreti lib. 1. ac Rol. in
consil. 99. Tota machina præsentis, & in consilio
95. Si perspicere potuissem lib. 4. In casu autem
isto datur consideratio, quòd pro parte sit con-
tract⁹ mutui, & pro parte venditionis. Vnde Mu
tuum hoc dicitur quodammodo implicite stare
in contractu † emptionis, & continere vsura-
5 riam prauitatem propter animum lucrandi, &
iniquitatem, ac iniustitiam pretij iuxta ea quæ
perpendit Ozasch. decis. 95. Anno 1554. non
nulli Ciues, num 36. prout similiter dicitur con
6 tractus vsurarius ille, qui continet pecuniam †
debitam ex mutuo, & ex venditione alicuius rei
constito in facto, quod confessio dictę rei fuerit
facta sub spe futuræ consignationis, vt aduertit
Capicius in decisione 175. In caussa Pyrrhi de
Luberto. Ego verò contractum hunc vsurarium
propriè, & large sumendo nomen vsuræ censeo.
7 Propriè, & per prius vsurarius est † quia mutuũ
non est idem numero, & quantitate in præstatio-
ne, quod in obligatione restituendi. Vnde respe
8 ctu eius, quod excedit veram sortem mutui †
vsura est an 2. 3. 84 & fin. 14 quæst. 3. similiter,
& large respectu eiusdẽ accessionis, & augumen-
ti sortis in quantitate existentis, etiam quod ac-
cessio vestiatur titulo emptionis, & venditionis,
vt aduertit D. Alex. Rhaudensis, de Analogis
cap. 1. num. 6. & 9. Hinc dicit Abbas in consil.
5. ommissis argumentis parte prima, quod ven-
9 dens rem † plusquam valeat censetur vsurarius
licet contractus ex sui forma non appareat talis,
cum videatur sonare in titulum emptionis, &
mutui. Hinc bene dixit Fernandus Rebellius
in secunda parte de obligation. Iustitię lib 8. de
vsuris q. 14. numero 5. duplex consideratur iste
10 contractus † saltem virtute, vnus scilicet mutui
vel veræ venditionis, alter vsuræ, qui tamen im-
propriè contractus est. Insuper hunc eundem
contractum vulgari idiomate censeo posse nun-
11 cupari † Stochum, alij Scrochum, quia vendita
fuerint animalia egenti pecunia longè supra in-
stum pretium prætextu alterius summę pecunia
rum mutuo datarum, concessa dilatione ad sol-
uendum, quem Mohatra vocitãt Hispani, & dam
nat. Petrus Caballus resolut. criminal. 188. Vnũ
est delictum, num. 7. & 8. Rol. Cauagn.

Numero 6.

Ibi (Quæ vim iuramenti obtinere voluit.)
De ista clausula Mantuana, quę viget etiam in
patria Montisferrati ex Serenifs. q. Ducis Vin-
centij Gonzagæ perpetuo eius edicto, & lege, cu-
ius caput est, saluberrimè olim, sub datis Casali
die 19. Nouembris 1596. Verba facit Surdus
post alios in consilio 331. Anceps est Quæstio
proposita num. 8. lib. 3. Post Parisium in consil.
110. Promissio, & obligatio facti alieni num. 6.
& 40. libro. 1. Bursat. in cons. 113. In proposito
mihi casu num. 4 lib. 1. & incipit ista clausula,
ac finit sub hac verborum forma. Et prædicta om
12 nia dictæ partes, sincere fideliter † & prorsus
inuiolabiliter obseruare, huius etiam meminit
idem Surdus in decis. Mantuana 225. Dominũ
Andronicum in principio, & per totum, & prius
in decisione 154. Vt demonstraret Magnifica D.
Constantia numero 2. & infrà. Rol. Cauagn.

Numero 7.

Ibi (contractus fœneraticij possunt detegi
coniecturis, pręsumptionibus, atque inditijs.)
13 Quot, & quibus coniecturis † contractus dica-
tur vsurarius, & fœneratitius, licet sit celebratus,
sub nomine emptionis, & venditionis. Vide
Borgnin. Caualcan. decisione 13. Nob. Io. An-
dreas Torniellus de contract. parte 2. & in deci-
sione 32. Reuerendus Canonicus Landus, num.
57. & seq. eadem parte 2. pro materia cuius hęc
meminit consultatio vide solam in constitution.
Antiquis Pedemont. in titulo de vsuris super
decreto rem duram in glos. 2. Gail. libro. 2. ob
seruar. 5. insuper etiam quando agitur de vsuris
poterit iudex in qualibet parte litis ex officio
suo deficientibus probationibus exigere à parti
14 bus † iuramentum de veritate dicenda cap. ex
litteris, extrà de iureiur. Quinimo etiam licebit
deuenire ad torturam pro reperienda veritate,
vbi legitima inditia extiterint, vt nouissimè de-
terminat Petrus Caballus dicta resolutione cri-
minali 188. num. 6. & quod indicijs, & conie-
15 cturis probetur contractus vsurarius † præser-
tim quando agitur ciuiliter ad tollendas vsuras.
Dixi plene pro D. fratribus de Suauijs, vt in De
cis. mea consult. cuius caput est D. Io. Maria Sua
uius, versic. & assumo pro fundamento, vbi inter
16 cœtera dixi, quod probatio per † coniecturas
isto casu † censetur probatio euidentissima ob
fraudes inconuincibiles, quæ solent in similibus
committi ex Annania in consilio 40. Crauet. in
consilio 156. & Corn. in cons. 23. libro tertio.
Rolan. Cauagnol.

Numero 8.

Ibi (vsura committitur.) In quibus casibus
cõmittatur vsura. Vide Ludouic. Peguet. in suis
quęstion. crimin. q. 31. Grauiter puniendus, &
17 de speciebus † contractuum fœneraticiorum.

Vide

Vide solam loco relato, & quod vsuram respiciat
quicquid supra datum recipitur, & quando exi-
gitur plusquam, debetur, can. 2. 3. 4. & fin. 14.
q. 3. Rolan. Cauagnol.

Numero 9.

Ibi (vnus celebratus sit respectu, & ex caussa
alterius.) An, & quando contractus, seu actus
18 facti eodem die censeantur inuicem † correspe
ctiui, vide Albam in cons. 178. Communis Do-
ctorum conclusio libro primo vbi docet, quomo
do sit intelligenda communis hęc conclusio cor-
respectiuitatis, & an qualitates positę in vno cen-
seantur repetitę in alio, & an semper possint re-
putari tales contractus, ac si vnico contextu tem
poris, ac eodem instrumento fuissent celebrati,
& de contractibus factis per diuersa instrumenta
facta eodem die, & loco, coram eisdem testibus
& Notario verba facit idem Alba in cons. 207.
Intentio Domini Francisci, numero 26. libro 2.
Vbi dicit præsumendum esse, quod non fuisset
deuentum ad vnum, siue alio, præsertim si in
vno ex dictis instrumentis recensiti fuerint om-
nes alij contractus. Vt idem Alba respondet in
consilio 240. cum donatio de qua agitur, nu. 10.
19 libr. 2. vicinitas enim † contractuum. Eodem
die celebratorum arguit quandam connexioné,
seu translationem vnius in alterum, idem Alba
in consilio 250 Communis est Doctorum conclu
sio, num. 22. libro eod. post Baldum in l. petens
C. de pact. & Dec. in cons. 245. & ratione illius
20 connexionis, omnia pacta † considerantur, vt
pars cõtractus, vt inquit idem Alba in cons. 185.
Difficultas huius caussę. num 24. lib. 1. & ideo
data correspectiuitate, sequitur alia conclusio,
quòd extincto, & sublato vno censeatur sublatú,
21 & extinctum † alterum, vt ait Menoch. in cõs.
178 Respondendum videbatur multis rationi-
bus numero 7. hoc eodem lib. 2. Rol. Cauagn.

Numero 12.

Ibi (primo ob contractum mutui) dicas quod
ista consideratio simpliciter posita, & ex se consi
derata non officit, quia non est prohibitus mutui
22 † contractus, benè tamen inficitur ob venditio-
nem bestiarum, quę licet fuerit vtilissimi pretij,
pro immoderato tamen pretio distractę fuerunt
in fraudem vsurarum, per ea quæ superius dicta
sunt. Rolandus Cauagnolius.

Numero 16. & 22.

De indigentia, & necessitate eius, qui obliga-
tur in proposito verba feci in iam per me citata
decisione mea consultiua D. Ioannes Maria, ver-
sicul. septima coniectura. Post Decium in cons.
544. In casu proposito & Bald. in consilio 311.
In questione Galuagini lib. 5. vbi dicit quod qua
23 litas † personarum tribuit principale funda-
mentum ad arguendum contractum simulatum.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 17. & 37.

Ibi (redditur contractus magis suspectus.)
Hùc pertinent ea per quæ dicimus. Pacta inso-
24 lita, & cautiones multiplicatæ suspicionem †
contractus magis arguunt. Cagnol. in l. 2. C. de
pact. inter empt. & vendit. num. 226. in fine,
sicuti dicimus de multiplicitate instrumentorú,
ex Gaspare Cabal. Milleloquio 418. Si duo con-
tractus sunt facti, quod autem non obstat iura-
mentum post Paris. Castr. Rolan. & Ozascum.
Vide Solam loco iam citato num. 37. Rol. Cau.

Numero 20.

Ibi (D. Thiberius Gabellam soluat.) ad idẽ
facit ea conuentio, quia is qui emit prędia, sta-
tim vendit cum pacto gratię redemptiuę, & obli
25 gat nouum emptorem † ad collectas, & onera.
vt dixi in dicta Decisione mea consultiua D. Io.
Maria, versic. septima accedit coniectura illa.
Adde Abbat. in consil. 76. In præsenti consul-
tatione lib. 1. Sol. ad Decretum ex frequentibus
prima parte glos. vnica sub tit. de pact. inter
emptor, & venditor numero 20. Vbi hunc Me-
nochij locum probat, & loquitur etiã de Merce-
de Notariorum ad quam fuerit pars grauata in-
solidum. Rolan. Cauagnol.

Numero 21.

Ibi (antequam eas videretur.) Hùc pertinẽt
ea, quæ dicit sola in loco ante citato numero 15.
26 de eo, qui nunquam † vidit prædia empta, ci-
tat Veron. Ast. Nat. Paris. Rol. & Menoch. hoc
in loco. Rol. Cauagnol.

Numero 22.

Ibi (Quærebat eo tempore vendere.) Ad
idem facit, quod dicunt scribentes contractum
27 censeri suspectum. † Si probetur debitorem
quæsinisse accipere pecunias mutuo. Super tali
prędio, postea per eum vendito, vt multis aucto-
ritatibus comprobat idem sola loco iam citato,
numero 36. vbi multa dicit in proposito, & in-
ferius deducit plures coniecturas excusatorias
ab ista suspicione vt per eum num. 49. & seqq.
Rolan. Cauagnolius.

Numero 30.

Ibi. (Præterea hic casus.) Qualiter sit intel-
ligenda conclusio cuius hoc loco memini, quod
28 liceat contrahentibus † inuicem se decipere.
Vide Crauetam in cons. 156. Iacobus Neyreti.
num. 13. lib. 1. Iac. Menoch.

Ad Cons. 110. Primæ propositæ dubitationi.

SVMMARIVM.

1 *Malæ fidei possessor, ad teneatur ad fructus perceptos, & ad eos, qui percepi potuissent.*
2 *Voluntas ex facto declaratur perinde, ac ex verbis, quinimo clarius ex facto.*
3 *Verba sonant in passionem, & facta in actionem.*
4 *Voluntas quomodo ex factis arguatur.*
5 *Trãsactio generalis restringitur ad illud de quo agebatur*
6 *Sententia restringitur ad id de quo est lis.*
7 *Renũciatio generalis restringitur ad id de quo agebatur*
8 *Sententia recipit interpretationem à petitione, & nihil inducit num. 9*
10 *Condemnatio omissa respectu fructuum percipiendorum an possit suppleri.*
11 *Sententiæ verba condemnatoria in fructibus perceptis an possint trahi ad eos qui percipi potuissent.*
12 *Sententia stricti iuris est, & num. 13.*
14 *Sententia tantum disponit, quantum loquitur.*
15 *Subintelligentia non datur in verbis sententiæ quando ex eis necessario non infertur etiã quod sit arbitramentalis num. 16.*
17 *Sententiæ verba debemus intelligere prout iacent.*
18 *Sententia lata super principali in causa restitutionis in integrum non trabitur fructus, qui accessoriè veniunt.*
19 *Ommissum in sententia habetur pro ommisso*
20 *Sententia quandoq; vincit interpretationem ad euitandum Absurdum.*

21 *Argumentum a contrario ſenſu admittitur in ſententijs*
22 *Antecedens habet neceſſarium conſequens in ſententijs.*
23 *Sententia lata ſuper vno extenditur ad aliud quando aliàs eſſet nullius effectus.*
24 *Sententia declarans aliquem debitorem in neceſſarium conſequens eundem condemnat ad ſoluendum debitū*
25 *Sententia declarans bona Hipppothecata videtur condemnare reum ad ſolutionem.*
26 *Sententia declarans aliquem ſtatutum commiſiſse cenſetur eum condemnare in pœnam ſtatuti.*
27 *Sententia declarans nullum ius competere agnatis ad inſtantiā fœminæ videtur eā declarare capacē fendi*
28 *Sententia condemnans reum in iudicio rei vendicationis videtur pronunciare actorem eſse dominum rei.*
29 *Sententia ampleƈtitur ea, quæ conſecutiuè veniunt ad declarationem.*
30 *Sententia continens vnum ex vi attractiua indiſtinctè illud producitur ad aliud ſine quo illud vnum non poſſet effectum ſuum ſortiri.*
31 *Suppletio nulla datur in ſententia, ſed comprehenſio.*
32 *Sententia lata ſuper reditione rationis continet condē- nationem reliquatus.*
33 *Sententia verba debent referri ad intellectum iuris.*
34 *Sententia verba ſtricta ſunt intelligenda declara nu. 35.*
36 *Sententia æquiparatur contractibus magis quam vltimis voluntatibus contra nu. 38.*
37 *Mens cōtrahentiū præualet verbis ita, & mēs iudicātis.*
39 *Percipere verbū hoc refertur ad perceptionē effectualē*
40 *Maſculinum, quando non concipiat fœmininum.*
41 *Maſculinum non concipit fœmininū in ſtatutis, quæ intelligenda ſunt prout iacent.*
42 *Teſtator præſumitur ſe conformare eum ſtatuto.*
43 *Maſculinum non concipit fœmininū in ſucceſſionibus ab inteſtato ſecundum ſtatuta Mediolani.*
44 *Maſculinum non concipit fœmininū in ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs.*
45 *Sententia, an debeat eſſe certa.*
46 *Sententia reſpectu fructuum, & expenſarū non viciatur*
47 *Sententia incerta poteſt recipere certitudinem in executione.*
48 *Menoch. in conſ. 110. nu. 69. & ſeqq. non recipitur.*
49 *Sententia continens errorem iuris, vel facti, an ſit executioni mittenda.*
50 *Sententia non habet præſumptionem iuris pro ſe quando adeſt error iuris, vel facti.*
51 *Nullitas euidens, et palpabilis nunquā cenſetur reiecta*
52 *Dubium, & incertum quando quid eſſe dicatur.*
53 *Creditor an faciat fructus ſuos quos percipit ex re pignori data vbi poteſt vſuras conſequi.*
54 *Creditor accipiens fructus rei pignoratæ compenſat in ſortem.*
55 *Compenſatio non datur de ſpecie ad quantitatem.*
56 *Retentio nō permittitur vbi non datur cōpenſatio*
57 *Compenſare prohibitus, an cēſeatur prohibitus retinere.*

Numero primo.



Gitur in iſta conſultatione, an poſſeſſor malæ fidei hoc eſt, qui titulum minus habet ſolemnem teneatur nedum ad fructus per-
1 ceptos, ſed etiam ad eos † qui
percipi potuiſſent, ex notatis in cap. Qui contra iura de iure iurando lib. 6. vbi colligitur, quod ſic, circumſcripta tamen ſententia, cuius hoc loco meminit, Menochius. Ad eius rei probationem commodè faciunt notata per Practic. Papienſem in forma libelli in actione reali, in verbo, ſeu gloſa, ſimul cum fructibus num. 4. vbi quærit Apoſtilator Maſuerius in verbo cum fructibus, an intelligentia ſit de his quos petitor percipere potuiſſet, vel ipſe poſſeſſor, & decidit debere intelligi de his quos potuiſſet percipere Petitor, non autem poſſeſſor ex Romano in conſilio 454. Iure præſenti quatuor, & ſingulari 538. Legatum factum per Adde eundem Papienſem ibi in gloſ. & qui percipi potuerunt. Et in forma libelli in cauſa ſpoliale poſſeſsionis in verbo, & amplius ad reſtitutionem fructuum. Rolan. Cauagnolius.

Numero 2.

2 Ibi (voluntas ex facto, æque declaratur, † ac
ex verbis.) Immò dicas quod magis ex facto declaratur, quam verbis, vt ſcribit Ludouicus de Caſanate in cōſil. 29. Cum res ab occulatiſsimis num. 40. & in hoc procedit vulgare dictum ver-
3 ba † ſonant in poſſeſsionem, & facta in actio-
nem, quod materno Idiomate dicimus le parole ſono femine, & i fatti ſono maſchi, ad idem facit l. ſi tamen in §. 2. ff. de edilit. Edicto. Nicolaus Reuſner. in conſ. 10 ſummæ delatæ ad nos numero 48. lib. 1. vbi loquitur de ſignis ad matrimonium. Alba in conſilio 470. Ad primū quæſitum num. 6. & ibi Apoſtillator in littera B. lib. 3. Menoch. in conſ. 5. numero 15. lib. 1. bene verum eſt, quod ex factis catenus tantum
4 † arguitur, quatenus ex factis ipſis infertur, & nō
plus. Bart. in l. prima §. ſi quis hoc interdictum ff. de Itin. actuq; priuato. Decius in conſ. 218. In caſu ad me tranſmiſſo num. 16. Rol. Cauagn.

Numero 4.

Ibi (vbi verba ſententiæ ambigua ſunt interpretari debent ex libello, & petitione cui conformis eſſe debet.) Adde Albam in conſ. 388. videtur expeditum, quod onus num. 2. libro 2.
5 Ibi cum de natura tranſactionis † etiam gene-
ralis ſit vt reſtringatur ad illud, de quo agebatur
6 ita etiam, † & ſententia Idem etiam dici ſolet
7 de generali † renuntiatione. Dec. conſ. 86. vi-
ſo puncto diligenter colum. 3. Alba conſ. 540. Si Excellentiſsimus Senatus nu. 6. Annibal. in dicto conſ. in litera C. vbi ſententia recipit in-
8 terpretationem a † petitione Menoch. conſilio
159. Tres iuris concluſiones nu. 5. Alba conſil. 172. Quamuis Domino Alexandro num. 6. vbi
9 ſententia nihil noui cenſetur inducere, & decla-
rare niſi id ſuper quo erat lis, limitatur prædicta concluſio latè à Felin. in eius repertorio in verbo ſententia debet eſſe conformis. Rol. Cauagn.

Numero 13.

Omiſſa condemnatio in fructib⁹ percipien-
10 dis hoc eſt qui percipi † potuiſſent, an, & quan-
do poſsit ſuppleri, & fructus in alio iudicio peti. Vide eundem practicum Papienſem in forma libelli in cauſa ſpoliale poſſeſsionis in verbo. Et Amplius ad reſtitutionem fructuum. Rol. Cau.

Eodem numero bene exorditur, & concludit Menochius, quòd ea verba ſententiæ in fructib⁹ perceptis non † poſſunt trahi ad fructus, qui
11 percipi † potuiſſent, cum enim ſententia ſtricti
12 iuris † ſit, poſſumus aptè dicere, quòd tantum
13 diſponit, quantum loquitur † Menoch. in conſ.
214. iuri, & æquitati num. 86. lib. 3. & in conſ. 611. De prima præpoſita dubitatione num. 15. libro. 7. & in conſ. 761. Nulla eſt ratio, nullaq; nu. 9. lib. 8. Vndè non poteſt dici quòd aliquid
14 poſsit ſubintelligi † quā eius verba neceſſario

ſignifi-

significant, vt idem Menochius affirmat in con-
silin 509 Respondebo paucis quantum num. 18.
lib. 6. Hoc idem scribit dictus Menoch. in cons.
1037. Cum hac de controuersia numero. 26. lib.
11. Item quod sententia sit strictæ interpreta-
15 tionis, & ex ea † non inferatur, nisi quatenus
verbis ipsius comprehenditur. Scribit Alba
Mandellus in cons. 132. In casu proposito, nu-
mero 10. libro. 1. & inibi Apostillator Annibal
in verb. stricti iuris, quod dictum procedit, etiã
16 quód esset sententia † arbitramentalis, vt ibi-
dem notat Alba, vndè verba ipsius debemus in-
17 telligere † prout iacent. Idem Alba in cons.
252. Pro Magnifica Domina Blanca num primo
& ibidem repetit Apostillator. Hinc sententia
18 lata super principali in causa restitutionis † in
integrum non trahitur ad fructus, qui accessoriè
veniunt. Socin. sen. in cons. 18. visa, & conside-
rata petitione num 7. & 8. libro. 3. & in cons. 91.
in causa D. Antonij numero. 11 & in consi 112.
Viso processu agitato inter, num. 17. lib. 4. quod
dictum plurimum deseruire opinior sententiæ
Menoch. ad demonstrandum, quod ommissum
19 † in sententia habetur pro ommisso, non obstan
te quod restitutio fieri debuisset, etiam quoad
fructus. Hanc tamen de re conclusionem non sic
intelligendam putes, quin ad euitandũ absurdũ
20 lata † quandoq; cadat interpretatio, vt scribit
idem Alba in consil. 575. Magn. Prætor num. 2.
& 3. lib. 3. vbi similiter dicit in sententijs ad-
21 mitti † argumentationem a contrario sensu.
Hinc benè loquutus fuit Crauetta in consil. 79.
Quondam Catherina Alberti, num. 4. libro 1.
quód in sententijs, qui vult, antecedẽs, censetur
22 † velle consequens necessarium. notat Socin. sen.
in consilio 134. Visa petitione recursus col. 3.
libro 1. Aretin. in consilio 156. Visis diligenter
23 col. 6. Vndè lata sententia super † vno exten-
ditur ad aliud, si illud super quo lata est, nullius
esset effectus l. finali C. de vsuris rei iudicatæ.
Hinc ex Angelo in consilio 257. exordiente.
Inter capitula versiculo. Superest autem videre,
dicitur, quod sententia declarans quem esse de-
24 bitorem † in necessarium consequens videtur
eundem condemnare ad soluendum debitum, &
25 vbi sententia declarat bona hyppothecata, †
censetur condemnare reũ ad eorum solutionẽ.
Hinc si Iudex in sententia dixerit, titium furtũ
26 commisisse, censetur † eum condemnare in pę-
nam statuti pro furto, quod repetit idem Crauet
ta in cons. 427. Iam scripsi in causa nu. 9. lib. 3.
Hinc dicebat Ludouicus Moruttius in caussa Bel-
lona cuius etiam tunc, vt caussę aduocatus sen-
tentiæ subscripseram, quod sententia per quam
fuerat declaratum ad fauorem Dominæ Bertho-
27 lameæ Bellonæ nullum ius competere † agna-
tis, qui feudum salæ petebat in necessariam con-
sequentiam, declarando fœminam non esse mo-
lestandum sanxisse dicitur ad fœminam feudi ca
pacem feudum pertinere. Addendo Bartoli do-
ctrinam in l. vbi autem §. ex diuerso numero 2.
ff de Rei vendic. vbi quando Iudex condemnat.
in rei vendicatione Reum, videtur tacitè pronũ-
28 ciare † actorem esse dominum Rei, quia hoc
est consequens restitutionis ad quam reus con-
demnatur. Ea igitur quæ consecutiuè veniunt
29 † ad declarationem Iudicis reijcere non debe
mus, vt idem Crauetta probat in Consilio 866.

excepti in rei iudicatę obstate, num. 5. lib. 5 & Ias.
in §. Actionum institut. de action. & stabit Re-
gula Angeli in d. consilio 257. versiculo contra-
rium dico, quod quando sententia vnum conti-
30 net ex vi attractiua † Indistinctè illud produ-
citur ad aliud sine quo illud vnum super quo
lata fuit sententia non posset effectum suum sor-
titi, in quo proposito solco cõsiderare, quo l nul-
31 la datur supplerio † sed comprehensio, quam
vbi tollamus per restrictionem, esset tollere sen-
tentiam, & illius effectum. Castrens. in cũs. 207.
Visis omnibus quam in puncto col. fin libro 1.
Et Crauet. in cons. 751. Hæredes Magistri Petri
circa finem lib. 5. Adde eundem Crauettam in
tractatu de antiquitate temporum parte 4. num.
32. in 7. limitatione. Hũc etiam pertinet, quod
32 sententia lata super † redditione rationis con-
tinet condemnationem reliquatus, vt decidit
Afflict. decis. 157. Lata fuit sententia. Ad idem
facit dictum Baldi in l. prima per eum textum.
C. de fruct. & lit. expens. quód scilicet verba iu-
33 dicis in sententia † debent referri ad intellectũ
iuris. Alba in consilio 466. & si copinsè, & sub-
tiliter numero 4. libro. 3. & dum dicitur verba
34 sententiæ sic strictè fore † intelligenda, vt nil
vltrà includant, quàm ex eis de necessitate infe
ratur, vt meminit Surdus in decisione 261. In
sententia lata numero 6. id ipsum admittitur
35 quod ex necessitate, † & ita consecutiuè inclu-
ditur, quinimo eo solo casu restringenda erit sen
tentia, quo salua ratione recti sermonis restringi
potest, vt considerat. Cephal. in cons 451. Multæ
excitantur dubitationes nu. 3. lib. 4. Rol. Cau.

Numero 15.

Ibi sententiam ęquiparari contractibus) hoc
idem probat Alex. in l. Impossibilis col. 2. ff de
verborum obligat. vbi dicit, quod sententia ma-
36 gis æquiparatur † contractibus, quam vltimis
voluntatibus. Alex. sequitur Alba in d. consil.
37 466. num. 4 vbi dicit, quod sicuti in † contra-
ctibus magis mentem contrahentium, quàm ver
ba spectamus, ita & in sententia, sed quod vlti-
38 mæ † voluntati potiusquam contractui ęquipa-
retur sententia, post Bartol. in l. centesimis §.
finali col. fin. versic. tamen dicerem assumendã
ff. de verborum obligat. voluit Cephal. per l.
non est mirum ff. de Pignorat. act. & l. si quis
legauerit la 2. ff. de legat. primo l. Qui filium
§. Sabinus ff. Ad trebell. in cons. 518. Controuer
sia quæ vertitur inter Reuerendas num. 60. &
in consilio 551. Cum in sententia Magnificorum
num 18. lib. 4. Rol. Cauagnol.

Numero 23.

Ibi (inter fructus perceptos, & fructus qui
percipi potuerunt) ad comprobationem eorum
quæ hoc loco dicit Menoch. facit quod istud ver
39 bum percipere referri † solet vt plurimum ad
perceptionem effectualem. Alba in cons. 318.
Secundum terminos iuris numero. 19. libro 2.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 24.

Ibi. (Quando separatim vtriusq; sexus facta
est mentio a disponentibus, hoc idem probat
Ioannes Cœphalus in consil. 525. In testamento
Domini Clementis num. 34 libr. 4. Vbi dicit,
40 quód tunc masculinũ † non concipit fœmininũ
quando fit mentio disiunctim de masculo, &
fœmina pro materia, quando masculinum con-

21 *Argumentum à contrario sensu admittitur in sententijs*
22 *Antecedens habet necessarium consequens in sententijs.*
23 *Sententia lata super vna extenditur ad aliud quando alias esset nullius effectus.*
24 *Sententia declarans aliquem debitorem in necessarium consequens eundem condemnat ad soluendum debitũ*
25 *Sententia declarans bona Hippothecata videtur condemnare reum ad solutionem.*
26 *Sententia declarans aliquem furtum commisisse censetur eum condemnare in pœnam statuti.*
27 *Sententia declarans nullum ius competere agnatis ad instantiã fœminæ videtur eã declarare capacẽ feudi*
28 *Sententia condemnans reum in iudicio rei vendicationis videtur pronunciare actorem esse dominum rei.*
29 *Sententia amplectitur ea, quæ consecutiuè veniunt ad declarationem.*
30 *Sententia continens vnum ex vi attractiua indistinctè illud producitur ad aliud sine quo illud vnum non posset effectum suum sortiri.*
31 *Suppletio nulla datur in sententia, sed comprehensio.*
32 *Sententia lata super reditione rationis continet condẽnationem reliquatus,*
33 *Sententiæ verba debent referri ad intellectum iuris.*
34 *Sententiæ verba stricta sunt intelligenda declara nu. 35.*
36 *Sententia æquiparatur contractibus magis quam vltimis voluntatibus contra nu. 38.*
37 *Mens cõtrahentiũ præualet verbis iis, & mẽs iudicãtis.*
39 *Percipere verbũ hoc refertur ad perceptionẽ effectualẽ*
40 *Masculinum, quando non concipiat fœmininum.*
41 *Masculinum non concipit fœmininũ in statutis, quæ intelligenda sunt prout iacent.*
42 *Testator præsumitur se conformare cum statuto.*
43 *Masculinum non concipit fœmininũ in successionibus ab intestato secundum statuta Mediolani.*
44 *Masculinum non concipit fœmininũ in substitutionibus fideicommissarijs.*
45 *Sententia, an debeat esse certa,*
46 *Sententia respectu fructuum, & expensarũ non viciatur*
47 *Sententia incerta potest recipere certitudinem in executione.*
48 *Menoch. in consil. 110. nu. 69. & seqq. non recipitur.*
49 *Sententia continens errorem iuris, vel facti, an sit executioni mittenda.*
50 *Sententia non habet præsumptionem iuris pro se quando adest error iuris, vel facti,*
51 *Nullitas euidens, et palpabilis nunquã censetur reiecta*
52 *Dubium, & incertum quando quid esse dicatur.*
53 *Creditor an faciat fructus suos quos percipit ex re pignori data vbi potest vsuras consequi.*
54 *Creditor accipiens fructus rei pignoratæ compensat in sortem.*
55 *Compensatio non datur de specie ad quantitatem.*
56 *Retentio nõ permittitur vbi non datur cõpensatio*
57 *Compensare prohibitus, non censeatur prohibitus retinere.*

Numeto primo,

Agitur in ista consultatione, an possessor malæ fidei hoc est, qui titulum minus habet solennem teneatur nedum ad fructus per-
1 ceptos, sed etiam ad eos † qui percipi potuissent, ex notatis in cap. Qui contra iura de iure iurando lib. 6. vbi colligitur, quod sic, circumscripta tamen sententia, cuius hoc loco meminit, Menochius. Ad eius rei probationem commodè faciunt notata per Practic. Papiensem in forma libelli in actione reali, in verbo, seu glosa, simul cum fructibus num. 4. vbi quærit Apostilator Masuerius in verbo cum fructibus, an intelligentia sit de his quos petitor percipere potuisset, vel ipse possessor, & decidit debere intelligi de his quos potuisset percipere Petitor, non autem possessor ex Romano in consilio 454. Iure præsenti quattuor, & singulari 538. Legatum factum per Adde eundem Papiensem ibi in glos. & qui percipi potuerunt. Et in forma libelli in causa spoliale possessionis in verbo, & amplius ad restitutionem fructuum. Rolan. Cauagnolius.

Numero 2.

2 Ibi (voluntas ex facto æque declaratur, † ac
ex verbis.) Immò dicas quod magis ex facto declaratur, quam verbis, vt scribit Ludouicus de Casanate in cõsil. 29. Cum res ab occulatissimis num. 40. & in hoc procedit vulgare dictum ver-
3 ba † sonant in possessionem, & facta in actio-
nem, quod materno Idiomate dicimus le parole sono femine, & i fatti sono maschi, ad idem facit l. si tamen in §. 2. ff. de edilit. Edicto. Nicolaus Reusner. in cons. 10 summæ delatæ ad nos numero 48. lib. 1. vbi loquitur de signis ad matrimonium. Alba in consilio 470. Ad primũ quesitum num. 6. & ibi Apostillator in littera B. lib. 3. Menoch. in cons. 5. numero 15. lib. 1. bene verum est, quod ex factis eatenus tantum
4 † arguitur, quatenus ex factis ipsis infertur, & nõ
plus. Bart. in l. prima §. si quis hoc interdictum ff. de Itin. actuq; priuato. Decius in cons. 218. In casu ad me transmisso num. 16. Rol. Cauagn.

Numero 4.

Ibi (vbi verba sententiæ ambigua sunt interpretari debent ex libello, & petitione cui conformis esse debet.) Adde Albam in cons. 388. videtur expeditum, quod onus num. 2. libro 2.
5 Ibi cum de natura transactionis † etiam gene-
ralis sit vt restringatur ad illud, de quo agebatur
6 ita etiam, † & sententia Idem etiam dici solet
7 de generali † renuntiatione, Dec. cons. 86. vi-
so puncto diligenter colum. 3. Alba cons. 540. Si Excellentissimus Senatus nu. 6. Annibal. in dicto cons. in litera C. vbi sententia recipit in-
8 terpretationem a † petitione Menoch consilio
159. Tres iuris conclusiones nu. 5. Alba consil. 172. Quamuis Domino Alexandro num. 6. vbi
9 sententia nihil noui censetur inducere, & decla-
rare nisi id super quo erat lis, limitatur prædicta conclusio latè à Felin. in eius repertorio in verbo sententia debet esse conformis. Rol. Cauagn.

Numero 13.

Ommissa condemnatio in fructib⁹ percipien-
10 dis hoc est qui percipi † potuissent, an, & quan-
do possit suppleri, & fructus in alio iudicio peti. Vide eundem practicum Papiensem in forma libelli in causa spoliale possessionis in verbo. Et Amplius ad restitutionem fructuum. Rol. Cau.

Eodem numero bene exorditur, & concludit Menochius, quód ea verba sententiæ in fructib⁹ perceptis non † possunt trahi ad fructus, qui
11 percipi † potuissent, cum enim sententia stricti
12 iuris † sit, possumus aptè dicere, quód tantum
13 disponit, quantum loquitur † Menoch. in cons.
214. iuri, & æquitati num. 86. lib. 3. & in cons. 611. De prima præposita dubitatione num. 15. libro. 7. & in cons. 761. Nulla est ratio, nullaq; nu. 9. lib. 8. Vndè non potest dici quód aliquid
14 possit subintelligi † quã eius verba necessario
signifi-

significant, vt idem Menochius affirmat in con-
silio 509 Respondebo paucis quantum num. 18.
lib. 6. Hoc idem scribit dictus Menoch. in cons.
1037. Cum hac de controuersia numero. 16. lib.
11. Item quod sententia sit strictæ interpreta-
15 tionis, & ex ea † non inferatur, nisi quatenus
verbis ipsius comprehenditur. Scribit Alba
Mandellus in cons. 131. In casu proposito, nu-
mero 10. libro. 1. & inibi Apostillator Annibal
in verb. stricti iuris, quod dictum procedit, etiã
16 quòd esset sententia † arbitramentalis, vt ibi-
dem notat Alba, vndè verba ipsius debemus in-
17 telligere † prout iacent. Idem Alba in cons.
252. Pro Magnifica Domina Blanca num. primo
& ibidem repetit Apostillator. Hinc sententia
18 lata super principali in causa restitutionis † in
integrum non trahitur ad fructus, qui accessoriè
veniunt. Socin. sen. in cons. 18. visa, & conside-
rata petitione num. 7. & 8. libro. 3. & in cons. 91.
in causa D. Antonij numero. 11. & in consi 112.
Viso processu agitato inter, num. 17. lib. 4. quod
dictum plurimum deseruire opinior sententiæ
Menoch. ad demonstrandum, quod ommissum
19 † in sententia habetur pro ommisso, non obstan
te quod restitutio fieri debuisset, etiam quoad
fructus. Hanc tamen de re conclusionem non sic
intelligendam putes, quin ad euitandũ absurdũ
20 lata † quandoq; cadat interpretatio, vt scribit
idem Alba in consil. 575. Magn. Prætor num. 2.
& 3. lib. 3. vbi similiter dicit in sententijs ad-
21 mitti † argumentationem a contrario sensu.
Hinc benè loquutus fuit Crauetta in consil. 79.
Quondam Catherina Alberti, num. 4. libro 1.
quòd in sententijs, qui vult, antecedẽs, censetur
22 † velle consequens necessarium. notat Socin. sen.
in consilio 134. Visa petitione recursus col. 3.
libro. 1. Aretin. in consilio 156. Visis diligenter
23 col. 6. Vndè lata sententia super † vno exten-
ditur ad aliud. si illud super quo lata est, nullius
esset effectus l. finali C. de vsuris rei iudicatæ.
Hinc ex Angelo in consilio 257. exordiente.
Inter capitula versiculo. Superest autem videre,
dicitur, quod sententia declarans quem esse de-
24 bitorem † in necessarium consequens videtur
eundem condemnare ad soluendum debitum, &
25 vbi sententia declarat bona hyppothecata, †
censetur condemnare reũ ad eorum solutionẽ.
Hinc si Iudex in sententia dixerit, titium furtũ
26 commisisse, censetur † eum condemnare in pœ-
nam statuti pro furto, quod repetit idem Crauet
ta in cons. 427. Iam scripsi in causa nu. 9. lib. 3.
Hinc dicebat Ludouicus Morotius in caussa Bel-
lona cuius etiam tunc, vt caussę aduocatus sen-
tentiæ subscripseram, quod sententia per quam
fuerat declaratum ad fauorem Dominæ Bertho-
27 lameæ Bellonæ nullum ius competere † agna-
tis, qui feudum falsè petebat in necessariam con-
sequentiam, declarando fœminam non esse mo-
lestandum sanxisse dicitur ad fœminam feudi ca
pacem feudum pertinere. Addendo Bartoli do-
ctrinam in l. vbi autem §. ex diuerso numero 2.
ff de Rei vendic. vbi quando Iudex condemnat
in rei vendicatione Reum, videtur tacitè pronũ-
28 ciare † actorem esse dominum Rei, quia hoc
est consequens restitutionis ad quam reus con-
demnatur. Ea igitur quæ consecutiuè veniunt
29 † ad declarationem Iudicis reijcere non debe
mus, vt idem Crauetta probat in Consilio 866.

exceptio rei iudicatę obstare, num. 1. lib. 5 & Ias.
in §. Actionum institut. de action. & stabit Re-
gula Angeli in d. consilio 257. versiculo contra-
rium dico, quod quando sententia vnum conti-
30 net ex vi attractiua † Indistinctè illud produ-
citur ad aliud sine quo illud vnum super quo
lata fuit sententia non posset effectum suum sor-
tiri, in quo proposito soleo cõsiderare, quod nul-
31 la datur suppletio † sed comprehensio, quam
vbi tollamus per restrictionem, esset tollere sen-
tentiam, & illius effectum. Castrens. in cõs. 207.
Visis omnibus quam in puncto col. fin libro 1.
Et Crauet. in cons. 751. Hæredes Magistri Petri
circa finem lib. 5. Adde eundem Crauettam in
tractatu de antiquitate temporum parte 4. num.
32. in 7. limitatione. Hùc etiam pertinet, quod
32 sententia lata super † redditione rationis con-
tinet condemnationem reliquatus, vt decidit
Afflict. decis. 157. Lata fuit sententia. Ad idem
facit dictum Baldi in l. prima per eum textum.
C. de fruct. & lit. expens. quòd scilicet verba iu-
33 dicis in sententia † debent referri ad intellectũ
iuris. Alba in consilio 466. & si copiosè. & sub-
tiliter numero 4. libro. 3. & dum dicitur verba
34 sententiæ sic strictè fore † intelligenda, vt nil
vltra includant, quàm ex eis de necessitate infe
ratur, vt meminit Sardus in decisione 261. In
sententia lata numero 6. id ipsum admittitur
35 quod ex necessitate, † & ita consecutiuè inclu-
ditur, quinimo eo solo casu restringenda erit sen
tentia, quo salua ratione recti sermonis restringi
potest, vt considerat. Cephal. in cons. 451. Multæ
excitantur dubitationes nu. 3. lib. 4. Rol. Cau.

Numero 15.

Ibi sententiam ęquiparari contractibus) hoc
idem probat Alex. in l. Impossibilis col. 2. ff de
verborum obligat. vbi dicit, quod sententia ma-
36 gis æquiparatur † contractibus, quam vltimis
voluntatibus. Alex. sequitur Alba in d. consil.
37 466. num. 4 vbi dicit, quod sicuti in † contra-
ctibus magis mentem contrahentium, quam ver
ba spectamus, ita & in sententia, sed quod vlti-
38 mæ † voluntati potiusquam contractui ęquipa-
retur sententia, post Bartol. in l. centesimis §.
finali col. fin. versic. tamen dicerem assumendã
ff. de verborum obligat. voluit Cephal. per l.
non est mirum ff. de Pignorat. act. & l. si quis
legauerit la 2. ff. de legat. primo l. Qui filium
§. Sabinus ff. Ad trebell. in cons. 518. Controuer
sia quæ vertitur inter Reuerendas num. 60. &
in consilio 551. Cum in sententia Magnificorum
num 18. lib. 4. Rol. Cauagnol.

Numero 23.

Ibi (inter fructus perceptos, & fructus qui
percipi potuerunt) ad comprobationem eorum
quæ hoc loco dicit Menoch. facit quod istud ver
39 bum percipere referri † solet vt plurimum ad
perceptionem effectualem. Alba in cons. 318.
Secundum terminos iuris numero. 19. libro 2.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 24.

Ibi. (Quando separatim vtriusq; sexus facta
est mentio a disponentibus, hoc idem probar
Ioannes Cœphalus in consil. 525. In testamento
Domini Clementis num. 34. libr. 4. Vbi dicit,
40 quòd tunc masculinũ † non concipit fœmininũ
quando fit mentio disiunctim de masculo, &
fœmina pro materia, quando masculinum con-

cipiat fœmininũ. vide notata per eundẽ Cephal.
in consil. 527. Difficulias præsentis consultatio-
nis num. 25. & 40. libro eodem. Vide Albam in
consilio 237. videtur in præsenti casu numero 5.
41 libro secũdo. Quod masculinum non concipiat †
fœmininũ quando extat statutum, quod statuta
intelligantur ad litteram non solùm si de mascu-
lino fiat mentio in alijs statutis, sed etiam si fiat
42 per testatorem, qui præsumitur se conformare †
cum statuto. Alba in d. conf. 137. num. 12. 22.
43 & 39. vbi dicit, quod masculinum non † con-
cipit fœmininum in successionibus ab intestato
secundum statuta Mediolani, minusq; in substi-
44 tutionibus † fideicommissarijs. Rol. Cauagn.

Numero 29.

Ibi (quarto suffragatur, quòd sententia inter-
prætari ità debet, vt certa sit.) Dissentit Guid.
Pap quæst 406. versic. Aduerte tamen, qui te-
45 statur † cõtrarium in foro seruari. Iac. Menoch.
Adde, quòd sententia incerta respectu fructuũ,
46 & expensarũ † non vitiatur quicquid hoc loco
dixerit Menochius, quia satis est, quod ante iu-
47 dicium executionis † liquidentur, vt post alias
innuit Vantius de nullitat. processum, tit. 13. de
nullitate ex defectu processus &c. nu. 106. Rol.
Cauagnol.

Numero 69 & seqq.

Resolutionem quam facit hoc loco Menochi⁹
ad secundam dubitationem ad impediendam
48 executionem sententię, haud † tutam esse dis-
dico, quandoquidẽ licet verissima sit conclusio,
49 quod sententia in qua contineatur † error, vel
iuris, vel facti, non sit executioni mittenda attamen idipsum nullitat, quando de errore liquidissimè patet, ita vt nullo modo nulla exceptione, vel replicatione tolli possit, & ita quando error admittit aliam causæ cognitionem, si partes acquieuerint non essent vlterius audiendi, namq; eo casu potest procedere præsumptio, quæ stat
50 pro † sententia, vt puta, quod Iudices diligen-
ter perpenderint, & ex actis cognouerint, vel mi
nuendam, vel alterandam esse summam, quæ ad
pręsens deducitur, & quæ dicit Menochius, nũq̃
51 censeri reiectam nullitatem † euidentem, &
palpabilem, ac ex facie actorum, & sententiæ resultantem cadit intelligentia de non velata nullitate, & ad id commodè faciunt, quæ dixi alias in obseruat meis ad Decretum Montisferrati 13. §. 3. quæst. 1 ex prefixione temporis, lib. primo. Rol. Cauagnol.

Numero 69.

Ibi (dubium etenim, atq; incertum illud esse
dicitur, quando adsunt rationes hinc inde) licet
ex se ipsa vera sit conclusio iuris, attamen contra
Menochium posset obijci, quòd tùnc demum
52 dubietas, † seu perplexitas attenditur, quando
nullo modo potest dissolui, prout optime dissoluta fuit in præsenti consultatione, & ideo poterat obiectio reticeri ad notata per Alban. in consilio 24. num. 3. lib 1. Rol. Cauagnol.

Numero 71.

Ibi (quod vbi creditor,) dum firmat conclu-
sionem Menochius, quod creditor facit fructus
53 † suos, quos percepit ex re pignori data, vbi põt
vsuras consequi. Aduertendum puto, quod tex.
in cap. conquęstus de vsuris, cui innititur non
probat assumptum Menochij sic absolutè positũ,
quia per eum textum dicimus, quod talis credi-
54 tor tenetur compensare † fructus in sortem, vn-
de non facit fructus suos, vbi tamen sensus sit, q
eidem aliquid sit dandum per debitorem, qui
pecuniam suam retinuerit, & moram fecerit in
restituendo alia res est, & negotium omnino de-
uersum, ab ipsis fructibus, quò casu sicuti non
55 datur compensatio, tamquam de † specie ad
quantitatem leg. si conuenerit. ff. de pignorat.
actione, & ibi nor. omnes, ita nõ videtur permis-
56 sa † intentio saltem ad id quod fructus fiant re-
tinentis quicquid sit de regula, quod compensare prohibitus non censeatur prohibitus retinere, vt not. Craner. in consilio. 148. num. 2. lib. 1. nec Abbas dicit, id ad quod allegatur sicuti, nec Fel. cuius commentarium ad dict. cap. conquæstus in meo Cod. non reperui. Rol. Cauagnol.

Ad Cons. 111. Tria sunt huius satis Egregiæ.

SVMMARIVM.



Numero 1.

DE hac facti specie respondit Hieronymus Gabriellius in conf. 69. Quoad primam questionem, lib. 2. sed contrariam opinionem defendit. Iacob. Menoch.

Immo dico, quod hanc Menochij sententiam latè tuetur. Gabriellius. loco citato vbi concludit contra Fabium emphiteusim censeri finitam, & renouationes factas ab Ecclesia valerè. quod intelligas respectu Fabij, namq; respectu fœminarum non esse finitam emphyteusim censuit, Menoch. sed contrarium tenuit, Gabriell. Rol. Cauagnol.

Numero 2.

1 Ibi (inhabilitas medij prohibet extrema †
coniungi) quando, & quibus casibus non procedat ista conclusio latè dixi in decis. mea consultiua 87. Nepos ex filia num. 40. lib. 2. Rol. Cauag.

Numero 4. & 5.

2 Ibi (appellatione filiorum non † contineri
nepotes,) quinam veniunt appellatione filiorũ, latè scribit Io. Petrus Molignatus de appellatiua verborum sub nu. 402. & plurib. sequentibus.

Num.

Numero 1c.

3 Ibi (natura copulæ est exæquare † per omnia copulata ipsa ac illa ad vniformem dispositionem reducere.) Adde quod idem dixit idem Menochius in consilio. 299. Quod doctissime respondit num. 19. libro 3. in consil. 329. De proposito hac dubitatione num. 22. & 23. lib. 4. & in consil. 334. Cum causæ huius disceptatio nu. 15.
4 libro eod. & habet vim repetitionis † qualitatũ præcedentium, idem Menoch. in cons. 252. Doctè, & acutè adeo num. 22. libr. 3. & in conf. 281. Primę dubitationi præpositæ n. 24. & in cõs. 296. Cum interrogatus sim, vt num. 35. ac in consilio 215. Diu, ac multum anceps, num. 208. eod. lib. 3. Rol. Cauagnol.

Numero 13.

Ibi (tùnc ad eius filios porrigitur,) Hoc videtur non procedere in casu in quo nominatim cer-
5 tis filijs nomine † proprio nuncupatis fit stipulatio, quod in casu præsentis consultationis verificari dixit, Hieronym. Gabriell. in d. consil. 69. num. 23. libr. 2. Rol. Cauagnol.

Numero 14.

Ad id, quod hoc loco dicit Menoch. concessio-
6 nem inuestituræ censeri factam † secundum cõsuetudinem. Dicas procedere in concessione simpliciter facta, non autem quando apparet quibus personis facta fuerit concessio, & pro quibus quis stipulatus fuerit, ita ex Calderino Bartol. & Ruyn. respondet Gabriell. in sæpe citato consilio. 69. num. 34. 35. & 36. vbi similiter dicit Menochij conclusionem procedere, vbi consue-
7 tudo † esset vniformis. Rol. Cauagnol.

Numero 16.

8 Ibi, (& tenor huius antiquæ † inuestiturę spectandus est,) quod ista clausula cuius prima in-
9 uestitura meminit, vsq; in tertiam † eorum generationem non censeatur repetita in secunda inuestitura multis probat idem Gabriellius loco relato, num. 26.

Numero 22.

Ibi (in contractibus qualitas posita in vna par-
10 te non † censetur repetita in altera,) vide Paris. in consil. 36. conuentiones, & pacta nu. 24. libr. 1. Iacobus Menoch.

Pro eadem materia vide Menoch. in fin. in conf. 117. Neq; noua, neque leuis est, numer. 83. hoc eod. libro, & quæ ibi dixi. Rol. Cauagnol.

Numero 26.

Ibi (quando adest diuersa ratio,) adde quod
11 repetitio nũquam fit, quãdo qualitas, † aut clausula, non equè conuenit vtriq; parti, vt benè probat Gabriellius, vbi supra num. 27. De qualitate repetita, vide infra Menoch. in cons. 117. Neque noua, neque leuis est hæc controuersia hoc eod. lib. faciunt, quæ ibi dixi ad num. 60. Rol. Cauag.

Numero 28.

Ibi (quando concurrunt duæ regulæ,) adde quod si in vna persona duæ regulæ concurrerint, vna
12 permissiua, † altera prohibitiua, præualebit prohibitiua. Menoch. in cons. 326. grauissimi ponderis est nu. 25. lib. 4. in cons. 393. respondendum iure existimo, num 56. eod. libro, & in cons. 808.
13 Dubitatio est egregia an, num. 54. lib 9. ab ista † tamen conclusione plures dissentire cẽsuit idem Menoch in cons. 117. neq; noua, neque leuis est hæc controuersia, num. 83. hoc eodem libro. vbi
14 tandem dicit eam posse † procedere cæteris paribus. Rol. Cauagnol.

Numero 51.

Ad istud obiectum in indiuiduo respondet. Hieronymus Gabriell. in consil. 69. Quoad primam quęstionem num. 15. lib. 2. Rol. Cauagnol.

Numero 55.

Huic obiectioni de concessione facta, vsque ad tertiam generationem respondet in indiuiduo. Gabriell. d. cons 69. num. 9. Rol. Cauagn.

Numero 58.

Ad istud fundamentum desumptum ab euitando absurdo, respondit Gabriellius, qui supra num. 11. & infrà vbi demonstrat per eius sententiam vitari magis absurdum, illi tamen absurdo, cuius hoc loco meminit Menochius assentire visa fuit Rota Romana in decisione iam allegat. 125. lib. 2. sub numer. 35. Ego tamen, vt meum inter-
15 ponam iudicium non dissentio, ab † opinione Gabriellij, quod emphyteusis, quæ semel exclusit fœminas eas deinde recipiat, vt euitetur ab-
16 surdum, ob quod crediderim formam † semel datam contractui, posse deinceps alterari ex vi contractus temporanei. Rol. Cauagnol.

Numero 60.

Contra id quod dicit Menochius fœminam non excludi quo minus succedat in emphyteusi
17 † Ecclesiastica faciunt, quę dixi pro Ecclesia Sancti Carpophori in caussa pendenti cum Monasterio Bucheti huius Ciuitatis Mediolani, vt continetur in decisione mea consultiua cuius caput est. Adhùc video dubitari, per totam post Doctores quos ibi allegaui quibus addendi sunt ex ordine relati per Rotam Romanam in decisione 125. Venerab. societas Confalonis, nu. 1. & 9. libr. 2. vbi veriorem sententiam esse probat contra Menochium. Rol. Cauagnol.

Ad Consil. 112. Prępositæ consultationi.

SVMMARIVM.

1 *Successor in principatu an teneatur stare dispositioni, & priuilegio facto per Antecessorem.*

2 *Successor potest impugnare factum inualidum sui prædecessoris.*

3 *Successor in principatu quibus casibus non possit reuocare factum sui antecessoris.*

4 *Merita expressa in specie plus operantur quam ennunciata in genere.*

5 *Donatio continens assertionem meritorum, an dicatur facta ob benemerita.*

6 *Clausula apposita in donatione purè, merè, & irreuocabiliter quid operetur.*

7 *Priuilegium concessum ex mera liberalitate Principis potest reuocari.*

8 *Priuilegij specialis derogatio debet esse specialis.*

9 *Historijs, & Cronicis an sit credendum.*

Numero 1.



Ro materia hic annotatorum per Menoch. an, & quando successor
1 in Principatu teneatur † stare dispositioni, & priuilegio facto per antecessorem, vide not. in decisione mea consult. 21. propositæ requisitioni num. 3. & decis. 23. iure prætendimus num. 8. lib. 1. & in obseruationibus legalibus, & iuridicis ad eas, sed quando factum prædecesso-
2 ris est inualidũ † conueniunt omnes, successorem posse

posse impugnare, vt scribit idē Menoch. in cōs. 1. num. 102. lib. 1. Casus autem in quibus successori
3 in Principatu † non licet reuocare factum sui antecessoris notat. Menoch. in conf. 986. De prima præposita dubitatione num. 25. lib. x. Rolan. Cauagnol.

Numero 23. 24. & 25.

Dum hic constituit Menochius differentiam
4 inter casum in quo in genere tantum merita † enunciantur, & alium in quo in specie exprimantur, probatur opinio per Ioannem Vincentium. Hondedeum in consilio 47. si donatio de qua in præcedenti consilio, numero. 37. & 38. lib. 1. vbi subscribit se dictis per Menochium quicquid in contrarium dixerit, Decius in consil. 366. pro declaratione eorum num. 10. Rol. Cauagnol.

Numero 41.

Ibi (hoc in casu donatio pura) ad idem facit consilium Albæ 225. fundamenta aliás deducta,
5 num. 24. lib. 2. vbi dicitur, quòd licet donatio † contineat meritorum assertionem, non tamen dicitur facta, ob benemerita, stante clausula do-
6 uationem puram, merā, † & irreuocabilem inter viuos presertim, quando mentio de benemeritis fuit facta accessoriè. Rol. Cauagnol.

Numero 43.

Ibi (cùm vere à libera voluntate Pontificis.)
7 Nota, quia tùnc priuilegiū concessum † ex mera Principis liberalitate ab eo tolli, & reuocari libere potest. Menoch. in conf. 350. vtinam laudabile hoc desiderium, num. 11. libr. 4. Rol. Cauagnolius.

Numero 49.

Ibi (atqui generalis priuilegiorū derogatio.)
8 quod priuilegij specialis † mentio requiratur, vt ei dici possit derogatum, scribit Menoch. in conf. 294. Respondendum est iure num. 16. lib. 3. Rol. Cauagnol.

Numero 67.

Ibi (his historicis, nec de publico) an, & quan-
9 do historijs, & cronicis † sit credendum, vide quæ dixi ad Menoch. consil. 2. consultarionem hanc nu. 31. 32. & 33. lib. 1. Rol. Cauagnol.

Ad Consil. 113. Dubitari adhuc contingit.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio generalis an comprehendat priuilegium concessum ex certa scientia.*
2 *Priuilegio inserto in corpore iuris non censetur derogatum.*
3 *Dispositio sic intelligenda est, vt pro eam censeatur promissum in casu magis necessario.*
4 *Generalis sermo omnem speciem comprehendit.*

Numero 2.



Vod in derogatione generali, vt dicit Menoch. hoc loco per modum dubitationis non comprę-
1 hendatur † priuilegium concessum alicui ex certa scientia, vt ob benemerita post Afflict. decis. 28. latæ fuerunt duæ relationes, & Cassiad. decis. 20. Dubium fuit in vna Martilens numero. 6. de concess. præbend. volunt post Mil. & Rebuffum Vincentius Grilenzonius in consil. 103. Quidam Prælarus num. 103. 104. & 105. vbi dicit similiter
2 non censeri derogatum † priuilegio inserto in corpore iuris, & loquitur de priuilegio legittimandi, & respondit ad regulam Cancellariæ sub num. 108. & 109. Rol. Cauagnol.

Numero 15.

Ibi (in casu magis necessario,) quod dispositionem debeamus interpretari sic ut per eā pro-
3 uisum censeatur † in casu magis necessario, voluit idem Menochius in consilio 133. Nō possum non vehementer mirari numero. 7. hoc eodem lib. 2. Rol. Cauagnol.

Numero 17.

Ibi (ostendūt illa verba, & aliorum quorūcūq;) posset dici, quod per ea sit satis specialis derogatio, quia propter generalitatē oēm speciē cōprę-
4 hendūt, vnde satis est q in † ea specie, quæ per genus repræsētatur fiat derogatio, absq; eo, quod fiat in indiuiduo ad notat per Cuman. in consilio 168. in fine, & Decian. in consil. 40. Quæritur ergo quis eorum, num. 12. & 13. vol. 3. Rol. Cau.

Ad Consil. 114. Permulta erant, quæ me iure.

SVMMARIVM.

1 *Menoch. consil. 114. reijcitur.*
2 *Paulina cuius caput est ambitiosè declaratur remissiue.*
3 *Ecclesiæ bona quibus casibus possint alienari.*
4 *Ecclesiæ bonorum alienatio facta non subsistente causa, & ommissis solemnitatibus non valet.*
5 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, quas solemnitates requirat pro forma.*
6 *Alienatio bonorum Ecclesiæ ad hoc, vt valeat duo cōpulatiue requirit.*
7 *Bona Ecclesiæ, quibus casibus possint alienari in consulto Summo Pont.*
8 *Vtilitas Ecclesię quanta debeat esse ad sustinendam alienationem.*
9 *Vtilitas Ecclesiæ, quo tempore debeat interuenire ad sustinendam alienationem.*
10 *Pactum de liberando se à canone in emphyteusi Ecclesiastica, an valeat.*
11 *Pactum de francando in emphyteusi Ecclesiastica, an sustineatur.*
12 *Religiosus quilibet præsumitur verax.*
13 *Vtilitas Ecclesiæ in alienatione requiritur, verè, & realiter non autem imaginariè.*
14 *Vtilitas putatiua non attenditur in alienatione Ecclesiæ contra Menoch.*
15 *Capitulū cum Apostolica extrà de his, quę fiunt à maiori parte capituli declaratur.*
16 *Vtilitas euidens respectu Ecclesiæ, an consistat in sola hominum voluntate.*
17 *Euidentia non probatur pro communem hominum existimationem.*
18 *Vtilitas euidens consideratur nō solum ex qualitate rei, sed ex quantitate fructuum.*
19 *Iusta causa alienandi quomodo consideranda sit.*
20 *Ecclesia potest vindicare bona alienata non præexistēte causa.*
21 *Alienatio bonorum Ecclesiæ licet habeat præsumptionem, quod fuerit facta in vtilitatem Ecclesiæ probato contrario corruit.*
22 *Vtilitas Ecclesiæ in causa alienationis bonorum, qualis esse debet.*
23 *Instrumenta quando dicantur rem manifestam facere.*
24 *Alienatio Ecclesiæ quæ non sit vtilis et esto, quod vtilis videatur est nulla.*

25 *Alie-*

25 *Alienatio rei Ecclesiæ quando dicatur nulla ipso iure, & quando sit annullanda.*
26 *Menoch. in consil. 114. num. 10. 11 & 12. nō recipitur.*
27 *Ecclesiæ, quando dicatur competere in integrum restitutio.*
28 *Abbas in cons 41. lib. 1. declaratur.*
29 *Cap. decis. 16. num. 4. perpenditur, & declaratur.*
30 *Solemnitas in alienatione Ecclesię, quę, & quādo dicatur remissa.*
31 *Alienatio rei Ecclesię sola auctoritate Pontificis conualidatur.*
32 *Vtilitas Ecclesię, an præsumatur ob decretum superioris,*
33 *Alienatio bonorum Ecclesię, an debeat continere vtilitatem, vel sufficiat, quod conditio non sit facta deterior,*
34 *Alienatio bonorum Ecclesię facta, ob necessitatem differt ab ea, quę fit ob euidentem vtilitatem.*
35 *Prælati alienantes bona Ecclesiæ tenentur inuestigare vtilitatem futuri contractus.*
36 *Iuramentum quādo præsumatur solemniter præstitum.*
37 *Pretium iustum quod dicitur esse.*
38 *Damni, & detrimenti ratio quo tempore sit diffinienda.*
39 *Vtilitas in alienatione rei Ecclesiæ habet respectum etiā ad tempus futurum declara vt ibi.*
40 *Emens ab Ecclesię rectoribus debet esse cautus, quod pretium conuertatur in vtilitatem Ecclesię, & datur ratio num. 41.*
42 *Ecclesia non potest fieri locupletior cum aliena iactura.*
43 *Alienatio rei Ecclesię facta non seruata forma sub qua concessa fuit non valet.*
44 *Forma permissiua non seruata succedit immediatè formę destructiuè.*
45 *Alienatio bonorum Ecclesiæ in euidentem vtilitatem fieri non potest inconsulto Summo Pontifice.*
46 *Prælati bona sunt obligata pro male administratione rerum Ecclesię.*
47 *Ecclesia recuperat bona malè alienata.*
48 *Alienantium bona Ecclesię sine solemnitatibus, quanam sit pœna remissiuè.*
49 *Bald. consil. 178. libr. 3. perpenditur, & vindicatur à reprobatione facta per Menochium.*
50 *Ecclesia gaudet priuilegio minorum.*
51 *Rescripti verba diligenter attendenda sunt.*
52 *Ablatiuus absolutus non solam conditionem, sed etiam formam facit.*
53 *Formę omissio viciat actum.*
54 *Tamen dictio hęc quid significet.*
55 *Pecunia destinata ad emptionem rei immobilis, an connumeretur inter immobilia.*
56 *Fictio non operatur, vbi veritas requiritur.*
57 *Fictio non habet locum, nisi in casibus à iure expressis.*
58 *Forma non satisfit per ęquipolens.*
59 *Obligatus ad dandam proprietatem in recompensationem non satisfacit dando pecuniam.*
60 *Omisio ex parte emptoris, an constituat in mala fide.*

Numero 1.



1 Vit iudicatum contra † hoc consil. vt per Borgninum decis. 45. Reuerend. D. Gaspar de Mazzolinis, libr. 1. num. 77. & pro materia, vide eundem Borgninum, decis. 46. per instrumentum inuestituræ, num. 431. in fine cum numero sequenti in prima parte, vbi multa dicit in proposito. Iacob. Maynoldus.

Eod. numero, Ibi (& extat hodie constitutio extrauagantis Pauli secundi Ambitiosè,) de in-
2 terpretatione istius Paulinæ † circa alienationē Rei Ecclesiæ, vide D. Rhaudens. in tractatu de Analogis, c. 38. vbi multa dicit. Rol. Cauagnol.
3 Eodem numero dicas. Bona Ecclesię † sex casibus posse alienari. Ex Guid. Pap. quest. 100. Priores, & Ecclesiarum, & singulari 350. In quinque casibus res, Rursus de bonorum Ecclesiasticorum alienatione videas Capicium, decis 16. In causa venerabilis. & 105. In causa Monasterij, ac Gramat. decis. 79 In causa Reuer. Episcopi, numero 13. Vbi dicit alienationem bonorum
4 immobilium Ecclesiæ non † subsistente legitima causa, ac solemnitatibus ommissis non valere. Vide Crauettam in cons. 1. Pro generonum.
5 159. Quæ autem solemnitates † requirantur pro forma, post Bartol. in auth. Qui res. C de Sacrosanct Eccles. Vide D. Rhaudensem in dicto cap. 38. de Analogis per totum. Guid. Pap quest. 149. Secunda conclusio in dicto, Ioseph. Luduic. decis. Perusin. 93. Domina Tisea Berardini parte 2. Borgnin. Caualcan. decis. 16. Lazarinus vendidit Mariano numero 27. & seqq. parte 2. Sed susius in decis. 46. Per instrumentum inuestituræ per totum lib. 1 Rebuff. in constitut. Regni in Proemio in glos. 5. num. 25. Dec. in cons. 142. In casu proposito agam breuibus cons. 174. Pro tenui facultate mea, & consilio 283. num. 6. & quod alienatio rei Ecclesiæ duo copulatiuè re-
6 quirat † vt valeat, causam scilicet, & solemnitates, ita quod sine eis facta non teneat etiam, quod cedat in euidentem vtilitatem Ecclesię, scribit Magon. decision. Rot. Florent. 69 Sacra domus Camaldulensis num. 4. Sed contrarium voluit D. Rhaud. loco citato post Iacob. Rot. decis. 310. libro si quis contrahit libro primo, vide solam. Super Constitut. Antiquis Sabaudiæ in titulo de feudis, ad decretum Blancæ tertia parte glos.
7 1. numero 13. Quibus autem † casibus. inconsulto Romano Pontifice possint alienari bona Ecclesię. Vide Ozasc. decis. 68. Cum anno 1354. feruente, num. 24. Rol. Cauagn.

Numero 5.

Ibi. (Quæ quidem tunc dicitur extare) quanta, & qualis debeat esse vtilitas Ecclesię ad susti-
8 nendam † alienationem factam, & quando in-
9 teruenisse †* dicatur latè examinat. Borgninus Caualcanus in d. decis. 46. quæ est vltima primę partis à numero 121. Vsq; ad 151. Rol. Cauagn.

Numero 6.

Pactum cuius hoc loco meminit Menochius de redimendo. Satis ex se ipso dicitur inualidare contractum non solùm ex eo, quod tollatur
10 consideratio futuri euentus ad arguendā † vtilitatem Ecclesię, vt perpendit Caualcanus loco iam relato, sed quia videtur alterari natura contractus emphiteuticus, qui ab initio videbatur tractari, ita vt de locatione transiuerit contractus in venditionem. Et per istam rationem memini fuisse rescriptum. Ex ordine Summi Pontificis. Ad M Reuer. Canonicos Ecclesiæ Cathedralis. Ciuitatis Casalis, vt abstinerent ab huius-
11 cemodi † pactis de francando, quod adhibebāt in contractibus emphyteoticis, vt sunt litterę scripte ad illud capitulum, per Illustrissimum, & Reuerendissimum olim Cardinalem Vicentium Gonzagam. Rolan. Cauagnolius.

Numero 7.

12 Ibi. (cum quilibet Religiosus † præsumentur

tur verax,) hoc dictum Menochij probat Dñs Rhaudensis in dicto cap. 38. num. 70. Rol. Cau.

Numero 10. 11. & 12.

Ibi (licet re vera vtilis non sit) sentio contra Menochium per eam rationem, quod vtilitas Ec
13 clesiæ requiratur † verè, & realiter, non autem imaginariè, & erroneè, nec putatiuè ad sustinendam alienationem. Hunc autem dissensum meũ probo dupliciter, primo scilicet quoad iuris decisionem, secundo, quoad facti positionem. Nãq; pro eo quod ad ius pertinet non est vera conclusio, quam Menochi⁹, & alij desumunt ex glosa in cap. cũ Apostolica in verbo profuturum, extra de his quæ fiunt à maiori parte capit, tùm præsertim Anton. Corsetus in suis singularibus in verbo Alienatio 3. incipit si Prælatus. Non enim lex quæ ad permissionem alienationis exigit euidentem vtilitatem fundatur super putati-
14 ua † vtilitate, sed super vera, & reali, vt dictum fuit probatur hoc ibi, per ea verba textus in d.
15 cap. cùm Apostolica ibi. † Id eligat, quod non sit dubium Ecclesiæ profuturum, quo casu non super incerta, & dubia vtilitate disponit lex. Sed super indubitata, quod etiam probari censeo
16 per ea verba in euidentem † vtilitatem, quæ si sola hominum consentientium voluntate perpenditur, non erit euidens, quia euidentia aliter pro-
17 batur, quàm per communem † hominum existimationem, & communem opinionem, quia
18 non tam, ex qualitate † rei, in qua versari potest hominum opinio, sed ex quantitate, & modo fructuum, ad notata in l. si fundus in principio ff. de rebus eorum. Bart. in l. si quis, & in l. 2. C. de rescind. vendit. in qua melioratione, & vtilitate hominis iudicium non potest decipi. Cui Rei proximum est quod dicitur non valere Decretũ,
19 & causæ cognitioné super eo, quod iusta causa † sit alienandi, nisi tùnc demùm cum in veritate subfuerit causa prędicta, quia non obstante dicto
20 Decreto, datur Ecclesiæ † rei vindicatio contra possidentem. Hinc ad rem nostram redeuntes dicimus, quod licet pręsumatur in vtilitatem Ecclesię factam fuisse alienationem, contrario ta-
21 men probato † corruit alienatio, vt post Decium in consilio 142. Pro tenui, & 133. viso. Scribit Redoanus de reb. Eccles. non alien. q. 20. nu. 557. & pluribus sequentibus, vbi dicit, quod non sufficit qualis, qualis vtilitas, etiam quod sit
22 manifesta, sed in effectu debet † esse talis, quem in proposito refert, & sequitur Borgninus in iam citata decis. 46. num. 136. & 137. Vbi discurrendo circa materiam euidentis vtilitatis, inquit, quod ista vtilitas debet esse summè manifesta, ita vt nulla discussione, & exceptione tolli possit, vel obscurari, & dat exemplo de eo quod dicim⁹
23 instrumenta rem † manifestam notoriam, & euidentem facere, cum sic liquida sunt, vt aliqua exceptio opponi non possit. Ex Bartol. & scribentibus in l. prima in principio q. 1. ff. de noui oper. nunciat. Vlterius in eo videtur errare Menochius (pace tanti viri dictum sit.) dum
24 supponit, quod talis alienatio valet † licet vtilis non sit, si tamen per alienantes, & consentientes, vtilis reputabatur, quia Canonistarum opinio, ac omnium scribentium in proposito nõ est, quod sustineatur illa alienatio, sed sola quæ-
25 stio versatur in hoc, an ipso iure † nulla sit, vel rescindẽda veniat ope restitutionis in integrum, & concluditur, quòd vbi alienatores, & consentientes nõ fuerint in dolo, vel fraude, pręsumitur valida alienatio, qua pręsomptione postmodum sublata rescinditur per remedium restitutionis in integrum aduersus erroneum factum. Pręlati, & consentientium. Verùm data facoltate annullandi, non est videre quomodo supponat Menochius validitatem illius contractus, qui sic de facili potest infringi, vt inquit Imola ad eum textum, & glos. num. 13. ac Felinus in cap. Quæ in Ecclesiarum, numero primo, quod, & idem Menoch. hic affirmat, num. 11. & 12. qui licet intendat constituere differentiam inter hos casus, arguendo, quod ad rescisionem deueniri non possit, nisi per Ecclesiam plura deducantur attamen aduertendum erit, quod sufficiet probatio, quod de eo tempore, nulla aderat euidens vtilitas Ecclesiæ, ex quo satis dicitur inualida, vt visi sane sentire scribentes omnes. Pro eo autem, quod ad facti positionem pertinet. Respondetur nullibi apparere, quód communi hominum opinione crederetur alienatio prædicta vtilis Ecclesiæ, quinimo ex rationibus dubitandi, quas non video sufficienter esse sublatas apparet de damno potius Ecclesię, quàm de vtilitate, vt dictum fuit
26 & latius apparebit, & in hoc † facit Menochius æquiuocum, vt patet ibi, nulla amplius erit disputatio de Ecclesię vtilitate, sed necesse erit ex parte Ecclesiæ demonstrare se lęsam esse, qoia vt di-
27 ctum fuit, hæc in integrum restitutio † consideratur aduersus illam hominum æstimationem, & opinionem fundatam super vtilitate, sine qua. Ecclesia non fuisset contractora. Vnde qui scribunt in subiecta materia de restitutione in integrum, habuerunt intuitum ad formandam conclusionem, quod iusta causa concedendi restitutionem in integrum Ecclesię isto casu, est quando Agentes ipsius verosimiliter inducti fuerunt ad credẽdum quod adesset vtilitas iuxta doctrinam Bartoli in l. non solùm §. morte ff. de noui oper. nunciat. num. 36. Rol. Cauagnol.

Numero 13.

Ad loca per Menochium Allegata, vz. de con
28 silio Abbatis 41. lib. 1. Decis. Capic. † num. 4.
29 & alia respondetur † auctoritates ipsius procedere quando Sommus Pontifex, mandat alienationem fieri, vt bene declarat Capicius, dum loquitur de commissione data Episcopo, vt aliena ret, verificatis contentis in præcibus, quo casu
30 omnis alia solemnitas, † & tractatus censetur remissus per Pontificem ob commissionem, & Indulgentiam ipsius, inquiens satis esse, quod verba rescripti seruentur, & ita Decius declarat Abbatem, vt videre est, in consilio 174. Pro tennui
31 facultate mea, num. 3. Nam licet auctoritas † sola Summi Pontificis, in tali casu sufficiens sit, secundum Abbatem in cons. 41. Videndum est libro primo id ipsum tamen procedit. Vbi causa alienationis non sumpsit origenem ab euidenti vtilitate. Rol. Cauagnol.

Numero 14.

32 Quod ob decretum superioris pręsumatur † vtil..as Ecclesiæ voluit hoc loco Menochius, sed aduersus rem faciunt notata per Caualcanum in sœpe citata decisione 45. numero. 78. 79. & 80. Vltrà quod etiam nulla præsumptio resultat, quando contrarium apparet, vt bene perpendit. Natta in additionibus ad Alexandrum io consilio 79.

lio 79 Circa primum de quo quęritur, libro. 1.
in verbo præsumitur interuenisse, & ita cessant
allegata ex Iasone in consilio 54. Circa dubium
primum, & 55. ommissis præstationibus libr. 1.
De contratio autem satis liquere dicitur ex re-
citato pacto francandi, & alijs per Menochium
adductis, quibus accedunt considerata per Caual
canum in d.decis.45. nu. 154. de negligentia Præ
lati circa inuestigationem qualitatis rei distra-
hendę. Et pactorum quæ fuerunt facta. Rol. Cau.

Numero 15.

Ibi (quòd eius conditio non fit deterior.) dum
firmat hoc loco Menochius conclusionem, quod
ad validitatem alienationis, quæ fit de re Ecclesię
33 non requiritur euidens vtilitas, sed satis sit † q
conditio Ecclesiæ non sit facta deterior, ex Fœli-
no, & Iason. Responderi potest, quod aut tracta-
tur de alienatione, cui causam dedit euidens vti-
litas, aut de ea, quæ fit ex causa necessitatis. Pri-
34 mo casu sicuti præcisè exigitur vtilitas † euidēs,
ita non potest militare consideratio satis esse, qđ
non sit facta deterior conditio, quæ militat tantū
in causa necessitatis, quo casu sufficit, quod Ec-
clesia non patiatur damnum, quia obiectum alie-
nationis est ipsa necessitas, sicuti in alio casu ob
euidētem scilicet vtilitatem totum obiectum est
vtilitas, ita post Redoanum de rebus Ecclesiæ nō
alienand.q.20, numero 35. perpendit, & decidit
idem Borgninus dicta decis.46. nu.39. Rol.Cau.

Eodem numero, & in versiculo, non obstant
nunc adducta. Ibi (multo minus necesse habue-
runt.) Adde responsionem hanc satis frigidam
censeri. Ex eo, q cōmissio erat facta si in euidētē
vtilitatem, quo casu, & interrogare, & subtiliter
35 inuestigare tenebantur † commissarij vtilitatem
futuri contractus, iuxta tradita per eundem Ca-
ualcanum in d.decis.46. num.116. Rol. Cauag.

Numero 17. & 18.

An, & quando pręsumatur iuramentum solem-
36 niter † præstitum. Ex eo, quod Notarius dixe-
rit testes esse iuratos latè disputat, & difficulta-
tem esse arduam censuit Prosper Farinacius in
tractatu de testib. quæst 74. num.74. & seqq. vbi
vtramq; opinionem refert cum declarationibus,
ad eum recurre. Rol. Cauagnol.

Numero 20.

37 Ibi (est enim pretium iustum, † quod com-
muniter à cœteris pręstaretur) hanc eandem sen-
tentiam probat Menochius in cons.111. De pri-
ma dubitatione diceñ.nu.13.78.& 79.lib.12.Rol.
Cau.

Numero 24.

Ibi, (sed spectandum est solum tempus contra-
ctus,) Vide Ruin. in cons.35. Adeo plenè, nu.36.
& seqq. lib. 1. Redoan. de reb. Eccles. non alien.
sub Rubrica 19. numero. 137. facit decis. Guid.
Pap. in quæst. 157. Notanter suprà, Iac. Menoch.

Eodem numero. Dicas, quod respectu damni,
38 & detrimenti, potest militare † dispositio, quod
attendatur tempus contractus, iuxta ea quę dicūt
Doctores in materia l. 2. C. de rescindenda ven-
dit. vt ibidem latè scribit Hieronymus Cagnoli⁹,
sed pro eo, quòd pertinet ad subiectum euidentis
vtilitatis per quā permittitur rei Ecclesiæ alie-
natio non consideratur secundum tempus præ-
39 sens. Sed habetur † etiam ratio futuri euentus,
vnde si res hodie sit inculta ex qua modicus red-
ditus percipitur propter bellum, vel aliàs cala-
mitates, quæ paruo tempore sunt duraturæ non
etit permittenda emphyteusis pro paruo reddi-
tu, vel vendenda si aliundè potest consuli, cum
minori damno, ita post Nattam in cons.631. &
Riminal. iun. in consil. 5. scribit Borguinus Ca-
ualcanus in sæpè allegata decis.46. nu.141.142.
& 143. Rol. Cauagnol.

Numero 26.

Ibi (præterea nil hoc ad ipsum emptorem prę-
dij pertinet,) dicas hoc esse contra dogmata ve-
ræ prudentiæ per quæ, & Redoanus in suo tracta-
tu de rebus Eccles non alienand. quæst.4. versicul.
Potest dubitari, num.12. & quæst. 22. num. 19. &
in Rubrica de causa vtilitatis, nu.51. & Hierony-
mus Magonius decis. Rotæ Florentinę 69 Sacra
Donius Camaldulensis, num.13. dixerunt, quod
40 emens ab Ecclesiæ † Rectorib. debet esse cautus,
quod precium conuertatur in vtilitatem Ecclesię
aliàs contra malè alienantem habebit regressum
41 ad precium non autem contra † Ecclesiam, nisi
42 in subsidium, & pro eo, quod facta sit † locuple-
tior, ex glos. fin. in capit. si quis de reb. Eccl. non
alienand. Quod dictum expertus fuit D. Spinus,
qui sententiam condemnatoriam passus fuit, vt
attestatur in principio harum obseruationum.
Celeberrimus I. C. quon. D. Iacobus Maynoldus,
qui Præsidis Excellentiss. huius Sen. Mediolani
Peregregiè, & laudabiliter, viuens munere fun-
ctus est. Roland. Cauaguol.

Eod. numero ibi, (Sed tota hæc diligentia so-
lius Prælati est.) Respundeas hoc non procedere,
vbi permittitur licentia alienandi ob solam eui-
dentem vtilitatem, quæ non potest cadere, vbi p̄-
tium rei distractæ non remittitur in maiorem
vtilitatem, nanq; sub ista forma, quę permittitur
43 alienatio. † Ea non seruata non sustinetur con-
tractus, vt iam dictum fuit, & post Baldum, &
Romanum probat Alphonsus Villagut. decis. 2.
Dominus Neupelion Spinula, nu.60. dūm inquit
quod hoc ideo non valet alienatio facta, non ser-
44 uata forma legis, quoniam non seruata forma †
permissiua, succedit immediatè forma destructi-
ua. Rol. Cauagnol.

Eodem numero, & ibi (cum tamen id passim
permittant.) Adde, quòd licet alienatio rei Ec-
45 clesiæ cedat in euidentem vtilitatem † requirit
tamen consensus Apostolicus, & solemnitas iuris
sic notat Alphonsus Villagut decis.52. O Sanctis-
sima Trinitas, num.63. vbi dicit, quod sic practi-
catur Neapoli. Rol. Cauagnol.

Numero 27.

Ibi (bona Prælati, pro mala administratione
46 bonorū Ecclesię censeri † obligata ipsi Ecclesię)
Adde, quod per hoc non tollitur, quominus Ec-
47 clesia possit vindicare, & recuperare bona †
alienata, vt superius dictum fuit numero 20. &
probat idem Villagut. d.decis.52. nu.16. & infrà
vbi agit de pęnis alienantium bona Ecclesiæ sine
48 † solemnitatibus faciunt etiam tradita per eun-
dem in decis.15. inuocato prius Sanctissimæ Tri-
nitatis per tot. Rol. Cauagnol.

Numero 28.

Ibi (nil obesse illud responsum Baldi in d. cōs
178. libr.3.) Apostillator Rouescalla ad Baldum
dixit illud responsum declarari per Menochium
49 hoc loco † verùm mihi visum fuit, quod potius
Baldi consilium mordeatur à Menochio, quam
declaretur, sed pro Baldo facit text. in cap. 1. ex-
trà de in integr. restitut. vbi dicitur, quod Eccle-

50 siæ gaudet priuilegio † minorum, quod dictum sequitur Alphonsus Villagut. decis. 1. inuocata
prius ope nu. 54. & d. decis. 15. nu. 29. Rol. Cau.

Numero 30. & 31.

Ad ea verba in Breui Apostolico inserta, ibi data tamen idonea recompensa in proprietate
cogitur quidem Menochius respondere, sed pro meo iudicio minùs rectè satisfacit, quia vt superius dictum fuit verba rescripti diligenter sunt
51 † attendenda, & obseruanda ad vnguem, quia conditionalia sunt. Vt potè per ablatiuum absolutum concepta. Vt scribit Menochius in cōs. 38. Hoc in proposita facti numero. 26. lib. 1. in conf. 69 Quæstionis propositæ, num. 72. lib. eod. in conf. 616. Et si duabus noue num. 32. libr. 7. in conf. 644. Est mea quidem sententia num. 5. & in conf. 685. permultæ sunt rationes num. 12. lib. eod. in consilio 327. Cum ex præposita facti numero 51. lib. 4. in conf. 1111. De prima proposita num. 68. lib. 12. Quinimo non solum con
52 ditionem facit. Sed etiam formam † inducit in tantum, quod eius ommissio quantumuis
53 leuis † actum vitiare dicatur, idem Menoch. in conf. 398. Tribus de causis num. 4. & 20. lib. 4. presertim, quia adiecta est dictio tamen, quæ † habet annexam diuersitatem iuris, & facti, adnotata in leg. si quis ex argentarijs §. si initium ff de edendo. Latè Bartol. in l. prima, num. 4. ff. si quis iusdicenti non obtemper. Rol. Cauagn.

Numero 32.

Ibi (Nam pecunia ad emptionem fundi destinata censetur res quidem † immobilis, & pro
55 prietas ipsamet feudi) malè applicatur ista conclusio ad casum consultationis ex multiplici capite, sed primo, quia aliud est quid esse tale, & aliud haberi pro tali, primo enim casu adest veritas facti. Secundo sola fictio, quæ non intrat,
56 vbi requiritur † veritas, vndè dici solet, quod
57 fictio non habet locum nisi in casibus † à iure expressis cap. is qui de sponsal. & clement. Quia circa de electión. Secundo quia vbi quid requi
58 ritur pro forma † non potest satisfieri per æquipollens, quia forma specifica adimplenda est. Menoch. in d. conf. 398. num. 52. lib. 4. Tertio quia ex eodem Breui Apostolico grauatur, is
59 qui intendit acquirere ad dandam † proprietatem non autem ad tradendum pretium in quo actu consistit forma essentialis seruanda in alienatione, & receptione rerum Ecclesiæ, cuius pro
60 inde ommissio constituit, † emptorem in mala fide. Vt scribit Alphonsus Villagut. decis. iam citata 52. num. 161. Rol. Cauagnol.

Ad Consil. 115. Ex longa hac facti serie, tres non parùm.

SVMMARIVM.

1 *Hęres, qui fuerit institutus sub nomine hæredis intelligitur quoad proprietatem, non quoad vsumfructum.*
2 *Restitutio hæreditatis præsupponit hęredem institutum in proprietate.*
3 *Priuatio præsupponit habitum.*
4 *Dispositio nō pręcedit vbi non verificatur pręsuppositū*
5 *Restitutio præsupponit acceptationem.*
6 *Hæres grauatus de restituendo præsumitur prius honoratus.*
7 *Hæreditas quando dicatur non stetisse in suspenso.*
8 *Relatio fieri debet ad magis proxima.*
9 *Verba donec vixerit quid importent.*
10 *Decius in consil. 278 Perpenditur, & declaratur.*
11 *Vxor regulariter constituitur vsufructuaria bonorum mariti.*
12 *Soror præsumitur magis dilecta, quàm neptis.*
13 *Substitutio incipit tunc cum defficit institutio.*
14 *Substitutio nil plus continet, quam institutio.*
15 *Substitutio dicitur secunda institutio.*
16 *Qualitas posita in substitutione, quando trahatur ad substitutos.*
17 *Hęredis appellatione, an veniat fideicommissarius, vel habeatur loco ipsius nu. 18. & 19.*
20 *Socinus senior in conf. 10. lib. 1. perpenditur.*
21 *Legatorum soluendorum onus, an spectet hęredi, vel fructuario.*
22 *Hęres soluens legata testatoris, an possit sibi satisfacere in bonis testatoris iuxta valorem currentem de tempore solutionis.*
23 *Hæredes, an sint obligati insolidum ad solutionem legatorum.*
24 *Legata, an debeantur irrito testamento respectu institutionis.*
25 *Legata, an debeantur vbi filius fuerit præteritus ignoranter.*
26 *Legata an debeantur ex testamento inualido.*
27 *Legata, an debeantur, vbi institutio esset cancellata.*
28 *Legata an debeantur ex testamento in quo fuerit institutio cassata ob deffectum insinuationis statutę intra certum tempus.*
29 *Retentio, an detur pro legatis relictis in testamento minus solemni, vel caduco num. 30.*
31 *Legata an debeātur ex voluntate testatoris imperfecta*
32 *Relatio debet fieri ad magis proxima.*
33 *Clausula donec vixerit distincta, & separata, an sit restrenda ad omnia.*
34 *Repetitio clausulæ donec vixerit an, & quādo inducatur*
35 *Singularitas non verificatur in pluribus.*
36 *Relatio fieri debet iuxta mentem disponentis.*
37 *Clausula donec vixerit in institutione posita, an restringat dispositionem ad vsumfructum.*
38 *Quod non mutatur quare stare prohibetur.*
39 *Clausula donec vixerit posita per parenthesim quomodo intelligatur.*
40 *Voluntas declaratur etiam ex actu nulliter gesto, & num. 42.*
41 *Volūtas testatoris declaratur, ex his quæ ante, vel post confectum actum dicta fuerunt.*
43 *Dubia dispositio testatoris quando dicatur.*
44 *Verba non debent capi extra proprium sensum cum vitio latinitatis.*
45 *Ambiguanda testatoris mens est ex verbis non claris.*
46 *Dubitatio probabilis in iure excusat.*
47 *Dubitatio affectata, & mendicata non iuuat.*
48 *Diuisio facta per errorem, an sit nocibilis.*
49 *Promissio de non contraueniendo, quando non operetur.*
50 *Scientia certa, an arguatur ex iuramento partium de attendendo.*
51 *Scientia, an arguatur ex eo, quod pluries fuerit examinatum negotium.*
52 *Scientia an arguatur ex facto proprio.*
53 *Error iuris, an præsumatur.*
54 *Muliebris sexus obnoxius est fragilitati.*
55 *Mulieris consilium inualidum est.*
56 *Minoris consilium imperfectum est.*
57 *Valor rei propriæ in domino, an præsumatur.*
58 *Mulieri læsa enormissimè, an obstet renunciatio, seu transactio facta cum sanguine iunctis.*

59 Mu-

59 *Mulier præsumitur ignorare ius suum.*
60 *Mulierem donare connumeratur inter res miracolosas.*
61 *Ius oritur ex facto certo.*
62 *Iurisconsultus non respondet super facto incerto.*
63 *Confeßio hæredis grauatè, quod subsit fideicommissum cet confitenti.*
64 *Confeßio geminata multum operatur.*
65 *Confeßio facta coram arbitro, an teneat.*
66 *Iudex debet prius cognoscere, & inde iudicare aliàs sententia est nulla.*
67 *Hæredi qui nõ adiuit hæreditatem, an succuratur opus substitutionis in integrum.*
68 *Præscriptio fundata super titulo causato ex iuris errore an iuuet.*
69 *Protestatio declarat animum protestantis.*
70 *Diuisio, an præiudicet iuri proprietatis.*
71 *Protestatio conseruat ius protestantis.*
72 *Protestationis ius transfert. in hæredes.*
73 *Reseruatio iuris ius ipsum conseruat.*
74 *Reseruãs ius in aliud tempus idipsum non dicitur amittere.*
75 *Statutum reseruans exceptiones in fine litis non tollit virentes ipsarum.*
76 *Protestatio quando non dicatur contraria facta.*
77 *Substitutio limitata debet intelligi intra suos terminos.*
78 *Substitutio strictè intelligenda est.*
79 *Filij quando censeantur vocati, vt filij, vel vt hæredes.*
80 *Substitutio recepit interpretationem ab institutione, et quando num. 81.*
82 *Legatum quando censeatur ademptum.*
83 *Debitores censentur voluntariè soluere debitum.*
84 *Ademptio non inducitur per alienationem, quæ non fuerit voluntaria.*
85 *Ademptioni præsumpta non est locus, quando adest aliqua coniectura.*
86 *Ademptionis causa non desumitur ex sola alienatione.*
87 *Testator legans nomina debitorum, quæ postmodum fuerint exacta, an censeatur adimisse.*
88 *Partis appellatione non venit totum.*
89 *Subrogatio facta, an tollat coniecturam ademptionis legati.*
90 *Legatum per alienationem quando non censeatur ademptum.*
91 *Tutoris appellatione, an veniat curator.*

Numero 1.



Oncludit hoc loco Menochius Dominam Samaritanam ex testamento Mariæ relictam fuisse vsufructuariam, non autem hæredem vniuersalem, quod fortasſis verũ censerem si quæstio esset non ex primo testamento eiusdem Mariæ facto scilicet de anno 1542. sed ex secundo, anni scilicet 1551. verum quia illud secundum non fuit publicatum solidam iuris conclusionem metiri debemus ex dicto primo testamento, cuius verba sic clara, & præcisa reperio, vt nullo iure venire possim in Menochij sententiam, quod eadem Samaritana fuerit ex eo, dũtaxat vsufructuaria, legitur enim ibi in omnibus autem alijs bonis &c. hæredem suam vniuersalem instituit D. Samaritanam sororem. Cum hoc tamen &c. quæ clausula continet onus soluendi legata Dñæ Iuliæ, & sororibus adiecta alia clausula vz. & hoc donec vixerit ipsa Domina Samaritana. Cui morienti ipsa D. Testatrix, substituit D. Isabellam filiam ipsius Dñæ Samaritanæ, ac Dñas Iuliam, Veronicam, & Do-
micillam sorores, ac quamlibet earum æqualiter, & æquis portionibus. Ex quibus ommissis pro
nunc his considerationibus, quæ possent oriri ex
diuisionibus inde factis, & transactionibus subse-
quutis, ea videtur insurgere propositio, quod hæ-
1 res † fuerit instituta non vsufructuaria, sic enim
hæredem eam vniuersalem vocitauit testatrix
in suis tabulis, quam exinde grauauit restituere
hereditatem filiæ, & neptibus suis, vt patet ibi
cui morienti substituit Isabellam, Iuliam, ac alias
sorores, hinc, & ex capite substitutionis, quæ proprietatem respicit optima datur consequentia, quod
2 D. Samaritana fuerit hæres instituta † in pro-
prietate de cuius restitutione dubio procul actũ
nõ fuisset, nisi prius diceremus, eandem in institu
tam fuisse translatam, quia priuatio presupponit
3 † habitum l. decem .ff. de verborum obligation.
& substitutio declarat institutionem argumento
eorum, quæ tradit Bartol. in l. vltima, numero pri.
ff. ad trebell. Dec. in cons. 480. in casu qui contin-
git num. 12. Bald. in cons. 17. Præteritio lib. 2. &
post eum Crauet. in cons. 208. Viso testamẽto Bar-
tholomæi, num. 6. lib. 2. facit ad hoc communis
Doctorum conclusio, quòd non procedit dispo-
4 sitio † nisi verificetur præsuppositum, glos. in l.
mancipium in verbo auocandum. C. de seruis fu-
git. Roman. in singul. 495. statutum, seu lex, con-
5 sideratur etenim isto casu restitutio, † vt quid
consequens descendens a receptione, & ità tam-
quam à quodam necessario antecedenti, quod dictũ,
tandem post hæc mea scripta reperui in proprijs
terminis quòd post Nattam probauit idem Me-
nochius in cons. 1115. Respondendum esse existi-
mo multis argumentis, nu. 18. & 19. lib. 11. dum
inquit testator, qui mandat aliquid à suo hærede
6 † restitui ex proprijs bonis ipsius testatoris in
necessarium antecedens dicitur rem illam reli-
quisse ipsi heredi. Hæc ipsa sic stringere visa sũt,
vt mihi ipsi ancipitem, vndequaq; reddiderint
hanc Menochij consultationem in ea parte in qua
dicitur non fuisse hæredem institutam Samarita-
nam in proprietate, sed tantum in vsufructu, quod
infrà latius demonstratur ex responsionibus, quæ
dantur ad Menochiales considerationes. Rolan-
dus Cauagnolius.

Eodem numero ibi (cum ad tempus hæreditas
dari non possit,) hoc idem repetit Menochius
in consilio 105. Dubitationem non leuem habet,
numero 2. & infrà lib. 1. ex l. hæreditas ex die .ff.
de hæred. instituend. Sed ommissis his quæ dici
possent ad declarationem huius cõclusionis quo-
rum pro parte meminit idem Menochius in dict.
cons. 105. num 40. & 61. ac in cons. 1113. de pri-
ma proposita nu. 17. & seqq. lib. 13. Hallacinatur
in facto, quia cum fuerit instituta hæres Samari-
tana, & ei fuerit delata hæreditas non potest dici,
7 quod steterit † in suspenso, vel in ære. Verùm
quia dubitationem fecit Menochius super ea clau
sula donec vixerit cauendum puto per eam non
posse inferri ad restrictionem vsusfructus, vel quia
ea verba, ibi. Et hoc donec vixerit ipsa D. Sama-
ritana non sunt referenda ad institutionem, sed
ad solutionem legatorum, quod genuina inter-
pretatio verborum demonstrat ad oculum, dicit
enim hæredem suum vniuersalem instituit, &
esse voluit prefatam D. Samaritanam sororem cu
hoc tamen. quod prælata D. Samaritana teneatur
soluere suprascripta omnia legata facta, & ordi-

nata vtsuprà, statim post mortem ipsius D. Testa-
stricis, ac etiam dare, & soluere quolibet anno
libras quinquaginta planetorum præf. DD. Iuliæ,
& sororibus, & cuilibet eorum, & hoc donec vixe-
rit ipsa D. Samaritana, quo casu si relatio heri de-
8 bet ad magis † proxima l. talis scriptura in prin
cip. ff. de legat. 1. similiter stabũt verba donec vi-
xerit † declaratiuè ad verba præcedentia, & im
9 mediata quolibet anno, & in isto solo casu cadit
restrictio perpẽsa respectu temporis ex vi dictio-
num donec vixerit, aliàs superflua, & inconue-
nientia, ac absurda fuissent verba subsequentia,
ibi, cui Dominæ Samaritanæ morienti &c. quo
casu eò fortior est restrictio relationis ad magis
proxima, vt probat Menoch. in cons. 86. dubitari
adhùc contingit, numero 45. libro 1. in consilio
803. De grauissimis egregijsq; numero 54 lib. 9.
tanto magis, quia aliàs induceretur correctio ad
vniuersalem institutionem hęredis, faciunt quæ
notat idem Menoch. in cons. 130. propositæ dubi-
tationi, nu. 9. libro hoc secundo, & in cons. 611. de
prima proposita dubitatione, n. 13. li. 7. Rol. Cau.
10 Eodem numero, ibi (Decius consil. 278.) lon-
gè diuersus est casus Decij abeo, qui hoc loco p-
ponitur per Menoch namq; primo Decius loqui
tur in casu factę institutionis de nepotibus, & fuit
institutio plenior, secundo in casu factæ subroga-
tionis. Tertio quia institutio est facta inter lega-
ta. Quarto, quia institutio facta de vxore restrin-
gitur ad vitam. Quinto prohibuit testator vxorẽ
molestari per heredes. Hinc, & sexto testator vo-
cauit nepotes suos hæredes. Septimo quia vxo-
rem numquam nominat hæredem. Octauo, quia
aliter non haberet locum voluntas testatoris, quę
fuit, vt coniuncti vxoris nullam perciperent vti-
litatem. Nono deducitur argumentum à com-
11 muniter accidentibus, quód vxor † regulariter
constituitur vsufructuaria. Decimo, quod in vo-
catione nepotum potiusquam vxoris concurrat
dispositio iuris communis, sed in casu nostro
ista non concurrunt, immo militant plura in cõ-
trarium. Primo, quod neptes substituuntur. Se-
cundo, quod D. Samaritana, vocatur per testatri-
cem in hæredem vniuersalem. Tertio, quod soror
instituitur, quæ magis dilecta, tanquam proxi-
12 mior † in gradu succedendi præsumitur, quam
neptes, & pro qua potior est dispositio iuris com-
munis. Quarto quod institutio nedum segrega-
ta dicitur à legatis, sed quod plus est prælegata
particulatiter fuerunt relicta dictæ sorori. Quin-
to, quod neptes vocantur media persona dictæ
Samaritanę per ea verba cui morienti substituit,
quo casu sicuti proprietas, & dominium cẽsentur
relicta substitutis, ita videntur primo relicta so-
rori ad quarum commodium tunc incipit substi-
13 tutio, cum deficit † institutio idest post mortem
institutę. l. quandiu. ff. de acquir. hæred. & eis fa-
14 uet ea propositio, quod in substitutione † nihil
plus contineri potest, quam contineatur in insti-
tutione Menoch. in cons. 884. Respondendum
videbatur de prima num. 17. libr. 9. ex quibus q̃
sit notoria diuersitas inter vnam, & aliam causam
poterit quisque diudicare. Rol. Cauagnol.

Numero 6.

Ibi (substitutio dicitur esse institutio.) Adde
15 quod secunda institutio † vocatur, quia vt dictũ
fuit, tũc incipit substitutio cum desinit institutio,
vt dictũ fuit suprà, & probat idem Menoch, in
cons. 106. Hæc iuris consultatio numero 104. &
in consilio 124. Tametsi vna hæc hoc eod. lib. 2.
numero 63. Rol. Cauagnol.

Numero 7.

Ibi (appellauit sorores, easq; neptes hęredes,)
hoc assumptũ in figuratione casus, quem sibi p-
posuit Menochius non verificatur, si quidem in
vna tantum parte reperio annotatum nomen hæ-
redes, verum ad ipsas sorores non pertinet, quia
dictum sit, & cuiuslibet eorum filios, & hæredes
16 in legitima, quo casu trahitur ista qualitas † ad
filias, & hæredes substitutarum, & ideo cessat ar-
gumentatio. Rol. Cauagnol.

Eodem numero, ibi (quod sanè hæredis nomẽ
fideicommissarijs non conuenit.) Dicas veram
esse propositionem, quod appellatione hæredis
17 non venit † fideicommissarius. l. si antequam. ff.
ad syllanian. latè Peregr. de fideicom. artic. 32.
hæredum mentio num. 81. sed licet hæres non sit,
18 loco tamen hæredis † habetur, licet multum in-
tersit, an quis sit talis, vel loco talis habeatur, qui-
bus tamen casibus, veniat appellatione hæredis
19 fideicommissarius † vniuersalis, & quibus poti-
is qui grauatus est, quam fideicommissarius, vide
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. titul. 2.
A quibus legata, & fideicommissa relicta intelli-
gantur, numero 8. Rol. Cauagnol.

Numero 8.

20 Ad Consilium Socini Senioris 10. lib. 1. minus
rectè respondet Menoch. quia nullibi desumitur
cogitatio, quod testatrix senserit de vsufructu,
& negatur, quod Domina Samaritana non potue-
rit esse hæres, & proprietaria. Rol. Cauag.

Numero 9. 10. & 11.

21 Cui nam spectet onus soluendorum † lega-
torum, an scilicet hæredi, an fructuario, latè post
alios scribit Castill. Sottomayor in suo tractatu
de vsufructu cap. 58. pro clara, atq; distincta, vbi
contra vsufructuariam decidit in legatis annuis,
vt ibi num. 7. Declarat tamen, vt numeris seqq.
an autem hæres grauatus, vel fideicommissarius
teneatur soluere legata, & quid si hæres soluerit
de suo, vide Crauett. in consil. 16. post redditum
consilium, & quod eo casu possit sibi satisfieri in
22 tot bonis hęreditatis † iuxtà valorem bonorum
decurrentem de tempore factæ solutionis, vide
quæ dixi in Decisione mea consultius cuius ca-
put est. Ex sententia prolata per D. Prętorem, q
23 autem non sint obligati hęredes soluere † lega-
ta insolidum, nisi quando hæredes essent obliga-
ti alternatiuè, scribit Ioseph Ludouic. decis. Lu-
censi. 27. & 30. vbi similiter limitat hanc conclu-
24 sionem in alio casu, quod legata debeantur † ir-
rito testamento, quantum ad institutionem ex
causa præteritionis, vel exhæredationis facit Au-
th. ex causa Cod. de liber. præter. vel exhæred.
Gail. obseruat. 113. Certum, & indubitatum est
25 libr. 2. Quid si filius fuerit ignoranter † præte-
ritus, vel exhæredatus. Gail. loco relato dicit, q
non. Vide Bart. in d. Auth. ex causa, num. 6. 9. &
20. & in cons. 4. factum est tale, & 204. factum est
tale Cechus condidit lib. 1. & an rupto testamen-
to per agnationem posthum. debeantur legata,
vide l. 1. C. de posth. hær. instit. Quid si testamen-
tum † fuisset inualidum, an debeantur legata,
dic quod non nisi fuerint repetita ab intestato. l.
ex testamento Cod. de fideicom. Quid si hæredis
26 institutio esset † cancellata, vide l. 3. ff. de his

quæ

quæ in testamento delentur. Quid si hæredis in-
18 stitutio fuisset cassata † ex forma statuti, ex eo
quod testamentum non fuerit intimatum extra
certum tempus, vide Petrum de Rauenna singul.
264. Sententia lata super pro legatis in testamen
29 to minus solemni, an † detur retentio, vide Ca-
picium, decis. 89. in causa Franciscnellæ de reli-
30 ctis in testamēto caduco, † an scilicet operetur
clausula codicillaris, vide Bartol. in l. Quia autem
is. ff. si quis ommissa caus. & Dec. in cons. 242. in
casu ꝑposito eund. Bart. in l. si is qui testamētū
31 num 4. ff. de testam. vbi loquitur de voluntate †
testatoris imperfecta, reliqua congruentiori loco
videbis. Rol. Cauagnol.

Numero 12. & 13.

Ab ista difficultate cuius istis in locis meminit
32. Menochius de relatione facienda ad magis †
proxima, & de qua nos ipsa verba fecimus supra
numero 8. non benè videtur se extricare, dum
33. enim inquit, quod illa clausula, donec † vixerit
est distincta, & separata, & quod ideo referenda
sit ad omnia, in eo facit æquiuocum, quia distin-
ctio, & separatio isto casu dicitur operari tantum
quo ad præfiniendum tempus, per quod debebāt
ex testātis iudicio solui legata, vndè quo ad alia
præcedentia benè dicitur ista clausula separata, &
distincta, & pace Menochij dictum sit ea repeti-
34 tio donec vixerit † non inducitur ad vtramque
dispositionem, quia testatrix isto casu loquuta
35. fuit per nomen singulare, quod nō † verificatur
in pluribus, sed in vno tantum, vt dixit Menoch.
in consil. 864. Respondi olim pro Perillust. Dño,
num. 11. libr. 9. singularitas autem de qua agimus
patet ex clausula ibi, & hoc, quæ sicuti contenta
est vnica dispositione, esset violare sensum illius
singularitatis, quam vbi disponens voluisset au-
ferre, sciuisset dicere, & hæc, quo casu facilius pos
set intrare Menochialis illa consideratio. Rolan.
Cauagnol.

Numero 14.

36 Ibi (relationem, fieri solere, iuxtà mentem †
disponentis.) Ex his, quæ pauló suprà dicta sunt
apparet, quod mens disponentis nō potest acco-
modari ad hoc vt vlterius protendatur clausula
ipsa, & hoc donec vixerit, quàm ad legatorum
præstationem, quia repugnat vocationi, quàm
fecit testatrix, appellando D. Samaritanam hære-
dem suam vniuersalem, & eidem morienti sub-
stituendo filiam, & Iuliam, ac sorores, vt latè su-
perius dictum fuit, & ideo tātum abest, vt valeat
argumentatio, quàm hoc loco facit Menochius,
vt potius valeat retorqueri in cōtrariū. Rol. Cau.

Eodem numero, ibi (clarè colligitur ex eo te-
stamento condito anno 1551. in quo hæc clausu-
37 la, & donec vixerit ipsa Dña Samaritana † & vt
est posita immediatè post vocationem factam de
ipsa D. Samaritana,) Adde, quòd immò ista con
sideratio fauet opinioni cōtrà Menochium, nāq;
demus, quod in eodem secundo testamento im-
perfecto, & nullo hoc istud appareat, hoc ideo ad
eam declarationem venisse testatricem dicendū
nobis est, quia voluerit corrigere primam volun-
tatem in qua hæredem fecerat D. Samaritanam
sororem, ad quam mutationem non venisset, vbi
ab initio non intellexisset hæreditatem pertine-
re ad neptes suas, & solum vsumfructum spectare
ad sororem prędictam, & proindè cum ista mu-
38 tatio fuerit † imperfecta, dabitur argumentum
contrarium pro hærede, quæ poterit dicere quod
39 non mutatur † quare stare prohibetur? l. sanci-
mus C. de testam. l. pręcipimus C. de adip. priuat.
Rol. Cauagnol.

Eod. numero, ibi (legenda verba hæc per pa-
renthesim) adhùc non intrat valida ratio, quod
40 parenthesis extendat vim dictę clausulę, & hoc †
donec vixerit ad hæredis institutionem, sed ad
solam declarationem oneris iniuncti, vt iam di-
ctum fuit. Rol. Cauagnol.

Numero 15.

41 Ibi (cum actus etiam nulliter gestus † decla
ret voluntatem agentis.) bona est ista propositio
sed malè applicatur, quia licet verissimum sit,
quod hominis voluntas declaretur ex his, quæ
42 ante † vel post confectum actum, dixit vel fecit,
vt idem Menochius obseruat in cons. 776. Cum
duæ sint substitutiones num. 7. lib 8. hoc tamen
procedit, vbi versamur in interpretanda, & de-
claranda voluntates testantis, quæ dubia sit. Vt
latè dixi alias, & obtinui, vt in decisione mea
consultiua cuius caput est. Instructo processu
inter Dominos fratres, sed vbi contrarium di-
spositum fuit in ea parte in qua reuocatur testa-
mentum primum per secundum imperfectum,
non procedit conclusio, quod ex actu nullo de-
43 claretur † voluntas prima contraria, quæ fuit
contraria secundæ, ita post Decium in consi. 515.
In casu occurrenti, num. 5. voluit idem Menoch.
in cons. 765. consultatio hęc tres habet, num. 10.
libr. 8. quia tunc non est interpretatio volunta-
tis, sed noua dispositio, quę sicuti non habet re-
quisita ad eius validitatem, ita nullius effectus
erit, vt idem Menochius innuit, infrà licet obie-
ctum declinare conetur eo intuitu, quod res sit
dubia, cum tamen clara sit, ex iam dictis abundè.
Rol. Cauagnol.

Numero 16.

Ibi (res dubia tunc esse dicitur.) Adde, quòd
44 immo non est dubia, † quia dubitandi rationes
videntur sumi in constructione, & intelligentia
eorum verborum (hęredem suam vniuersalem,)
quæ citra peccatum, & vitium latinitatis extrà
proprium sensum capi non possunt, sicuti etiam
ea verba (cui morienti substituit,) quo casu reij-
citur dubitatio, vt colligitur ex l. cum certum. ff.
de auro, & argento legato, & certum est, quòd in
45 ambiguanda mente testatoris, † Verba debent
esse clara. Vnde prima coniectura est, quæ resul-
tat ex verbis, vt post alios scribit. Clarus in §.
testamentum, q. 76. Diximus de potestate, versic.
secunda regula, hinc sicuti sola dubitatio proba-
46 bilis † in iure excusat. Menoch. in consilio 510.
Existimo Magnif. Dñam, num. 13. libr. 6. Ita non
videtur esse curandum de ea dubitatione, quæ
47 dicitur † affectata, & meodicata. Rol. Cauag.

Numero 17. 18. 19. & 20.

48 Quod diuisio facta per errorem iuris † non
sit nocibilis, latè probatum dixi ad Menochij cō
silium 91. duas habet proposita hæc, ad numerū
26. lib. 1. vbi similiter dixi nihil operari, promis
49 sionem de non † contraueniendo in casu tamen
isto supponit Menochius, quod adfuerit scientia
certa, verum non video, vnde sumat probationē
50 aliter quam ex clausulis, † quod iurauerint par
51 tes attendere, item ex eo, quod pluries fuerit †
52 examinatum negotium, ita ex eo, quod agatur
53 de facto † proprio. Item, & de errore iuris, †
qui

qui non præsumitur, verum ista non esse tanti ponderis censeo, quod mulier ignara sibi præiudicauerit in eo iure, q ignorabat sibi competere,
54 cum .n. ille sexus † fragilitati obnoxius fuerit omni iure dicitur ei consulendum. Menoch. in consil. 541. Cum doctè admodum num. 2. libr. 6.
55 Hinc mulieris consilium † inualidum dicitur,
56 eo iure, quo minoris censetur imperfectum † idem Menoch. in consil. 401. Dubitationes permultæ num. 204. lib. 5. nec in dubio præsumitur
57 quod sciuerit † valorem rei suę, vt idem Menoc. ait in consil. 412. existimauerim iure num. 85. d. lib. 5. vbi prius in num. 34. ad fauorem mulieris
58 inquit, quod vbi est læsio † enormissima prout in casu nostro, non obstante renunciatione, seu transactione inita cum sanguine iunctis, non obstante iuramento poterit petere rescisionem, &
59 præsumptio est, quod mulier ipsa ignorauerit † ius suum, quia mulierem donare, & ius suum re-
60 mittere † dicitur quodammodo res miraculosa Menoch. in cons. 482. De multis his Peregregijs numero 17. lib. 5. Rol. Cau.

Numero 21.

Ibi (ita equidem opinor factū eo anno 1555.) potuit esse fallax ista opinio, vnde super ea non potest radicari consilium, quod sit ex omni parte
61 perfectum, cum ex facto ius † oriatur l. si ex plagis. §. in cliuo capitolino. ff. ad leg. acquil. Hinc dicimus, quod super facto incerto, numquam re-
62 spondet Iurisconsultus, Adnotata in l. si ex plagis. §. in cliuo capitolino. ff. ad leg. acquil. R.C.

Numero 22.

Ibi (qui censuit eum, qui tamquam fideicommisso grauatus;) vide Decium in consil. 63. Pro tenui facultate mea, num. 6. Parif. in cons 7. alias visis, lib. 3. & Curtius Iun. in consil. 192. Habita diligenti, num. 10. lib. 1. Iac. Menoc.

Eodem numero, dum dicitur confessionem &
63 assertionem possidentis, & grauati, quod † subsit fideicommissum probare contra confitentem, Vide, quæ dixi in Decisione mea consultiua. 49. in iudicio, quod viuens, nu 67. lib. 1. Rol. Cauag.

Numero 24.

Ibi (geminata confessio adest,) plura de vi, &
64 efficacia geminationis † dixi suprà ad consiliū 10. quòd Magnif. Dña lib. 1. vbi similiter annotaui, quando geminatio non operatur. Rol. Cau.
65 Eodem num. ibi (iam fuisset deducta coram † arbitro,) adde, quod sola deductio cum simplici reiectione non attenditur, sed quando fuit adhibita causę cognitio, quę est de ordine substantiali iudiciorum, & à iure diuino descendit, quia de-
66 bet Iudex prius cognoscere † id super quo iudicare debet, vnde sententia lata non præcedente cognitione, dicitur ipso iure nulla Bald. in leg. prolatam, & ibi Doctor. C. de sentent. Sebastianus Vantius, de nullitate ex defect. processſ. siue ordin. Iudic. tit. 13. num. 30. & 31. Rol. Cau.

Eodem num. ibi (ita opinor factum,) istud est diuinare factū, vt paulo suprà dict fuit. Rol. Cau.

Numero 25. 26. & 28.

Satis fragile est fundamentum, cui Menochius his locis innititur, quia omni casu, quo ignorauerit Samaritana sibi delatam fuisse hæreditatem, & proindè hæreditatem non adiuerit, succurrendū
67 † est hæredi ex dispositione l. Pantonius. ff. de acquir. hęreditat. per ea, quę in similibus terminis dixi, & obtinui pro D. Cæsare Ricio, aduersus Archangelam Monacam, vt est videre in Decisione mea consultiua, cuius caput est, Contra honestam mulierem. Rol. Cauag.

Numero 29. vsq; ad num. 37.

Aduersus ista, quæ dicuntur de præscriptione non obstantibus his, quæ respondens dixit Menochius, stare videtur illa decisio, quæ habet præ-
68 scriptionem ex iuris errore in titulo causari † non posse, vt probat Ant. Gabriell. de præscript. conclus. 14. Præscriptio 10. vel 20. annorum etiā quod titulus putatiuus interuenerit ex Castrens. & Cuman. in l. numquam. ff. de vsucap. Roland. Cauag.

Numero 38. 39. & 40.

69 Ibi (si quidem protestatio declarat animum † protestantis,) concludit argumentum, quod faciunt heredes Samaritanæ, super renouatione iurium, & super clausula salutari, quod per actum
70. diuisionis, non † censeatur præiudicatum, articulo pendenti, an esset Samaritana proprietaria,
71 vel vsufructuaria tantum, quia protestatio † regulariter conseruat ius protestantis, Dec. in consil. 516. Quoniam causa ista, quæ nu. 19. post glos. in § si quis de prędict. Auth. vt cū de appellat. cognoscitur, in verbo scriptis, & transmittitur
72 istud ius protestationis † in heredes. Bart. in l. si intrà C. de non numerata pecun. & quod reser-
73 uatio iuris † ius ipsum conseruet, probat Crau. in cons. 127. in contractu matrimonij, numer. 7. & in consil. 144. Magnif. quon. Dominus, nu. 15. lib. 1. Rol. Cauag.

Eodem numero 38. ibi (atque ita corrigeret hæc clausula iam suprà determinata,) facilis est respōsio ad istud obiectum, quia qui reseruat ius
74 suū in † aliud tempus, quo pendente, si id agit, iure contrario illi actui, quem postmodum declarari prætendit adueniente tempore non pōt censeri, quod se ipsum corrigat, sed solū differt, vim, & efficatiam iurium suorum in tempus conuētū, eodem iure, quo dicimus, statutum reseruans ex-
75 ceptiones in fine litis † non tollere, virtutem ipsarum, vt aliàs abundè diximus ad Montisferrar. Decretum. 6. § 2. lib. 1. vnde cessat consideratio correctionis, cum simul stare possit, quod viuens Samaritana conuenerit pro tempore vitę suę gaudere fructibus, tantum, & quod post eius mortem cognoscatur. an potuerit ex iudicio Mariæ sororis censeri vsufructuaria, & proprietaria. Rol. Cauag.

Numero 41. & 42.

Dicta hic per Menochium possent habere locum, vbi nulla facta fuisset protestatio, & reseruatio iuris. Rol. Cauagnol.

Numero 43.

Errat hoc loco Menochius, dùm putat reseruationem, & protestationem factam per Samarita-
76 nam, censeri contrariam facto, quia † sicuti ista non repugnant inuicem, ita non possunt censeri contraria, sed potius diuersa, conferunt superi dicta ad num. 38. 39. & 40. Rol. Cauagnol.

Numero 47.

In hac secunda dubitatione censeo contra Menochium, quod illa verba (in legitima, & pro legitima bonorum paternorum, ipsi Dñæ Testatrici spectante,) non possint repræsentare totam substantiam bonorum Dñæ Samaritanę, sed eam solam portionem, quę spectabat eidem iure legitimæ, & pro legitima bonorum paternorū, vnde

pro

pro eo, quod excedit dictam legitimam non militat dispositio substitutionis, in qua venit id solum, quod reperitur expressum, quinimò cum dictum sit de legitima ipsi mulieri spectante in bonis paternis, satis videtur esse restricta dispositio, vt non possit extendi ad ea bona, quę illi obuenerunt ex successione in bonis D. Agnolinę, Iacobę, & Iuliæ, quia illa verba spectante ipsi in bonis paternis, alium sensum non patiuntur, & posita sunt declaratiuè ad quotam bonorum, vnde
77 limitata † substitutio debet cõtineri intra suos terminos. Crediderim tamen eas portiones venire sub reliqua dispositione cõcepta his verbis, Ibi, (& etiam in bonis stabilibus, & liuellis per ipsam D. Testatricem, acquisitis, vt Menochius perpendit in reliquis dicas sic strictè intelligen-
78 dam esse † substitutionem, vt solùm in illis casibus locum habent in quibus loquitur, & iden solemus dicere substitutio tua hoc in casu non loqt vt post multos probat Menochius in cons. 85. Proposita hæc consultatio num. 37. lib. 1. R. C.

Num. 56.

Dum inquit Menochius hoc loco, quod substitutio sororum est facta in vniuersitate bonorũ ex eo, quòd sorores ipsæ vocantur heredes, pro mea sententia facit equiuocum circa genus Argumentationis, quia si bene attendant verba quibus est concepta substitutio, non possunt vllo modo trahi ad id, quòd testatrix easdem hæredes suas vocitauit, sed ad solam demonstrationem earum personarum, quæ vocantur ad substitutionem, verba autem sunt hęc, & quamlibet earum æqualiter, & æquis portionibus, & cuiuslibet earum filios, & hæredes, ecce, quod illæ dictiones, & hæredes referendę sunt, ad solos filios ipsarũ substitutarum, quasi dictum sit, filij neptum mearum, tunc admittentur ad bona mea cum nedum filij fuerint, sed, & hæredes, & hoc ad euitandam dubitationem, quæstionis, an, & quando filij sint
79 vocati † vt filij, vel vt hæredes, cuius rei meminit, Bartol. ad l. Gallus, §. quidam rectè, num 8. ff. de lib. & posthum. & ibidem Alex. eod. nu. 8. Ias. num. 41. & Rubeus Alex. num. 148. & 149. faciunt notata per eundem Menoch. in consil. 104. Proposita facti species de iure, nu. 15. lib. 1. R. C.

Numero 57.

Ibi, (& substitutio dicitur eo modo facta, quo & ipsa institutio) benè dicit hoc loco Menochius
80 quòd substitutio recipit interpretationem † ab institutione, quòd ex Bartolo in l. vlt. num. 1. ff. ad Senatusconsult. trebellian. & plurib. alijs probat Menoch. in consil. 152. Respondendum videbatur illi primę dubitationi, num. 34. hoc eodem libr. 2. sed non quadrat ista consideratio, quia procedit dumtaxat † in casu, in quo substitutio est
81 dubia, sed in casu nostro non potest dubia, propter expressionem verborum, quæ clara sunt, & ita simili responsione vtitur idem Menochius in citato consil. num. 51. Rol. Cauag.

Eodem numero, & ibi (ipsam testatricem intellexisse de tota successione sua,) potest hoc assumptum verificari, quoad stabilia per ea verba, & etiam in bonis stabilibus, & liuellis per ipsam D. Testatricem requisitis, vt superius dict. fuit ad num. 47. Rol. Cauag.

Eodem numero, ibi (verè cœtera prælegasset, eidem D. Samaritanæ,) non procedit hæc argumentatio, quinimò satis frigida, & ieiuna suppo nitur, quia si non contineatur alia bona, quę possent esse mobilia, & segregata à bonis stabilibus, & liuellis in substitutione, vtiq; remanent virtute institutionis in ipsam Dñam Samaritanam hæredem vniuersalem institutam, Rol. Cauag.

Numero 59.

Ibi (tertia est dubitatio,) in hoc articulo dissentio similiter ab opinione Menochij, quia nullo
82 modo potest censeri dictum legatum † ademptum fuisse, esto ꝙ debitores de Suardis viuenti Mariæ, quæ testata fuerat soluerint creditum ipsum, considera in primis, quod istud erat creditũ consistens in pecunia, & quod debitores tenebantur se eximere ab eo per solutionem, ita vt præ-
83 sumptio sit, † vel quod debitores voluntariè satisfecerint, vt in dubio est præsumendum, quia sic dictabat bona fides, ad notata in l. 1. ff. de pact. vel quod ipsa creditrix, debitores coegerit ad satisfactionem, & vtroq; casu cessat ademptio. Pri-
84 mo, quia non fuit † alienatio voluntaria, & vbi non fuit facta alienatio voluntariè de re subiecta fideicommisso cessat præsumptio ademptionis, l. si fideicommissarij. §. si rem. ff. de legat. 3. leg. Stichum, qui meus erit, 6. ff. de legat. 1. & leg. rem legatam ff. de adimend. legat. quod dixi in Decisione mea consultiua. 44. Pater condito testamento, num. 8. lib. 1. Secundo casu, vbi scilicet creditrix institerit, alio iure dicitur venisse ad consequutionem crediti, quam ꝙ voluerit adimere, & reuocare legatum iam factum de eo, vnde sicuti in dubio non cadit pręsumptio, quod testatrix voluerit adimere legatum, Ozasc. decis. 118. Secundus principalis articulus, num 8. ita dabitur conclusio, quòd vbi alio animo voluerit testatrix, consequi creditum suum, q̃ adimendi
85 legatum, cessabit regula ademptionis, † & coniectura ipsius, vt post alios probat Menochius in consil. 339. quæstio hæc egregia num. 18. libro. 4. vbi in terminis similibus saltem quoad iuris identitatem inquit, quòd quando testator post conditum testamentum, alienauit mobilia legata, vel aliqua ex illis, legatum per ipsam alienationem non censetur voluisse adimere, si necessitate coactus alienauerit. Et in hoc benè intrat con-
86 clusio, quòd ipsa alienatio non † est causa adimendi legatum, sed effectus ademptionis, sic post Bartol. in l. cum seruus. ff. de adimend. legat. Socin. iunior in consil. 162. numero 1. lib. 2. scribit Cardinal. Mantica de coniecturis vltimatum voluntat. libr. 12. tit. 6. inter cœteras coniecturas hanc eandem propositionem firmauit, vt breuib. agam idem Menoch. in consil. 154. Respondendum videbatur multis rationibus, lib. 3. vbi dicit ꝙ si testator legauit nomina debitorum, idest ꝙ debitores sui debebant, & debitores exigat pecuniam verò, vel desumat, vel aliter conseruet,
87 vel ex ea aliquod emat legatum reuocasse † nõ pręsumitur per dictam leg. fideicommissa in. §. si rem, Rol. Cauag.

Numero 61.

Ibi (primò ea ratione, qua vsus sum in præcedenti articulo,) inanis est ista consideratio, quia vt dictum fuit, substitutio non fuit vniuersalis, præsertim quoad prælegata, nec est verum quod eas hæredes vocauerit, nec quod substituerit in bonis paternis, quia facta fuit mentio solùm de bonis paternis iuxtà mensura m legitimæ, & bona declarata sub nomine quotæ, prout est legiti-

ma

ma non ſignificat vniuerſitatem bonorum, quia
88 appellatione † partis, non venit totum. R.C.

Num. 62. & 63.

Quod dicitur hic de confeſsione, & diuiſione
facillimè tolluntur per ea, quæ dicta ſunt ſuperiꝰ
ad numerum. 17. 18. 19. & 20. R.C.

Numero 65.

Ibi (deberi hoc ſecūdum loco primi ſubroga-
tum,) dicit Marcus Mantua hoc habere locum,
89 vbi fuerit repoſitum frumentum per modum †
ſubrogationis, vt panes eum in ſingul. 650. te-
ſtator legauerat vxori faciūt in propoſito notata
ad leg. filiæ. §. titia. de condit. & demonſtrat vbi
regula, quæ habet, quod per alienationem rei le-
90 gatæ, cenſetur ademptum † legatum, non pro-
cedit, quando teſtator rem aliam comparauerit,
eidemq; nomen idem impoſuerit. Mantic. de
coniectur. vltim. volunt. dict. libr. 12. tit. 6. num.
20. Rol. Cauag.

Numero 66.

Ibi (ne contingat, quòd teſtator ille decedat
pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus,) Hæc
dubitatio facillimè euitatur in caſu noſtro, quia
eadem bona ſubrogata in locum pretij, & crediti
ſunt ſub cenſura prælegati, vnde quoad ea etiam
teſtata dicitur deceſsiſſe D. Maria, vt iam ſuperiꝰ
tactum fuit. Rol. Cauag.

Num. 67. 68. & 69.

In hoc articulo libenter tranſeo cum ſentētia
Menochij, quod ſub nomine tutoris, quandoque
veniat curator. Et ſunt textus in l. tutor. ff. de
furt. & in l. ex facto ff. de negot. geſt. vbi dicitur,
quod in actione furti, quę datur in tutorem, qui
animo furandi rem pupilli amouerit, appellatio-
91 ne † tutoris venit curator. Rol. Cau.

Ad Conſil. 116. Primę huius conſultationis.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis bonorum regulariter fit, vt ea conſeruentur in familia.*
2 *Nobilitas ſine diuitijs ſordeſcit.*
3 *Nobilitas ſine diuitijs dicitur nobilitas ſtercorum.*
4 *Diuitię prępalent nobilitati.*
5 *Diuitiarum vis, quæ ſit.*
6 *Diuitię donant nobilitatem.*
7 *Obſcuritas eſt in paupertate.*
8 *Diuitiæ ſolę non conſeruant nobilitatem.*
9 *Diuitiæ bona ſunt bene vtentibus eis.*
10 *Dominiorum quatuor ſunt genera.*
11 *Dominium directum trahit ad ſe vtile non è contra.*
12 *Dominij vtilis reuiuiſcentia, an detur.*
13 *Prohibitum, vbi quid eſt cenſentur prohibita omnia illa quibus ad illud peruenitur.*
14 *Fiſcus conſequitur fructus bonorum delinquentis quouſque viuit, delinquens limita num. 15.*
16 *Prohibitio duplex alienationis magis operatur.*
17 *Argumentum de feudo ad fideicommiſſum valet.*
18 *Bona ſuppoſita redemptioni non ſubiacent oneribus impoſitis pendente tempore recati.*
19 *Emphyteuta, an poſſit pignorare, & hippotecare emphiteuſim ſine Domini conſenſu.*
20 *Pignoratio nihil transfert in creditorem.*
21 *Ius ſuper quo hippotheca contrahitur dicitur quoddam ius priuatum.*
22 *Reſoluto iure obligantis reſoluitur ius hyppotecę.*
23 *Emphiteuta, qui promiſſerit non hyppotecare, an pignorando obligetur.*
24 *Periurus puniendus eſt.*
25 *Emphiteuta, an poſſit abſente, vel inuito domino rem alteri concedere.*
26 *Emphiteuta, an poſſit vſumfructum conſtituere.*
27 *Pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona.*
28 *Fictio non habet locum in contractibus, & in ſtatutis, ac in vltimis voluntatibus.*
29 *Occidens vxorem volens occidere maritum, an puniatur perinde, ac ſi maritum occidiſſet.*
30 *Iniuria facta vxori cenſetur facta viro.*
31 *Filius ergo hęres quomodo intelligatur.*
32 *Rolandi à Valle, lib. primus conſiliorum prius fuit typis excuſſus, quam liber primus cōſiliorum Menochij.*

Numero 1.



1 QVòd prohibitio alienationis fiat
regulariter, vt bona † cōſeruen-
tur in familia dicit hoc loco Me-
noch. ſed ea reſtringitur, vt ha-
beat tantum locum, eueniente
caſu ſubſtitutionis, vt ex Decio,
Ruin. & Pariſ. notat idem Menoch. in conſ. 253.
Reſpondi ſuperioribus annis nu. 17. lib. 3. R.C.

Numero 3.

2 Ibi (cum alioqui nobilitas ſine diuitijs † ſor-
deſcat,) hoc idem voluit Menoch. in conſ. 117.
Neq; noua, neq; leuis eſt, numero 50. hoc eodem
volumine in conſ. 723. Donationis reuocatio, q̄
num. 18. libr. 8. & in conſ. 813. De propoſitis du-
bitat, num. 12. libr. 9. Hinc dicebat Gloſſator, q
3 tractare de nobilitate † ſine diuitijs, nihil aliud
eſt, q̄ tractare de nobilitate ſtercorum. Quinimò
4 hodiernis tporibꝰ, ſic p̄ualent nobilitati † diui-
tiæ, vt hodie locus ſit antiquiſsimæ ſentētiæ Me-
5 nandri, in hypobolymæo. Ingens autem vis †
eſt diuitiarum, quas qui nactus eſt ſtatim nobilis
euadit, ac illius, cuius mentio fit per eūdem Me-
nandrum in Erectheo ibi da operam opibus,
6 nam illæ nobilitatem † donant, & nuptias pri-
7 marias potiri in cauſa ſunt, in paupertate † verò
obſcuritas ineſt, vt cumq; ſapias, & ignominia
8 vitę. Adde tamen, quòd diuitiæ ſolæ non † con-
ſeruant nobilitatem, quia inſipienti, & non bene
9 vtenti non † ſunt bonæ, vnde ſi rectus fuerit di-
uitiarum vſus bona erit nobilitatis conſerua-
tio ex Ariſtotele in 2. Elenchorum, & ad Alexan-
drum. Non faciant equum meliorem aurei fre-
ni. Rol. Cau.

Numero 7.

Ibi (eſt enim dominium multiplex.) Quatuor
10 genera dominiorum † ſcribit Iacobinus à San-
cto Georgio in ſua inueſtitura feudali, in verbo
inueſtiri, quo loci melius explicantur, quàm fe-
cerit Guido Papius in deciſ. 551. incipit de hoc
anno, vbi ex ſententia Albę in conſi. 62. Quam-
uis dubia excitata, nu. 21. lib. 1. ſe ipſum confun-
dit. R.C.

Numero 10.

11 Ibi (cum directū trahat ad ſe † vtile, & non è
contra,) an dominium vtile accedat directo, an
verò è conuerſo directum accedat vtili, & an do-
minij vtilis † reuiuiſcentia detur, poſt alios ſcri-
bit Alba in conſi. 376. Quamuis in præſenti cauſ-
ſa, num. 10. & plurib. ſeqq. lib. 2. R.C.

Numero 15. & 16.

Diciturhic, quod quando aliquid eſt prohibi-

13 tum,censentur etiam prohibita † illa omnia.
Quibus ad illud prohibitum peruenitur, hoc di-
ctum probat Alba. Mandellus, & latiùs Vincen-
tius Annibaldus in apostillis ad cons.754 articu-
lus iste,an Clericus beneficiatus,num.13.lib.4. &
in littera C. vbi additionator hūc locū Menoch.
probat,& multa dicit ad declarationem,& exor-
nationem istius regulæ,pro quibus ad inibi dicta
recurrito. Rol. Cau ig.

Numero 28.

Ibi, (sed apud Fiscum remanent,) quatenus
desumitur ista conclusio,quod donec delinquens
14 viuit Fiscus consequitur † fructus in damnum
fideicommissarij,ex l. Statius Florus.§. Cornelio
Fœlici.ff. de iure Fisci declara,vt procedat, quo
ad viuit grauatus,qui damnatus est,possit Fiscus
retinere bona, & gaudere fructibus, quando sola
datur prohibitio alienationis ab ipsa lege secùs
15 quando adest expressa † prohibitio hominis du-
rante vita prohibiti leg. Imperator.ff. ad trebell.
Rimin. Iun. qui multos allegat in cons. 243. quo
puncto diligenter,& in primis num.68. volum.3.
quib. addo Beroum in cons. 78.viso themate nu.
12. libr. 1. Ratio est,quia concurrit duplex pro-
16 hibitio legis scilicet, † & hominis,vnde vt quæ
hominis est non censeatur superflua, operatur,
vt nec etiam prohibiti vita durante fiat aliena-
tio,Rimin. loco citato, faciunt quæ scripsi pro fi-
deicommisso Vergani,cuius decis.caput est. Agi-
tur de fideicommisso, reliqua alia quæ plura sūt.
Videas in mea Anaromia iuris ad dictam l.Sta-
tius Florus,in §. Cornelio Fœlici. R. C.

Num. 29.

17 Ibi (argumentari potest de feudo † ad fidei-
commissum pro materia, Vide quę dixi suprà ad
cons. Menoch. 89. Non leuis ponderis est ad nu.
65. lib. 1.vbi latè.R.C.

Numero 32.

Ibi, (& deinde idem emptor coactè tenendat,
18 resoluitur, atq; ità extinguitur ius † illius cre-
ditoris, cui pignori res data fuit,) pro materia,
vide,quæ dixi ad consilium Menochij supra. 63.
Dubitationem habet non leuem,num.5.& seqq.
libr.1. vbi plura pertinentia ad pactum de retro-
uendendo annotaui. Rol. Cau.

Numero 33.

Ibi (sicuti emphyteuta,& superficiarius pote-
rit quidem eam pignori dare.) Vera est hæc iuris
19 conclusio,quòd emphiteuta pignorat, † aut hy-
potecat emphyteusim,sine domini consensu, ab-
sque periculo priuationis iuris sui, cum .n. pign.
remaneat in bonis eiusdem obligantis, non pōt
20 dici,quòd per eam pignorationem † quid trans
feratur in creditorem, & sic in tertium,cum non
mutetur causa dominij l.sicut.§.si debitor.ff.qui-
bus mod. pign. vel hyppothec. soluat,ita multis
& eleganter probat Aurel.Corbul.de causa priua
tionis,ob alienationem limitatione.33. num.1.&
sequentibus,vbi hoc dictum extendit ad emphy-
theutam Ecclesiasticum, quia ius super quo hyp-
21 potheca † contrahitur, est ius priuatum vnde
22 resoluto iure obligantis, videtur † resolutum
ius hyppothecę hinc nullum pręiudicium fit Do-
minio directo, Et num. 5. subdit idem Corbulus
conclusionem hanc procedere etiam si in inue-
stitura promiserit emphyteuta,non obligare,nec
23 † hyppotechare sine domini consensu, etiam cū
iuramento, sed istud dictum declaratur, quoad
caducitatem, non tollitur tamen nullitas obliga-
24 tionis, & reatus periurij, ob quod † puniendus
est emphyteuta pro eodem artic. an emphyteuta
possit rem hypppotecare, vel seruitutem illi im-
ponere,vide Ozasc. decis.156. emphyteota, siue
vasallus, numer. 8. & 13. Afflict. decis. 380. Vin-
centius Malfitanus,Guip. Pap. q 576. Actio per-
sonalis nō seq̄r Boer.decis.181.Et videt̄ dicendū
Vincent. de Franch. decis. 226. venditis domib.
emphytheuticis eundem Afflict. decis. 191. Ab-
bas Rusillus contra Hart.de Hartman de emphy-
teota,cap.1. libr.2. an autem absente, vel inuito
25 domino † possit emphyteota rem alteri conce-
26 dere,& an possit vsumfructum † constituere,vi-
de Franciscum Cremensem singular.86. emphy-
teuta non potest rem,& Ludouic.Roman. singul.
626.Tu scis, quod emphyteuta post Speculatorē
tit.de locato,quęst.125. Adde Ias.in l. final.num.
110. Cod.de iur. emphyt. Iulium Clarum in sua
pract.§.emphyteusis, q.20. R.C.

Numero 35.

Ibi (tertia nunc superest,) in ista parte consul-
tationis transeo, cum Menochio ex iuribus, quæ
adducit decidendo, quia sic extat voluntas dispo
nentis,quæ aliàs vim pateretur. R.C.

Numero 36.

Hęc dubitatio sumpta ex eo, quòd patris, &
27 filij vna sit,& eadem † persona, poterat pro di-
gnitate ommitti, quia ista idētitas dari nō potest
respectu personarum, quæ cum duæ sint, vtique
diuisionem arguunt,& ista fictio non operatur in
quo desideratur veritas, vndè benè succedit regu
28 la,quòd fictio † non habet locum in contractib.
sicut nec in statutis, nec in vltimis voluntatibus,
vt probat Costa Pap. in suo tractatu de retrotra-
ctione regula 5. ad cap.2 Quæsitum de ea regula.
in obligationibus non fit extentio, Per hanc ratio
nem,quam hoc loco adducit Menoch.& quam in
admissibilem esse censeo, dicebat qńq; quidam
Fisci Aduocatus,quod occidens mulierem,perin
29 dè puniendus † sit, ac si occidisset virum ipsius
quem aliàs deliberauerat trucidare, quia vxor,
& maritus sit vna,& eadem persona,quæ ratio ri-
sum excutit apud Iudices prudentissimos, quia
quicquid sit de pœna criminis,& de iniuria facta
30 † vtriq;, idipsum certum est,quod per eam ratio
nem fictionis non vitatur, nec sequitur quæstio, q
volens occidere maritum, & occidit vxorem, di-
catur maritum occidisse. Rol.Cau.

Num.34.& 35.

Pro eo, quod pertinet ad conclusionem per q̄
31 dicimus est filius,ergo † hæres ex Paulo Apost.
ad Galathas,cap.4. cuius meminit glos. in §. fin.
institut. de hæred. qualitate,& different,& Bald.
in cap.1. An agnatus, vel filius, dicas hoc funda-
mentum,& illius responsionem,quę est, vt proce-
dat in filio agente, secus in filio conuento, vt hæ-
rede,desumptam fuisse per Menochium à Rolan
do à Valle in consil.20. In pręsenti consultatione,
32 num.6 & 17.libr.1.Qui codex, iam † typis ex-
cussus fuerat,priusq̄ Menoch. librum hunc typis
consignasset, vt patet ex lectura primi consilij,
libro primo, vbi Rolandum in hoc volum. citat.
Rol.Cau.

Ff Ad

Ad Consil. 117. Neq; noua, neq; leuis est hæc controuersia.

SVMMARIVM.

1 *Triuultiorum familia nobilissima est, & plura fideicommissa recensentur facta ad eius commodum.*

2 *Oldradi consil 21. Perpenditur.*

3 *Verba restrictiua in pluribus gradibus substitutionum, an, & quando inducant limitationem.*

4 *Tunc dictio ista quando non sit taxatiua, sed tãtum demonstratiua.*

5 *Anchar. consil. 27. perpenditur, & vindicatur ab improbationibus Menochij.*

6 *Fideicommissum dicitur esse perpetuum, quando onus illi iniunctum similiter dicitur esse perpetuum.*

7 *Causa adiecta in fideicommisso pro conseruatione agnationis, & familiæ, quid operetur.*

8 *Crauett. in cons. 98. Perpenditur, & declaratur, lib. 1.*

9 *Onus appositum, in vna parte fideicommissi, quando intelligatur repetitum in altera.*

10 *Onus differendi cognomen domus, an arguat fideicõmissũ.*

11 *Clausula tunc, & eo casu, quid operetur.*

12 *Qualitas, & conditio posita in institutione, an censeatur repetita in substitutione.*

13 *Repetitio qualitatis, & conditionis, quando, & quibus in casibus inducatur.*

14 *Repetitio qualitatis, an inducatur ob æqualitatem seruandam.*

15 *Repetitio, an inducatur, quando vnum subrogatur loco alterius.*

16 *Conditio institutionis. an intelligatur repetita in legata.*

17 *Conditio posita in testamento, an intelligatur repetita in codicillis.*

18 *Qualitas, & conditio adiecta institutioni, non censetur repetita in substitutione.*

19 *Qualitas posita in vna parte contractus, an censeatur repetita in altera.*

Numero 1.



Estamentum cuius hoc loco memini Menochius, fuit conditũ die 16. Iunij, anno 1548. & de anno 1549. ab humanis decessit. Comes Ioannes iunior testator, huius testamentariæ dispositionis memini in Decisione mea consultiua. 58. Ex proprio facto, & 61 prętensiones nunc quon. D. Iustinæ, lib. 2. in qua sub numero 48. mentionem feci de sentẽtia Excellentiss. Senatus Mediolani per quam ad commodum istius consultationis Menochialis, per quam declaratum fuit bona Comitis Ioannis senioris supposita censeri, perpetuo fideicommisso, quod congruit mirificè intentioni Nobilissimorum Virorum huius inclitę & numquam satis laudatę familię Dominorum
1 de Triuultijs, vt memini in dictis Decisionibus meis Consultiuis, in qb' facta fuit mentio de tabulis similibus conscriptis ex ordine Petri Triuultij, de anno 1473. die 29. Decẽbris per Aloysium primum de anno 1508. per Aloysium secundum de anno 1527. per Ioannem Triuultium seniorem Petri filium de anno 1508. die 29. Martij per Philippum de eodem anno 26. Maij p Theodorum, anno 1531. 6. Martij eiusdem nobilissimæ prolis, & Illustrissimæ familiæ meminit Menochius in cons. 106. Hæc iuris consultatio, hoc eodem lib. 2. in cuius vestibulo arbor legitur gẽtilitius. Quàm autem laudabiliter, & splendidè semper vixerit, & ad pręsens etiam benemerita sit de gratia Potentissimi Regis Hispaniarum. Nemo est, qui diù versatus est in his, q̃ scribunt Historici, & qui Mediolanensium nouit optimè mores ambigat, maius .n. est testimonium, quod facta prębent in dies, quam id quod verbis, & calamo posset explicari. R. C.

Numero 7.

Pro veritate videnda sunt ea, quæ idem auctor dixit in cons. 1216. de præposita hac dubitatione dicam lib. 13. vbi pro sententia, Oldrad. citat
2 † triginta tres Doctores, & alia loca Menochij pro veritate tamen eorum, quę Oldrad. inquit in eo consil. 21. Vide, quæ dixi in obseruationibus ad illud. R. C.

Numero 9.

Ibi (quamquam ipse Crauetta) vide eundem Crauettam, in consil. 878. sub anno 1462. lib. 5. Iac. Menoch.

Eodem numero, ibi (Socin. Senior in cõs. 250. num. 10.) legendum est numer. 4. & delenda sunt verba sequentia, vsq; ad lib. 2. exclusiuè. Iacob. Menoch.

Eod num. ibi (vsum fuisse verbis restrictiuis.)
3 An, & quando verba † restrictiua in plurib. gradibus substitutionum inducãt limitationem, & impediant fideicommissi repetitionem, seu perpetuationem aduersus ea, quæ dicit Crauetta allegatus per Menochium hoc loco in consilio. 98. vide notata, & tradita per Gulielmũ Cassiadorũ in decisione 1. Clarum est in iure, numero. 2. & 3. vbi docet opportunè. Quòd ea dictio, tunc nõ
4 est taxatiua, nec exclusiua, † sed demonstratiua, aut declaratiua rei, cui adijcitur, & in tempore extremitatem notans. l. 4 §. fin. ff. de condit. & demonstrat. & dantur ibidem exempla, quæ pro mea sententia, vera sunt, namq; adiecta dictio prædicta ad certam speciem substitutionis, non impedit perpetuationem fideicommissi, quia p eam cõcluditur casus eiusdem substitutionis, cui adiungitur, Adde Marzar. qui dict. decis. Cassiadori probat in cons. 7. requisitus à Mag. Comite Odoardo, num. 11. Rol. Cauag.

Numero 12.

Ibi, (Sed hic manifestè, & c.) adde Gratum in cons. 5. & si hoc responsum, nu. 85. li. 2. Decian. in cons. 84. Quod igitur, num 345. & 26. lib. tertio. Iac. Men.

Numero 13.

Ibi (quando testator vocat) legendum est, qñ testator ita vocat. Iac. Men.

Numero 14.

Ibi (Qui duobus illis primis exclusis) legendũ est illis primis mortuis, & extinctis. Iac. Men.

Eodem numero, & ibi (respondit Ancharanus nõ restringi eam dispositionem ad illos duos primos tantum,) hunc Ancharani locum videlicet in cons. 27. improbauit, idem Menoch. in consil. 85. Proposita hęc Consultatio mea, num. 123. & latius in cons. 97. habet hæc consultatio plurimũ dubitationis num. 116. lib. 1. & licet infrà num. 16. velit Menoch hanc suam contrarietatem euitare, attamen rationes, quas adducit non concludunt, quia in eodem consil. 97. dicit, Ancharani responsum multum dubitationis habere, & paulo infrà inquit, Ancharan. fortè errasse. Ancha-
5 ranũ tamen defendit, † & declarat, Mantica de con-

coniectur. vltim. volunt. libr.6. titulo 15. nu. 11.
post Decianũ in cons. 2. Quæritur modo e a præ-
missa num. 12. & 13. lib. 2. & in consil. 10. Circa
primum res num. 76. lib. 3. Vide quæ dixi in ob-
seruat. meis ad idem consil. Anchar. 27. R.C.
Eodem num. ibi (sit Ancharanus,) Anchara-
num declarat, Beret. in consil. 118. ad dissolutio-
nem dubiorum, num. 9. & 10. I. M.

Numero 16.

Ibi (ante versic. quinto mouet ibi,) & si defi-
ceret sine liberis, vide Crauett. in dict. cons. 878.
sub anno num. 6. vers. 2. Respondetur lib. 5. &
Vegg. in consil. vltimo, num. 17. Iac. Menoch.

Numero 17.

Ibi (aliqui quando fideicommissum est perpe-
tuum,) hoc idem voluit Cardinalis Mantica de
coniectur. vltim. volunt. dict. lib. 6. tit. 15. num.
12. dum inquit, quod quando onus fideicõmisso
iniunctum est perpetuum, necessaria intelligitur
6 fideicommissum esse † perpetuum pro materia,
Vide Marzar. in Epitome fideicommissi, quæst.
14. sub vers. vsq; in infinitum nu. 18. R.C.

Numero 18.

Dum inquit hoc loco Menochius, quod quãdo
testator prohibet alienari bona à se sub fideicom
misso relicta, nè in extraneos transeant adiecta
7 caussa † pro conseruatione agnationis, & fami-
liæ, onus restitutionis censetur in quibuslibet vo
catis, repetitam bonam censeo cõclusionem, sed
visum est Menoch. supplere de facto, quia in pro
hibitione facta non fuit adiecta causa, Nè in ex-
traneos transeant, benè tamen reperitur adie-
cta in ratione posita ibi, quia meæ intentionis est
firmæ, quo casu multa est differentia, vt ea Socin.
dixi aliàs abundè in caussa Gamberia, cuius meę
Decis. Consultiuæ substantiã habebis lib. 4. decis.
nitarũ in casu tamen præsentis Consultationis,
quadrat argumentũ desumptum à consideratio-
ne, & enixa voluntate testatoris, conseruanda ista
bona in agnatione, & inde in cognatione cui ꝓ-
uidit decernẽdo, q inter institutos, & substitutos
8 bona permaneant, & tunc benè procedunt † d.
per Crauettam in citato consil. 98. Nobilis, &
Potens Franciscus de Bellucamba, n. 1. li. 1. R.C.

Numero 23.

Ibi (atq; ita voluit esse ab vno in alterum re-
9 petitum) dissentit † Molina libr. 3. de Hispan.
primog. cap. 5. in fin. latè Palaez de Maioratu,
parte secunda, quęstione quarta, illatione octa-
ua, num. 2. & 3. Thesaur. decis. 10. num. 25. Iac.
Menoch.
Eodem numero, pro ea coniectura, quæ dedu-
citur hic ad arguendum fideicommissum faciunt
notata per eundem Menochium, in consil. 1286.
quod est vltimum, & incipit, Cum Propositum
facti speciem nu. 25. lib. 13. vbi latè loqtur, q ex-
tincta linea filiorum, succedant eius filiæ, & corũ
descendentes hac tamen conditione adiecta, q
10 ipsarum fœminarum mariti assumant † cogno-
men domus, & familiæ. Rol. Cau.

Numero 28.

Vide, quę dixi ad consilium Menochij 86. du-
bitari adhuc contingit, ad num. 43. libr. 1. Rol.
Cauag.
Eodem numero pro intelligentia illarum di-
11 ctionum, tùnc, † & eo casu, vide quæ dixi suprà
ad consil. 106. Hæc iuris consultatio longè diffi-
cillima, num. 26. ac ad num. 324. Rol. Cauag.

Numero 60.

Ibi (qualitas posita in prima dispositione,) q
12 qualitas, & conditio posita † in institutione
dicatur repetita in substitutione, scribit Menoch.
in consil. 926. Cum hac de graui num. 11. lib. 10.
quod procedit etiam in codicillis, esto quòd sit
variata persona, Idem Menoch. in consil. 10. 970.
Proposita consultatio numero. 11. libr. eod. licet
ij idem contrariam dixerit in consilo. 1056. De
proposita facti a num. 13. lib. 11. facilius tamen
13 inducitur qualitatis repetitio, † quando adest
eadem ratio, & quando sequeretur absurdum,
Idem Menoch. in cons 111. Tria sunt huius num.
11. & 12. hoc eodem libro, & in consil. 585. De
prima proposita numero septimo, & prius num.
2. libro sexto dicit, quòd ista repetitio qualitatis
inducitur ex præsumpta mente testatoris, & in
cons. 152. Respondendum videbatur nu. 31. libr.
hoc eodem inquit Menoch. quod qualitas adie-
cta dispositioni transfertur cum ipsa dispositio-
ne, Adde Albam in cons. 234. Præsuppositis re-
gulis generalibus, numer. 20. lib. 1. faciunt ibi
notata per Apostillatorem in verbo repetitio.
Rol. Cau.

Numero 66.

Ibi (itá etiam in similibus, in casibus responde
runt,) vide Beronm in consil. 120. Et si super du-
bitationibus, num. 2. lib. 2. Rol. Cau.

Numero 68.

Ibi (ab æqualitate seruanda) hoc idem dixit
Alba in citato consilio 234. nu. 25. Dùm inquit
repetitionem qualitatis induci, ob æqualitatem
24 † seruandam, inter multos extraneos per testa-
torem vocatos. Post Decian. in consil. 80. visis
duobus consilijs, versic. octauo, & vltimo, & loqt
Alba in terminis repetitę qualitatis in secunda
institutione plures cumulat. Ibidem apostillator
in verbo æqualitas. R.C.

Numero 70.

Ibi (quando vnum subrogatur loco alterius,
15 qualitas censetur in subrogatũ † repetita,) hac
eadem argumentatione vtitur, Alba. in iam ci-
tato cons. 234. nu. 9. & 15. vbi dictum hoc ꝓbat
ex eo, quod subrogatum, quid censetur, cum om-
nibus suis qualitatibus, clausulis, & conditionib.
ex tritissima iuris regula, vltra quam in propo-
sito allegar textum in l. cum seruus in principio.
ff. de condit. institut. quem omisit allegare
Menoch. & eundem textum puto, eo fortius strin
gere, quo repetitionem ibidem inducit de cõdit.
16 instit. † ad legatum, & de conditione posita in
17 testamento † ad repetitionem subauditam in
codicillis, additur etiam textus in l. latinus in si
ff. de legat. 2. Rol. Cauagn.

Numero 73.

18 Quòd qualitas, & conditio adiecta † institu-
tioni non censeatur repetita in substitutione de-
fendit Menoch. in cons. 740. de prima proposita
dubitatione, numer. 4. & seqq. & in consil. 760.
Respondendum est huc in causa, nu. 1. R. C.

Numero 83.

Ibi (de qualitate posita in vna parte contract.
quæ non censetur regulariter repetita in altera)
19 contra hanc regulam facit, quando vnus † con-
tractus est subrogatus in locum alterius, in quo
fuerit apposita qualitas, quia tunc virtute subro-
gationis, etiam in diuersis contractibus diuerso
tempore factis, fit repetitio qualitatis, sic post

Dec. in conf. 90. & in conf. 83. voluit Alba Mandellus in sæpius allegato consil. 234. numero 9. Rol. Cauagnol.

Ad Consilium 118. Et si existimo acutissimis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor possidens pignus, quod ius habeat in eo.*
2 *Ammissio pignoris, cuius periculo cedat.*
3 *Res deteriorata penes Hæbreum, qui eam in pignus acceperit, an debeat per eum reffici.*
4 *Pignoris deterioratia, cuius periculo obuenisse credatur.*
5 *Creditor, qui rem pignori acceperit, an teneatur de periculo, & casu fortuito.*
6 *Creditor, qui argentum pignori datũ sine suo vitio prodiderit, an cogatur restituere.*
7 *Creditor cuius culpa pignus deterioratum fuit, tenetur ad emendationem damni.*
8 *Iudæus tenetur emendare damnum datum in pignoribus a tineis, vel alio modo.*
9 *Fæneratores minus diligenter custodientes pignora sunt in leui culpa.*
10 *Creditor possidens pignora, an teneatur de leuissima culpa.*
11 *Bursatus in cons. 53. num. 35. lib. 1. perpenditur, & declaratur.*
12 *Conductor, an. & quando teneatur de leuissima culpa.*
13 *Conductor, qui promisserit non deglabrare arbores, non tenetur si ab alio fuerit deglabrata.*
14 *Custos qui mercedem habuit, tenetur de leuissima culpa.*
15 *Custos, qui permisit captiuum sibi consignatum aufugere punitur etiam de leuissima.*
16 *Hebrei Fæneratores tenentur pro pignoribus deterioratis etiam de leuissima.*
17 *Hebrei Fæneratores non debent esse melioris conditionis quàm sint nautæ capones, & stabularij.*
18 *Nautæ caupones, & stabularij tenentur pro receptis &c de leuissima.*
19 *Culpa lata leuis, & leuissima, quæ sint.*
20 *Culpa lata, dicitur esse dolus.*
21 *Culpa intelligitur, tam in faciendo, quam in negligendo.*
22 *Culpa committitur tribus modis.*
23 *Culpa leuis in societate, qua nam dicatur.*
24 *Culpæ mentio, vbi sit intelligitur de leui.*
25 *Culpa leuissima, quando contrahatur.*
26 *Culpa in ommittendo, quando lata sit, & dolo æquiparetur.*
27 *Dolus, & lata culpa tantum venit in contractibus, qui celebrantur gratia dantis tantum.*
28 *Culpa leuis, & leuissima venit in contractibus, qui fiunt gratia accipientis tantum.*
29 *Culpa lata, & leuis venit in contractibus, qui celebrãtur gratia vtriusq;.*
30 *De casu, quando quis teneatur.*
31 *Cõtractus quomodo cognoscatur, quòd sit celebratus gratia vtriusq;.*
32 *Culpæ ascribitur tenere in domo, vbi sit ignis ea, quæ solent teneri condita in horreis.*
33 *Faciens consueta excusatur à culpa.*
34 *Faciens ea, quæ fieri consueta non sunt culpam incurrit.*
35 *Culpa non præsumitur.*
36 *Culpam allegans tenetur probare.*
37 *Culpa, & negligentiæ probatio debet esse certa.*
38 *Iniquum est, quod quis alterius causa damnum sentiat.*

Numero primo.



RO materia præsentis consulta-
tionis, si quæsieris quænam iura
habeat, & ad quid teneatur cre-
1 ditor, qui possidet † Pignus. Vi-
de Hartman. de Hartman. cap.
2. in titulo de creditoribus lib.
2. quid vbi debitor tradiderit rem suo credito-
ri non vt illi ex causa pignoris esset obligata, sed
vt creditor eam creditori suo pignoraret, cui nã
2 rei illius † ammissio, sine culpa imputari possit,
Vide Beroum, quæst. 123. In terminis tamen præ
sentis casus extat elegans consil. Abbatis 82. Il-
lud de iure queritur lib. 2. Vbi loquitur de reb.
3 deterioratis penes Hebreũ † qui eas in pignus
acceperit vbi substantialiter habes. Ea fundamẽ-
ta quibus hoc loco principaliter insistit Meno-
chius licèt eum alleget tantum in articulo, eu-
4 ius culpa † præsumatur, quòd euenerit deterio
ratio. In principali aũt conclusione dicas regu
lam esse creditorem, q rem pignori acceperit nõ
5 teneri de periculo, † casu fortuito ipsius rei, sed
solum debitorem, qui rem tradidit ex l. 2. l. quæ
fortuitis l. si creditor l. si nullam, & leg. creditor
de pignoratitia actione l. si seruos ff. eod. & §.
fin. institut. quibus mod. re contr. oblig. quod
dictum probat Abbas in citato cons. 82. In prin-
cipio Berous in cons. 165. Quid iuris sit in causa
lib. 1. nu 18. idem Menoch. in cons. 353. Existi
mo equidem clarissimum nu. 1. lib. 4. vbi credi-
tor, qui argentum pignori datum sine suo vitio
6 † perdiderit non cogitur restituere, vbi tamen
7 pignora aliquo vitio creditoris deteriorata †
fuerint, & deuastata creditor qui ea habuit pe-
nes se tenetur emendare damnum sic not. Hippo
lit. de Marsilijs in tractatu de fideiussoribus nu.
8 298. & 299. Vbi in proposito dicit iudeum †
teneri ad emendationem damni dati in pigno-
ribus a tineis, vel alio modo, & citat ad hoc pro-
positum multas auctoritates, & iura contra fæne-
ratores, qui res pignoratas minus diligenter ex-
9 cutiunt ab ipsis tineis, † & sunt in leui culpa, &
per consequens tenentur l. si vt certo §. nunc vi-
dendum ff. commodati Ias. in l. prima qui satis-
dare cogantur. Rol. Cauagn.

Numero 3.

Dicit hoc loco Menochius creditorem teneri
10 † de leuissima culpa, sed contrarium voluit.
Abbas in iam citato cons. 82. vbi de lata tantum
culpa, & dolo tenetur, non autem de leuissima.
11 Nec Bursatus † quem allegat Menoch. in cons.
53. Nobilis D. Iulius Maynoldus num. 35 lib. 1.
dicit id ad quod citatur. Quinimo facit conclu-
sionem in contrarium, vt patet ibi respondeo,
quòd immo regulariter tenetur de culpa lata, &
leui tantum, licet secus de leuissima, & adducit
Ias. in cons. 116. in causa mota per D. Iacobum
lib. 1. Et licet subdat quod in suo casu conductor
12 teneatur † de leuissima, illud inquit contigisse
ex eo, quòd ibi assumpserat onus custodiendi
arbores, vndè quæ ex sui natura potuit esse leuis-
sima culpa, maior effecta fuit ob promissionem
quæ fuit explicitè facta aduersus quam veniens
dicitur grauiter errare, quia fidem fefellit, sed
ista qualitas non alterat regulam in illis casibus
in quibus non consideratur. Hine dixi cõducto-
13 rem † qui promisserit non deglabrare arbores,

non

non teneri si per alterum fuerint deglabratæ, vt
latiùs continetur in Decisione mea 95. in causa
obiecti defectus per totam lib. 2. Hinc minus re-
ctè concludit Menoch. in proposito, & huic meæ
considerationi fauet conclusio Ioseph Ludouici
Decisione Lucensi. 10. qui dicit Custodem, qui
14 habuit mercedem † teneri de leuissima culpa,
secus si eam non habuit, & ita vidi obseruatum
15 nouissimis diebus contra † Custodem, qui per-
misserat sibi consignatũ captiuum aufugere, Ego
verò, vt & hoc casu meũ qualecumq; fuerit iudi-
cium interponã puto huiusmodi feneratores hæ-
16 breos, teneri etiam † de leuissima quicquid cæ-
teri in contrarium dixerint, ratio est, quia hoc
17 genus hominum non † debet esse melioris con-
ditionis, quã sint Nautæ Caupones, & stabularij,
18 qui pro receptis per eos tenẽtur † etiam de læ-
uissima culpa, vt est textus in l. tertia. §. ait Præ-
tor. ff. Nautę, Caupon. & stabular. de qua te latius
in meo Theatro crim. sub titulo de Iudeis. Rol.
Cauig.

Eodem numero, dũm dicitur hic de dolo, lata,
leui, & leuissima culpa. si volueris scire quomodo
19 ista species culparum in subiecta † materia in-
telligatur, plenè discutit Abbas in sæpè citato
consil. 82. Menoch. autem in consil. 214. iuri, &
æquitati numer. 84. libr. 3. inquit latam culpam
esse, quandam qualitatem, quæ adijcitur, mate-
riæ principali, item culpam latam esse negligere
officium suum, notat idem Menoch. in cõs. 1194.
iudicium, quod Reg. Fiscus, num. 17. & 18. li. 12.
20 vbi similiter ait † latam culpam esse dolum, &
ibidem num. 30. dicit latam culpam esse in eo,
qui non est artis suæ. diligens obseruator, facit d.
decis. Lucens. Ioseph Ludouic. 10. num. 10. intel-
21 ligitur autem culpa, tàm in faciendo, quàm † in
negligendo, & de illa quilibet tenetur secundum
naturam contractus. Bartol. in l. si seruum. ff. de
verbor. obligat. vndè benè dicitur, quòd tribus
22 modis culpa † committitur, Primò si non fece-
rit, quod diligens fecisset. Secundò si contra pa-
ctionem fecerit, Tertiò si fuerit in mora. Rota
Genuæ decis. 205. Coram Rota Gregorius, cul-
pa verò leuis est, non prouidisse, quod à diligenti
prouideri potuit, Menoch. in cons. 645. cũ præ-
stantissimis causæ, nu. 5. & 11. vbi notat quando
similis culpa committi dicatur, ad quod propo-
situm facit l. Socius. 73. ff. pro socio, vbi dicitur in
23 societate † leuem culpam esse, non adhibere
eam diligentiam, quam in suis adhibere solitus
erat socius de tempore societatis, vbi autem fit
4 mentio culpæ † leuis intelligitur Maranta in
tit. an sit iudiciũ ciuile, vel criminale distinct. 1.
25 num. 88. Leuissima autem culpa † est non face-
re, id quod diligentissimus Pater familias face-
ret Bartol. in l. in rebus ff. commod. verùm, quia
superius dictum fuit culpam committi, nedum
in ommittendo, verùm etiam, & in faciendo, p
eo, quod ad ommissionem pertinet, ad negligen-
26 tiam refertur, quæ si magna fuerit latam † cul-
pam arguit, & dolo æquiparatur, vt not. Guid.
Pap. quæst. 473. Negligentia alia magna, vbi
manifestam negligentiam declarat, eã quę ex eui
dentia rei deducitur. Pro conclusione autem, &
regula ad cognoscendum, an, & quando quis te-
neatur de dolo, lata culpa leui, & leuissima con-
stituas conclusionem, quod in contractibus, qui
27 celebrantur † gratia dantis tãtum, venit dolus,
& lata culpa. In his, qui gratia accipientis, venit
28 leuis, & leuissima culpa in aliis, qui gratia vtri-
29 usq;, vt in pignore de quo agit præsens consul-
tatio Menochij, venit lata, & læuis. De casu aũt
quis non tenetur, nisi conuentio æstimatio, & cul-
30 pa † præcesserint, vel quid aliud illum casum
inducat, l. si vt certo §. nunc videamus. ff. cõmod.
31 l. si gratuitum. §. si margaritas. ff. de præscript.
verb. & si volueris cognoscere, cuius gratia †
contractus fuerit celebratus. Principale negotiũ
intueare, Bart. in l. Rogasti, nu. 4. ff. si cert. petat.
& in d. §. si Margaritas. R. C.

Numero 15.

Ibi (hæbreum hunc reposuisse aulæas illas in
loco minus apto, & idoneo,) facit dictum Petri
de Rauenna, in singulari. 119. Ascribitur culpæ,
32 vbi ascribitur culpæ, tenere † in domo, vbi fit
ignis, ea quæ condita teneri debent in horreis, ad
33 idem refertur, quod sicuti faciens † consueta
fieri, excusatur a culpa, ita, & è contra, qui non
34 facit fieri consueta † culpam incurrit. l. pignus.
C. de pignorat act. Aretinus in consil. 38. Primò
an dicta Elena, Alex. in consil. 109. visis, & vt op
portet consideratis, libro. 1. Rol. Cauagnol.

Eodem num. ibi (non probauerant aliquid, é
quo culpa posset dici commissa,) quòd culpa nõ
35 præsumatur † nisi probetur, scribit Afflict. de-
cis. 13. vertitur dubium ex quo numero. 17. &
18. Crauetta consil. 8. Aymo leyrandi portitor.
36 num. 20. libr. 1. Hinc probanda est ab eo † qui
illum proponit Capella Tholosana, quęst 346.
item fuit quæsitum, Crauett. in consil. 151. Ne-
minem existimam vellem, lib. 1. & in cons. 318.
In causa Illust. D. Io. Antonij, numero. 15. libr. 2.
Bartol. in l. 4. Cod. de piguor. act. Rot. Genuæ,
decis. 56. Hieronymum Bazurtum, nume. 6. facit
consilium Bartol. 193. commune Lucignani Lo-
cauita, libr. 1. vbi dicitur, quod culpæ, & negli-
37 gentiæ probatis † debet esse certa. R. C.

Eodem numero, versic. secunda est dubitatio,
ibi ita scripserunt in terminis, Bald. in leg. quæ
fortuitis, num. 12. vers. & pone exemplis, C. de
pign. action. Iac. Menoch.

Num. 24. & 25.

Ad id quod dicitur damnum refici opportere.
Adde Menocb. in cons. 244. Cum rogatus sim, ac
summis exoratus, num. 46. libro. 3. vbi ait iniquũ
38 esse, † quod quis alterius causa damnum sen-
tiat. Rol. Cau.

Ad Consil. 119. Non leui studio, & diligentia.

SVMMARIVM.

1 *Conductor impeditus exigere vectigal potest prætendere remissionem.*

2 *Conductor superficiei nõ tenetur ad aliquam pensionem.*

3 *Conductori fit remissio, si fuerit impeditus colligere fructus.*

4 *Locator, quomodo teneatur, si facto ipsius fuerit impeditus, conductor in re conducta.*

5 *Conductor, an retineat rem pro expensis.*

6 *Conductor, an retineat bona pro obseruantia contractus.*

7 *Conductor, ad longum tempus, an retineat vtile dominiũ pro impensis.*

8 *Conductor habens hyppothecam, an retineat bona pro suo interesse.*

9 *Suc-*

9 *Successor singularis, an teneatur stare colono.*
10 *Exceptio competens principali porrigitur ad fideiussor.*
11 *Exceptio cohærens personæ competens principali non datur fideiussori.*
12 *Fideiussoris obligatio est accessoria ad obligationem principalis.*
13 *Pactum liberatorium principalis, an porrigatur ad fideiussorem.*
14 *Principalis potest pacisci fideiussori.*
15 *Pactum de non petendo competens principali, an, & quando competat fideiussori.*
16 *Transactio facta cum principali, an prosit fideiussori.*
37 *Fideiussor eius, qui non potest conueniri, nisi in quantum facere potest, an iuuetur eadem exceptione.*
38 *Fideiussoris obligatio esto, quod sit principaliter dicitur tamen accessoria declara num. 19. & 20.*
21 *Fideiussio facta in plus quam principalis sit obligatus, an corruat.*
22 *Fideiussor obligatus de dando, quic quid titium dare cõstiterit intelligitur titio viuente.*
23 *Mutatio personæ nouum debitorem facit.*
24 *Fideiussor non obligatur sine nouo consensu.*
25 *Stipulatio requiritur in obligatione fideiussoris.*
26 *Fideiussoris obligatio trahitur ad personam extrinsecam.*
27 *Scripta institorum, & negotiorum gestorum, an, et quãdo obligent dominum.*

Numero primo.



Bi, (nam ex quo impeditus fuit
1 exigere † suum vectigal conue-
niri is non potest ad præstationẽ
pensionis,) in hac eadem causa,
& hoc eodem argumento vsus est
idem Menochius in cons. 246. Cũ
veritas (teste philosophorum Principe, lib. 3. ad-
de, quod hoc idem voluit Vincentius Caroc. in
in tract. locat. & in cond. de super infra quęst. 15.
2 vbi conductor † superficiei non tenetur ad aliq̃
pensionem si superficies destruatur, & in titul. de
remissione mercedis, quæst. 8. nu. 21. conductori
3 fit remissio, si fuit † impeditus fructibus colli-
gere. Idem Auctor in parte 4. de remissione
merced. conclus. 14. num. 66. vbi conductori fit
remissio, si in primo anno contingit damnum, q
affert ruinam in seqq. annis, Socin. cons. 88.
colum. fi. volum. primo, Bosl. de remiss. merced.
conduct. nu. 45. Reliqua alia in subiecta materia
locationis vectigalium, vide not. per Menoch. in
consil. 27. Rigorosis, atq; duris, libr. 1. & quæ ibi
dixi in obseruat. meis. Rol. Cauag.

Numero 2.

4 Ibi, (qui facto ipsius locatoris † proueniunt)
faciunt, quæ dixi ad d. Consil. Menochij 27. nu.
13. Rol. Cau.

Numero 3.

Ibi (multò fortiùs conceditur retentio) de cõ-
5 ductore retinenre rem † pro expensis. Verba
facit Menoch. de recup. rem. 11. n. 20. quem citat,
& probat Io. Petrus Moliguatus de retentione, q.
19. conductor, qui pensionem, & an possit con-
6 ductor retinere bona † pro obseruantia con-
tractus, vide eundem quęst. 88. an conductor, cui
locator, & de conductore ad longum tempus re-
7 tinenre † vtile dominiũ pro impensis, vide eun
dem quæst. 134. Conductor ad longum tempus.
Item, an conductor habens hyppothecam passus
8 vim in re conducta † possit iure hyppothecę re-
tinere pro interesse suo, & pœna, vide eundem
Molignatum quæst. 119 conductor habens, vbi
9 examinat articulum an, & quando singularis †
successor teneatur stare colono. Rol. Cau.

Numero 4.

Ibi, (ita etiam tuetur Dñum Valentinum eius
fideiussorem cum sit exceptio realis, vel saltem
mixta.) vera est hæc iuris conclusio, quòd excep
10 tio cõpetens principali † porrigitur ad fideius-
sorem contra creditorem, nisi cohæreat exceptio
11 personæ † ipsius principalis. Bart. in leg. 3. C.
de vsur. rei iudicatæ facit l. exceptiones, & l. oẽs
ff. de exception. & ibi Bart. quæst. 2. nu. 15. Vide
l. si is qui. ff. si quis caution. & l. Nesennius. ff. de
12 re iudic. cum .n. fideiussoris obligatio † sit ac-
cessoria ad obligationem principalis. Sequitur, q
si obligatio tollatur, accessoria fideiussorum, &
13 pactum liberatorium † principalis proderit fi-
deiussori. Francis. Marc. quæstion. 537. Queritur,
an prononationem, nnmet. quarto, & 5. li. primo
glos. in l. fin. ff. de pact. & resciso principali, re-
scinditur accessorium, licèt secùs sit contrà leg. si
cum. §. labeo. De eo, quòd met. causa. Hinc per
leg. si vnus. §. si cum reo. ff. de pact. dicitur, quòd
exceptio pacti porrigitur ad fideiussores. Laren,
quatenus competit principali. Quinimò princi-
14 palis potest † pacisci fideiussori, hinc pactum
15 de non petendo factum † reo prodest fideiussori,
quod tamen intelligas si fideiussor soluendo ha-
beret contra reum mandati actionem ad repeten
dum, aliàs secùs, vt puta si donandi causa inter-
cesserit, quia tùnc pactum principalis nõ prodest
fideiussori, quia cessat ratio, qua introductũ fuit,
leg. Quod dictum. ff. de Pact. vnde non sem-
per exceptio competens, principali competit
fideiussori, quod etiam habet locum, vbi maior
pars creditorum fecit pactum de non petendo
hæredi futuro debitoris, nisi certam partem sum
mæ debitæ, quia tunc tale pactum non prodest
fideiussoribus, quia tunc tale pactum dicitur co-
hærere personę, vt superiꝰ dictum fuit. Matthesil.
singulari 104. Nota casu pulchrum, & Franciscus
Cremensis singul. 22. vnus textus me fecit aliàs
16 hinc ad regulam redeundo, transactio † facta cũ
principali prodest fideiussori etiã condemnato. l.
& post. §. si fideiussor. ff. de transact. Hinc fide-
iussor debitoris, qui non pôt condemnari, nisi in
17 quantum † facere potest, eadem exceptione
iuuatur, quando fideiussore conuento comparet
dominus, & opponit hanc exceptionem Bart. in
leg. & si fideiussor. ff. de re iudic. Hinc fideiussor
poterit soluere de substantia debitoris principa-
lis. Bart. in auth. si captiui. Cod. de Episcop. &
Cleric. in. §. si vnum authen. vt cum de appell.
cognosc. & in l. si procuratorem. §. si ignoras. ff.
mãdati, Gaspar Caball. milleloquio 388. Frãc.
Marc. quęst. 583. Quæritur, an venditor teneatur
numero 4. parte pri. quod verum puto, etiamsi
18 fideiussor æquè principaliter obligatur, † quia
per hoc non restat, quominus obligatio dicatur
accessoria, & teneatur vt fideiussor Petrus de Ra-
uenna, singul. 200. an fideiussor qui constituit, &
Puteus decis. 512. eadem die x. Ianuarii, num. 3.
lib. 2. quando tamen constat euidenter de volun
tate fideiussoris, volentis se obligare, quãuis prin
cipalis obligatio non teneret, an teneat contra-
ctus fideiussionis, vide Iosephum Ludouic decis.
Perusina 27. Melchior Crisalda de Perusia, p. 1.
vbi

19 vbi tenet, quod non, sed † pro validitate obli-
gationis fideiussoriæ, scribit Natta in consl. 262.
Reddidi superioribus mensibus, num. 14. lib. 2.
vbi loquitur de fideiussore, qui se principalem
constituit, & iurauit in præsenti tamen quæstione
20 memini vidisse, quandam distinctionem, † quę
est aut lex resistit contractui, & nulla tùnc est obli
gatio, aut nó assistit, & tùnc valet pro solutione
tamen, & faciliori intelligentia videas notata p
Sfortiam Oddum, in cons. 41. factum sic propo-
nitur per totum, vbi loquitur de fideiussore dato
in alienatione rei dotalis, & hęc est materia. leg.
Græcè. §. illud. ff. de fideiuss. vbi dicitur, q fide-
21 iussio deficit omnino, si fuit in plus, † q̃ prin-
cipalis sit obligatus pro cuius limitatione, vide
notata per Ioseph. Ludouic. decif. Perus. 57. Ca-
rolus de Plagario, par. 1. Capur aquens. decisione
315. Pensio erat reseruatæ, parte 2. Francis. Cre-
mens. singular. 42. Tuscis, quód si fideiussor, Ias.
de action. §. Item si quis pustulante, nu. 14 Ga-
spar. Caball. Milleloq. 250. Quód Paulus Bald.
Alex. reliqua videas ad eandem. leg. Græcè in §.
illud. Ad eas tamen fallentias, Addo pro constan
ti, q in eo in quo datur obligatio fideiussoris in
plusquam sit obligatio principalis, qui fuit fide-
iussor, non dicitur. vt fideiussor conueniri, sed vt
quidam principalis. R.C.

Numero 8. & 9.

Dùm hoc loco dicitur, quód qui fideiubet da-
re quicquid titium dare constitisset, promisisse
22 solùm † de eo intelligitur, quód viuente titio
constiterit. Adde, quód ita passim audio obser-
uari per Regium Ducalem Magistratum Reddi-
tuum Ordinariorum Status Mediolani, & pręser-
tim mensibus elapsis in vna causa cassinarum.
Rationem adducit Menochius in d. cousil. 246.
lib. 3. nu. 7. & infra, vsq; ad numer. 13. quia mu-
23 tatio personæ, nouum † debitorem facit, p quo
24 non dicitur obligatus fideiussor sine nouo † ip-
25 sius consensu, cum enim stipulatio requiratur †
in obligatione fideiussoris. l. blanditus. Cod. de
26 fideiuss. nec iam facta trahatur † ad personam
extrinsecam leg. si ita stipulatus Grisogonus. ff.
de verborum obligat. sequitur iam factam obli-
gationem euanescere. R. C.

Numero 12.

Ibi, (quandu specificè à Domino fuit præpo-
situs,) quód scripta ab institoribus, vel negotio-
27 rum † gestorib. de mandato domini, eum obli-
gent notat Tiberius Decianus in consil. 16. Pri-
mo ergo quæritur numero 46. libr. 3. reliqua de
institorib⁹, vide infrà ad consiliũ Menochij 246.
lib. 3. & infra ad consilium sequens. R. C.

Ad Consilium 120. Quæ mea fuit iam satis pridem.

SVMMARIVM.

1 *Verisimile non est, quod quis negligat exactionem ve-ctigalis.*
2 *Verisimile non est, quod quis inscio domino exigat pecu-niam ad se non pertinentem.*
3 *Nemo præsumitur iactare suum.*
4 *Gesta per socium præsumantur gesta per omnes socios.*
5 *Mandatum tacitum, an inducatur ex taciturnitate, & patientia.*
6 *Institor, an præsumatur præpositus ex sola patientia.*
7 *Scire, & scire debere quantum ad obligationem paria sunt.*
8 *Ignorantia crassa, & suppina non excusat.*
9 *Exceptio ignorantię quandoq; magis aggrauat.*
10 *Emens, aut conducens vectigalia, an possit pretendere remissionem pensionis.*
11 *Conductor, an teneatur stare locationi ob bellum sub ortum.*
12 *Dominus non obligatur, pro facto institoris, nisi fuerit ab eo præpositus.*
13 *Dominus non tenetur pro facto institoris, nisi eo modo, quo tenetur Dominus ex facto sui procuratoris.*
14 *Dominus, an teneatur ex delicto familiæ.*
15 *Dominus non tenetur ex facto procuratoris, qui manda-tum excesserit.*
16 *Pater, an teneatur ex contractu filij, & num. 17.*
18 *Filius administrans bona patris ipso sciente obligat pa-trem.*
19 *Fideiussor conductoris non obligatur pro tacita condu-ctione.*
20 *Marsil. in rubr. de fideiussoribus, quęst. 9. nu 97. repro-batur.*
21 *Forma, an dicatur mutata, ob mutationem personæ.*

Numero primo.


Æc consultatio est in eadem cau-
sa, in qua fuit præcedens, & est ea
quę legitur, infra in consil. 246.
Cùm veritas teste Philosophor.
Principe, lib. 2. Proindè pro ma-
teria in his, quę desunt hic recur-
ras ad illud consilium, & ibidem notata. R.C.

Numero 2. vsq; ad num. 11.

Multum laborat Menochius, ad inducendum
ignorantiam vnius ex socijs, & conductorib⁹, sed
incassum pro mea sententia, quia omnis verisi-
militudo stat pro scientia, ne incidamus in id, q
ad fatuitatem pertineret, quód nullus fuisset de-
putatus ad exactionem vectigalis, nec est verisi-
1 mile, quód † quis negligat exactionem, & eam
permittat in sinistrum abire, vel q inscio Dño
2 quis † exigat pecunias, quæ ad ipsum pertinẽt,
3 quia nemo præsumitur iactare † suum l. cum de
indebito ff. de probat. Hinc sicuti gesta p vnũ ex
4 socijs præsumuntur gesta de voluntate † omniũ
ita ex eis cœteri omnes videntur obligari, nãq;
ex taciturnitate, & patientia eorum saltem taci-
5 tum mandatum † inducitur, quia nun apparet
de aliqua contradictione, & contraria protesta-
tione. l. prim. §. scientiam. ff. de tributoria actio-
ne. Bartol. in l. fin. ff. Quod cum eo. in l. 1. §. ma-
gistrum, & 2. ff. de exercit. act. & in l. quicumque
ff. de institor. act. Alba in consil. 744. Pro discus-
sione præsentis casus, num. 2. & 3. libr. 4. vbi alias
auctoritates adducit, quibus addo tex. in l. titia-
nus primus, & ibi Bart. ff. quod cum eo, vbi dici-
tur, q ex sola patientia, videtur quis institorem
6 † præposuisse, facit etiam lex. 1. in §. prim. ff. de
exercit. act. cuius dispositio licet, videatur ample
cti materiam exercitoriæ actionis, habet nihilo-
minus etiam locum in institoria, vt docet Capite-
aquensis decis. 94. Institor potest detendere, nu.
4. parte 2. post Bart. & Alex. ac Afflict. in decis.
64. quos allegat, faciunt isto casu, ea quæ dicunt
de domini obligat. pro gestis ab eis, quos prohi-
bere potuerat, vt post Roman. & Ias. in leg de pu-
pillo. §. si quis ipsi Prætori. ff. de noui oper. nun-
ciat, dicit idem Menoch. in iam citato cons. 246.
nu.

nu.70.& sequentibus, lib.3. Rursus aduersus hoc loco deductam ignorantiam per Menochium facere videtur illa paremia iuris per quam dicim' 7 scire,& scite debere † quãtum ad obligationem paria censeri. l. quod te, & ibi glos. & scribentes ff. si certum petatur, & l. si quis inficiatus. ff. de positi, vnde non attenditur, quod ad præsens nolucrit scire, quia pro sciente habetur, Bald. in leg. quod contra Cod. de incest. nupt. Hinc vbi standum sit in exceptione ignorantiæ, per eam non datur ex-8 cusatio, quia supina nimis, & crassa † fuerit, quæ non excusat. Quinimò magis aggrauat, nempè quod id scire, aut præuidere potuisset, si aut voluisset, aut si non obstante inertia omnino libuisset, vndè potuisset obijci, quòd in sactis paginis habetur Psal. 35. Noluit intelligere, vt benè ageret. Hinc benè dicitur, quòd exceptio ignorantiæ in simili-9 bus † magis aggrauat, quia non datur ignorantia in eis, qui scire nolunt. R. C.

Numero 15.

Ibi (locum non esse remissioni alicuius pensionis,) an emens, vel conducens vectigalia posfit 10 prætendere † remissionem pensionis, ex eo, quod casus in solitos emisse, & conduxisse dicatur, vide quę dixi supra ad Menoch. consil. 27. Rigorosis, atq; duris, lib. 1. num, 1. & seqq. Rol. Cau.

Numero 16.

Ibi (cum sua causa, & culpa hoc damnum ei obuenerit) ad istam materiam pertinent ea quæ dixi in obseruationibus ad dict. Menochij consil. 27. ad nu. 32. lib. 1. Rol. Cauag.

Numero 19.

Dicas etiam non teneri conductorem stare 11 conductioni ob Bellum † prout latè scripsi in Decisione mea Consult. 83. contentio iudiciaria, lib. 2. Rol. Cau.

Numero 25.

Ibi (nam dominus non obligatur facto institoris † nisi in eo in quo ille fuit præpositus.) adde 12 Rotam Genuæ. 12. Gabriel Caluus, & Carolus, num. 12. facit etiam in proposito, ex contractu institoris, sic conuenitur dominus, vt ex contra-13 ctu † procuratoris solet conueniri mandans, qui proindè sicuti non potest censeri obligatus, nisi in eam causam in qua fuerit procurator constitutus ita, & dominus ex facto institoris in ea causa in qua fuit propositus, glos. in l. si institorem seruum ff. si cert. petat. hùc etiam pertinent ea, quæ dicit Bartol. in l. Ne quod ex naufragijs. ff. de incend. Ruin. & Naufrag. in l. 1. §. familiæ. ff. de public. & vectigal. Berous. quæstion. 39. & Hartman. de Hartman. in cap. 5. Ad tit. Miscellan. lib. 1. quod 14 Domin' tenetur ex delicto † familiæ delinquentis circa officium sibi à Domino commissum, & non circa alia, seu in his, in quibus eorum opera vtebatur. Pro materia, vide Afflictum decis. 82. Dubitatur an Dominus nauis. R.C.

Numero 26.

Ad id, quod dicitur Dominum obligari ex fa-15 cto procuratoris sui, qui excesserit † fines mandati, quando sciens illi non contradicit, vide, quę dixi in Decisione mea Consultiua 33. Confusa quidem moles, num 69. libr. 1. vbi plura ad excusationem Domini adducuntur. R.C.

Numero 27.

Ibi (si Pater permittit filium suum negotiari,) 16 quando Pater teneatur ex contractu † filij, Vide Marantam, parte. 4. distinct. 11. iudiciali nu. 22. & 22. quòd autem Pater, vel eius hæres teneatur 17 pro debitis per filium contractis † si permiserit filio negotiari ipso patre sciente, vel etiam administrãdo bona patris in domo, vel aliter quia 18 tùnc præsumatur tacitum † mandatum præcessisse, notat Afflict. decis. 208. Minor adultus non habens. Rol. Cau.

Numero 28.

Ibi (sibi præiudicat,) hoc dictũ probaui supra in iam dicto consil. Menochij. 27. ad numer. 32. Rol. Cau.

Numero 29.

Ibi (non tenetur pro secunda renouata) Vete-19 est conclusio iuris, quod conductoris fideiussor † pro tacita reconductione non obligatur, nisi similiter eius consensus adueniat Marsilius autem in Rubrica de fideiussor. quæst. 9. numer. 97. vult fideiussorem teneri pro prima reconductione tacita si post finitum tempus in locatione expressum conductor perseuerauerit, sed hanc Marsilij 20 traditionem † improbat. Flaminius Cartarius, decis. Rot. exequutiua casus Genuæ. 13. Propositum fuit, an fideiussor per totum, vbi contra Marsilium fuisse decisum testatur, & plures auctoritates citat, quæ hic non referuntur, hæc, & plura alia in ista materia, vide per me notata in Anatomia iuris ad l. Item quęritur. §. qui impleto. ff. de locat. quæ sedes est propria istius conclusionis. Rol. Cau.

Eodem numero, ibi (ex quo mutatæ fuerunt personæ exactorum vectigalis,) hoc idem voluit Socinus Senior in cons. 62. visis conuentione. & cũ conuention. in num. 23. libr. 4. & Menoch in citato cons. 246. quod fuit in eadem causa, quem probat Cartarius in allegat. decis. 13. nu. 7. 8. & 9. Rol. Cau.

Eodem numero, ibi (dixi in responso hac de causa reddito) adde, quod est responsum præcedens cui simile est illud cons. 246. cuius iam memini-21 mus posset etiam dici per mutationem † personæ, mutati quodãmodo antiquam formam exactionis vectigalium, quod non permittitur per ea quę notat idem Menochius in cons. 189. Quatuor propositis dubitationibus numero primo. Rol. Cauagnol.

Numero 35.

Dubitationem, quam hoc loco proponit Menochius, haud rectè dissoluit sub prætextu erroris, quem deducit ex eo, quòd Valentinus non potuerit sublocare, quia in consultatione facta pro Valentino per eundem Menochium supponitur, quod is fuerit dominus, & partem in contractu habuerit cùm Aliprando, vt patet in ea parte præsertim, in qua fit mẽtio litterarum eiusdem Aliprandi sub numero 4. & excusationes, quæ deducuntur ad releuandum valentinum à gestis per institores, id ipsum arguunt, quod muuus illud spectaret ad eundem Valentinum. R.C.

Ad Consil. 121. Et si cum in causis diffiniendis.

SVMMARIVM.

1 *Iura quando soleant allegari per consulentes.*
2 *Iudex non debet moueri, nisi solis rationibus.*
3 *Io. Andreas non solebat cedere, nisi tunc demum cum ratio vrgeret.*

4 Non

4 *Non est in practica recipiendum, id quod lege non cauetur.*
5 *Socio non licet alterare societatem admittendo alterum socium.*
6 *Socio non licet mittere maiorem summam in societate inuito socio, & num. 34.*
7 *Argumentum à persona ad res valet.*
8 *Societas, an possit censeri deterior ex eo, quod socius maiorem summā immiserit, & quomodo, & n. 9. & 10.*
11 *Deterioratio societatis consideratur, etiam ex maiori quantitate mercium.*
12 *Pretium vilius est vbi maior est copia mercium.*
13 *Socius nouus quare admitti prohibeatur in societate inuito socio.*
14 *Lex, qui admittitur. ff. pro socio perpenditur, & declaratur.*
15 *Socio inita societate non licet suo nomine agere amplia num. 16.*
17 *Quod tibi non nocet, & alteri prodest de facili concedendum est.*
18 *Taxatiua dispositio, an excludat ea, quæ sunt consuetudinis.*
19 *Taxatiua dictio, an soleat restringere contractum.*
20 *Bart. in l. viros C. de diuers. off. declaratur.*
21 *Statutum dictans scholarem debere conueniri tantum coram Episcopo, an prohibeat iurisdictionem Rectoris.*
22 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*
23 *Illatio non fit ex diuersis.*
24 *Consuetudini quandoq; derogatur ex partiū cōuentione.*
25 *Romanus in consil. 114. num 5. declaratur.*
26 *Taxatiua posita in mandata cuius virtutis sit.*
27 *Annexa censentur comprahensa.*
28 *Taxatiua dictio excludit extranea.*
29 *Dispositio facta de aliquo intelligitur etiam de illo, quod ad idem pertinet.*
30 *Felinus in cap. 1. vt lite non contestata numer. 10. perpenditur, & declaratur.*
31 *Idem iuris est de consequenti, & executiuo, quod de principali.*
32 *Socius, qui mutuo accepit pecunias, an obliget socium.*
33 *Lucrum obuentū ex pecunia sumpta per socium quomodo sit communicandum.*
35 *Socius faciens in re communi, vltra id quod exigit ratio suæ partis non dicitur facere pro iure suo.*
36 *Qui plus societati consulit, plus lucri consequitur.*
37 *Labori debita est merces.*
38 *Solutio præsumitur facta in antiquius debitum.*
39 *Solutio simpliciter facta censetur in eum casum, quem elegerit soluens, & num. 40. & 41.*
42 *Solutio præsumitur facta in eam causam, in quam ipse creditor soluisset.*
43 *Debitor præsumitur soluere potiùs debitum proprium, quàm fideiussorium.*
44 *Soluens Hebræis fœnerantibus præsumitur soluisse in sortem.*
45 *Debitor præsumitur soluisse ex causa necessaria.*
46 *Debitor præsumitur soluisse potiùs in causam debiti puri quam debiti in diem.*
47 *Debitor præsumitur soluisse potiùs in eam causam pro qua non obtinuerit dilationem.*
48 *Debitor præsumitur soluisse debitum liquidum, potius quam illiquidum.*
49 *Debitor præsumitur potiùs soluisse debitum pro quo fuit laxata captura, quam aliud.*
50 *Grauior causa debiti, quæ dicatur.*
51 *Debitor quando possit elligere, in quam causam soluerit.*
52 *Debitum antiquius quomodo consideretur.*
53 *Lucrum assumit naturam illam, quam habet capitale.*
54 *Lucrum, an possit tolli non finita societate.*
55 *Societas inita ad certum tps, an duret vltra illud.*
56 *Societas, an finiatur finito tempore ipso iure.*
57 *Nullum, quod est ipso iure fauore alicuius, an intelligatur ipse voluerit.*
58 *Fieri vbi, quod dicitur ipso iure, an exigat declarationem animi.*
59 *Clausula ipso iure habet canonem latæ sententiæ.*
60 *Clausula ipso iure pugnat cum clausula ope exceptionis.*
61 *Societas finito tempore, quando dicatur finiri.*
62 *Lex actione in §. item qui societatem. ff. pro socio perpenditur, & declaratur.*
63 *Cephal. in consil. 675. lib. 4. perpenditur.*
64 *Ias. in consil. 33. lib. 33. declaratur.*
65 *Denuntiatio, an requiratur finito tempore locationis.*
66 *Statut. Mediol. 398. lib. 2. perpenditur, & declaratur.*
67 *Societas finita, & renouata, per quod tempus censeatur renouata.*
68 *Societas renouata præsumitur sub ijsdem pactis, quib. fuerit primo contracta.*
69 *Societate renouata veniunt omnia naturalia contractus declara num. 70.*
71 *Societas renouata, an differat à societate prorogata.*
72 *Societas, an præsumatur renouata finito tempore per dimissionem capitalis.*
73 *Nemo præsumitur iactare suum.*
74 *Societas contracta ad certum tempus, an præsumatur renouata ex consuetudine.*
75 *Socius retinens capitale post finitum tempus societatis an teneatur ad interesse.*
76 *Mora in contractu vltro, citroq; obligatorio.*

Numero primo.



E haccausa responderunt Decianus in cōs. 60. seruando ordinem libr. 2. & Cephal. in cons. 475. Anno 1546. libr. 4. Ego contra Cephalum hic decisiuè respondi. Iac. Men.

Exorditur Menochius consultationem hanc suam, ab ea conclusione, quòd in causis diffiniendis non sit necessarium rationes recensere, quòd dictum in se verum esse censeo, sed quatenus ab ea conclusione prętendat quis posse recedi sub iuridica distinct. dicas, quod tùnc demum Iuris-
1 periti non solent allegare † iura, cùm petuntur Consilia decisiua per Iudices causarum, secùs si petantur consilia per partes sic notat Ioannes Andreas in cap. sicut de iudicijs, quem sic intelligit etiam, & declarat Abbas in cons. 21. in quæstione, quæ ad præsens, in princ. libr. 2. Rationis autem rationem esse pronuncio, quia partes cum simplici consilio cuiusuis Doctoris non possunt
2 mouere Iudicem, qui † solis rationib. duci debet nō auctoritate. Exemplo eiusdem Io. Andreæ
3 † qui in opinione nolebat cedere, nisi tùnc demùm, cùm ratio vrgeret facit doctrina Baldi in
4 cap. nihil in fine de elect. non esse † in practica recipiendum, quod lege non cauetur. R.C.

Numero 2. & 12.

Dubitat hoc loco Menochius contrà eum, qui existens in societate ponit pecunias ad sui commodum, & lucrum, cuius dubitationi in tantum adhærendum puto, vt nequaquam acquiescere, quicquid in contrarium decidendo astruere conatur hoc loco Menoch. cum Decian. in responso suo 60. seruando ordinem, lib. 2. primam igitur dubitandi rationem censeo efficacem sic censeri, vt

remota non sit per solutionem contrariorum. dũ
5 .n. dicitur socio nõ licere alterare † societatem
admittendo alterum socium bene quadrat ad il-
lationem, quòd hoc ideo non liceat immittere
6 maiorem summam † in societatem per vnum
ex socijs nomine proprio implicandam, cum ità
dicatur alterari societas hoc secundo casu, sicuti
7 primũ, quia valet argumẽtũ à † persona ad nos
l. Qui furere, Et ibidem Bald. & Alberic. ff. de sta-
tu homin. leg. si quis inquilinos. §. si ita legatum
ff de legat. 1. & leg. si quis filio exhæredato. ff. de
iniust. rupt. nec huic argumento nocet id, quòd
Menoch. ait sub nu. 12. diuersam esse rõem in al-
tero socio admittendo, ab immissione maioris
capitalis. quia de socio nouiter admisso non con-
fidit societas, quę proindè põt fieri deterior, q̃ di-
8 citur cessare in maiori † summa immissa, quasi
inferatur hoc argumenti genus tũc procedere, qñ
eadem est ratio in vno, quæ in alio, vt auctoritat.
comprobat Euerardus in loco legali. 84. à perso-
na ad res. Namq. responsio est in promptu dete-
riorationem cadere in eo, quod vbi dicta maior
summa capitalis fuerit ad partem implicata, ma
gis erit sollicitus Dominus illius summæ ad di-
stractionem propriarum mercium, quàm earum
quæ communes sunt. Quòd si immixtæ fuerint
9 merces, in eo stabit alteratio societatis, † quia
finita societate in diuisione tanta erit quantitas
pertinẽs ad dominum, qui maius capitale habet
cuiuslibet speciei mercium, vt sic modica exin-
de spectet socio, vt non possit distrahi, quod benè
nouarẽt Mercatores, qui petiunculos habent,
quodammodo inutiles, quas vocant Cauezzi, In
quorum distractione, vt plurimum succumbunt.
Rursus ex eo tollitur responsio Menochij, & su-
stinetur in proposito, id quod dicit Ioannes Ce-
phalus in d. cons. 475. num. 8. 9. & 10 q̃ ratione
10 maioris capitalis, maior operatio, † & industria
desideratur illius, qui dictam summam maiorem
pecuniarum immisit in societatem, & pro eo tpe
quod absumitur in mercibus emptis ex maiori
capitali, id ipsum tempus deducitur à societate
primitus contracta, vnde nõ leue damnũ poterit
contingere, saltem contrà tacitam fidem sup qua
11 fundata fuit societas. † Insuper etiam conside-
ratur, ipsa deterioratio, quod merces emptæ pro
capitali super quo fuit instituta societas, facilius
pro tempore eiusdem societatis possunt distra-
hi, quàm si maiores merces fuissent coemptę, quo
casu si contigerit easdem merces in abundantiori
quantitate acquisitas, nõ posse distrahi intra di-
ctum tempus, satis notorium erit damnum insur-
gens, ob adauctas meres, quia adauctio potuit ẽt
impedire, quòd pecuniæ quas societas potuisset
percipere ob mercium distractionem, denuo in
alias merces implicarentur. Hinc etiam de-
scendit alia consideratio deteriorationis, quia
12 vbi maior † est copia mercium vilius esse dici-
tur pretium, de istis duabus argumentationibus
verba facit. Hector Felicius in suo tractatu de
societate, cap. 15. prosequendo propositum or-
dinem nu. 64. & 65. cum quo aduersus hanc Me-
nochij conclusionem, illud ipsum dicim' parem
esse omnino rationem, inter nouum sociũ assum-
ptum, & inter nouam pecuniam per vnum ex so-
cijs immissam, quia socius nouus admitti prohi-
13 betur, † non ideo quia sic exigant societatis se-
creta, & supposita diffidentia, quæ posset cadere
In persona ignota, sed quia deficit consensus, p-
batur hoc ex verbis legis. Qui admittitur. ff. pro
14 socio † ibi. Cum enim societas consensu cõtra-
hatur socius mihi esse non potest, quem ego sociũ
esse nolui, & p istam rationem inquit in reliquis
non esse tutum hoc Menochij responsum. Idem
Felicius loco relato, hanc eandem Felicij ratio-
nem ex visceribus dict. leg. qui admittitur Hau-
stam post hæc scripta mea, vidi probatam per D.
Bardellonum in cons. 120. annis elapsis fuit con-
tractu societas numer. 44. & 45. lib. 2. vbi oppor-
tunè dicitur, quòd nulla societas cõtrahitur sine
consensu, vel expresso, vel tacito. R. C.

Numero 4. & 13.

Dùm inquit Menochius, quod societate inita
15 nõ licet socio aliquid suo † nomine agere, citra
doli notam, probatur per Hectorem Feliciũ loco
iam relato, sub num. 65. & pluribus sequentibus,
vbi respondet, ad ea fundamenta, quibus hunc
obicem euitare contendit idem Menochius, ad-
16 uersus quem inquit de pluri, quod ẽt † si dolus
cessaret, non licèt socio aliquid facere contra for
mam societatis, reliqua ad declarationem consul
tationis, videas penes eum, quem credidi; punctũ
veritatis, attigisse in casu Menochij, vt colligitur
ex dictis à num. 72 vsq; ad num. 81. R.C.

Num. 8. & 9.

17 Regula, quod tibi non nocet, & alteri † pro-
dest de facili concedendum est, cui Menochius
insistit. tollitur ex cõsiderationibus, quę superius
factæ sunt super damno contingibili. R. C.

Numero 10.

Ad obiectum consuetudinis, respondent ea,
quæ notat Cephal. in proposito præsentis cõsul-
tationis in dicto consil. 475. lib. 4. nu. 11. R.C.

Numero 11.

Ibi (cum, & dispositio taxatiua non excludat
18 ea, † quæ consuetudinis sunt,) Magna esset con-
clusio si vera foret, quia operaretur, vt plurimum
contra voluntatem contrahentium, qui per di-
ctionem taxatiuam solent restringere eorum cõ-
tractus, & limitare dispositionem. l. Iulianus. ff.
de petit. hæredit. l. prima. §. ait prætor. ff. de po-
stulando leg. si ex causa, §. nunc videndum. ff. de
minor, l. idem Pomponius ff. de arbitr. l. bonor.
& l. inter illam. ff. de verbor. significat. leg. 3. §.
interdum. ff. de negot. gest. l. inde Neratius. §. 1.
ff. ad leg. Acquil. l. 1. §. 1. ff. commod. facit re-
gula, quàm scribentes omnes tradunt, ad leg. vni-
cam. ff. si quis iusdicenti non obtemperauit, ve-
rùm quia ad suam conclusionem firmandam ad-
19 ducit Menoch. Bartol. † in l. viros. C. de diuer-
sis officijs lib. 12. & auctoritatem Romani in con-
silio. 114. Visis suprà consultis, numer. 5. viden-
dum est quomodo hęc loca allegata intelligenda
sint, & breuiter agendo pro eo, quod perti-
net ad Bartolum. Dicendum est, dicta per eum
20 ibi stare ad declarationem dictę l. viros † cuius
hic sensus est, iurisdictio competens alicui ex cõ-
suetudine non censetur sublata ex dispositione p
quam datur generalis iurisdictio alicui etiam p
verba taxatiua, quoad alios Iudices, quia quæ ex
longo tempore quæsita sunt censentur reseruata,
namq; per dictionem taxatiuam non inducitur
ad eam iurisdictionem, quæ alteri competit, &
cui in dubio non censetur prędiudicatum per leg.
id quod nostrum est. ff. de regul. iur. Hinc benè
dicit Bart. ibi, quem similiter ad hanc legem se-
quutu.

quutus est. Iacobus Rebuffus, quod si statutum
21 dicit scholarem † debere conueniri, tantum
sub Episcopo, & de consuetudine sit, quod rector
etiam cognoscat contra eum per illud statutum
& per eam dictionem tantum non derogetur iu-
risdictioni, quam habet Rector de consuetudine,
sed iste casus legis, longè diuersus est ab ea facti
specie, quam Menochius proponit, namq; in d. l.
viros, & in casu Bartoli, Rebuffi, & aliorum tra-
ctatur de non auferenda iurisdictione, quę alicui
competit, hic verò de danda forma contractui,
qui aliundè ius habere non potest, quàm ex con-
22 uentione † partium leg. prima. §. si conueniat.
23 ff. depositi, cùm multis alijs, & ideo data diuersi-
tate casuum non est, quòd ab vno ad alterum †
inferatur, vulgata l. Papinianus exuli. ff. de Mi-
nor. & in isto proposito plura possent adduci, quę
cum ex se pateant sub silentio, ne in immensum
volumen excrescat transeamus opportet, illud
superficialiter attingendo, quòd ex proposita
consuetudine nullum est ius acquisitum socijs, q
24 limitatiuè † contraxerint. Quinimo retorquen
do sensum conclusionis desumptæ a Bartolo, &
alijs in eadem leg. viros dicendum esset sicuti il-
le Rector, vel quiuis alius, cui de iure posset
ipsa competere iurisdictio, posset eam remit-
tere, ita dicendum est de contrahentibus, qui
paciscentes sub verbis taxatiuis, & limitatiuis,
censentur remisisse ius, q aliàs ex supposita con-
suetudine posset eis competere, Hæc quoad Bar-
tolum. Videamus modo casum Romani, in dict.
25 cons. 114. † nu. 5. & eum diligenter perpenden-
do, dicimus ad rem non pertinere, Dicitur enim
ibi, quòd dictio taxatiua duntaxat posita in mā-
26 dato † non tollit ea, quæ ex consuetudine Flo-
rentina pertinent ad factum principale, vt in mu-
tua pecunia recipienda intret cambij receptio, &
prouisio, vnde versamur in annexis, in quibus ca-
27 dit compręhensio † principalis obligationis, ad
cuius rei euidētem probationem pertinet aucto-
ritas per Romanum allegata de clementina exi-
ui de Paradiso, in §. cum ciuem natura, de verbor.
significat. vbi dicitur ad litteram. Cùm autem na-
tura termini restrictiui hoc habeat; quod sic ex-
28 cludit † ab ipso extranea, quòd cuncta ad ipsū
pertinentia concludit, vbi glosa format regulam,
29 quòd id quod disponitur de † aliquo intelligitū
etiam de illo, quòd ad idem pertinet. citat cap. 1.
de off. delegat. Proindè cùm in casu nostro im-
missio maioris summæ non sit de necessitrio per-
tinentibus ad ipsam societatem, ita concludendū
est, quòd ea conclusio non facit ad Rombum eo-
dem modo respondetur ad locum Iasonis in l. si
mora, nu. 6. ff. solut. matrim. quia ibi mouetur
similiter ex d. l. viros, & ex auctoritate Romani
30 loco relato. Ad locum Felin. in cap. pri. † vt lite
non contestata, num. 10. licet Menochius eum al-
leget in numero 23. qui in meis codicibus non
reperitur, congrua est responsio iuxtà præmissa,
vbi dicit, quod licet conuentum sit mandatum
non nocere domino, debet tamen intelligi, nisi
sit aliquid, quod veniat naturaliter ad consequē-
tiam mandati; & ibidem adijcit plura exempla
ad demonstrandum, quod idem iuris est de con-
31 sequenti, & exequutiuo, † quod de principali.
Ad id autem, quod de eodem Fœlino, in cap. ex
litteris de probationibus. Respondetur, quod ibi
nihil tractat Fęlinus, quod ad hanc materiam
pertineret, nec adest ille numer. 21. quem allegat
Menochius. Ad locum Ruini in dicto consil. 93.
Visis his, quæ narrantur in Themate num. 6. li. 5.
Respondetur, q ibi nulla taxatiua repetitur in
mandato, quinimo casum ibi statuo de mandato
cum clausula prægnantissima hoc est, quod pro-
curator possit facere omnia, & singula prout pōt
ad præsens ipse constituens, prout posset tunc
si viueret, etiam si talia forent, quæ mandatū exi-
gerent magis speciale, quæ omnia voluit haberi
pro expressè denotatis ex quibus infertur non
posse dici, quod Ruinus probet sententiam Me-
nochij. Rol. Cau.

Eodem numero, & in versiculo 4. vt huius sim
sententię, adducit Menochius auctoritatem Ca-
strens. & Cornei verùm si diligenter examinabi-
mus loca prædicta, tunc clarius apparebit ea non
officere, moueor ad id dicendum ex infrascriptis.
Namq; pro eo, quòd pertinet ad consil. Pauli de
Castro. 41. Ista fuit societas certa negotiationis,
quòd in meo Codice legitur 415. lib. 1. numer. 3.
Dicitur, quòd ibi non concluditur, licuisse vni
sociorum immittere pecuniam propriam in ne-
gotiatione: sed deciditur tantum, quòd socius
32 qui mutuo acceperit pecunias † non obligat so-
cium, quia ab eo non habuit mandatum mutuan-
di, & licet per istam conclusionem inferat ad id,
33 quod lucrum † obuētum ex eadem pecunia nō
sit communicandum, non ideò pōt dici, quòd in-
uito socio possit socius pecuniam immittere in
societatem, quæ iam sub certo capitali sumpsit
initium, itidem respondetur ad consilium Cornei
311. Ad euidentiam huius consultationis, num. 4.
qui locus in meo Codice legitur sub littera E. li-
bro 3. namq; & ibi dumtaxat disputatur articu-
lus, cui nam sit tribuendum lucrum, quod proue-
nit ex pecunia immissa per vnum ex socijs, & pro
veritate distinguit, sed non firmat, quod immis-
sio sit licita socio reluctante, vnde semper erit, vt
recurras ad consensum cuius suprà meminimus,
esto, quod, vel tacitus, vel expressus sit pro verita-
te pręmissorum faciunt notata per Iosephum Lu-
douicum in conclus. 53. cuius infrà meminimus,
& est mihi sub fol. 131. in vers. Perdurantib. istis,
illation. 3. vbi hunc Menochij locum examinat.
Rol. Cauagnol.

Eodem numero, & ibi (cum actus ipsius immis
sionis sui natura prohibitus non sit,) Adde quod
ista propositio non sustinetur, quia socio reluctā-
34 te † prohibita est immissio ex iuribus supra de-
ductis, & probatis per Fœlicium de societare lo-
co iam relato, vndè si apparuerit de dissensu, satis
erit in dolo, qui immiserit, quia contra iura me-
reatur, & non facit id quod facere tenetur. leg. si
procuratorem. §. dolo. ff. mandati, & leg. dolo. ff.
ad legem falcid. Quib. addendum puto, q socius
faciens in re communi, vltrà quàm exigat ratio
partis suæ non dicitur id facere pro iure suo, &
ideo dolosus præsumitur, & ratione doli tenetur
ad interesse sicut ratione culpæ, sic post Alexan-
drum, Cephal. Menoch. & Rol. voluit D. Manen-
35 tus in cons. 80 Pro responsione nouæ difficulta-
tis, num. 14. 15. & 16. R. C.

Numero 15.

Ibi, (& scire quomodo negotia tractabantur,)
Per ista verba posset induci consideratio saltem
taciti assensus, & ita firma remanebit propositio,
quòd ex tacito consensu non erit prohibita im-

miſsio maioris ſummæ pecuniarum in ipſa ſocietate, vt dictum fuit. Rol. Cauag.

Numero 17.

Ibi (nulla vtilitas, nullauè commoditas ab altero ſocio confertur) contrarium dixi ſuperius, & probat etiam Hector Fœlicius in ſuo tractatu de ſocietate in loco iam citato, vbi recenſentur illę incommoditates, quas ſocius ſuſtinere poteſt ex noua immiſsione pecuniarum inuito ſocio. Rol. Cauagn.

Numer. 26. & 27.

Aduerſus hanc deciſionem Menoch. ſtat conſilium Cephali 475. iam ſuperius allegatum, ſed verior eſt Menochij ſententia, quo etiam latè probat Hector Fęlicius in dicto tractatu de ſocietate, cap. 15. num. 72. & ſeqq. cuius rationibus pro veritate libenter aſſentio. R. C.

Hiſdem numeris, dum dicitur, quòd qui plus
36 ſocietati contulit, plus etiam lucri † cõſequitur.
Vide eundem Menoch. in conſil. 222. Doctæ, & peracutæ, & ſi veræ ſint, numero. 17. libro tertio. Sylneſtrin. in eius ſumma in verbo ſocietas, num. 8. vbi ſimiliter dicit, quòd ſi alter altero maiorẽ pecuniam in ſocietate poſuerit, lucri partem ſuæ ſorti principali corriſpondentem habebit ex leg. ſecundum natur. ff. de regul. iur. R. C.

Numero 33.

Ibi, (& dato, quòd laborem eius cauſa ſubie-
37 rint, erit ille labor reſarciendus, † vt bonum, &
æquum viſum fuerit peritis in negotiationibus his,) Ecce quòd hinc dignoſcitur, an illa maior ſumma capitalis immiſſa per ſocium potuerit deteriorem facere conditionem ſocietatis, & hoc congruit annotatis per Hectorem Fęlicium in d. cap. 15. numer. 76. R. C.

Numero 38.

Ibi (cum debitor ſoluens nõ exprimit, quàm
38 in cauſam ſoluit in dubio præſumitur velle ſol-
uere † in antiquius debitum,) Pro veritate
39 iſtius queſtionis dicendum eſt, quòd ſolutio ſim-
pliciter facta, debet applicari in eum caſum † quem elegerit ſoluens, Rota Genuæ deciſ. 6. Io. Baptiſta Lomellinus, numer. 11. & 16. ſicuti enim debitor poteſt ſoluere, in quam voluerit cauſam vt ſcribit Rebuſſus in conſtitution. regni in tractatu de præconic. & licitat. gl. 1. n. 3. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 493. debitori multis de
40 cauſis, dummodo procuratori † non ſoluat, vt
ſcribit Marcus Mantua ſingul. 542. Debitor, vt pari modo, ita videtur ei ſoluenti competere facultas eligendi, & hùc intrant notata per Bartolum in ſingul. 34. ſoluens poteſt dicere lœſum, & Petrum de Rauenna, ſingular. 629 ſoluens non poteſt dicere, quod ſoluens poteſt dicere legem,
41 quam † vult circa electionem cauſæ, in quam
ſoluit, licet aliam legem dicere non valeat, ſi ſoluerit debitum ciuiliter, & naturaliter, vbi autem debitoris ſoluentis nulla interuenerit electio, ſeu declaratio, recurrendum erit ad eam iuris præſumptionem, quæ habet in dubio ſolutionem cen
42 ſeri factam in eam cauſſam, in quam † ipſe cre-
ditor, ſi eſſet debitor ſolueret, & ſic in duriorem, & grauiorem cauſam, ſic deciſum vidi pœnes Francum deciſ. 164. contra nurum petentem, nu. 15. parte prima, Rota Genuæ deciſ. 121. hinc in
43 dubio quis præſumitur potiùs debitum † pro-
prium, quam fideiuſſorium ſoluiſſe, & ita aliàs reſpondi contra Marcum Ionam Hębreum degentem in Ciuitate Caſalis, hinc etiam præſumitur ſolutum potiùs debitum pęnale, & vſurarium, quam non pænale, Hinc etiam dicebam præſumendum eſſe ſolutum debitum magis antiquum Robertus Maranta in ſuo ſpeculo, in prœmio nu. 20. Hinc etiam dixi contra hæbreos Fænerantes
44 quòd ſolutum per Chriſtianum, † qui ſe ad vſu-
ras obligauerit in odium vſurarũ cẽſetur in cauſam potius ſortis capitalis, quàm vſurarum, licet in eo intereſſe, quod leges permittunt ſecus ſit ex leg. cum lex. ff. de pignor. act. & l. vſuras. Cod. de vſuris, vt in meo Theatro crimin. ſub Rubr. de Iudæis, part. 1. Hinc debitor ex duplici cauſſa neceſſaria ſcilicet, vel voluntaria præſumitur potiùs
45 ſoluiſſe † ex neceſſaria Menochius in conſ. 346.
Reſpondendũ videbatur obſeruandam num. 25. libr. 4. Hinc debitor in dubio præſumitur potius
46 ſoluiſſe in cauſam debiti puri, quàm debiti † in
diem, vt per leg. 3. ff. de ſolution. notat Magon. in deciſ. Florent. 39. cauſa iſta inter dominos de Saluiatis, nu. 19. idem Menoch. infrà numer. 48. hinc itidem debitor præſumitur priùs ſoluiſſe debitum pro qua non obtinuerat dilationem, quàm
47 illud, pro quo fuit † conceſſa dilatio, ſic notat
idem Magonius loco citato numero 20. per text. in l. cum plurib. ff. pro ſocio, hinc facilius præſu-
48 mitur † ſolutum debitũ liquidum, quàm illiq-
dum. Corneus in conſil. 295. licet prima facie videatur in littera A. lib. 3. hinc in dubio cenſetur
49 ſolutum debitum † pro quo fuerit laxata cap-
tura perſonalis, eſto quod non eſſet antiquius, Id.
50 Corneus in d. conſ. 295. quæ autem ſit † cauſa
grauior, notat idem Menoch. in iam citato caſu. 493. & quod dictum fuit de electione debitoris
51 † declaratur, ne procedat, vbi creditor iam ele-
giſſet, vt decidit idem Magon. d. deciſ. 39. numero 18. R.C.

Numero 56.

Ibi, (& debitum antiquius non conſideratur,
52 reſpectu temporis celebratum contractus, † ſed
ſolutionis fiendæ,) aduerſus hoc loco dicta per Menoch. poſſet obſtare doctrina Bart. ſi vera eẽt in l. auri ſtatuta num. 3. Cod. de frumento Vrbis Conſtantinapolitanæ lib. 12. per quàm dicitur, quod
53 lucrum aſſumit naturam illam, † quam habet
capitale, quod facit ad multa, & maximè ſi inter plures ſocios erat contracta ſocietas ad certum
54 tempus, quod † ſicuti non debuit minui capita-
le miſſum in ſocietate, ita, nec de lucro, quod dictum refert etiam Antonius Corſetus in ſuo ſingulari in verbo lucrum. R.C.

Numero 61. 69. & 70.

Ibi (fuerit ipſo iure finita, & extincta.) Quod,
55 ſocietas inita ad certum tempus, non duret †
vltra illud, Satis eſt in aperto, & probat Rota Genuæ, deciſio. 27. contractum fuit ſocietas, dubitationem tamen ea faciebat conſideratio, an
56 ſcilicet ipſo iure † finiatur, & affirmatiue re-
ſoluendo hunc obicem decidit Menochius, & vtitur hoc fundamento, ad ſuſtinendam intentionem ſuam, ſed reſpondet Cæphalus, in citato conſ. 475. num. 27. quòd quando quid eſt nullum ipſo iure fauore alicuius, intelligitur ſem-
57 per ſi ipſe † voluerit, per l. filio præterito. ff.
de iniuſto teſtamento l. ſi conſtat. Cod. de compenſation. cum multis àlijs auctoritatibus per eum allegatis. Hanc eandem reſponſionem probat idem Menochius hoc loco num. 70. ibi, Quod

enim

58 enim dicimus fieri ipso iure intelligitur, † de-
claratione tamen animi facta, ex quibus se-
quitur, quos virtus, & potentia illius clausulæ
ipso iure, residet in mera partium declaratio-
ne, sed pro mea sententia non quadrat ista ex-
59 positio, quia dicta verba ipso iure † Canoné
latæ sententiæ sibi præseferunt, nec aliquod
hominis ministerium seu factum exigunt, Ce-
phal. in cons. 274. Ill. q. Io. Iacobus de Scaram-
pis num. 23. lib. 2. Ad cuius rei probationem
illud ipsum facit, quod vbi socius voluerit ali-
quos actus sociales facere, posit repelli, per
exceptionem quod sit finita societas. Vndè
tantum abest, quod ea finiebat ipso iure, quod
60 potius dicatur ope exceptiones † amoueri,
atqui inuicem pugnant quod quid ipso iure
tollatur, & quod ope exceptionis intelligatur,
submoueri, Ea enim verba ipso iure perindè
sonant, ac si dictum fuisset nó ope exceptionis,
Ias. in consil. 7. Adeò copiosè, & abundantet,
lib. 1. Neuizan. in cons. 7. Omnipotens Deus
adsit, & ego dixi in obseruat. ad antiqua Mon-
tisferrati decreta, sub decreto 12. §. 1. num. 30.
& 31. lib. 1. Vera igitur in casu proposito re-
61 solutio est, non ipso iure finiri societatem, †
sed & tunc demum cum pars declarauerit, vt
optimè vidi probatum ex verbis, Quibus non
sine misterio vsus fuit I.C. Paulus in l. Actione.
62 † §. Item qui societatem, in fine. ff. pro socio.
Ibi, Quòd si tempus finitum est, liberum est re-
cedere, dum enim agitur hic de recessu futuro
à societate post finitum tempus vtique in ne-
cessarium antecedens admittitur, quód ipso
iure sit extincta societas, vt benè determinat
63 in proposito Cephal. in d. cons. † 475. nu. 22.
& 23. cuius rei cósideratio eò mihi fortior esse
videtur, quo video eundem Iurisconsultum,
nó dixisse finitam esse societatem, sed finitum
tempus societati præfixú. Nec videtur acquie-
scendum responsionibus, quas nixus fuit Me-
nochius hoc loco adducere sub numero scili-
cet 69. & 70. quia dum dicitur verba ipso iure
intelligenda esse, sine alia interpellatione, &
protestatione facta, nimium restringit naturá
dictorum verborum, quorum vis propria est,
quod actus illicò euanescat, & sic extinguatur
vt nullæ appareant reliquiæ, vt superius dictú
fuit. Ex quibus crediderim veram esse conclu-
sionem quam Iason dixit in cons. 33. viso the-
64 mate † superius annotato, num. finali, lib. 3.
societatem scilicet lapso tempore ipso iure
non finiri, quem locum dum Menoch. nititur
declinare, satis aptè probat contrariú inquit. n.
necessariam esse declarationem. Ergo reicit
extinctionem, seu finitionem ipso iure, & dum
subdit, quod tacita declaratio sufficit, id ip-
sum agit quod Iasonis sententiam firmat, có-
uenimus enim, cum Menochio, quod sic tacito
consensu sicut expresso renouari potest socie-
tas, vt post alios scribit Ioseph. Ludouicus, in
concl. 53. societas secundum Azonem, versic.
expresse, & vers. tacitè. Et post eum Hector
Felicius, de societate cap. 41. vltimo loco, nu. 1.
seqq. quorum dictis possent addi notata per
Bald. in l. 1. §. fin. nu. 1. ff. de eo, qui pro tutore,
Ias. in l. si quis, nec causam nu. 8. ff. si cert. petat.
& leg. si ex legati, num. 14. ff. de verbor. oblig.
65 vbi dicitur quod † necessaria est denunciatio
cóductoris, quod non intendit continuare in con
ductione, & loquuntur hi Doctores in termi-
nis Iuris communis, quo casu vidi optimè cautú
66 ex Stat. Mediolani 398. † si aliquis locauerit,
libr. 2. vbi in adiutorium istius iuris communis
grauatur locator ad denunciandum conductori
voluntatem suam ante Calendas Maij, respectu
bonorum existentium extra redefossa Ciuitatis,
& ante Calendas Augusti pro bonis intra rede-
fossa, an velit conductorem perseuerare, vltra té-
pus præfixum, alias intelligatur renouata loca-
tio. Rol. Cau.

Numero 71.

Ibi (societatem renouatam fuisse in aliud quin
quennium) dubitatur in hoc articulo per quód
67 tempus censeatur renouare societas pro cuius †
resolutione dicendum est, per tantundem t'pis
spacium censeri renouatam societatem, p quod
fuit primo loco inita per communem in proposi-
to scribentium conclusionem, quód societas cen-
68 seatur renouata, † cum illis pactis, modis, &
temporibus, cum quibus à principio fuerat or-
dinata, nisi aliud conuentum fuerit in ordinatio-
ne, sic post Bald. Petrum de Vbald. Ruin. Socin.
Dec. Bursat. Castrens. Hondede. Rot. Genuæ, &
Menoch. in consil. 122. Difficile, & arduum est
profectò, numero 51. hoc libro 2. notat Hector
Felicius in d. tract. de societate cap 41. num. 28.
cum pluribus sequentibus, vbi in fortioribus di-
cit, quod societas inita per quinquennium si fue-
rit dissoluta pendente eo tempore, & inde reno-
uata, intelligitur facta renouatio non pro eo
tempore, quod reliquum erat ad illud quinquen
nium, sed pro alio quinquennio, quia tempus
appositum in primo contractu societatis, cense-
tur repetitum in ipso contractu renouato, sicuti
cætera pacta, quia aliàs censeretur detractum
priori formæ, & huc pertinet ea propositio,
quod in tacita ea renouatione veniunt omnia na
69 turalia † primi contractus, Bursatus in consilio
220. Proponitur tribus sententijs, num. 30. lib. 2.
Borgnin. Caual. decis. 44. Canonichinus Vulte-
ranus, n. 78. p. 1. exceptis his, quæ non dependent
70 à voluntate partiú, † & in quib. de interesse ter-
tij agitur, vt est exemplú de fideiussoribus, item
exceptis pœnalib. & odiosis, vt in materia reno-
natæ locationis scribit, & plurib. exemplis exor-
nat Carpan. ad Statut. Mediolani 398. si aliquis
locauerit num. 165. & plurib. sequentib. libr. 2.
Solent tamen in subiecta materia cósiderari duo
71 termini, quorum primus † prorogationis est,
renouationis autem alter, sed qualiter distinguá
tur, & intelligantur notat Bursatus in cons. 220.
Proponitur, tribus sententijs conformibus; nu. 7.
li. 2. quod non ignorare perutile est ad effectum,
vt sciri posit, an duo sint cótractus, vel vnicus tm̃
vide Carpanum ad dict. Statut. Mediol. 398. num.
156. & seqq. libr. 2. R.C.

Numero 73.

Dum inquit hoc loco Menochius, quod per di-
missionem capitalis finito tempore societatis nó
præsumitur † renouata societas, in contradicé-
tem habet Ioseph. Ludouic. in iam citata conclus.
53. folio mihi 133. versicul. verior tamen videtur
72 opinio, vbi defendit sententiam Petri de Vbal-
dis, & impugnat Menochium hoc loco. Sed ad-
uersus Ioseph. Ludouic. scribit Hector Fœlicius,
in tract. de societate, cap. 41. numer. 13. & seqq.
qui

qui tandem post longam articuli discussionem, sub num.43. in fin. dicit cum Menochio non censeti renouatam societatem, si aliæ præsumptiones vltra capitalis dimissionem non adsint, & q̃ renouata censeatur, alijs præsumptionib concurrentibus, cum ipsa capitalis dimissione ꝑ quibus recurrito post Menoch. hic, & in libr.3. præs.57. explicand. nunc est ferè per tot. ad Ioseph. Lud. & Hectorem Fęlicium in locis allegatis. R.C.

Numero 74.

73 Ibi (nemo præsumitur † iactare suum.) huic fundamento post Menoch. hoc loco, & Mozz. de contract. responder Hector Fęlicius d. num. 43. versiculo ad argumentum. R.C.

Num. 106.

Quòd consuetudo existens in loco, q̃d societas
74 contracta ad certum tempus † præsumatur renouata. Voluit idem Hector Fęlicius dict. cap.41. num. fin. quod fortius procedere dixit, Ioseph. Ludouic. in citata conclus.53. fol. 133. versic. illud autem, vbi adesset dimissio capitalis. R.C.

Numero 107. & seqq.

Dùm arguit Menochius in hoc casu non teneri ad interesse socium, qui finito tempore societatis
75 pęnes † se retinet capitale debitum alteri socio sub prætextu, quòd nulla interuenerit interpellatio male declinat obiectum, quia dato, quòd fuerit finita societas re ipsa constituitur in mora, qui q̃ alienū est capitale retiuet, vt DD. oẽs conueniunt, in l. curabit C. de act. empt. & in l. Julian' §. ex vendito. ff. de act. emptor. pręsertim, quia
76 versamur in contractu, vltro † citroq; obligatorio, vt probat D. Carolus Bardellonus in consil. 120. annis elapsis fuit contracta societas nu. 46. lib. 2. & sicuti conditionis euentus quem constituit in mora, ita, & temporis præfinitio l. euictis agris, ff. de vsur. & fruct. R.C.

Ad Consil. 122. Difficile, & arduum est profectò.

SVMMARIVM.

1 *Socij finguntur vno, & eadem persona.*
2 *Factum ab vno ex socijs præsumitur factum ab omnib.*
3 *Socius quando teneatur pro socio.*
4 *Socius vnus potest conuenire, & conueniri.*
5 *Socius emens nomine communi, cui acquirat.*
6 *Res empta communi nomine, communis est.*
7 *Res empta cõi nomine, nõ põt singulari nomine distrahi.*
8 *Socius nomine proprio pignorans rem communem excedit fines communionis.*
9 *Socius vniuersalis omnium bonorum acquirens bona ꝓprio nomine, an sibi ipsi acquirat.*
143 *Testes duo sufficiunt, ad probandum, quod substituens, vulgariter voluerit matrem excludere. & nu. 153.*

144 *Substitutio vulgaris expressa, quando non contineat tacitam pupillarem.*

145 *Testes tot esse debent ad inducendum nouum fideicommissum, quot requirūtur ad nouam creationē illius.*

146 *Clausula codicillaris iuncta superuiuentia longi temporis continet fideicommissum.*

147 *Testes tot requiruntur ad tollendum inclusum in clausula codicillari quot sunt necessaria ad constructionem codicillorum.*

148 *Testator potest declarare verba facti, vbi sunt dubia, & quid de verbis iuris.*

149 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione fortissimum est, & necessarium.*

150 *Lex haredes palam in § sed quid si post ff. de testam. declaratur.*

151 *Ratio generalis, ampliat dictam.*

152 *Exempla, regulam non restringunt.*

154 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione, quando valeat.*

155 *Voluntatis questio nō admittitur, vbi clara sunt verba.*

156 *Coniectura vocationis, nulla est melior, quam ea, quæ proueniat ab ipso testatore.*

157 *Iudex in causa testamenti, debet primo videre, quid ex verbis ipsius appareat.*

158 *Coniecturis, non est opus, vbi non sumus in dubio.*

159 *Probatio euidens dicitur, quæ fit per coniecturas.*

160 *Coniectura vna, tollitur per aliam fortiorem.*

161 *Filij positi in conditione, censentur vocati dispositiuè concurrentibus coniecturis etiā quod simus in transuersalibus, & 162. vbi de veriori etiam quod nulla sint coniectura.*

Numero primo.



Bi, (Filios in conditione positos)
vide quæ dixi infrà in cons. 152.
1 † Respondendum videtur 173.
respondi superiore, & 197. prima
illa proposita hoc eod. lib. Iac. M.
Quia in ista materia solent cō-
mmuniter Doctores recurrere ad coniecturas super
2 quibus formant conclusionem † quòd filij in
conditione positi censeantur dispositiuè vocati,
de quibus passim verba fecimus, in diuersis casi-
bus in quibus responsum meum desiderabatur,
placuit aliquas ex eis recensere, cum obiectioni-
bus ad eas quibus tamen non obstantibus pro af-
firmatiua crediderim pronunciandum esse,
iuxta ea, quę alias in infrascriptis Decisionibus
meis consultiuis, quę per eorū capita describunt,
plenius annotaui colligebat igitur Celeberrimus
quidā I. C. contra Margaritam Bauam, pro fra-
tribus de Capellis quasdam coniecturas ad eas
elidendas, & sunt sequentes.
Prima igitur cōiectura desumitur in proposito
3 ab expressa qualitate Masculinitatis † iuxta
tradita per Rusticum in tractatu, an & quando
liberi in conditione positi censeantur vocati lib.
2. capit. 2. per D. Menoch. libro. 4. præsumptio
num præsumpt. 76. num. 27. nec non per Crass.
de success. in §. fideicommissum quest. 14. nu. 1.
Secunda petitur ex alia qualitate natalitiū ex-
4 pressa nimirum, vt sint legitimi, & de † legitimo
matrimonio nat. Rust. in dicto tractatu libro. 3.
capit. 3. D. Menoch. dicta præsumpt. 76. nu. 48.
Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11.
tit. 3. num. 70. latè Surd. decis. 162. nu. 8. cum
alijs late adductis ab Aduocatis partis aduersę.
Tertia, quia testator, non solū semel, atq; ite-
5 rum, sed sępe filios † in conditione posuit Corn.
cons. 73. nu. 8. lib. 2. Rust. lib. 5. cap. 2. nu. 1. D.
Menoch. dicta præsumpt. 76. nu. 58. & cons. 152.
Quarta quia testator est degressus ad plures
6 gradus substitutionum † Mantic. in dict. tit. 3.
nu. 13. Rustic. in dicto tractatu lib. 3. cap. 1. D.
Menoch. dicta præsumpt. 76. nu. 53. & cons. 325.
num. 3. lib. 4.
Quinta, quia filij sunt positi in conditione per
7 ablatiuos † absolutos indefinitos Rust. libro. 1.
cap. 3. nu. 4. cum seq. Mantic. 1. tit. 3. num. 17.
D. Menoch. dicta præsumpt. 76. nu. 63.
8 Sexta petitur ex prohibitione expressa † tre-
bellianicæ Rust. lib. 4. cap. 3. nu. 11. D. Menoch.
dicta præsumpt. 76. num. 80.
Septima quia testator habuit respectum ad stir
9 pes, non ad capita † iuxta tradita per Rust. libr.
5. cap. 6. numero 80. & per alios adductos per D.
Menoch. dicta præsumpt. 76. num. 74.
10 Octaua coniectura petitur ex clausula † omni
meliori modo in testamento apposita Rust. dicto
cap. 6. num. 23.
11 Nona ex clausula codicillari † Dec. consilio
242. col. 1. Soc. iun. cons. 29. nu. 5. lib. 3. Pereg.
cons. 91. num. 42.
Decima, quia filij hæredum institutorum fue-
12 runt positi in conditione omnes in legatis † par
ticularibus Rust. lib. 3. cap. 2. num. 1. & 12. D.
Menoch. in sepius repetita præsumpt. 76. nu. 61.
cum sequen. Socin. iun. de communi consil. 168.
in fine lib. 2.
Vndecima, & vltima coniectura vrgentissima
& per

& per se sufficiens colligitur ex depositionibus
13 septem testium, qui deponunt, mentem & † in-
tentionem testatoris fuisse vt filij fratrum institu
torum masculi post mortem parentum haberent
14 bona testatoris posse autem testatoré declarare †
verba dubia testamenti nulli dubium est l. here-
des palam §. si quid post. ff. de testam. semper
enim dispositio testatoris intelligenda est secun-
dum id quod testator putabat, & credidit esse fa-
ctum l. quo loco §. 1. ff. de hered. instituend.

His tamen, & similibus coniecturis maiore ex
parte à Docto. ex cogitatis, vt eluderent regulã,
quæ est in contrarium, vtq; causis pro tempore
inseruirent crederem ego prefatum D. Alexan
drum, vel non fuisse in testaméto, de quo agimus
in conditione positum, vel non esse aliquo modo
ob eam causam quia positus in cõditione vocatũ.

Primum dicimus non esse in conditione posi-
tum, quia si recte perpendantur verba testatoris
dum substituendo, dicit & altero ex dictis suis
fratribus hæredibus institutis vt supra decedente
sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, & de
legitimo matrimonio procreatis substituit alterũ
superstitem, & eo non extante filios legitimos
naturales eiusdem facta est per huiusmodi verba
substitutio vni dum taxat, hoc est primo morienti
nimirum Francisco vt declarauit rei euentus, non
Antonio, qui superuixit, & consequenter filij
Francisci solummodo fuerant in conditione po-
siti, & propterea si Franciscus qui primus deces-
15 sit filios reliquisset de illis posset † dubitari an
essent vocati, quia positi in conditione non auté
de filijs, vel filio Antonij qui superuixit etenim
non fuit facta substitutio fideicommissaria, quę
habet conditionem si non extaret quę respicit
caput impotentię, & quæ expirauit in odium il-
lius liberorum, sed solummodo substitutio vulga-
ris, & fideicommissaria quæ habent conditioné, si
nõ extaret fideicõmissi agnatione argum. l. post
aditam C. de impub. & alijs substitit de qua sub-
stitutione vulgari, quę potest fieri etiam in fidei-
commissis agit Castren. ad l. Scęuola in fin. ff.
ad Senatusconf. trebellia. sub num. 4. vers. 5. inter
ibi, qui si inuicem, & alij quamplurimi, quos ad-
duximus nos ad l. 3. C. de impub & alijs substit.
num. 3. factam autem esse in casu nostro substitu-
tionem solummodo Francisco, qui primus deces-
sit demonstratur ex formula illa, & altero dece-
dente sine filijs substituit alterum superstitem
16 alterum enim † vnum de duobus ex sui na-
tura includit Cardin. in clementina 1. in primo
notabili de præbendis, Bald. ad leg. ancillæ in 4.
17 notabili, C. de furtis † cum alterũ de duobus di
catur leg. sed iurerpellatur. §. si ex altera ff. de
arbitris, Castrens. in cons. 264. in principio vol. 2.
non potest itaque videri facta substitutio Anto-
nio, qui secundus decessit, & consequenter, Ale-
xander illius filius non potest considerari, tamq̃
in conditione positus, vbi enim non est subiectũ
18 † substitutionis non potest adesse qualitas, &
accidens conditionis librorũ argum. leg. 2. ff. de
vsufruct. instit. in princip. eodem ete facit vul-
garis regula l. eius qui in prouincia ff. si uert. pet.
& in his terminis substitutionem non videri fa-
ctam secundo morienti tenuit, Bald. in cons. 435.
in fin. sub num. 5. lib. 4. Cum ad l. heredes mei. §.
cum ita. ff. ad Senatusconf. trebellian. numer. 5.
quem sequitur, ibi Bart. Socin. nu. 9. in casu huic
nostro simili, Curt. Iun. cons. 96. nu 5. Rube. cons.
104. in fin. & Peregr. de fideicom. artic. 18. num.
23. ex euentu igitur in casu nostro perinde est, ac
si testator decedente Francisco sine filijs substi-
tuisset Antonium quo casu filij Antonij, nec es-
sent positi in conditione, sed solummodo per vul-
garem vocati non extante Antonio Patre, nec re-
fert, vt recté considerat Peregr. in allegato loco,
19 quód contingere † potuisset Antoniũ præmori
relictis filijs, quo casu vti positi in conditione ad
portionem saltem patris viderentur vocati, quia
respondet attendendum esse casum, qui in facto
euenit non qui euenire potuit, vt ex Bartol. Dec.
Ruin. Gabr. & Menoch. tenet idem Peregr. in d.
artic. 28. num, 24. vbi etiam alijs obiectionibus
satisfacit, quæ fieri in proposito possent ita, vt so-
la hæc ratio in hac causa omnem omnino tollat
difficultatem.

Propterea, & secundo, vbi etiam admitteremus
citra veritatis præiuditium Nob. D. Alexandrũ
tamquam D. Antonij filium esse in conditione
positum negamus esse vocatum, primum quia
hodie regula est certissima, vt in conditione po-
20 siti non † censeantur vocati, vt post Glos. in l.
Lutius la 2. ff. de hæred. instit. probauerunt in-
numeri congesti per Rust. in d. tract. de libe. in
condit. posit. lib. 2. c. 1. per Antoninm Gabriel.
lib. 4. tit. de fideicom. cõclus. 4. per Clar. in §. testa
mentũ, quæst. 77. per Trentacinq. de substit. in 4.
par. c. 11. per Mantic. de coniect. vltim. volunt. li-
bro 11. tit. 3. per Simon. de Pręt. de interpret. vl-
tim. volunt. libro. 3. col. 3. per Petr. de fideicom.
quęst. 9. per Michael Crass. de success. quęst. 13.
per Menoch. de præsumptio. lib. 4. pręsump. 76.
per Thesau. decis. Pedemont. 96. vbi testatur se-
cutos esse hanc sententiam centum viginti Do-
ctores necnon per Surd. decis. 162. ita vt non sit
dubitandum, quin hæc sententia sit magis com-
21 munis, & verissima positi enim † in conditio-
ne, nec in sensu directo vocantur, nec in sensu cõ-
trario, Cæphal. consil. 517. num. 22. non in sensu
22 directo, quia conditio † nihil ponit in esse, l. ex
facto etiam agitatam, ff. de hæred. instituend. leg.
qui duos, & l. si pater filium. ff. de verbor. signifi.
cum similibus. Nec dicatur quinimo quandoq;
23 verba † conditionalia disponere, vt in l. fidei-
commissa, §. cum esset de legat. 3. in l. in ratione
secunda. §. tametsi. ff. ad leg. falcid. in l. si ita sti-
pulatio. ff. de oper. liber. cum alijs adductis per
D. Menoch. d. pręsumpt. 76. num. 22. quia illud
procedit quando res sunt positę in conditione,
ita vt conditio sit potestatiua secùs autem quãdo
personę, vt in casu nostro, ita vt cõditio sit casua-
lis, vt laté declarauimus, quandoq; ad l. 4 ff. ad
legem falcid. & facilé colligitur ex iuribus supra
deductis, nulla igitur ratio patitur, vt illa cõditio
si decesserit sine filijs apposita ad extinguendum
fideicommissum ad fauorem grauati non ad com
modum positorum in conditione operetur effe-
ctũ vocationis, vt recté considerat Port. cons. 143.
num. 5. Nec in sensu contrario, quia hæc verba si
24 Titius † hæres decesserit sine liberis substituo
Caium sonant à contrario sensu, ergo si non de-
cesserit sine liberis Caium non substituo, non aũt
ergo si non decesserit sine liberis eosdem liberos
substituo, voluit enim testator vt hæredẽ in filios
habeat, posse illos admittere ad successionem, nõ
autem eundem compellere ad restituẽdũ, liberos
enim

enim, quorū ratione habuit contemplatione pr̄is
hęredis noluit eodem hęrede innito admittere,
& occasionem filijs dare, ob indubitatam fidei-
commissi spem proprium parentem contemnēdi
sed liberum esse hæredi instituto, si cum filijs in
conditione positis decedat non est igitur ab hac
verissima, & receptissima regula temere rece-
dendum, regulam enim qui habet suæ causę inser-
25 uientem rem † certam habere dicitur Bart. ad l.
quoties ff. qui satisdat. cogant. D. Menoch. consi.
26 406. nu. 9. lib. 5. pro qua regula † in dubio præ-
sumendum est, non pro coniecturis quę dertogāt
regulæ vt ex Grat. cons. 3. nu. 29. & 30. lib. 1. docet
Cephal. d. cons 517. nu. 99. cum seq.
Præterea & secundo quia versamur in casu vbi
nec censentur vocari in conditione positi ex con-
iecturis, & pręsumptionibus, tum quia in propo-
27 sito sunt hominis, † & non iuris nulla enim ex
coniecturis quæ afferuntur à DD. vt regulę huic
fraudem faciant iure probatur, vt recte obserua-
uit Præses Menoc. d. præsump. 76. num. 26. in fin.
nec hominis coniecturæ possunt operari vt positi
28 in conditione † censeantur vocari necesse est
enim vt sint probabiles, & iure receptæ DD.
ad l. vltimam C. de probatio. Curt. in l. 1. num.
43. ff. de offic. eius. Crauet. cons. 148. nu. 2. in fin.
Roland. à Valle de lucro dot. q. 75. num. 21. cum
seq. & pręterea esse arbitrarias statuunt quam-
plurimi adducti per Surd. decis. 164. num. 11. sed
29 periculosum est arbitrari † contra verba testa-
toris, & aduersus iuris regulam nisi euidenter
30 constet de mente illius cum verba sint † notę
eorum, quæ sunt in mente leg. labeo de supellect.
31 legat. cumq; in dubio testator pręsumatur velle
† idem, quod ius Bald. ad leg. cum patrem in
fin. Cod. de condit. insert. quamobrem facilè
32 est peruiriosè errare in interprętanda † de-
functi voluntate quam videre non possumus.
Ceph. ex Bald. Ias. & Dec. in cons. 517. num. 46.
tum etiam quia tunc demum in conditione posi-
ti censeantur coniecturis concurrentibus vocati
33 quando sunt testatoris descendentes, † vt tra-
dunt quamplurimi adducti per D. Menoch. dicta
pręsump. 76. nu. 25. & per Michaelem Crass. de
success. in §. fideicommissum q. 13. num. 2. secus
autem quando sunt positi in conditione transuer
sales, vt in casu nostro, & præterquam, quod opi-
34 nio DD. distinguētium † debet cæteris præual-
lere, vt docet Glos. vltima in fin. in c. scientes ex-
tra de censib. Imol. in c. super litteris nu. 2. de re-
scrip. Aretin. in princip. instit. de empt. & vendit.
num. 101. cum alijs latè adductis per Ant. Mari.
Cast. in tract. cōmun. opinio. lib. 1. tit. 6. inspect.
2. numero. 80. id quod potissimum habet locum
35 in † maximis controuersijs, & valde dubijs
cuiusmodi est quæ indigeret decis. Cesarea, vt
ex Purpur. decit Thesaur. decis. 96. in princip. &
Cęph. d. cons. 517. numero. 16. in quibus media
36 via † est eligenda leg. si pater sam. ff. de hæred.
instit. §. vlt. instir. de vulga. substit. l. an si qui. ff. si
pars hær. pet. nititur ēt optima rōe paterna nimi
rum pietate, & communi parentum voto cuius
37 maior † ratio habetur, quam verborum l. vnum
ex familia. §. vlt. de lega. 2. l. titius. §. 1. ff. de
liber & posthum. hinc ob verisimilem eiusmo-
di pietatem coniecturis incurrentib. factum est,
38 vt licet aliter filij, aliter nepotes † appellentur
§. vlt. instit. qui testamen. tut. dar. poss. l. quod
si nepotes. ff. de testam. tut. in dispositionib. ascē
39 dentium appellatione filiorum veniunt † etiā
nepotes l. filij appellatione l. liberorum. §. Papi-
rius. ff. de verb. signific. cum similib. latè D. Me-
noch. lib. 4. præsumptionum, præsumpt. 94. num.
25. cum seqq. & Cardin. Mant. de coniect. vltim.
volunt. lib. 8. tit. 8. Hinc etiam factum est, vt so-
lummodo in dispositionibus ascendentium con-
ditio liberorum, vel filiorum † ommissa habea-
tur pro adiecta leg. cum auus. ff. de condit. & de-
monstr. leg. cum acutissimi. C. de fideicom. se-
cus autem in dispositionibus transuersalium.
41 Nec dicatur cum Thesau. d. decis. 96. num. 7.
distinctionem hanc magis communiter esse re,p-
batam, vt potè, quæ destruat communem regulā.
quia si rectè intelligatur, vt intelligitur à Michae
42 le Crass. in † quęst. 13. num. 2. & vniuersaliorem
reddit, non destruit regulam, aut enim illi, qui
sunt instituti non sunt ipsius testatoris descendē-
tes, aut sunt descendentes primo casu obsolutè,
nec supra concurrentibus coniecturis hominum
quæ non temere sunt admittendæ ad destruendas
iuris regulas filij positi in condictione censentur
vocati secundo autem casu in quo nos non versa-
mur, aut coniecturæ non concurrunt, & idem est
dicendum, aut concurrunt, & tunc post dari casus
vt filij in condictione positi censeantur vocati,
Profectò si in hūc sensum intellexisset distinctio-
nem hanc Thesau. qui totus in eo est, vt deffendat
communem regulam negatiuam eamq; vniuer-
saliorem constituat sententiam hanc medio di-
stinguētium omnino approbasset, & certè si quis
oleo abuteretur facilè etiam fortè DD. numera-
tione adhibita reperiretur distinctionem magis
communem esse cœterum non quemadmodum
43 apud vulgares iudices † ita quoq; apud Senatū
Excellentiss. potior esse debet opinantium nu-
merus, quàm veritatis æquitatis, & rationis
pondus.
Pręterea coniecturis in hac materia à DD. ex-
44 cogitatis tunc demum est locus quando † in cō-
ditione positi non sunt in alio testamenti capi-
tulo, expresè antea, vel postea vocati, vt rectè
tradit Bart. Socin. cons. 116. num. 2. libro. 3. ex
Alex. cons. 185. libr. 2. & cons. 24. num. 6. libr. 3.
Paris. cons. 44. num. 9. vol. 2. Zanch. in leg. hære-
des mei. §. cum ita in 7. part. nu. 98. Ant. Gabri.
de fideicom. conclus. 4. nu 3. versi. primo amplia
Rust. lib. 1. cap. 3. nu. 16. & lib. 4. cap. 4. num. 2.
D. Menoch. d. præsumpt. 76. nu. 43. & nu. 89. in
testamento autem, quod est in controuersia posi-
tum hæredum filij, & antequam ponatur in con-
ditione, & postquam in conditione positi sint ex-
presè sunt vocati, vt patet ex illis verbis, & eis
non extantibus filios masculos legitimos, &
naturales &c. & pauló inferius, videlicet
postquam alteri ex hęredibus decedenti sine fi-
lijs substituit superuinentem fratrem, & cohęre-
dem subdit vocando filios, & eo nō extante filios
legitimos, & naturales &c. Nec dicas si testator
vocauit moriente Francisco sine filijs Antonium
& in defectum Antonij eiusdem Antonij filios
ad partem Frācisci patrui verisimile esse, vt mul-
to magis voluerit vocare eosdem filios ad partē
proprij parentis. Quia respondeo testatorem in
casu nostro nuuquam vocasse filios hęredum nisi
in casibus, vbi institutio, vel substitutio per præ-
cedentiam institutorum, vel substitutorum pote-

rat effici caduca confisus parentes actu succeden-
tes ipsi testatori non priuaturos filios, vt declarat
Zanch. ad d. l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Se-
natusconf. trebellia. num. 72. quibus parentibus
verisimile est, vt nec ēt voluerit adimere faculta-
tem eos priuandi ob causam, cum igitur solum-
45 modo per † vulgarem sint vocati patre admisso
cessat omnis substitutio, vt liquet ex illis verbis,
& eis non extantibus, & ex alijs, & eo non extāte
Anchar. conf. 236. Abb. conf. 40. nu. 1. lib. 1. cum
alijs adductis per D. Menoch. lib. 4. præsūptionū
præsump. 71. nu. 10. Ruyn. conf. 105. nu. 5. lib. 5.
Zanch. in præallegato loco, & D. Menochius in se-
pius repetita præsumpt. 76. nu. 56. vers. cęterum.
Sed vt tollamus in hac causa omnem difficul-
tatem sigillatim etiam respondebimus omnibus
coniecturis adductis ad fauorem partis aduersæ,
quibus etiam alij qui scripserunt ad fauorē DD.
Frūm de Capellis copiosè, & eruditè satisfaciūt.
Prima igitur cōiectura, quæ nititur expressio-
46 ne masculinitatis est magis communiter † re-
probata, vt ex Didac. Couar. Clar. Rip. & Rolan.
testatur Ceph. conf. 517. nu. 73. & propèmodum
innumeros damnantes hanc hominis non iuris
cōiecturam adducit D. Menoch. d. præsumpt. 26.
nu. 29. vers. cæterum, quib. accepit Vasqu. de suc-
cess. progres. lib. 1. §. 4. nu. 4. vbi ex Rip. ad l. 1.
C. de pact. nu. 9. loco limitationis ponit amplia-
tionem ad communem regulam negatiuam vbi
etiā si expressa qualitas masculinitatis, & de cō-
muni attestatur.
Nec mouere debet secunda coniectura, quia
testator posuerit filios in conditione cum ea qua
litate vt sint legitimi, & de legitimo matrimonio
nati, quia præterquàm quod hæc quoq; coniec-
47 ctura est hominis † nō legis, & satis cōtrouersa,
& à multis reprobata ita ut possit dubitari quęnā
sit magis communis opinio, vt patet ex Zanch. ad
dictam l. hæredes mei in §. cum ita in 7. q. nu. 57.
ex Thesau. d. decis. 96. nu. 26. ex Viuio decis. 262.
nu. 18. lib. 2. ex Berret. conf. 74. nu. 12. & ex innu
meris, qui consulendo pro regula negatiua nullā
huius expressionis rationem habuerunt ego non
video quare eiusmodi qualitates expressę debeāt
esse in causa, vt conditio transeat in dispositionē
quā plures. n. exprimuntur qualitates eorum qui
48 ponuntur in conditione cū magis conditio sit †
casualis, quę nunquam in dispositionem transit
necesse enim est adhoc vt conditio aliquid ponat
49 in esse, & in dispositionem transeat, vt sit † po-
testatiua, & iniungatur ei qui grauari possit, l. fi-
deicommissa §. cum esset ff. de legat. 3. l. in ratio-
ne secunda. §. tametsi l. id autem, ff. ad legem fal-
cid. l. si ita stipulatio. ff. de oper. libert. cum simi-
lib. quæ publicè profitendo perpendimus ad l. in
quartam. ff. ad legem falcid. si testator dixerit in-
stituo hęredem Titium, & si Titius decesserit sine
filio Consule substituo Caium, non crediderim
ego eam ob causam filium Titium Consulem in
conditione positum esse vocatū licet ab intestato
non solus sit successurus patri, sed vnà cum fratri-
bus etiam non Consulibus, satis enim vt condi-
tionis defectus faciat desficere substitutionem vt
sonant verba siue in sensu directo accipiantur,
siue in sensu contrario, in cæteris autem tamquā
in casibus omissis erit locus dispositioni iuris cō-
munis, l. si extran. ff. de cond. caus. dat. l. commo-
dissime, ff. de lib. & posthu. tradit in materia no-
stra, Ceph. in sepius adducto conf. 517. nu. 25. nec
est nouum, quod in successione ab intestato ali-
qui consequantur ex persona alterius cum quo
concurrunt quod per se non fuissent consecuti, §.
sed cum antea inst. ad Senatusconf. Tertull. in-
50 clusus enim † trahit ad se exclusum non è con-
tra, vt dixit notanter Bald. ad l. quicunque C. de
seru. fugit. num. 15. in fiu. Patres ergo Senatus
Excell. & eminentissimi esse videntur eiusmodi
coniecturas DD. vel potius argutiolas, & impli-
catas cautellas quibus iuris regulę fraudem fa-
ciunt omninò reijcere.
Tertia quoq; coniectura non modo leuissima
est, & de iure falsa, & reprobata à Cuman. consil.
122. à Paris. conf. 31. nu. 19. lib. 2. à Bero. consil.
84. nu. 75. lib. 2. necnon ab Antonio Gabriel. de
fideicom. conclus. 4. nu. 32. vt recte alij quoque
per hac parte cōsultissimi se refferunt Aduocati,
sed ēt falsa in facto in casu nostro vt nos vltra eos
demonstrabimus iure optimo in primis est leuis,
51 † & reprobata quia si vnica filiorum in cōditio-
ne posita nullam inducit vocationis pręsumptio-
nem quod potest esse in causa, vt censeantur vo-
cati si pluries in conditione ponantur singularia
enim, quæ sui natura non diriguntur ad vocatio-
52 nem non † prosunt, non video qua ratione vn-
quam possint vocationem inducere, & iuuare cō-
tra regulam l. spadonem §. quod iura. ff. de ex-
cusat. tuto. & contra l. patre furioso. ff. de his, qui
sunt sui, vel alien. iur. pręsertim quia si filij plu-
ries in conditione ponuntur plures etiam pro
casuum diuersitate inducunt vocationes, & sic
semper regula destruitur, quia vnica positio in
conditione inducit suam vocationem in singulis
casibus quod semper est contra regulam, & con-
tra veritatem, sed falsa etiam est hęc coniectura
in casu nostro, quia filij institutorum non nisi se-
mel sunt positi in conditione, & respectu primi
morientis tantummodo vt supra demōstrauimus,
& quilibet etiam occulante et præcurrendo testa-
menti verba potest cognoscere bene sunt duobus
in casibus expresse vocati, sed ex illis expressis
vocationibus sumitur efficax argumentum, vt
quando sunt positi in conditione vocati non cen
seantur, propterea quod quando testator voluit
illos vocare expressè vocauit vt supra latius de-
duximus.
Nec ratio aliqua est habenda quartæ conie-
cturæ, primum quia respondemus coniecturam
53 illam excogitatam ab Anchar. conf. 74. † nu. 2.
cōmuniter improbatā esse, vt testatur Clar. in §.
testamētū q. 79. vers. quarta, Trentacinq. in tract.
substitutio p. 4. c. 11. nu. 27. Cardin. Manti. de cō-
iect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. nu. 13. Rol. à Valle
plures adducens conf. 51. nu. 9. lib 5. Bursat. conf.
51. nu. 21. lib. 1. vbi dicit Anchar. ex communio-
ri esse reprobatum, communiter etiam reproba-
tam esse Ancharani sententiam dicunt ad l. Cen-
turio Galiaula num. 98 versic. amplia secundo, &
Rip. num. 165. & ibi Cardin. Alban. in lucubra-
tionibus nu. 26. de crebriori testatur Rip. in pri-
mo responso sub tit. de substit. Alciat. consil. 89.
num. 5. vol. 9. vbi alios adducit qui dicunt An-
char. sententiā esse phantasiam ab omnibus DD.
reprobatā Io. Ant. Lanat. conf. 63. nu. 45. latè de-
clarat quando testator dicatur digressus ad plu-
54 res † substitutionū gradus, & quāquā admittat
in omnib. casibus, & faciāt deficere substitutionē
non

non tamen vult vt dicantur vocati cęterum quan-
do etiam non esset magis communiter reprobata
hęc coniectura vtiq; non haberet locum in casu
nostro cum procedat solummodo in descenden-
tibus testatoris non in alijs, Alex.cons.64. nu.5.
vers corroborantur prædicta lib.1.Rain.cos.128.
nu.19.lib.3. cum alijs adductis per Rust. in dicto
tracta de filijs in conditione posit. num.2.cap.1.
lib. 3. Accedat etiam quod testator in casu no-
stro licet fecerit plures substitutionum species,
non est tamen digressus ad plures gradus eius-
dem substitutionis, instituit.n. fratres quibus nō
extantibus illorum filios per vulgarē directè, ad
hæreditatē vocauit, & sic vnic⁹ est gradus substitu
tionis vulgaris deinde primo decedēte sine filijs
substituit per fideicommissum superstitem Frem
cui cùm rursus sine filijs decederet, alium substi-
tuit per fideicommissum progrediendo ad secun
dum fideicommissi gradum, sed eo non extante
55 vocauit per vulgatem directe, quæ fieri † potest
etiam in fideicommissis, & legatis filios illius, &
sic aliam speciem substitutionis fecit non alium
gradum eiusdem ordinarię, & regularis fideicom
missariæ substitutionis, tunc enim digreditur ad
plures gradus substitutionum testator, quando
positis in conditione, secūdo, aut tertio substituis
set, & ità de substituto prouidisset non tantum in
defectum primi instituti, sed èt in defectū oium
liberorum, vt intelligit Crass. de success. in §. fi-
deicommissum quæst. 14. numer.3. præterea non
potest dici ad plures substitutionum gradus di-
gressus, qui post primam substitutionem alterā
facit dumtaxat argumento leg. inter illa in §.fin.
de testibus, sed quando etiam admittamus testa-
torem esse digressum ad plures gradus eiusdem
substitutionis, quia illi filij, qui fuerunt positi in
conditione in primo substitutionis gradu in
altero fuerunt expressi honorati propterea in ca-
su vbi solummodo sunt positi in conditione non
censentur vocati, vt recte docet ex Rip. ad dictam
l. Centurio nu.165. & ex Ant. Gabriel. de fideic.
concl.4.nu.16. D. Menoc. in d. pręsumpt.76.n.54.

Quinta coniectura nulla, & falsa est tàm in iu-
re, quàm in facto, in iure, quia reprobata est a Ca-
stren. Ioan. de Anan. Alex. Curt. sen. Ruyn Dec.
Rip. Zanch. & alijs adductis per D. Menoch. in
sępius memorata præsumpt.76. num.64. vers. di-
sentiunt, & iure optimo quia non est differentia
56 in hac parte inter conditionem expressam per †
ablatiuos absolutos, & eam quæ alijs conditio-
nalibus verbis exprimitur, nec maiorem vim ha-
bet si per ablatiuos absolutos concipiatur, licet
in aliquibus iuribus nimirum in l. fideicōmissa,
§.cum esset.ff.de legat.3.& in l.in ratione.§.tam-
etsi.ff.ad l. falcid. depositionem inducat, illud .n.
in dictis iuribus, & similibus non proficitur ex vi
aliqua maiori ablatiui absoluti, sed quia in illis
iuribus res non personę sunt positę in conditione,
& consequenter conditio est potestatiua non ca-
sualis, vt in casu nostro, & iniuncta personæ, quæ
grauari poterat est falsa etiam in facto, quia in
testamento de quo disputamus filij non sunt po-
siti in conditione per ablatiuū absolutum, sed per
ablatiuum, qui regitur ab expositione ablatiui
57 .n. absoluti † in hoc testō semper refferuntur ad
hæredes, & ad grauatos non ad positos in condi-
tione dū dicitur primū, & eis non extātibus dein
de, & altero ex dictis suis fratribus hęredibus in-
stitutis vt s. decedēte, & vlt. loco, & eo nō exstāte.

Sexta quoq; coniectura ob expressam trebel-
58 lianicæ † prohibitionem est leuissima, & men-
dicata cum ob eam recedatur temere à commu-
ni, & receptissima iuris regula quandoquidem
prohibitio trebellianicæ vt rectè considerat Præ-
ses Menoch. in dicta præsump.76. num.80. versic.
cęterum vbi eam reprobat si fit grauato in gratiā
substituti, non in gratiam positorum in condi-
tione nisi velimus assumere pro fundamento re-
gulam affirmatiuam magis communiter repro-
batam vt positi in conditione censeantur vocati.

Nullius etiam momenti est septima coniectu-
59 ra deducta ex clausula in stirpes non † autem in
capita primum quia optima ratione reprobatur
à D. Menoch. in dicta præsump.76.nu.74. versic.
cęterum animaduerrit quippè quod illa verba in
stirpes, non autem in capita non refferantur ad
personas filiorum in conditione positorum cum
eis non conueniant, sed ad personas institutorum,
nec aliquo modo prædicta verba concipi possunt,
vt filijs in conditione positis conueniant, vt re-
spondet Ias. in cons.143.lib.2 circa finem, quem
reffert, & sequitur D. Menoch. præallegato in lo-
co quod etiam ad sensum patet. Pręterea in casu
nostro cessat omnis difficultas quàm posit face-
re eiusmodi inconsiderata, & temeraria conie-
ctura, quia illa clausula. nec apposita, nec poterat
apponi in substitutione fideicommissaria de qua
agimus, sed in prima substitutione directa vulga-
ri per quam filij hæredum expresse vocabantur,
vt nulli dubium esse potest.

Octaua quoq; coniectura ex generali clausula,
60 omni meliori † modo, quę regulam negatiuam
potius destrueretur quam limitaret, & optima,
& inuincibili ratione comprobata à D. Menoch.
dicta præsumpt. 76. nu. 82. vers. hæc coniectura,
& à Thesau. dicta decis.96 nu. 31. & est leuis ex
confessione Aduocati partis aduersę.

Nona autem coniectura petita à clausula co-
dicillari potest reprobari eadem ratione qua D.
Menoch in d. pręsump.67. num. 81. præcedente
61 reprobauit, sed † de coniectura eiusmodi, & de
tribus alijs proximè præcedentibus minimè la-
borandum est quia sint leuissimę, & aduersarij
quoq; admittunt, & in casu nostro vbi positi in
conditione non sunt descendentes testatoris nul-
lius momenti esse leues coniecturas sine dubio
Senatus prudentissimi arbitrabitur.

Decimæ tandem coniecturę quæ habet filios
positos in conditione censeri vocatos in fideicō-
62 missis † particularibus, pariter ratio non est
habenda, tum quia communiter reprobata, vt ex
Claud. & Didac. Couar. docet Vasqu. de succes.
progress. lib.1. §.4. nu. 5. D. Menoch. qui cumu-
lare satisfacit rationi eorum qui coniecturę eius-
modi fuerunt auctores in dicta præsumpt.76.nu.
62. vbi adducit Sociu. Ias. Galiaul. Alciat. Zanch.
& alios tum etiam quia ad rem non facit vt opti-
me deducunt alij qui defendunt partem DD. de
Capellis Aduocati, hęc enim cōiectura si aliquo
casu aliquid operatur profecto vendicat sibi locū
in meris, & puris legatis non autem in alijs quæ
purè & merè legata non sunt, vt ex Bero. & Rust.
declarat idem D. Menoch. in eadem præsumpt.
76. num. 62. in fin.

Superest igitur vt satisfaciamus vltimæ conie-
cturæ in qua maximam vim facit pars aduersa

in depositionibus quinq; testium ex quibus aper
tè colligitur cuiusmodi fuerit mens, & voluntas
testatoris, cui quidem difficultati vsq; adeò cu-
mulatę sex responsionibus alter ex huius causæ
Aduocatis satisfacit vt nihil addi posse videatur
vt tamen nos quoq; pro virili parte nostra scru-
pulum hunc tollamus dicimus animaduertendū
esse testatorē posse declarare verba facti vbi sint
63 dubia in testamento non verba † iuris vt puta si
sticum legauit cum plures haberet, nec declara-
uit de quo sentiret item si titio legauit amico suo
cum multos Titios amicos haberet, & erraret in
nomine, vel pronomine, vel cognomine cum in
corpore non errasset poterit postea de quo sen-
64 serit declarare, vel qualitatem rei, † vel nume-
ro addere nihil enim hoc modo faciendo dat, sed
datum significat vt dicit I. C. in dicta l. hæredes
palam in §. si quid post. ff. de testam. vbi Bart. Ca-
stren. & alij, sed declarare an per positionem fi-
liorum, in conditione quæ fit per verba iuris eos
vocauerit vel non, non potest, aut enim verba illa
quibus filios fratrum in conditione posuit sua-
ptè natura includunt vocationem, aut non, si in-
cludunt superuacua est testatoris declaratio si nō
65 includunt non est declaratio, per quam non †
aliud disponitur, sed iam dispositum detegitur,
& notificatur Simon de Pret. de interpr. vltim.
volunt. lib. 1. interpret. 1. dub. vlt. nu. 2 sed vel
66 assertio testatoris contra veritatem † quæ veri-
tatem ipsam mutare non potest l. qui testamentū.
ff. de probatio. l. si fortè. ff. de cast. pecul. cum
alijs adductis per Bald. ad authen. si mulier. C.
ad leg. falcidiam nu. 4. vel est noua vocatio, &
datio eius quod datum non erat, & sic mutatio
quo casu omnia ex integro facienda sunt, vt dicit
67 apertè I. C. in d. l. hæredes † palam §. si quid
post in vestibulo vbi DD. faciunt tradita per
Card in. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11.
tit. 20. nu. 10. facere enim de non vocato vocatū
sine dubio est dispositionis mutatio. Præterea
quando etiam versaremur in casu vbi testator
posset verba dubia sui testamenti declarare op-
porteret eum hoc ita fecisse vt prius constaret eā
declarationem hanc facere voluisse quod tunc in-
telligitur factum, quando testator conuocatis ad
hoc hominibus, vt voluntatem suam testaretur
68 ita locutus est vt profiteretur se declarare † ver
ba dubia quibus in testamento vsus est, non enim
satis est, vt plerunq; sermones fieri solēt, dixisse
obiter alicui, vel fratrum suorum filios post mor-
tem parentum habere bona sua alioquin non dif-
ficulter post mortem alicuius testes existerent,
qui verba aliqua eiusmodi sine pręuia disponen-
tis, vel declarantis deliberatione emissa audiuis-
sent, per quæ vera inditia subuerterentur, vt in si-
mili dicit I. C. in l. diuus. ff de milit. testam. & Iu-
stin. in §. planè instit. eodem longe enim diffici-
69 lius est circa testamentum probare † si factum,
70 quam factum, factum enim per duos testes †
probari potest si factum autem non, nisi propter
septem, vt rectè docet Oldrad. cons. 297. num. 7.
In hanc eandem opinionem venerat prius Io. Ba-
ptista de Philippis I. C. Archidiaconus, & Vica-
rius Casalensis, cuius dicta quia illis inhæret D.
Massinius placuit adijcere ad hoc, vt inspectis
indè responsionibus de veritate articuli, cuius
hoc loco meminit Menochius latius appareat.

Scire debet Nob. Margarita Baua hæres quon.
Nob. Alexandri Bauæ eius filij, quòd sicuti suc-
cubuit in prima instantia, & in hoc supplicatio-
nis iudicio erit idem reportatura, confirmariq;
omninò debet Senatusconsultum in eius odium
latum, & in fauorem M. Mag. DD. matris, & fra-
trum de Capellis, quoniā in eam plus iuris trans-
ferre nullatenus potuit dictus Nob. Alexander
71 defunctus, quàm † ipse haberet, cap. nuper. de
donat. inter vir. & vxo. l traditio. ff. de acq. rer.
domin. cap. nemo, de reg. iur. in 6. vbi Dyn. l. ne-
mo. ff. eod. & ibi Dec. prout virtute asserti testa-
menti per quondam Reu. D. Ambrosium Bauam
conditi nullum penitus habebat, & ideo sequitur
quod cùm defunctus tradere non potuerit, quod
non habebat. l. si filiusfamilias. C. de donat. l. si
vniuersæ, C. de leg. vbi glo. notat Italicum pro-
uerbium: *Mal dà chi non hà, dice la campana di San*
72 *Pietro*, cap. ventum 1. quæst. 1. non entis † nullæ
sint qualitates, l. eius qui in prouinciam, ff. si cert.
pet. l. quidam referunt. ff. de iure codicill. l. 1. ff.
com. præd. §. si tamen instit. de rer. diuis.

Nec est graue assumptum, probare præsuppo-
siti iuris defectum, quia in prædicto instrumento
non est nominatus dictus q. nob. Alexander, &
73 sufficit obijcere, de re non loquitur † substitu-
tio, Gozad. cons. 21. nu. 8. Crau. cons. 161. nu. 16.
Socin. cons. 62. nu. 4. lib. 3. Cardin. Paris. 86. num.
17. vol. 2. Bec. cons. 39. num. 26. Surd. cons. 279.
nu. 5. & cons. 448. nu. 30. D. meus Menoch. cons.
92. nu. 97. Borgn. Caualc. decis. 5. num. 14. & 38.
par. 3. Mascat. de prob. concl. 775. nu. 1. & concl.
1348. nu. 1. Honded. cons. 60. nu. 12. lib. 1.

Quod manibus palpans dicta nob. Margarita,
confugit ad aliam quæstionem, an filij positi in
74 conditione † censeantur vocati, quam arduam,
altam, & profundam vocat, Gabr. lib. 4. commun.
concl. tit. de fideicom. concl. 4. & Cęsarea decisio-
ne indigere, inquiunt Purpur. cons. 596. & Thes.
decis. 96. nu. 1. studens inferre, quòd dictus nob.
Alexander, vti nob. Antonij grauati à dicto Reu.
D. Ambrosio testatore, filius vocatus dicatur tan-
quam in conditione positus, & sibi in mentem
ponere debet, quod dicta quæstio non potest ap-
plicari in pręsenti hyppothesi, & vbi deseruiret,
quod denegatur. vt vera fatear, duę sunt opinio-
nes, altera affirmatiua, negatiua altera, sed nega-
tiua, quòd filij in conditione positi non sint vo-
75 cati, est magis † communiter recepta, & cre-
brior, glo. in l. Lucius, la seconda. ff. de hæred. in-
stituen. vbi Bart. Bald. Angel & alij, Gabr. de fi-
deicom. dicta concl. 4. in princ. & num. 2. in fin.
post Imol. Corn. Alex. Soc. iun. Crau. Bertrand.
& Guido Pap. Clar. lib. 5. senten. recep §. testa-
mentum, quæst. 77. Rol. cons. 51. lib. 3. vbi nu. 5.
pluribus citat, dicit ab hac opinione non esse re-
cedendum in iudicando, & consulendo, & cōs. 6.
nu. 29. lib. 4. Burs. cons. 51. num. 21. & cons. 195.
num. 3. Marzar. in epit. de fideicom. q. 29. Cæph.
cons. 749. nu. 1. Ill. Card. Mantic. de coniect. vlt.
volunt. lib. 11. tit. 2. & 3. Simon de Pret. de inter-
pret. vlt. volun. lib. 3. interp. 3. dubit. 1. fol. 2. fol.
mihi 297. Ioseph. de Rustic. in tract. an, & quan.
liber. in cond. pos. par. 1. c. 2. vbi infinitos adducit,
& par. 2. c. 2. nu. 80. & seq. Thes. decis. 96. num. 3.
& 6. vbi dicit pluries, ita fuisse iudicatum, Crass.
recept. sent. §. fideicommissum, q. 7. Pereg. de fi-
deic art. 28. num. 5. & seq. Hieron. Ceual. quæst.
pract. q. 541. & pro sigillo ne longior sit allegatio,

&

& quotarum fiam relator, D. meus Menoch. conf. 152. nu. 1. & tract. de prȩsump. lib. 4. præsump. 76. num. 14. & ab hac negatiua opinione non esse discedendum, trad. Alex. Trentacinq. de substitut. par. 4. cap. 11. nu. 20. & sub nu. 22. in fin. & canonizatam esse inquit Surd. decis. 161. nu. 1.

Affirmatiuam verò tuentes, ob coniecturatam testatoris mentem à prędicta negatiua recedunt, vt ex præcitatis auctoritatibus videre est, nullas tamen adduci posse coniecturas edocetur, quod vt facilior res fiat, testamenti verba referuntur, (hæredes vniuersales instituit nob. Franciscum, & Antonium fratres ipsius testatoris æquis portionibus, & eis non extantibus, filios masculos, legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, & procreatos, eorundem in stirpes, & non in capita, & altero ex dictis suis fratribus hȩredibus institutis vt supra, decedente sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis, substituit alterum superstitem, & eo non extante filios legitimos, & naturales eiusdem masculos, & de legitimo matrimonio procreatos, absq; detractione alicuius trebellianicæ, quàm expresè detrahi prohibuit quoad domos, & ædificia, & alia omnia, & quæcunque bona immobilia tàm hæreditaria, quàm prælegata, quia mens, & intentio ipsius testatoris fuit, & est, quòd altero ex dictis suis fratribus decedẽtibus sine filijs masculis vt supra, omnia bona immobilia tàm hæreditaria, quàm prælegata, vadant, & trãseant in alterum fratrem superstitem, & eo non extante, in eius filios masculos, legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio procreatos integrȩ, absq; detractione alicuius quartȩ.

Coniecturæ namq; à Nob. Margarita adductæ hæ sunt: Prima, quia filij institutorum fuere positi in conditione sub qualitate masculinitatis: Secunda, quia filij cum hac qualitate etiam ex legitimo matrimonio procreati leguntur in conditione positi: Tertia, quia dictæ duæ qualitates masculinitatis, scilicet, & legitimi matrimonij, bis, & sępè fuere repetitę: Quarta, quia per ablatiuos absolutos, non extantibus filijs, fuere positi in conditione: Quinta, quia testator stantibus depositionibus testium examinatorum parte d. Nob Margaritę, ita videtur declarasse. Addo ego sextam, quia domus, & alia bona cõtrouersa fuerant prȩlegata dict quon. Nob. Antonio d. Nob. Margaritæ viro, quæ cum cœteris bonis fideicommisso supposuit, at in legatis, & fideicommissis particularibus, filij positi in conditione vocati prȩsumuntur.

Primam namque qualitatem masculinitatis operari, vt filij in conditione positi censeantur vocati, firm Guidop. Crot. Corn. Ias. Alciat. Alb. Port & alij, quos congessit D. meus Menoch. d. cons. 152. num. 3. cons. 393. nu. 6. & de præsump. libr. 4. prȩsumpt. 76. num. 17. Fab. de Auna cons. 9. num. 4. Surd. decis. 162. num. 10.

76 Hanc tamen coniecturam non esse veram, † scripserunt Gabr. de fideicom. d. concl. 4. num. 9. Roland. dict. consil. 51. num. 5. vers. 2. non obstat li. 3. citantes DD. ou. 29 Ioseph. Rustic. innumeros citat d. tract. an, & quãd liber. li. 2. c. 2. nu. 34. Card. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 3. sub num. 3. vers. sed hęc quoque coniectura. Crau. consil. 763. Trentacinq. de substitut. dict. par. 4. cap. 11. sub num. 24. vers. & cum supradicta opinio, Thes. decis. 96. num. 21. & hanc coniecturam magis communiter damnari dicit Cæphal. consil. 517. num. 69. & 73. & cons. 419. num. 69. Bursat. cons. 52. num. 26. & cons. 86. num. 2. & aliàs opinio contraria procedit, vbi filij masculi sunt positi in conditione affirmatiuè, non negatiuè, vt in hoc casu, Ruin. cons. 134. num. 5. lib. 3. Rustic. d. lib. 2. c. 3. num 12.

Altera qualitas ex legitimo matrimonio procreati, quòd filij in conditione positi censeantur
77 † vocati, traditur à Mantic. dict. lib. 11. tit. 3. nu. 7. Honded. cons. 45. num. 27. & cons. 54. num. 21. libr. 1. Surd. decis. 161. num 7. Socin. iun. cons. 11. num. 26. lib. 3. D. Menoch. cons. 325. numero. 10. Mantic. dict. libr. 11. tit. 3. num. 7. & alijs citatis à Rust. d. tract. lib. 3. cap. 3. Sed contra quia sicuti verba, sine filijs legitimis, & naturalibus non inducunt vocationem, Hond. cons. 54. nu. 24 libr. 2. Ioseph. Rust. dict. tract. an, & quan. liber. part. 3. cap. 3. num. 5. in fine, ita nec dicta verba de legitimo matrimonio, quicquid scripserint Rust. & & Hond. in prædictis locis, & Mant. dict. lib. 11. titul. 3. nu. 7. prout contrarium scripserunt Thes. dict. decis. 96. num 26 Berret. cons. 74. num. 12. Viu. decis. 262. num. 18. libr. 2. latissimè Zanch. in repet. l. hæredes mei, §. cum ita. par. 7. num. 57. ff. ad trebellian. qui dicit, quod aliàs sequeretur malè consuluisse multos Doctor. qui infinitis ppè consilijs, quę commemorare laboriosum magis esset, quàm subtile, contrarium tenuerunt, & differentiam non esse constituendam ostenditur, q contrariũ tenentes, ea mouentur rõe, q per verba si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus nõ excluduntur per rescriptũ legitimati, qui remanent exclusi ob illa verba, de legitimo matrimonio, & tamen in fortioribus terminis legitimati per subsequens matrimoniũ, qui verè sunt legitimi, & naturales in feudis, & alijs dispositionibus, in quibus vocantur filij de legitimo matrimonio procreati non admittuntur, ex eo quòd principium, & origo nascẽdi inspicitur, & à principio interuenire debet, Dec. cons. 88. num. 13. & cons. 555. Cęph. cons 82. num. 20. vbi dicit, qđ legitimatio per matrimonium subsequens est posthac, non ante hac, diffusè Rol. cons. 100. libr. 2. Tiraq. de iur. primig. quæst. 34 num. 8. Molin. de Hispan. primog. li. 3. c. 1. nu. 7. Natt. cos. 602.

Tertia coniectura, qđ quando bis in conditio-
78 ne filij sũt † positi, sint vocati, tenetur à Gozad. cons. 64. num. 9. Corn. cons. 74. num 5. libr. 2. Ad contrariũ scribunt Cuman. cons. 122. Paris. cons. 31. num. 19. lib. 2. Bero. cons. 84. num. 75. libr. 2. Gabr. de fideicom. dict. conclus. 4. num. 32. quia si filij positi in vna positione non censentur vocati, minus censeri debent vocari positi sub duabus quasi minus dilecti.

Quarta, quòd vbi filij sunt positi per ablatiuos
79 absolutos † vocati censeantur, dixere Ruin. cõs. 201. num. 3. lib. 2. Decia. cons. 41. num. 48. lib. 1. Ioseph. Rust. dict. tract. libr 6. cap. 3. num. 1. attamen non esse vocatos positos per ablatiuos absolutos trad. Alex. cons. 181. numer. 19. libro. 2. Anchar. cons. 68. nu. 2. Curt. sen. cons. 42. nu. 58. & cons. 63. nu. 2. Rip. in rubr. ff. solut. matrim. num. 34. & in leg. centurio, num. 161. ff. de vulg. Manti. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. dict. titul. 3. sub num. 24. vers. sed contrariam sententiam, & in prȩsenti casu negatiuè multomagis est respondendum,

dendum, quia ablatiui absoluti non sunt positi,
vbi fit mentio filiorum negatiuè, & tunc ablatiui
absoluti considerantur, quando nempè dicitur
non extantibus filijs, vel extantibus liberis non
substituo Caium, vt post alios exemplificat Dñs
Menoch. de præsumpt. lib. 4. dict. presumpt. 76.
num. 63. & 66. Zanch. d. §. cùm ita, par. 7. num. 80.
Imò ablatiui absoluti sunt positi ad personas hæ-
redum institutorum, non filiorum, ibi: instituit
Nobb. Franciscum, & Antonium eius fratres; &
eis non extantibus, & ibi: & altero ex dictis hæ-
redibus decedente sine filijs, substituo superstī-
tem, & eo non extante filios eiusdem.

Quinta desumpta ex depositionibus præasser-
torum testium non est cõsiderabilis; Primò namq;
80 quod testator voluit, † expressit in testamento,
& quod non fuit loqnutus, nec voluisse præsumi-
tur, l. quidam cum filium, & leg. quoties, §. tan-
tundem, ff. de hæred. instit. Ias. cons. 228. in fin.
lib. 2. Dec. cons. 159. num. 5.

Secundò, quia soli testamentarij testes de vo-
luntate testatoris deponere possunt, si fortè de de-
81 claratione alicuius † verbi ambigui positi in
testamento ageretur, Oldra. cons. 297. num. 7.
Alex. cons. 54. nu. 5. lib. 3. sed clara sunt verba
testamenti controuersi.

82 Tertiò, quia sunt singulares † testes, l. iurisiu-
randi, C. de testibus, cap. cum causam, de proba-
tio. Roland. cons. 95. nu. 18. lib. 4.

Quartò, quia per illa verba deposita per asser-
tos testes, fideicommissum in casu non expresso
83 non † inducitur, sed desiderium quod penès
omnes residet, vt procreatis liberis, per suos hæ-
redes potius bona conseruentur, & alia acquiran-
tur, quàm distrahantur iam parta.

Quintò quod coniecturę debent colligi ex ex-
84 pressis in † testamento, Alex. consil. 202. nu. 7.
lib. 7. Alb. cons. 568. nu. 17. Decian. cons. 44. n. 11.
Bursa. cons 64. lib. 3. nu. 2. plures alios citat Rust.
d. tract. libr. 2. cap. 8. num. 2. & in collateralibus
procedere hanc opinionem confirmat ibi nu. 14.

Sextò, quòd vbi ex dictis ante, vel post testa-
mentum coniecturæ elici possunt ad vocationem
85 inducendam, quia noua † dispositio tunc intel-
ligitur, septem testes requirerentur, Mantic. de
coniect. vlti. volun. lib. 11. titul. 20. sub num. 10.
Dec. cons 315. num. 8. prout testium depositio-
nes penitus diuersa à contentis in testamento vi-
dentur testificari.

Sexta, & vltima, quòd in fideicommissis par-
86 ticularibus filij positi in conditione dicantur †
vocati, firmatur ab Ang in leg. in legatis. Cod. de
legatis, Ias. in l. pecuniam, num. 2. ff. si cert. pet.
Soc. iun. cons. 158. num. 76. lib. 2. Bero. cons. 110.
num. 41. libr. 2. sed hanc coniecturam non esse
receptam inquiunt Ias. in leg. 1. nu. 10. C. de pact.
Gomes. var. resol. to. n. 1. tit. de substit. fideicom.
cap. 5. ante numer. 43. Vasq. de success. progress.
lib. 1. §. 4. nu. 5. D. Menoch. dict. præsumpt. 76.
sub num. 61. versic. quocirca, Pereg. de fideicom.
art. 28. sub nu. 16. verùm limitatio hæc, Hieron.
Zanch. in repet. dict. l. hæredes mei, §. cùm ita,
par. 7. nu. 73. vers. sed contra, Ioseph. Rustic. dict.
tract. an, & quando liberi, lib. 3. cap. 2. sub nu. 7.
vers. proinde contrariam opinionem, Gabr. de
fideic. dict. conclus. 4. sub nu. 12. vers. contrariũ
tenet, & dato quod prior opinio esset crebrior,
non tamen potest adduci in presenti casu, quia

sumus in fideicommisso, quòd esset vniuersale, si
subesset, prout defecit, illius casus, at in fideicom
misso vniuersali prælegata † veniunt, Roman.
cons. 18. num. 2. Alex. in l. Marcellus, §. quidam
liberis, num. 3. ff. ad trebell. & cons. 67. lib. primo,
Dec. cons. 86. Natta cons. 320. colum. 2. Zanch.
in reper. d §. cum ita part. 5 nu. 21. ff. ad trebell.
Mantic. de coniect. vltim. volunt. libr. 7. tit. 7. D.
Menoch. de presumpt. lib. 4. psũpt. 194. nu. 2. ẽtsi
instituerit testator post prælegata in alijs suis bo-
nis, Zanch. d. §. cum ita, par. 5. nu. 16. post Alex.
Ruin. Curt. iun. Natt. Burs. & Marzar. quos citat,
& Crau. cons. 348. num. 11. & hanc esse receptã
sententiam, licet ab ea aliqui dissentiant, tradit
D. Menoch. d. præsump. 194. numer. 6. & 7. &
considerat sub num. 8. vers. cæterum hanc respõ-
sionem, tria, prælegata, institutionem, & substitu-
tionem; prelegata quidem non contineri in in-
stitutione, quia vocationem rerum particulariũ
iam separatam ab alijs rebus relictis in institu-
tione titulum tribuente vniuersalem continent,
atq; ideo duæ sunt omnino separatæ vocationes,
vna particularis, altera vniuersalis, & vna alterã
non compræhendit, alioqui sequeretur absurdũ,
ꝙ prælegata deberentur titulo vniuersali, substi-
tutio verò, atq; ita ordus restitutionis vnica tan-
tùm est vocatio respectu substituti, & propterea
non habet separationem aliquam à prælegato,
sed cùm dubiũ sit an referri debeat ad solam præ-
cedẽtem institutionem, vel ẽt ad prelegata sit in-
terpretatio, quòd censeatur facta; tam respectu
prælegati, q̃ institutionis, quoniam non dicitur
facta actibus vocationum, nempè vel institutione
vel prælegato, sed heredis personæ grauatæ resti-
tuere, & propterea cum effectu sit heres torũ con-
sequutus, tam ex prelegatis, quam ex institutio-
ne, ità debet totum restituere, quæ omnia eo ma-
gis procedunt in hoc casu, vbi prælegata sunt
adeo ampla, vt nedum maiorem partem hære-
ditatis contineant, sed totam hæreditatem, &
tunc prælegata esse restituenda, scripserũt Boer.
quæst. 280. numero nono, Alexand. in leg. Mar-
cellus, §. quidam liberis, numero secundo ff. ad
trebell. D. Menoch, dict præsumpt. 194 num. 46.
quia prelegata sunt tanquam pars hereditatis,
Dec. cons. 349. num. 7. Roland, cons. 34. num. 1.
lib. 4. & sumus extra aleam, quia testator expres-
sè disposuit prælegata venire in fideicommisso,
vbi illi fuisset locus, leg. sequens quæstio, ff. de
legat. 2. vbi Bart. & Castrens. Paris. cons. 2. num.
47. & 59. lib. 3. D. Menoch. de præsumpt. lib. 4.
presumpt. 196. num. 8.

Cùm igitur hę coniecturæ non sint approbatę,
cessat presuppositum, quòd filij in conditione
positi vocati censeantur, licet videantur multæ,
87 † non enim quę coniunguntur prosunt, si singu-
læ sunt inutiles, leg. spadonem, §. qui iura, ff. de
excus. tut. leg. 1. C. qui mun. tut. se excus. Alex.
cons. 13. num. 19. libr. 1. Rust. dict. tract. libro. 4.
cap. 1. num. 22. & cùm iam Senatus Excellentiss.
in causa controuersa inter Nob. Bernardinum
Pagnanum, & D. Herculem Barbottum, in qua
Pagnanus, vti sub conditione positus prætende-
bat se vocatum, quatuor motus coniecturis: Pri-
ma, quia sub qualitate procreationis ex legiti-
mo matrimonio, in conditione positus; altera p
ablatiuos absolutos; tertia, quia tractabatur de
testamento ascendentis fauore descendentium;

&

& quarta, quia testes deposuerant, quòd testator
conseruari bona in eius agnatione desiderauerat
contrarium sanciuerit, nempè, non fuisse vocatū,
absoluendo D. Barbotrum hæredem illius, qui
præsupponebatur grauatus, me consulente pro
dicto D. Barbotto, non videtur vlterius hæsitandum.

At vbi dictæ coniecturæ essent considerabiles,
non tamen possunt applicari in præsenti hyppothesi.
Primo, quia procederent vbi ageretur de
88 testamento ascendentis ad fauorem, descendentium,
† non vt hic, vbi agitur de testamento
transuersalis, videlicet de testamento fratris ad
fauorem fratrum, & quòd vbi à transuersali fit
dispositio, filij in conditione positi non sint vocati,
de communi opinione firmant Decia. cons. 9.
nu. 1. & cons. 44. nu. 5. lib 3. Hippol. Rimiu. cons.
476. nu. 27. Clar. §. testamentum, quęst. 77. vers.
aut ille, qui fuit institutus, & quæst. 78. vers. quid
ergo. Card. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.
11. tit. sub num. 1. Cæphal. cons. 419. num. 53.
Honded. consil. 65. num. 40. libro 1. & cons. 54.
num. 8. lib. 2.

Secundò, quia testator institutis dictis duobus
suis fratribus, altero ex eis decedente sine filijs
substituit superstitem, & eo non extante illius filios
masculos, & tunc filij in conditione positi nō
dicuntur vocati, Bald. consil. 435. ad fin. lib. 4.
Curt. iun. cons. 69. num. 4. Socin. iun. cons. 133.
num. 11. lib. 1. & cons. 14. num. 8. vol. 4. Peregr.
de fideicom. art. 28. nu 23. D. Menoch. cons. 100.
nu. 93. D. Io. Baptista Costa tract. de facti scient.
& ignor. centur. 1. distin. 64. in consilio ibi posito,
nu. 50 Gozad. cons. 29. num. 17. & rationes
patent ad sensum, quia ratio recti sermonis, nepotum
comprehensionem non patitur, cùm illud
89 verbum, † superstitem, conditionem importet,
l. stichus qui meus erit. ff. de lega. 1. & per inde
est ac si testator dixisset, substituo si superstes erit,
& eo nō supet existente substituo eius filios: ideo
vbi aliqua conditio alicui personæ adijcitur, necesse
est quòd in ea purificetur, vel si non potest,
in secundo loco vocatis, l. si ita expressum sit. ff.
de condit. & demonstr. & si eius filij masculi eo
non extante, vocati non fuissent, exclusi penitus
fuissent, ob illud verbum, superstitem, Ripa in
dicta l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 59. ff. ad trebell.
Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11.
tit. 20. num. 28. At cùm pater dicti quondā nob.
Alexandri, iure illius substitutionis vocatus successerit,
nob. Francisco fratri, & grauatus non reperiatur
restituere dictus nob. Antonius, nisi vbi
absque prole masculina decesserit, qui casus non
venit, vti vltimus fideicommissarius potuit bona
proijcere in mare, & pro libito distrahere, l. cum
pater. §. liberis. ff. de lega. 2. l. qui solidum. §.
prædium. ff. eo. Alba cons. 7. nu. 19. & cons. 29.
num 21. Surd. cons. 96. nu. 1. & cons. 305. nu. 13.
Natta cons. 470. num. 2.

Tertiò, si in casu fortiori vbi substitutus fuisset
nob. Antonius, & eius filij masculi, tunc eius filij
per vulgarem tantum dicerentur vocati, adeo
quòd patre admisso, cessat substitutio omnium,
Ruin cons. 102. nu. 5. & 10. lib. 2. Zanch. in repet.
d l. hæredes mei. §. cum ita. par. 7. num. 72.
& 100. D. Menoch. de præsump. lib. 4. d. pręsumpt.
76. sub nu. 56. vers. cæterum a prædicta opinione,
quanto magis sunt exclusi, vbi sunt vocati
duntaxat patre nō superexistente, tempore euenientis
cōditionis, dicitur etenim testator vocasse
filios substituti, ne aliàs substitutio per prædecedentiam
efficeretur caduca, non autem vt institutum
grauaret de restituendo filijs suis, cum ex diuersis
non inferatur, sed confisus fuit testator patrem
nō priuaturum filios, vt declarat Zanch. ibi.

Quarto, quando filij positi in conditione sunt
90 extranei a testatore, tunc non censentur † vocati,
Salic. in l. 1. num. 5. C. de cond. intest. Boer. decis.
155. nu. 20. in fin. Castr. cons. 410. num. 6. vol. 1.
Curr. sen. cons. 42. col. 6. & cons. 45 col. 2. sic & si
transuersales testatoris sunt instituti, Socin. cons.
218. vol. 2. Bero. cons. 104 num. 18. vol. 2. Paris.
cons. 86. colum. 2. vol. 2. Boer. dicta decis. 155.
nu. 21. Corn. cons. 180. nu. 2. lib. 4. Clar. §. testamentum,
quęst. 77. vers. aut ille, qui fuit institutus,
latè Ioi. Rustic. d. tract. lib. 1. cap. 3. nu. 1. & 2.
& faciunt deducta in primo fundamento, atqui
in prædicto casu versamur, igitur &c.

Quinto quoties positi in conditione sunt expressè
in aliquo capitulo vocari, tunc in eo, in
91 quo sunt positi in conditione † nunquam censentur
vocati, Alex. cons. 185. lib. 2. & cons. 24.
num. 6. lib. 3. Paris. cons. 44. num 9. vol. 2. Socin.
cons. 116. vol. 3. Zanch. in dicto §. cum ita, par. 7.
nu. 26. 28. & 93. Gabr. de fideicom. dicta concl.
4. num. 3. versic. primo amplia. Ioseph. Rustic.
tract. an & quando liber. 1. cap. 3. num. 16. & lib. 4.
cap. 4. num. 2. Menoch. d. præsumpt. 76. nu. 89.
92 quia expressum facit cessare † tacitum etiam
circa diuersum, l. maritus, vbi Salicet. & Alex.
C. de precar. Ruin. cons. 103. ad fin. vol. 2. sed filij
dicti quon. nob. Antonij sunt expressè vocati,
proinde cessat tacita vocatio ob positionem in
conditione, de expressa vocatione nedum in vno
sed in quouis capite liquet, licet sufficiat in vno,
in primo, quia testator instituit nob. Franciscum,
& Antonium eius fratres, & eis non extantibus
filios suos masculos, & in hoc primo casu, dictus
quondam nob. Alexander nob. Antonij filius ius
prætendere nequit, quia vulgares substituti admittuntur
tantum, vbi instituti nolunt, vel non
possunt esse hæredes, Alex. cons. 185. nu. 9. fundamento
vol. 2. Soc. iun. cons. 174. col. antepenul.
nu. 28. vol. 2. & tamen hæredes instituti hæredes
fuere, vt etiam pars aduersa admittit, & fratris
hæreditatem adiuerunt, & clarum est, quòd post
93 aditam hęreditatem † expirat vulgaris substitutio.
l. post aditam. C. de impub. In secundo casu
sunt etiam vocati, quoniam si institutorum alter
absque filijs decederet masculis, substituit superstitem,
& eo non extante illius filios masculos,
quod etiam replicauit in vltimis verbis: Ideò
cum cesset vocatio tacita inducta ob positionem
in conditione propter vocationem expressam,
quę in quouis casu legitur, & semper vulgaris exprimitur,
tum quia hæredes scripti hęreditatem
adiuerunt, tum quia purificata substitutione superstes
fuit frater, qui successit, exclusi ob non
euentum conditionis, sub qua vocati fuere illius
filij remanserunt, & vti non vocati, non possunt
alienata per patrem hęredem testatoris creando
censum, de quo in actis, reuocare, licet illius noluerit
dictus quondam nob. Alexander esse hæres
prout aliàs posset, si vocatus diceretur, & patris
hæreditatem repudiasset. l. 2. § pen. C. comm. de
leg. Bart. in l. Lucius, la seconda, in fin. ff. de hæred.

red. instit. Didac. Couar. in cap. Raynutius. §. 3. circa princip. Zanch. in dicto §. cum ita. parte. 7. num. 2. Ioseph. Rust. tract. an & quand. liber. in prohem. nu. 5. & lib. 1. cap. 2. num. 5.

Sextò testator Galli Aquilij consilio vsus fuit, dequo in l. Gallus. ff. de lib. & posthum. quia institutis fratribus, si præmorerentur testatori instituit eorum filios, quo casu filij non dicuntur instituti, gloss. vbi Bald. Angel. & Imol. & Ias. sub nu. 44. in d. l. gallus, idem Bald. in l. humanitatis, nu. 19. C. de impub. Alex. cons. 185. nu. 17. lib. 2. Ioseph. Rust. d. tract. lib. 5. c. 7. num. 7. si igitur in prima parte cessat vocatio, nisi sub illa conditione, qua non eueniente nihil ponit in esse. l. si quis sub conditione dandorum. ff. si quis omiss. caus. testamen. ita & in alijs ex supra dictis in tertio fundamento principali.

Septimò si quoties superstites vocantur in sub-
94 stitutione, nepos † haud subintrat in locum patris in fideicommissis, vbi aliàs nepos concurrit cum patruo, Curt. iun. cons. 57. num. 9. Paris. cons. 37. nu. 69 lib. 2. Crass. in §. fideicommissum. q. 11. in fin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 5. D. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 95. num. 22. Honded. cons. 63. nu. 15. lib. 2. quare igitur in hac vocatione superstitum filij decedentis sint vocati, non est videre.

Octauo vbi testator instituit, vel substituit, si hæres sine filijs decesserit, vocando Sempronium fratrem, & eo non existente, vel extante filios eius, inducitur tãtum vulgaris substitutio ob illa verba, non existente, vel non extante, quæ hunc sensum habet, vt referantur ad tempus euenientis conditionis, mortuo hærede sine filijs, vt responderunt in specie Ancharan. cons. 236. Abb. consil. 40. lib. 1. Alex. cons. 52. lib. 3. Dec. cons. 63. Socin. iun. cons. 180. numero. 63. lib. 2. D. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 71. num. 10. proinde cessat omnis amaritudo.

Nono quando testator instituit filios proprios quibus substituit fratres ipsius testatoris superstites, vel præmortuorum filios, tunc credendum est; quòd multo magis substituere voluerit nepotes suos proprijs filijs, ne aliàs sequatur absurdũ, quòd testator maiorem rationem habuerit fratrũ suorum, sicq; transuersalium, quàm nepotum, vt dixere Corn. cons. 74. lib. 2. Ruin. cons. 40. nu. 4. lib. 1. Crauet. cons. 130. num. 6. D. Menoch. cons. 152. num. 11. At ratio absurditatis cessat, quia res agitur inter collaterales.

Decimò præsens casus remanet decisus à Pe-
regr. tract. de fideicom. d. artic. 58. num. 22. †
95 vsque ad 25. nam ibi Raynaldus testator, legauit quoddam prædium pro dimidia D. Ludouico, & pro alia dimidia D. Tiburtio, & Antonio Mariæ fratribus, & altero eorum decedente sine filijs, superuiuentem substituit: decessit Antonius Maria sine filijs, cuius portionem habuit Tiburtius frater, deinde decessit Tiburtius cum filijs, pariter, & Ludouicus, fuit dubitatum an filij Tiburtij vti in conditione positi videantur dispositiuè vocati, tam quoad portionem patrui, quàm patris, & respondit Pereg. fideicommissum cessare, & ita iudicatum fuisse, quia Tiburtio secundo morienti nulla fuit facta substitutio, sed tantùm Antonio Mariæ de Tiburtio superuiuente, attenta illa formula, Altero decedente sine filijs superstitem substituit, quæ demonstrat ex verborum necessitate vni tantùm, & sic primo decedenti substitutionem factam fuisse, nam alterum vnum de duobus pro sui natura includit, & denotat, Bald. in l. ancillæ, notab. 4. C. de furt. Castr. cons. 264. lib. 2. Ideoq; substitutio non potest videri facta Tiburtio, qui secundus decessit, & consequenter filij Tiburtij non possunt considerari vti positi in conditione quia vbi non est substantia substitutionis, non potest esse qualitas, & accidens conditionis, nec obstare, quòd contingere potuisset Tiburtiũ præmori Antonio Mariæ relictis filijs, quo casu vti positi in conditione portionem patris videntur assequi, licet non patrui postea decedentis, quoniam vt ipse inquit, attendendus est casus, qui in facto euenit, non qui euenire potuisset, & in terminis adducit Peregr. auctoritates Bald. Cuman. & Soc. sed in casu præsenti eadem formula vsus fuit testator, qui hæredes vniuersales instituit nob. Franciscum, & Antonium eius fratres, & altero ex eis decedente sine filijs, substituit alterũ superstitem, quod etiã replicauit, & geminatio debet aliquid etiã operari, l. balista. ff. ad trebel. Bart. in l. cũ scimus. C. de agric. & censit. lib. 11. sed prædecessit nob. Franciscus, cui soli dicitur facta substitutio: igitur &c.

Cessante itaque vocatione, malè impugnatur creatio census, & alienatio facta à quon. nob. Antonio, licet q. nob. Alexander illius filius patris hæres esse noluerit, Castr. in l. filiusfam. §. cum quis ff. de leg. 1. Did. Couar. in c. Raynutius. §. 3. nu. 1. de testam. D. Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 76. nu. 97. & quia per superexistentiam dicti q. nob. Alexandri, expirauit fideicommissum. l. filiusfa. §. cum quis togatus. de lega. 1. Oldra. cons. 21. Crauet. cons. 208. Borrel. cons. 33. nu. 53. Pancirol. cons. 93. num. 8. Quare &c. Io. Baptista du Philippis I. V. D. Archid. & Vicar. Casalen. &c.

His sic positis nè ex præmissis dubitari contingat circa articulum resoluendæ conditionis in dispositionem videndæ sunt responsiones subsequentes eruditissimi viri I. C. Casalensis D. Euandri Ciualerij nunc merito Capitanei Iustitię Ciuitatis Mantuæ.

Scripsi pro Domina Margarita Bana, & firmaui quod stantibus verbis testamenti, in quo Reu. D. Ambrosius, institutis hæredibus nob. Francisco, & Antonio eius fratribus, & eis non existentibus eorum filijs masculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, cum declaratione etiam quod altero decedente sine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis succederet superuiuens, & eo nõ extante eius filij masculi legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati, & procreati, addita insuper ratione quia mens, & voluntas sua est, quod bona altero decedente sine filijs masculis vadant ad superstitem, & eo non extante ad eius filios masculos integrè, & absq; aliqua quartæ detractione, vel diminutione, iuncta præcipuè declaratione mentis ipsius testatoris probata per septem testes, ex dictis ante, & post testamentum nempè quod mens fuit, & erat quod bona sua particularia remanerent mortuis quandocunq; fratribus institutis, eorum seu alterius filiorum, & adhuc in eadem resideo opinione, quæ fuit subscripta ab Excellentiss. Viris, nempè DD. Christophoro Pantia.

Hortensio

Hortensio Blanco, Raphaele Lumello, Antonio
Gallia, Io. Ambrosin Gallarato, & Marco Anto-
nio Turco de Collegio Alexandriæ.
Sed quia circunfertuntur quædam allegatio-
nes accutisſimi, & celeberrimi, nunquam ſatis
laudati D. Philippi Maſsinij, dum in Ticinenſi
Gimnaſio profitebatur, Lectoris mei matutini
in quibus contrariam tuetur opinionem noſtris
ſcriptis reſpondendo infraſcriptis fundamentis
quibus reſponden. fore ne dum ſuperuacuum,
ſed omninò neceſſarium exiſtimaui ideò ſecun-
do calamo parcere minimè volui, & vt negotium
melius elucidetur, præponam dicta fundamenta,
& vnicuiq; dabo reſponſum.
Primum eſt nempè filios fratrum inſtitutorũ
non eſſe aliquo modo poſitos in conditione, nec
poſſe ideo ſe prætendere ſubſtitutos, cum verba
teſtamenti non ſint apta includere fideicommiſ-
ſariam ſubſtitutionem, ſed demonſtrent eos nem
pè filios vocatos tantum per vulgarem verbis di-
rectis, quæ dictam fideicommiſſariam, quã omni
in caſu poſitio in conditione cauſare poſſet, com-
prehendere, & continere non valent ex Caſtr. ad
l. ſceuola in fin. ff. ad Sen. conſ. trebel. & ex alijs
quibus adduntur quæ ponit Lancelloc. Galiaul.
Proauus meus maternus in repet. l. Gallus §. qui
dam recte num. 10. ff. de lib. & Poſthu.
Itaq; minor probatur, dum Inſtituit fratres,
& eis non extantibus eorum filios, verbum enim
inſtituit eſt directum ciuile, & non fideicommiſ-
ſariam ſed tantũ vulgarem comprehendit vt de
communi Graſſ. §. ſubſtitutio queſt. 5. nu. 1. vnde
96 cum vulgaris † contineat tantum duo capita
nempè Impotentiæ, & volũtatis, nempè vbi non
potuerint ipſi fratres primo vocati vel ob mortẽ,
aut aliud impedimentum adire vel noluerint, vt
de communi ponit idem Graſſ. dicto §. ſubſtitu-
tio queſt. 7. nu. 4. de quo in iſtis comunibus ero
contentus, cum nõ ſoleam in huiuſmodi que no-
ta ſunt allegare faraginem Doct. & lectorem ſati
gare in non expedientibus, neutrumq; horum ca-
97 pitum euenerit, immo dicta vulgaris † per adi-
tionem fratrum expirauerit l. poſt aditam C. de
Impub. & alijs ſubſtit. Graſſ ibidem queſt. 15.
fruſtra queritur, & in mediũ adducitur articulus
an filij poſiti in conditione ſint vocati vel non,
98 cum non euenit † nullę ſint qualitates iuribus
vulg. in clariſq; non ſit opus coniecturis, & que-
ſtio voluntatis non admittatur vulg. l. cum hoc
Iure §. hoc itaq; ff. de vulg.
Secundum eſt quod vbi etiam poſſent dici filij
in conditione poſiti id eſt tantum reſpectu primi
defuncti non autem ſuperſtitis vt colligitur ibi
(altero ex dictis fratribus decedẽte ſine filijs, ſub
ſtituit ſuperuiuentem, & eo non extante filios il-
99 lius) dictio enim alterum † vnum de duobus
ſui natura includit Cardin. in clement. pri-
ma in prima not. de prebend. cum alijs alleg.
quibus additur Pereg. tract. de fideic. art. 28. nu.
23. cuius dicta videri poſſunt, vnde Bal. cõſ. 435.
ſub nu. 5. l. 4. Cuman. in l. hæredes mei §. cum
ita nu. 5. ff. ad trebel. vbi Socin. nu. 9. & Curt. Iun.
conſ. 96. nu. 5. ac Rub. conſ. 104. in fin. & Pereg.
de fideic. dicto art. 28. nu. 25. tenent ſubſtitutio-
nem factam dicto modo nõ videri factam vltimo
morienti, vnde cum primo loco deceſſerit Fran-
ciſcus ſine filijs, & illi ſucceſſerint Antonius ex-
tincta remanſit omnis ſubſtitutio, nihil facien-
te quod potuerit euenire alius caſus cum atten-
datur is qui verè in facto euenit ex Peregrinus
ibidem.
Tertium eſt quod data etiam poſitione in con-
ditione non tamen poſſent dici vocati cum ma-
gis ſit communis opinio quod in dubio non ſint
vocati, & licet illa limitetur extantibus conie-
cturis, nullę hic ſufficientes concurrant vt per diſ
curſum demunſtrat, precipue cum ſimus in diſ-
poſitione tranſuerſalis, declarando deciſionem
theſ. modo quo debet intelligi.
Vltimum demum eſt quod nunquam filij in
conditione poſiti cenſentur diſpoſitiue vocati,
quando in alia parte teſtamenti diſponens illos
expreſſè vocauit Nam preſumitur quod ſicuti in
ea parte ita in iſta id expreſſiſſet quod cum non
fecerit, nec ſue mentis eſſe tacite videtur declaraſ
ſe ex Sociu. Alex. Pariſ. Zanch. Gabriel. Ruſtic.
& Menoch. quos alleg.
Quæ fundamenta licet non modicam videan-
tur afferre difficultatem ſi tamen quæ infra conſi-
derabuntur nullius reſtabunt releuij, primum
enim tollitur ex ipſomet teſtamento, Nam pri-
mum fundamentum prędictum forte poſſet mili-
tare tantum vbi teſtator remanſiſſet in illis ver-
bis (inſtituo fratres, & eis non extantibus filios)
& nihil vltra diſpoſuiſſet cum bene tunc dici ſor-
te poſſet per vulgarem dictos filios vocaſſe in du-
bio, nempe eo caſu, quo ipſi fratres viuo teſtato-
re obijſſent, non autem aliquod onus fideicom-
miſsi apposuiſſe, vt per Bart. & omnes in l. cen-
turio ff. de vulg. de comuni Alex. in l. Gallus §.
& quid ſi tantũ nu. 6. ff. de lib. & poſthum. de com
muni Gomez. Var. reſolutionum cap. 3. num 4.
quos ſequitur Graſſ. dicto §. ſubſtitutio queſt.
8. num. 8. cum etiam vulgaris ſubſtitutio habeat
locum inſtituto decedente in vita teſtatoris vt
per Galiaul. in dicta l. Gallus §. quidam recte
nu. 9. non autem hic vbi eſt ad alia digreſſus, ver
biſq; non ſemel, ſed ſepius declarauit, vt infra di-
cam ſuam voluntatem, & in ipſomet teſtamento
facta in vno caſu ſubſtitutione vulgari in caſum
non aditionis fratrum inſtitutorum prouidit per
fideicõmiſſariam in alijs caſibus, nempè qñ poſt
100 aditam hęreditatem decederent, vt hoc colligi-
tur ibi (& altero decedente † ſine filijs) quę ver
ba compendinſam, & fideicommiſſariam inclu-
dunt, tum ex tractu futuri temporis vt per Graſſ.
dicto §. ſubſtitutio queſt. 60. nu. 10. & queſt. 61.
nu. 6. de communi, tum ex natura verbi (ſubſti-
tuit, & bona vadant, quæ ſunt verba communia,
& dictam ſubſtitutionem valent continere at per
Graſſ. dicto §. ſubſtitutio queſt. 6. nu. 10. 18. &
101 21. & tum demum ex prohibitione † trebellia-
nicę quæ fideicõmiſſũ præſuponit, priuatio enim
præſupponit habitum, & trebellianica, niſi ex fi-
deicommiſſo debetur vt per Menoch. poſt Caſtr.
Ceph. & Sfort. Odd. etiam præceptorem meum,
quos allegat lib. 4. præſumpt. 68. nu. 15. adeo vt
ex hoc tollitur dictum primum fundamentum,
& concluditur, quod data ex verbis teſtamenti
Incluſiones ſubſtitutionis fideicõmiſſarię, datur
etiam multo magis poſsibilitas incluſa poſitio-
nis in conditione.
Secundò reſpondetur huic primo fundamen-
to, quod immo etiam ex verbis illis (& eis non

102 † extantibus) apparet expresse vocatos fuisse
in deffectum quemconq, fratrum institutorum
filios non autem solum voluisse includere, sub-
stitutionem vulgarem in casu quo mortui essent
instituti tempore mortis testatoris, vt probatur
rationibus infrascriptis, & primo ex natura ver-
borum (eis non, extantibus) quæ sunt ablatiui
absoluti iuncti cum participio (non extantibus
prolatiq; ab ipsomet testatore) qui disponendi
authoritatem habebat non solum conditionem
sed dispositionem inducunt, & cum non repugnet
natura verborum, nec quid aliud, nec sint restricta
ad aliquod certum tempus indeffinite intelli-
guntur vt quodcunq; tẽpus designent, & sic cum
103 indeffinita † equipoleat vniuersali vt in propo-
sito fideicommissi per Menoch. de præsumpt. lib.
4. præsumption. 51. numero 7. & 8. & Mantic.
qui dicit neminem in hac propositione discre-
pare de coniect. vltima volunt. libro 3. numero
12. & est pulchra Doct. Bart. in l. si quis ita ff. de
auro, & arg. leg. num. 4. vbi in vltimo capite
104 suæ distinct. firmat indefinitam † orationem
respicere etiam futura, & ad ea extendi si à te-
statore futura prouideri potuerunt, idem cõtinent
ac si dictum fuisset, eis quandocunq; non extan-
tibus vt per eum, & optime ad hæc faciunt etiam
quę de ablatiuis absolutis dicit Rustic. tract. an,
& quando liber. in conditione posit. vocat. &c.
lib. 6. cap. primo numero. 25. vers. quandoq; per
105 participium vbi loquitur de verbo †, stantibus
106 Agnatis, & soluto matrimonio † vt comprehen-
dant tempus etiam futurum, idem dicit in cap. 8.
num. 6. tex. est in l. fideic. §. cum esset de legat.
3. vbi accepta certa pecunia quę exponitur quod
contineat fideicommissum quandocunq; vel gra-
uatus, vel fideicõmissarius noluerit recipere vel
107 dare dictaoi certam peccuniam quæ verba si †
sicut fuere indefinite posita ad omnia tempora
mortis, ita indeffinite etiam intelligentur, inclu-
dunt sine dubio tractum futuri temporis, & hoc
stante efficiunt vt filij vocati in dictum casum
mortis hæredum non ex vulgari, sed ex compen-
108 diosa sint vocati, quę per consequens † compen-
diosa continet ne dum vulgarem qui habuisset
locum si præmortui fratres ante testatorẽ fuissent
vel noluissent adire, sed etiam fideicommissariã
nempè si adiuissent, & postea decessissent maxime
109 stante clausula † codillari, vt est in terminis
Dec. cons. 431. nu. 8. & per totum, ac cons. 227.
num. 5. Curt. iun. cons. 48. num. 4. & per tot. &
Natt. cons. 255. num. pri. lib. 2. omnino viden-
110 di, quod autem talia verba (& eis † non extan-
tibus) debeant intelligi quandocunq; non ex-
tantibus, & contineant compendiosam continen-
tem vulgarem, & fideicommissariã licet facta
foret in casu, quo de tempore mortis testatoris
non extarent instituti vltra prædictos probat in
terminis terminantibus Riminald. iun. cons. 256.
num, 12. & seq. & per tot. lib. 3. nec non Curt. iun.
dicto cons. 48. nu. 4. & sequenti, vbi Curt. dicit
quod institutio facta hoc modo instituo titium, &
post eum eius filios, cõtinet in se compendiosam,
& per consequens fideicommissariam fauore fi-
liorum, & intelligitur post eum, idest quando-
cunq; ipse decesserit, & quod pariter si dicat filios
nascituros quod est compendiosa, & debet intelli-
gi de quãdocunq; nascituris, cum dicta verba sint
de se apta sine dictione quandocunq; vel sine li-
beris tractum comprehendere ex quo nascitur
compendiosa. idem dicit Rol. cons. 25. num. 13.
& seq. ac cons. 69. in princip. lib. pri. post. plures
quos allegat, nempè quod licet reciproca nõ con-
111 tineat in se † compendiosam, & fideicommissa-
riam, id tamen non procedit si sit facta cum men-
tione mortis, cum semper quis mori possit Dec.
cons. prædicto 227. nu. 3. vers. istud est ad maio-
rem, vel verbis tractum in futurum habentibus,
etiam si non ad sit dictio quandocunq; sed sint
indefinite posita, & de communi Curt. iun. cons.
86. num. 2. late etiam Menoch. de præsumpt.
lib. 4. præsumpt. 51. num. 7. post plures de com-
muni Galiaula Proauus meus prędictus in repet.
l. Centurio col. 88. vers. sed hic cadit num. 426.
de vulg. & pupil. vbi expresse deffendit, quod
omnis substitutio facta etiam sine verbo quando-
cunq; vel sine mentione liberorum, sed tantum
112 indeffinitè in casum † mortis alicuius, est com-
pendiosa continens fideicommissariam, vbi ver-
ba possunt habere tractum temporis in futurum,
& respicit nedum casum mortis ante aditionem,
sed etiam post.

Quòd autem verba eis non extantibus, com-
113 prehendant casum mortis † patet ad sensum, &
licet is sufficeret adducitur tamen Albericus qui
expresse hoc dicit post Dec. in suo dictionario
littera E. sub verbo extantes in 2. addit. maxi-
me in casu nostro cũ neq; aliter intelligi possint
nisi de morte, cum iam essent fratres in rerum
natura, & eorum existentia non posset deffice-
re nisi per mortem non autem per non natiuitatẽ
cum verbum si non extent vtrumq; caput conti-
neant, nempè si non nascentur, & quandocunq;
morientur ex Dec. late dicto cons. 227. num. 5.
circa fin. ac seq. comprobatur ex ipsismet verbis
testamenti dùm vocauit non extantibus fratribus
eorum filios, & sic per consequens etiam nascitu-
ros cum vt apparet à testibus vnus eorum fratrũ
nondum habuerit filios, immo nec vxorem ad
huc duxisset, & alter vnum suscepisset vnde ne-
gari non potest quin tempus futurum respexerit,
& sic ex ipso tractu futuri temporis compendio-
sam ordinauerit, quę vt est communis opinio
semper inducitur vbi tractus futuri temporis re-
spicitur ex Curt. iun. dicto cons. 48. num 3. circa
med. & num. 4. & Dec. dicto cons. 227. ac in pun-
cto Rim. iun. dicto cons. 256. num. 12.

Tertiò Adiuuatur, considerata ętate dicti Re-
uerendi qui alijs erat notorie maior natù vnde
cum etiam prius mori secundum naturam alijs
114 † fratribus debuerit, & ita existimare potuerit
non est verisimile, quod voluisset cogitare casum
mortis fratrum ante eum, contra iura naturalia,
& in hoc tantũ casu prouidere Nepotibus, quos
tantum amare demunstrauit argumento eorum
quæ not. in l. inter stipulatẽ § Sacram. ff. de verb.
oblig. vbi quod non est præsumendus cogitatus
115 † tristis euentus, vnde quod verisimile non est
falsitatis præfert imaginem c. quia verisimile
de præsumpt. Surd. cons. 447. num. 26. lib. 3. &
ad hęc faciunt, quæ ponit Simon de pręt. inter-
pret. vlt. volunt. lib. pri. interpret. 2. dubit. pri.
solut. 5. fol. mihi 53. de verisimilitudine, nempè
quod in interpretandis voluntatibus, illa est ve-
luti sal, & condimentum, & præfertur alijs pluri-
bus

bus coniecturis.
Nec dicatur forte quod cum vocati sint filij
116 per verba † directa, nempè institutionis non
possunt trahi,& obliquari, vt comprehendat sub-
stitutionem fideicommissariam. Quia responde-
tur quod ex virtute clausulæ codicillaris in testa-
117 mento contentæ, verbum institutio † trahitur
ad substitutionem,& vt comprehendat fideicom-
commissum vt de communi per Curt. iun. dicto
cons. 28. nu. 6. vers. nec obstat si quispiam diceret
Dec. cons. 431. nu 8. 248. col. 3. cons. 287. col. 2. &
291. col. 2. idem Curt. iun. cõs. 139. in fin. Menoc.
de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 55. nu. 17. & quod
118 amplius institutionis † verbo etiam substitutio
continetur, vt per glos. in l. Gallus §. quidã rectè
in verb. non exprimat ff. de lib. & posthu. Man-
tic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 4. nu. 2. & per
Riminal. iun. cons. 256. nu. 12. ac quod sumus in
substitutione rei particularis facta etiam extra-
neis, quo casu dirrecta etiam verba obliquantur
vt per Menoch. ibidem dicta præsumpt. 55. num.
119 18. & 23. Verbaque † menti non mens verbis
debeat deseruire etiam verba ipsa improprian-
do latè Dec. dicto cons. 227. num. 9. & in termi-
nis quod ex mente coniecturata testatoris verba
directa obliquentur, & de verbis non sit curan-
dum Rol. cons. 35. num. 4. & seq. & cons. 82. lib. 3.
Minus fortè dicatur, quod si pręmissa vera fo-
120 rent, redderentur cæterę substitutiones factæ †
superfluæ, & ideo ad hoc euitandum verba (ali-
ter sint intelligẽda vulg. l. si quando vbi omnes
de leg. 1. cum simil. Quia Respondetur, quod vl-
121 tra quod debet potius admitti superfluitas, †
quam quod defraudetur mens testatoris vt latè
per Rol. cons. 79. nu. 52. & seq. plur. lib. 3. &
dicto cons. 35. nu. 4. & seq. ac cons. 82. nu. 24.
lib. 10. hoc etiam cessante, hic nulla potest consi-
derari superfluitas cum digressus fuerit ad reci-
procam substitutionem inter fratres, quę non cõ-
prehendebatur, vt de communi per Curt. iunior
cons. 16. num. 3. cum simil. & amplius ad tollen-
dum difficultatem l. hæredes mei §. cum ita ad
Trebel. nempè, an per dictam substitutionem es-
sent etiam filij vnius vocati ad portionem alte-
rius primi morientis sine filijs, voluit hoc expri-
mere, & sic vnicuiq; filios etiam alterius fratris
pręmorientis substituere, ēt cõpendiosè per hãc
secundam substitutionem, declarando quod pa-
riter dicta ambobus facta erat compendiosa, vt
per Curt. iun. dicto cons. 48. nu. 6. & ita euulsum
est radicitus primum fundamentum.
Vnde ad secundum veniendo non obstat, quod
vbi præmissa procederent debent intelligi tan-
tum respectu primi fratris defuncti, nempè quod
filij eius tantum respectu non autem vltimi mo-
rientis essent positi in conditione, ex natura di-
ctionis altero, quæ in primo tantum verificatur,
quia pariter respondetur quod vltra quod alter-
122 natiua † ex pręsumpta mente resoluitur in con-
iunctam, & multo magis ex clara vt per Ias. & oẽs
in l. cum quædã C. de verb. oblig. hoc etiam ces-
sante quod non cessat si testator tantum dixisset,
& altero decedente sine liberis substituo super-
uiuentem bene posset dici de primo solũ sensisse,
sed cum vlz. supra processerit, & dixerit, & eo nõ
extante eius filios in sensum nullo modo potest
cadere quin etiam vltimo morienti sit facta sub-
stitutio, quomodo enim intelligerentur illa ver-
ba substituit superuiuentem, & eo non extante
eius filios nisi in casum mortis patris filij præ-
mortui vltimo morienti sit iniunctum fideicom-
commissum, quæ mens cum ex verbis ipsis sit
clara frustra fit inhæsio nudo, & simplici signifi-
123 cato † dictionis (altero) cum verba debeant
deseruire menti, non mens verbis. Adeò quòd
potius illa improprientur, quàm menti contra-
ueniatur, non enim intentio verbis, sed verba
intentioni deseruire debent, & præponendæ sunt
124 sententiæ † verbis sicut anima corpori, vt post
alios quos citat per Rol. cons. 70. nu. 52. & seq.
lib. 3. quam vt ipsemet D. Massinius Aduersa-
rius dicit tamquam Reginam, & dominatricem
sequen. fore, non est ambigendum, & si Aduer-
sarij Doct. allegati in suis casibus hanc disgres-
sionem habuissent, vtique confisi super sola na-
tura dictionis quę alteratur, & deseruit actui cui
interponitur, conclusionem prædictam non fir-
massent, vltra quod communis est Doctorũ opi-
nio vt testatur Grat. in sepius allegato §. substi-
tutio quæst. 53. quod substitutio facta ad fauo-
125 rem † superuiuentis ex pluribus institutis reci-
proca dicitur, & cuius reciprocæ est effectus vt
etiam vltimo morienti facta censeatur, & fidei-
commissariam contineat fauore tertij substituti,
vt per Menoch. de communi nempè quod sub-
126 stitutio facta, † itaut vno decedente bona per-
ueniant ad superstitem sit reciproca quæ con-
tinet vulgarem, dirrectam, & fideicommissa-
riam in præsumpt. 59. numero. 8. & sequentibus.
127 qui licet loquatur id esse, ob verbum † perue-
niat, ex eo quod sit verbum commune, debet
etiam extendi ad verbum vadat quod pariter
est tale, vt per Grass. vbi supra, & Mantica de
coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 7. num. 7. maxime
iuncta clausula codicillari concepta per verba
128 futuri temporis quæ † efficit, vt licet reciproca
verbis directis facta non comprehendat fidei-
commissariam, illa tamen extante dicta clausula
includatur, vt de communi fœdere isto distin-
ctionis contraria conciliando per Menoch. dicto
libro 4. præsumpt. 60. num. 74. & 83. versic. di-
stinguit itaq; , ac præsumpt. 66. num. 10. Verba
129 enim etiam merè † directa in codicillis appo-
sita obliquantur, Mantica dicto tractatu lib. 6.
tit. 4. num. 14.
Secundò respondetur, quod his etiam cessan-
tibus cum ex testibus fuerit probata voluntas, &
intentio testatoris quod erat vocandi post mor-
tem fratrum institutorum eorum filios, quicquid
solis verbis testamenti attentis dubitari posset ex
tali probatione cessaret omnis amaritudo cum
fideicommissum probetur etiam solis coniectu-
ris ex dictisque, & gestis post testamentum, vt
post Bal. Castreo. Curt. Alex. Dec. Salic. Grat.
Paris. Socin. Coras. Crau. Gabr. Paul. Leo. Burs.
Alciat. Alber. Peralt. Molin. Palaez. & alios per
Menoch. dicto lib. 4. præsumpt. 67. nu. 7. 17. &
per tot. & latius infra dicetur respondendo alij
fundamento cui vt me approximem.
Tertium fundamentum capio quo dicitur
quod data positione filiorum in conditione ma-
gis communis est opinio quod non censeantur fi-
lij dispositiuę vocati, maxime non descendentes
in quibus fortiores requirantur coniecturæ ex
Grass. & alijs allegatis, & quod nulla ex allatis
coniecturis est sufficiens.

Illi Respondetur primo quod quamuis pluries ex allatis per me coniecturis, præcipue illæ fine filijs legitimis,& naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis ac quod sumus in fideicommisso particulari,& quod magis hęc sua voluntas testatoris fuit ex gestis ante, & post testamentum declarata, sunt fine alio ex receptiori opinione secundum Surd. & Magon. in decis. alleg. in meis scriptis, quas non iuuat repetere, sufficiẽtes ad inducendam vocationẽ, qua magis fauetur voluntati testatoris, hoc etiam cessante,
130 quod non cessat illis vnitè concurrentibus. † nõ est dubium quin hanc opinionem tàm fortem faciant, vt tolli nequeat, & ita nempè censeri sine dubio filios positos in conditione fore vocatos, quando plures concurrunt saltem coniecturæ per Curt. iun. conf. 48. num. 7. circa med. lib. 1. Rip. in l. Centurio num. 165. ff. de vulg. Cæphal. conf. 251. nom. 87. Marzar. conf. 4. & 5. Crauet. conf. 6. Burs. conf. 1. nu. 11. & conf. 52. nu. 25. Surd. conf. 67. num. 34. lib. 1. vbi ampliat etiam si sin-
131 gulæ † non prodessent, maxime consideratis præmissis quę satis clara sunt, & vbi aliquam dubietatẽ haberent ex subsequentibus tot coniecturis dilucidata remanerent vt per Dec. conf. 227. num. 9. & per tot.

Secundò Quod vbi etiam aliæ omnes cõiecturæ cessarent, & nullius forent momẽti adhuc negari non posset quod tùm ex verbis illis (eis non extantibus ablatiui absoluti cum participio) quæ possunt vti plura tempora comprehendentia, &
132 vtsupra demunstrauimus, verè † sic sunt intelligenda continere substitutionem filiorum, in casu quo quandocunque decessissent fratres instituti, tum etiam ex appositione eorum in conditione, quę pariter potentia potest continere dispositiuam vocationem vt omnes Doctores vno ore admittunt disputando, an in dubio censeantur vocati nec nè quæ disputatio, iuxta regulam cum de aliquo disputamus præsupponuntur termini habiles sine dubio admittit positionem ipsam in conditione potentia, & habilitare includere posse eorum vocationem licet dubitent, an actu, & habitu fuerit inclusa nec nè vt est ex omnibus videre, cum inquam verba sint apta continere vocationẽ per fideicommissum, licet adesset aliquod dubium, an continerentur nec nè vltra quod hoc casu esset facienda verborũ ambiguorũ
133 interpretatio, † ne intercidat fideicommissum etiam si verba tantum impropriè deseruiant, vt per Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 2. num. 18. vsq; ad fin. hoc etiam cessante ista dubietas posset declarari ex mente ipsius testatoris vt per Dec. in proposito conf. præfato 227. num. 9 & per Simon. de præt. interpræt. vlt. volunt. lib. 1. interpret. pri. dubit. 5. solut. 5. per tot. ac per mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. nu n. 8. & passim per tot.

Vnde, cum mens, & voluntas ipsa pluribus modis detegatur, nempe sine ex verbis ipsis testa-
134 menti disputatione, & interpretatione, siue † declaratione testatoris resultante ex dictis ante, vel post testamentum, vt hos modos ponit Bald. in l. pen. n. 5. C. de impub. & alijs substir. Menoc. tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt 68. per tot. plenè Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 1. per tot. & tit. 2. nu. 9. vbi dicto tit. 1. nu. 33. dicit
135 probari etiam voluntatem testatoris † ambiguam, ab Aduocatis, quos testator consuluit circa ordinem testamenti, si illud paulo post factũ fuit, & latè etiam Simon. de Prer. interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 3. dubit. 2. solut. prima, fol. mihi 153. de iureq; Regina, & melior, ac secu-
136 rior sit interpretatio, & declaratio † quæ ab ipsomet testatore est facta, vt per eundem Simon. de Præt. dicto tract. lib. 1. interpret. 1. dubit. 3. solut. 5. num. 1. fol. mihi 16. & quæ vt pariter per eum num. 23. 25. & seq. plur. declaratio resultat tàm ex dictis in testamento, quàm extra per testes, licet dicta per eũ (sic ibi dicit) non fiat in forma testandi, additur idem Mantic. tit. 1. nu. 12. & de communi Surd. conf. 378. num. 40. & per tot. lib. 3. Itaq; etiam declaratio, seu dicta redden-
137 tia declaratione † probari possunt per duos testes quando non adimant, nec murant ipsam dispositionem, sed sub verbis testamenti potest includi dispositio declarata, licèt hoc sit obscurum, & alio non extante contrarium videtur pro exclusione, nempè dicendum, vt de communi per dictum Mantic. dicto tract. lib. 1. tit. 16. num. 11. Simon ibidem nu. 32. fol. mihi 18. vbi sic distinguendo omnes casus post Bal. Salic. Alex. Ias. Ang. Bart. Oldr. Corn. Paris. & Bero. concludit de communi, & idem dicit Mantic. dicto tit. 1. nu. 12. vbi num. seq. dicit etiam mulieres prodeclaratione voluntatis probare, licet alias in
138 testamentis † reppellantur, immò Alex. conf. 75. num. 14. lib. 5. & Corn. conf. 56. col. 3. lib. 2. Crauet. conf. 73. nu. 33. dicunt probari etiam per vnicum testem in indiuiduo de mente declarata deponen. & Socin. consil. 37. col. 3. lib. 3. dicit
139 quod sufficiũt etiam testes † singulares, additq; Oldra. conf. 297. nu. 7. & Alex. conf. 54. num. 5. lib. 3. si enim per solas coniecturas ex positione In conditione statuit filios dici vocatos quanto magis id debet dici per probationem declarationis voluntatis per testes, quæ est fortior, & sic hanc quoq; tuendo de communi opinione arguit Surd. conf. 378. nu. 40. vbi nu. 44. quod obscuritas
140 verborum tollitur † per duos testes lib. 3. post Bart. Aret. Alex. Castr. Mantic. Ias. Bald. Salic. Imol. Simon. Graf. & alios. Hinc nos quoq; adduximus quod data magis communi opinione,
141 quod vulgaris † substitutio comprehendat tacitam pupillarem, sed illa non habeat locum,
142 matre † existente in medio, quod ad proban-
143 dam exclusionem matris † sufficiunt duo testes deponentes de dictis ante, vel post testamentum a patre nempè quòd nollebat aliquid vxorem de suo habere, vel huiusmodi cum hæc sit mera declaratio, & ista exclusio possit in verbis vulgaris expressè includi, si vero daretur magis communis opinio nempè quod substitutio vulgaris ex-
144 pressè non † contineret tacitam pupillarem si substitutus vellet per testes matrem excludere requireretur probatio p septem testes, cum tunc ageretur non de declarando, sed addendo substitutionem ipsam pupillarem, quæ in verbis apta non erat includi, vt per Capr. com. conclus. tit. de substit. cap. 2. ad secundam speciem substitutionis videlicet, pupillarem nu. 124. fol. 179. & post plures melius Guliel. de Benedict. in repet. cap. Rayn. par. 2. tit. si absq; liberis moreretur nu. 89. fol. mihi 41. Nat. cõs. & Mantic de cõiect vlt. vol. lib. 5. tit. 14. nu. 11. post Bart. Claud. Bald. Salic. Alex. & alios quos adducit, adeout cum in casu

nostro

nostro verba eis nõ extantibus, & positio in conditione sint apta includere vtſ. diximus vocationem filiorũ, vt per plures testes fit probata mens testatoris nempè quod erant faciendi compédiosam, per illa verba, itaut mortuis quandocunque fratribus institutis bona deueniret ad eorum, seu alterius filios nullus remanet dubio locus qn pro Baua sit pronuntian. stantibus saltem testib. prædictis qui tantum agunt, & deponunt ad declaran. mentem, non autem augendam, vel immutandam contra aptitudinem, & habilitatem quamuis ad plus ambiguam, & dubiã verborum.

Benè verum foret quod si verba testatoris penitus secluderent dictam declarationem prout supra contrarium vetius demonstratum fuit, & sic essent clara, quod nullo pacto voluisset admitti filios hæredũ, tunc aliter foret dicendum nempè quod duo testes qui sufficiunt imò etiã vnicus tantum, vt per Simon. vbi supra nu. 34. aliosq; plurimos citatos, & quos ideò non repeto nihil

145 relenarẽt, sed tot requirerẽtur quot sunt † necessarij ad faciendum nouum fideicommissum, & nouam substitutionem, vt per Surd. d. cons. 378. nu. 42. lib. 3. post Bart. in l. 1. nu. 2. C. de codicil. & de communi Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Rainut. part. 2. tit. si absq; filijs moreretur nu. 89. fol. mihi 41. & Simon de Pret. dicta interpret. 1. dubit. 3. solut. 5. nu. 28. ex quã doct. memini me consuluisse, & iuxta veritatem, pro fratribus de Sacho ab altero prædefuncto fratre hæredibus institutis in testamento, cum clausula codicillari concepta per verba futuri temporis, & cum quo post longum tempus post agnatorum filiatum testatorum decessit, quod non obstante depositione quorumdam testium singularium, quod dixerat velle omnia bona sua esse filiarum, & eas fore eius hæredes erat, & est cum adhuc sub Iudice lis sit pro ipsis fratribus pronuntian. nempè censeri filias grauatas restituere per fideicommissum institutis ea ratione quia cum magis communis sit opinio, quod dicta clausula codicillaris

146 † iuncta superuiuentia longi temporis contineat fideicommissum ad proban. contra illud quod est tollere inclusum in dicta clausula codicillari re-

147 quiruntur † tot testes, quot in eius constructione essent necessarij, & qui de dictis in forma testandi deponerent, non autem perfunctoriè cum non agant de declarando, sed de tollendo, quod inest ex Bec. Capr. & Benedict. de Benedict. vbi supra, quibus potest addi Simon de Pret. d. solut. 5. nu. 30. & passim per tot. consuluiq; etiam ex eadem ratione pro D. Guiscardo quod demonstrata veriori pro illo opinione quod in legatis factis D. Lucretiæ Colle eius Nouercæ repetita erat conditio viduitatis, quod non obstante depositione quatuor testium qui etiam plures desectus patiuntur debeat, debebat, & debet nihilominus obtinere, & dicta D. Colla succumbere cum non agatur de declarando, sed de tollendo conditionem viduitatis ex repetitione inserta in verbis testamenti, & sic de addendo legatum sui contraria conditione ademptum, vel tollendo ipsam conditionem, ex qua alterius effectus legi itum remaneret.

Hec obstant quæ ex aduerso videntur opposita que rendo respondere coniecturæ indubitate quæ sit si aper de quibus testium vltra sex prætensas respõnsiones quas cum nõ videtim neq; in specie tollere possum, quãuis nõ dubitetur ex præmissis fore radicitus euulsas nempe: Primò dicendo

148 quod testator possit quidem declarare, verba † facti vbi sunt dubia non autem verba iuris l. hæredes palam §. sed quid post ff. de testam. vbi Bart. Castr. & alij.

Secundò Arguendo à sufficienti partium enumeratione quod argumentum est fortissimum †

149 & necessarium, vt per Rol. cons. 33. nu. 1. lib. 2. & cons. 20. nu. 1. lib. 3. videlicet aut verba testamenti, & positio in conditione includunt vocationem aut non, si includunt superflua est testatoris declaratio si verò non includunt neq; testes probant cum non sint numero sufficientes, & ista non dicatur declaratio cum per eam non disponatur aliud, sed dispositum elucidetur, ex Simon. de Praet. dicto tract. lib. 1. interpret. pri. dubit. vlt. num. 2. sicq; per consequens requirantur eæmet solemnitates, quæ in ipso actu de nouo faciendu requirerentur Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20. nu. 10.

Præmissis namq; satisfit respondendo primæ obiectioni quod est cõtra terminos iuris, & Doct. communes opin. cum tex. in l. ex aduerso alleg. dictum suum, immo contrarium potius non probet, & erubescimus cũ sine lege loquimur l. illud, C. de colar. & per Becc. cons. 35. nu. 4. minusq; Bart. Castr. nec alij ibi hoc dicant sed indistinctè

150 vt sunt expressa † verba tex. ibi (& puto posse nihil enim nunc dat, sed datum significat, dicant quod testatoris verborum dubiorum declaratio, & dispositionis suę significatio) sine solemnitate facta valet si illa in verbis inclusa esse potest, & non resultet aliqua dispositio noua, contra verborum significatum, & quæ in ipsis verbis aptitudine, & habilitate saltem includi non possit,

151 quę ratio generalis ampliat † dictum, vt in pulcero casu latè per Peregr. cons. 58. num. 5. & per tot. & licet tex. exemplificet in legatis nempè vbi legata est persona serui de qua cum ad sint alij eiusdem nominis restat dubietas de quo sit in-

152 tellectus, vltra quod exempla non † solent regulam restringere maxime quando vt in dicto tex. subsequitur ratio generalis §. hactenus instit. de grad. l. damni infecti ff. de damn. infect. Menoch. cons. 2. nu. 105. lib. 1. hoc etiam cessante non potest dici quod ista sit declaratio facti sed bene iuris cum pro constanti ponatur quod à testatore fuit factum legatũ sed de iure dubitetur, quis censeatur legatus, licet hæc iuris dubietas ex facto oriatur, vt sic declarat Simon. de præt. dicto tract. lib. 1. interpræt. 1. dubit. 2. solut. 5. nu. 7. fol. mihi 9. immo si testator in facto dubium dimisisset nempè an disposuerit vel non, vel si fuerit erratum in corpore, & de huiusmodi, quo casu dicitur dubietas facti ex Ang. in l. eum quẽ temerè §. pri. ff. de iud. & Simon. vbi sup. tunc ad probãdum factum vel non factum, & de quo corpore senserit bene eadem requireretur solemnitas ex Bart. in dicta l. hæredes palam §. si quis post. num. 3. & seq. ff. de testam. est enim valde diuersum dubitare, & probare, an disposuerit ab hoc nempè, an facta dispositione aliquod ex verbis aptum contineri, testator comprehendi voluerit, nec nè cum in hoc vltimo quælibet in formis declaratio testatoris sit sufficiens, vt per dictos Patres hinc ad comprobationem præmissorum videmus quod Doct. concludunt quod cum

sub

sub vulg. expressa sub qua continetur tacita pupillaris, quæ non habet locum matre existente in medio, dubitetur ꝙ mater nihilominꝰ excludi
153 debeat, † talis exclusio matris potest probari per testes sine solemnitate ex dictis ante vel post testamentum, & tamen clarum est quod ista est declaratio iuris, & similis nostræ, an positio in conditione contineat filiorum vocationem per quam ex mēte testatoris admittantur seu excludantur á fideicommisso cum hoc non sit omnino á testatore omissū sed possit sequi ab expressis nempe verbis (illis non extantibus, & ex positione in cōditionem vt per Doct. supra allegatos quibus additur Afflict. decis. 44. & late Bart. & ibi communiter omnes in l. 2. ff. de vulg. vnde ex his tollitur dicta oppositio, quæ si foret vera prout à veritate est aliena, & potius subtilis, quam considerabilis) destrueret penitus materiam omnē coniecturalem circa quam tantum insudarunt Doct.

Sicuti etiam continet fallatiam 2. arg. namquamuis non improbem enumerationem partium illam tamen tantum probo, † quando est
154 sufficiens, & omnes partes comprahendit, quod non fit in contrario argumento admitto enim distinctionem ipsam, ꝙ aut verba testamenti includunt vocationem, & tunc superflua fuerit declaratio, cum rei satis demunstra ꝙ frustra vlterior fiat demunstratio l. ille, aut ille ff. de leg. 3. §. general. vers. nisi aliud testator instit. de leg. &
155 vbi verba sunt clara † non admittitur voluntatis quæstio. l. iam hoc iure vers. hoc vtiq; ff. de vulg. aut sine dubio non includunt, & tunc declaratio dispositionis non inclusę est infrugifera l. in ambiguo vbi Bart. num. 3. & Castr. num. 6. ff. de reb. dub. cum nullus ex ea possit resultare effectus, stante quod sola non est sufficiens ad inducendam ipsam dispositionem ob deffectum solēnitatum, sed quæso vbi est aliud caput, nempè medium, quod dari potest videlicet aut demum verba sunt dubia (vt in casu nostro vbi si non clara saltem talia sunt) possuntq; includere, vel excludere vocationem filiorum per fideicommissum, & tunc iudicis est in arbitrio l. voluntatis vbi omnes C. de fideic. á quo iudice attenduntur coniecturę quarum nulla est fortior quam re-
156 sultans † ab ipso met testatore, vt puta ex dictis & gestis ante vel post testamentum vt per Mātic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 1. per tot. etiam verba directa obliquando vt per eum num. 10. melius in proposito quādo verba sunt apta comprahendere casum, & constat de mente testatoris declarata, nempè quod probata voluntate si verba non repugnant etiam si sit probata tantum leuis coniectura quod illa sit sequenda idem Mantic. dicto lib. 3. tit. 5. nu. 3. post Ceph. cons. 259. num. 73. & seq. lib. 2. quod vero sit facienda vt supra distinctio in vltimis voluntatibus ad perquiren. mentem, & voluntatem testatoris, probat passim Simon. de pręt. per tot. suum tract. & præcipuè in lib. pri. interp. 1. dubit. 3. solut. 12. nu. 5. & seq. fol. mihi 24. vbi quod iudex debet pri-
157 mo † videre quid ex verbis possit apparere, & an sint adeo clara vt indubitate non possint continere casum qui inclusus prætenditur, sed omnino ei repugnent alias quod debet si verba possunt
158 eum continere, licet sint dubia considerare † coniecturas, & quod pars in facto debet probare omne id quod ad sic coniecturandum iudicem mouere potest, & si hoc probabitur secundū ipsas coniecturas iudicare cum euidens probatio dica-
159 tur † quæ per coniecturas fit vt per eum num. 7. ibidem, & per totum dictam solut. videatur.

Minus demum iuuat quod dicitur nempe ex eo quod expressè substituit filios in prætēso casu quo vltimus frater decessisset sine liberis, alio fratre iam prædefuncto cum liberis, & sic in vna parte testamenti relucet coniectura, quod in alia noluerit, ponendo tantum in conditione, vocare quia vltra quod satis supra demunstrauimus filios dicendos esse vocatos dispositiuè in omnem casum mortis institutorum, vnde sumus in sublimitatione Zanch. quę Menoch. aduersatur in fin. numer. 44. adducit hoc fundamētum prorsus non relleuat, tum quia á fortioribus contrarijs coniecturis remaneret superatum cum sicut cla-
160 uus clauum trudit ita coniectura coniecturam, † & fortior vincit debiliorē, vt per Menoch. tract. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. num. 46. tùm quia immo deseruit proposito nostro nam cum vna pars aliam declaret l. qui filiabus §. pen. ff. de leg. 1. & per Curt. iun. cons. 48. num 6. lib. 1. cum sim. sicuti voluit filios in casum mortis vltimi quandocunq; aduenientis admitti per fideicommissariam ad portionem patrui vltimo loco defficientis, & in qua maior cadebat dubitatio, ita etiam magis venit præsumendum quod voluerit admitti ad portionem patri peruentam, quę magis ipsis debebatur, vt post plures quos allegat idē Menoch. dicto tract. præsumpt. prædicta 76. nu. 59. & apparent sublata omnia aduersantia, maximè cum etiam Thesaur decis. 96. num. 7. non possit apertius loqui nempè magis communem fore opinionem quod sublata diffe-
161 rentia, an filij sint positi in cōditione † ab ascēdentibus, vel transuersalibus idem in omnibus seruetur, licèt aliquantū fortiores respectu transuersalium coniecturę requirantur, & idem etiam sentit Grassus per me alleg. sicq; iuris esse cēseo nempè pro D. Baua attenta aptitudine verborum comprahendendi quemcunq; casum mortis fratrum institutorū indefinita per ablatiuum absolutum expressa in testamento qualitate masculinitatis quod filij sint legitimi, & de legitimo matrimonio nati, & procreati probationibus testiū de declaratione mentis quod talis fuerit concludenter factis alijsq; omnibus præmissis pronuntiandum fore ex aduerso oppositis non obstantibus, sicq; iuris esse censeo salua semper &c. Euander Ciualerius, in eadem causa scripsi Ego vt patet in decisione mea consultiua cuius caput est instructo processu cum duabus sequentibus ad quas pro veritate facti Lectorem remitto. R. C.

Numero. 4.

Ibi (Quia vera magis, ac magis æqua, & recepta videtur hæc opinio, quod filij positi in conditione sint vocati) contrariū voluit Menochius in cons. 152. Respondendum videbatur illi primæ nu. 1. hoc eodem libro, sed pro ea sententia affirmatiua reperio Franciscum Monaldum in
162 cons. 149. Non obstantibus † motiuis, num. 37. lib. 1. vbi dicit hanc opinionem hodie censeri veriorem, & crebriorem, & magis communem allegando in concordantes, Io. Sichardum, Barbatiā, Parisium, Socin. iun. Cephal. Thobiā Non. Cirat. Decianum, & Rimin. iunior. Rol. Cauagn.

Num. 5.

Numero 5.

De pluribus coniecturis ad arguendum quod
163 filij in condirione positi sint dispositiuè † vocati, verbafeci in decisione mea consultiua, cuius caput est maximam fuisse controuersiam.

Et in alia quæ incipit, Proponitur quæstio vtrũ disputatio testamentaria. Rol. Cauagnol.

Numero 6.

Dicta hoc loco de filijs positis in conditione probátur per Menoch. in consil. 1242. de prima proposita dubitatione num. 7. lib. 13. Rol. Cau.

Ad cons. 136. Respondendum videbantur Furnarios ementes.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas concessu venditori, an transeat in personam emptoris.*
2 *Immunitas concessa Monacis, an extendatur ad colonos.*
3 *Priuilegia personalia, an transeant ad alios.*
4 *Priuilegium non egreditur personam eius ad quem dirigitur.*
5 *Extensio regulariter non fit de persona ad personam.*
6 *Ecclesia licet sit priuilegiata in non soluendo decimas colonus tamen eius non est priuilegiatus.*
7 *Correlatiuorum, eadem est disciplina.*
8 *Statutum prohibens ne vxor aliquid relinquat marito, an censeatur etiam prohibere marito, ne relinquat vxori.*
9 *Statutum prohibens marito relinquere vxori, an censeatur prohibere vxori, ut marito relinquat.*
10 *Permissum vni correlatiuorum, an censeatur alteri permissum.*
11 *Priuilegium concessum rebus, transit in successorem.*
12 *Priuilegium personale, an & quando trahatur ad personas accessorias, & familiares.*

Numero primo.



1 Gitur hic principaliter de extendenda immunitate venditoris † ad personam emptoris, pro qua te facit consilium Decij 48.

Adde per me notata in obseruationibus ad decretum Montisferrati 72. in §. 1. q. 11. num. 66. & infrà lib. 2. vbi similiter tractaui an immunitas cõcessa Mo-
2 nacis † trauseundi per flumen padi extendatur ad eorum colones, & massarios. Rol. Cauagnol.

Numero 2. & 3.

3 Ibi (Priuilegia personalia non † transeunt ad alios,) Alba cons. 132. in casu proposito num. 4. lib. 1. in cons. 188. Difficultas præsentis casus. num. 20. eodem lib. 1. vbi priuilegium non egre-
4 ditur personam eius † ad quem dirigitur. Cæphal. in cons. 58. proponitur num. 52. lib. 1. di-
5 citur enim isto casu prohibita extensio † de persona ad personam. Hinc Federicus de Senis in cons. 112. quæst. talis est quod licet Ecclesia pri-
6 uilegium habeat † non soluendi decimas, colonus tamẽ eius soluit de sua parte, licet fructus habeat ex fundis Ecclesiæ immunis. dixi in obseruationibus meis loco citato, sub num. 93. & 94 Rolandus Cauagnolius.

Numero 9. & 10.

Ibi (atqui in correlatiuis) hoc eodem argu-
7 menti vsus sum † ego in dictis obseruationibus loco citato sic num. 69. 80. 81. & 82. Rol. Cauag.

Numero 11.

Ibi (si statutum prohibet nè vxor aliquid re-
8 linquere atq; legare † possit marito ita è contra censeatur prohibuisse marito ne aliquid possit legare vxori (studiose hoc argumẽti genus reuoluit, quia alias non datur conuersio argumentationis statutum prohibẽs merito relinquere vxo-
9 ri † censetur etiam prohibere vxori nè marito relinquat, vt bene perpendit Gallia Alexandrinus, in consuetudinem Alexandrinam prohibentem maritum relinquere vxori, questione 4. quid vice versa in glosa, vxori per totam vbi articulũ examinat, & declarat regulam correlatiuorum Rolandus Cauagnolius.

Eodem num. ibi (permissum vni correlatiuo-
10 rum constat etiam permissum † alteri) limita ne procedat vbi diuersitas rationis adest, exempla petito ab eodem Gallia loco relato 45. & sequentibus. Rolandus Cauagnolius.

Numero 14.

Ibi (Baldum in consil. 31. statutum Ciuitatis Astensis lib. 1.) Adde Ioannẽ de Amicis in cons. 18. num. 3 Rol. in cons. 61. nu. 20. lib. 4. Hieronimum Gabriellem in cons. 156. nu. 4. & sequenti & in consil. 161. per totum lib. 2. Rol. Cauagnol.

Numero 18.

Ibi (Alciatus responso 203. num. 19.) Adde, & alias retuli in comentarijs de præsumptionibus, lib. 3. præsumptione 103. num. 13. Iacobus Menoch.

Eodem numero, ad comprobationem eorum, quæ hoc loco scribit Menochius facit ea conclu-
11 sio, quod quando priuilegiũ † cõceditur rebus, transit ad successorem in eandem rem, siue succedat titulo vniuersali, siue titulo singulari, l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua. l. ætaté. §. rebus. ff de censib. l. via. §. quæcunq;. ff. de seruitut. rustic. prædiorum. Dyn. in regula priuilegium de regul. iuris, num. 10. Rol. Cauagn.

Numero 22.

Ibi, (Læditur, & violatur.) Adde quod priui-
12 legium quamuis sit personale † trahitur ad personas accessorias, & familiares, quando sine illis redderetur inutile cap. licet. §. cum conceditur. Et ibi glos. de priuileg. Franciscus Cornel. addition. ad Dyn. in regula priuilegium, de regul. iur. in verbo, Personę. Rol. Cauagnol.

Ad Consil. 137. Propositæ dubitationi Respondendum videbatur.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem propriam coactè debet consequi pretium.*
2 *Princeps an possit ob causam publicam priuare aliquē rebus suis nullo dato pretio.*
3 *Lex Lucius Titius ff. de euictionib. perpenditur, & declaratur.*
4 *Princeps nullam habet absolutam potestatem.*
5 *Lex item si verberatum §. item si forte. ff. de rei vendicatione, perpenditur. & declaratur.*
6 *Publicam vtilitatem respicit, quod Princeps priuatorū res non auferat sine causa, & sine pretio.*
7 *Principis munificentia non trahitur ad iniuriam tertij.*
8 *Menochius in consil. 307. lib. 4 perpenditur.*
9 *Pretium instrumentum dicitur, quod ab alio inuenitur communiter.*

Ad Res

10 *Res tantum valent, quantũ vendi possunt, declara n. 11.*
12 *Emphyteota cogitur potius vendere domino suo quam alteri.*
13 *Dominus directus volens vendere ius dominij cogitur praeferre emphyteotam caeteris.*
14 *Statutum Mediolani 417. de re paterna luenda lib. 1. declaratur.*
15 *Statutum Mediolani 436. lib. 1. declaratur.*
16 *Praelationes in casu venditionis, quando locum habeant.*
17 *Colonus parciarius tenetur praeferre dominum volentem emere alteri extraneo.*
18 *Priuilegia omnia silent tempore necessitatis.*
19 *Leges sicuti publica vtilitate introducuntur, ita vrgente necessaria vtilitate, mutandae sunt.*
20 *Necessitas non habet legem.*
21 *Famis necessitas maxima est.*
22 *Vendere quis cogitur commestibilia tempore belli, vel penuria.*
23 *Rusticus potest compelli ad portandum victualia ad Ciuitatem vt vendantur.*
24 *Mercatores tempore penuria cogi possunt ad praestandum certa sextaria frumenti.*
25 *Penuriae tempore potest statui, ne quis emat in foro vltra duo sextaria grani.*
26 *Ciues de tempore penuria possunt cogi ad vendendum granum viliori pretio.*
27 *Penuria tempora quędam recensentur.*
28 *Bladorum taxatio, quando pro bono publico possit fieri.*
29 *Penurię tempore, quod in multis superabundat caeteris est distribuendum.*
30 *Annona extera spe lucri vocanda est.*
31 *Vendere viliori pretio quando quis cogatur ob publicũ fauorem.*
32 *Aestimatio rei frumentariae, & aliorum quae necessaria sunt ad victum, ad quem pertineat.*
33 *Principis interest habere populum numerosum, & locupletem.*
34 *Principis gloria est in multitudine populi.*
35 *Vtilitas publica, praeferenda est priuatae.*
36 *Priuatorum iura tolluntur ex causa publicae vtilitatis.*
37 *Publicum qualiter, quid dicatur.*

Numero 1.



1 Vod coacto vendere rem propriam † sit dandum pretium dixit Menoch. in consilio 103. non est nec minoris, nec leuioris. nu. 18. lib. 1. vide quae ibidem diximus, his tamen addimus nonnul-
2 los voluisse Principes posse ob † causam publicã Dominos rerum rebus proprijs exuere, nullo etiã dato pretio, hanc autem de re sententiam probare nituntur, per l. Lucius. ff. de euict. & l. item si verberatum §. item si forte ff. de rei vindic. quibus iuribus insistens Petrus Gregorius Tholosanus de republica lib. 7. cap. 10. in hac quęstione. nu. 21. parte prima adducit exemplum de Philippo Pulchro Gallorũ Rege, qui Matildae vxori Othonis Comitis Burgundiae excluso nepote adhuc infante nato ex primogenito adiudicauit comitatum Atrebatensem quia tũc egeret Othonis opera ad arcendam audaciam, & rebellionem Flamingorum verum si exemplum hoc prout innuere videtur ibidem Tholosanus in eo stat quod Princeps beneficium possit ab vno auferre, & alteri donare ex causa satis est tuta conclusio. verum si pro ablatione praedicta concludatur nihil esse tribuendum ei cui beneficium fuit abla-
tum, erit exemplum ipsum recensendum vt factũ non vt Ius. & ad ea iura quę allegãtur facile respõderi potest quod ex eis non potest inferri, licere principi rem priuatam auferre non dato pretio, nanque I. C. Paulus, in d. l. Lucius Titius, in
3 hęc verba † loquutus fuit futuros casus euictionis post contractam emptionem ad venditorem non pertinere, & ideo secundũ ea quae proponuntur, pretium praediorum peti posse huic pertinẽt ea quae dicunt scribentes legem hanc procedere quando princeps dedit pretium Felin. in cap. Quae in Ecclesiarum, extra de constitut. col. 10. versiculo prima declaratio, & ibi Dec. Ias. in l. fin. C. si contra Ias. vel vtil. Nouissime Thesaurus Decisione Pedemontana 91. Principis potestatẽ
4 num. 1. vbi dicit nullam dari Principis † absolutam potestatem in Principe, quod ego iuri congruere censeo, vt etiam probat D. Thęsaurus iunior. in suis annotationibus ad dictam patris sui decisionem itidem etiam respondetur ad l. item
5 si verberatum §. item si forte † quem locum pro meo ingenio minus recte allegari censeo ad id quod Princeps possit rem priuati auferre sine pretio, ob publicam vtilitatem, quam etiã versa-
6 ri meo censeo quod priuatorum † res non auferantur sine causa, & vbi adsit causa debent similiter ad esse compensatio hinc bene vidi textũ hunc mirifice, & eleganter sic declarari per Stefanum Forcatulum in dialogo. 18. nondum egredimur numer. 5. ibi sed aequius est aliter statuere cum ea mens non fuerit Principis vt ex re aliena esset erga possessorem victum bello similiter liberalis, concesserat enim ipsi tamquam vero Domino non tamquam iniusto possessori, proinde mu-
7 nificentia Principis non trahitur † ad tertij iniuriã maximè aduersante eius mente reliqua alia quae plura sunt in proposito videnda sunt in mea Anatomia iuris ad eos textus, faciunt in pro-
8 posito ea quę dicit Menoch. in cons. 307. † Illustris haec controuersia nu. 42. & pluribus sequẽtibus lib. 4. vbi concludit non licuisse Duci Mediolani auferre, castrum, & feudum Melegnani à Brippijs, & dare Marchioni Medices, pro bono pacis, nisi daretur simile Castrum eiusdem scilicet dignitatis, & vtilitatis, in recompensationem vt ibi docet num. 50. cui adde Nattam in cons. 554. Rol. in consil. 71. lib. 3. Rolandus Cauagnolus.

Numero 2.

9 Ibi (pretium iustum dicitur † quod ab alio inuenitur) Menoch. cons. 124 permulta erant, num. 20. lib. 1. Azorius in suis institutionibus moralibus part. 3. lib. 8. cap. 21. sub litteras B. vbi pretia considerantur ex communi omni cum aestimatione, & sub littera D. quod res tantum va-
10 lent, † quantum vendi possunt, scilicet, communiter Ferdinandus Rebellus de obligationib' iustitiae part. 2. libro. 9. sectio 1. vers. communiter prope finem. reliqua vide per me notata in Anatomia iuris ad l. pretia rerum, ff. ad leg. acquil. Rolandus Cauagnolus.

Numero 4.

Ibi (res tantum valet, quantum vendi potest) adde quod ista conclusio intelligẽda est quanti vendi potest communiter, & cõmuni concursu palàm
11 scilicet, & publicè † non ab vno emptore sed a pluribus ex traditis, ad l. pretia rerum ff. ad leg. falcid. quod est summopere notaudũ propter modum articulandi in hac materia vt perpendit

pract.

pract. Papiens. in libello in actione reali, in verbo
& in florenis num. 23. & in forma libelli in causa
vêditioni in glosa, ac pro precio florenorum nu.
5. Rolandus Cauagnolius.

Numero 3.

Ibi (emphyteuta cogatur potius Domino quã
12 alteri † vendere) vide Borgoin. Caualcan. in
tractatu de vsufructu num. 173. circa finem, vbi
13 dicit quod è conuerso Dominus debet † præ-
ferre emphiteotam si voluerit emere, in ista mate
ria prouisum est in Ducatu Mediolani ex parti-
14 culari statuto † sub Rubrica de re paterna luen-
da cap. 417. si quis rem aliquam lib. 1. & ista præ-
lario domino directo competens prævalet præla-
tioni debitę ex quota, vt est Mediolani statutum
15 † 436. habeos vtile dominium libr. 1. quod etiã
iure communi conceditur vt multis probat Car-
panus ad statutum prædictum nu. 4. vbi rationes
adducit ex Iasone, & Ripa in materia quod vnus
16 præferatur alteri in emptione † alicuius rei ex
causa vide Marantam de ordine iudiciorum in
suo speculo disputatione octaua, & de colono par
17 riario quod teneatur pręferre † dominũ volen-
tem emere alteri extraneo ita vt possit compelli
vendere potius Domino quem alij notat Petrus
de Rauenna in singulari 104. Roland. Cauagnol.

Numero 8.

Ibi (quos etiam retuli supra in secunda dubi-
tatione primi capitis) hæc verba sunt delenda,
quia per impressoris errorem fuerint hoc loco
posita. Iacobus Menochius.

Numero 9.

Ibi (est equidem æquitati consentaneum, vt
tempore penurię, & vrgentis necessitatis, ac belli
18 priuilegia omnia † sileant) ad hoc propositum
nota quod sicuti publica vtilitas suasit, vt leges
19 cum necessitate introducantur † ita nihil tam
naturale est vt inquit Petrus Gregorius Tholosa-
nus de republica lib. 10. cap. 5. quia Prudentia
Gubernatoris nu. 21. quam vt contraria neces-
saria vtilitate, ad euitandum Reipublicę damnũ
imminens legis introductæ mutentur illę saltem
quę noxię sunt pro eo tempore quo necessitatis
aculeus vrget, nec isto casu potest censeri legis
transgressio sed noua legis indictio, & veteris
immutatio, & hùc pertinet volgare dictum quod
20 necessitas non † habet legem plura autem exẽ-
pla immutandę legis pro tempore necessitatis
quę ad id cuius hoc loco meminit Menoch. perti-
net, idem Tholosanus scribit de Republica loco
citato, & Fusius lib 3. cap. 7. sed nunc vectigal per-
sonis num. 31. & sequentibus, & pro eo quod hic
21 dicitur de necessitate famis † dicas quod ea est
maxima vt scribũt Doctores in l. 1. C. de patrib.
qui filios distraxerũt, Vincentius Grilenzonius in
cons. 173. Clericus missit. nu. 11. Rol. Cauagnol.

Numero 18.

Ibi (cogitur quis vendere commestibilia tem-
22 pore vel belli † vel penuriæ,) ad idem facit sin-
gulare 607. Petri de Rauenna, & decisio capellæ
Tholosanæ in quæstione. 447. vbi rusticus potest
23 † compelli ad portandum victualia ad ciuita-
tem ad vendendum facit etiam l. secunda, & ibi-
dem glos. ff de Nund. & l. pri. §. cura carnis ff.
de officio prefecti vrbis Francis. Marc' quæstione
540. parte prima latè de ista materia scribit sola,
in constitu. pedemont. antiquis de censuum solu
tione in secunda parte decreti glos. vna vbi hunc
Menoch. locum citat, & probat ac sub nu. 6. dicit
24 quod mercatores ad euitandam penuriam † cogi
possunt ad præsentandũ certa sextaria frumen-
25 ti, & etiam statui † nequis emat in foro vltrà
duo sextaria grani. Rolandus Cauagnolius.

Eodem numero, & ibi (& id quidem eo prętio,
quod de publico erit communiter ordinatum)
26 quod tempore caritatis possint cogi ciues † ad
vendendum granum viliori prætio scribit idem
Sola loco citato sub num. 2. videnda sunt in hoc
proposito quæ scribit Lanecllotus Conradus de of
ficio prætoris §. 1. num. 12. & 13 Rol. in cons. 80.
num. 14. lib. 3. Franc. decis 9. num. 2. parte 1. &
huius decisionis practicam pluries vidi seruari in
ciuitate Casalis de anno scilicet 1586. quo tempo-
re fuit emanatum proclama nè frumentum ven-
datur pluris scurorum quinq; pro singulo sacco,
27 & anno † 1587. creuit valor sachi frumẽti vsq; ad
scuto octo, & de anno 1591. fuit reuocatum pro-
clama prædictum, licet eo tẽpore vigeret maxima
penuria, namq; de mense Augusti, & Septembris
venditũ fuit frumentum vsq; ad scuta tredecim
pro quolibet sacho quod hactenus fuit inauditũ
28 pro materia tamen † taxationis frumenti scias
quod non semper ratio boni regiminis exigit,
quod fiat taxatio, quia sic adeo perniciosa esset
quandoq; vt per eam adaugeretur penuria hinc
bene dixit Sola in commentarijs ad nouas consti-
tutiones Pedemontanas, in titulo de edictis An-
nonæ in glosa sexta quæ incipit essortiamo, num.
19. quod ea debet fieri cum grano salis idest facta
prius excussione an in patria, Annona Iuuenta
prohibita extractione, & facta descriptione per-
sonarum sufficiat populis ipsis, quia tũc iusta, &
proficua erit taxatio iusto, ac legitimo pretio ar-
29 bitrata tunc enim quod in maliis † superabun-
dat cæteris egentibus est distribuendũ, secus erit
si facta descriptione personarum annona deficeret
30 quia tunc vocanda erit annona † extera spe lucri.
Quomodo tamen intelligatur ista cõclusio, quod
31 quis cogatur vẽdere minori iusto † pretio in fa-
uorem publicũ videas notata per Iacobũ Grafiũ
libro secundo decisionum casuum conscientię sub
titulo qualiter honorandi sint pistores cap. 56.
num. 10. in fine ad quos autem pertineat æstima-
32 tio † rei frumentariæ. & aliorum quę necessaria
sunt ad victum, vide post alios Solam in dicto ti-
tulo de censibus glos. vna secundæ partis, & Fusius
in No. Constitut. de edict. Annonę glosa sexta nu.
13. Rolandus Cauagnolius.

Numero 19.

Ibi (cuius quidẽ interest habere numerosum
33 populum, † & locupletem hoc idem dixit Me-
nochius supra in cons. 126. nobilis certe, & nobi-
lium virorum digna num. 16. hoc eodem lib. vbi
ex sententia Salamonis prouerbiorũ cap. 24. dicit
34 quod in multitudine † populi sita est gloria. Ro-
landus Cauagnolius.

Numero 24.

Ibi (vtilitas publica priuatæ anteferri semper
35 † debeat) adde l. vnicam §. finali de Caduc. toll.
& l. si quis in graui §. vtrum ff. ad Senatuscons. Syl-
lanian. hinc dicimus quod ex causa publicæ vtili-
36 tatis iura priuatorũ tolluntur † quod eo iustius
esse dicitur, quo cum vtilitate publica concurrit
etiam vtilitas illius priuati, cuius iura videntur
auferri, plura exempla ponit Petrus Gregorius
Tholosan' de republica lib. 7. cap. 420. inter prin-

cipes humanos num. 42. & infra qualiter autem
37 † dicatur quid esse publicum vide eundem Thosanum de republica lib. 1. cap. 1. Dicturis nobis num. 13. Rolandus Cauagnolius.

Ad Cons. 138. Hæc dubitatio habet duo capita.

SVMMARIVM.

1 *Aliud pro alio, solui non potest inuito creditore.*
2 *Debitor certę monetę, an possit in alia soluere.*
3 *Moneta argentea, an possit solui pro aurea.*
4 *Moneta recipit functionem, & vtilitatem in generę suo, & ideo alia pro alia solui potest inuito creditore.*
5 *Menochius in consil. 138. num 3. non recipitur.*
6 *Menochius in consil. 138. num. 4. non admittitur.*
7 *Consuetudo vel statutum non debet intelligi secundum ius commune quando illi derrogat.*
8 *Contrahentes, semper præsumuntur agere secundum consuetudinem loci, vel statutum.*
9 *Consuetudo soluendi vnam monetam pro altera remouet considerationem augumenti.*
10 *Monetarum certa species, vbi pracise fuerit conuenta præstanda est.*
11 *Solutionum forma diu obseruata attendi debet.*
12 *Obseruantia interpretatiua rei ambiguæ seruari debet.*
13 *Pars vna testamenti quando non declarat alteram.*
14 *Testator si in vna parte testamenti, qualitatem expresserit, & in alia non censetur scdu lo ommisisse.*
15 *Testator, qui in vna parte testamenti mentionem fecit de masculis, & in alia non, præsumitur sponte amisisse.*
16 *Menochius in cons. 138. nu. 5. non recipitur tamquam contrarius.*
17 *Pecunia debita ex testamento an debeat solui ad valorem currentem de tempore testamenti.*
18 *Legata particularia consistentia in quantitate an sint soluenda iuxta valorem currentem de tempore testamenti.*
19 *Lex cum certum ff. de auro, & argento legato perpenditur, & declaratur.*
20 *Legatum solui debet de moneta currenti de tempore testamenti.*
21 *Legata quoad solutionem habent considerationem ad diē quoad qualitatem, & quantitatem obligationis consideratur dies factæ obligationis.*
22 *Mora debitoris facit vt teneatur ad interesse.*
23 *Testator taxanda valorem pecuniæ legatę præsumitur habuisse intentum ad valorem currentem de tempore testamenti.*
24 *Monetæ valor extrinsecus an sit inspiciendus de tempore solutionis.*
25 *Pecunia relicta filio pro legitima, an debeatur secundum tempus solutoris.*
26 *Condemnatus an teneatur soluere iuxta valorem temporis sententię.*
27 *Monetæ valor in contractibus inspicitur de temporę contractus.*
28 *Romanus in cons. 123. reprobatur, & ab aliquibus defenditur.*
27 *Obseruantia interpretatiua longe differt a præscriptione*



Numero primo.

1 Bi (aliud pro alio solui non potest, inuito † creditore) idem dixi in decisione mea consultiua 1 Quesuit insignis controuersia nu. 13, lib. 1. verum quia hæc iuris conclusio multas patitur extēsiones, & declarationes tum pręcipuè in dominio Mediolani, & pluribus alijs italiæ locis, recurrito pro eis ad ea quæ dixi in Anatomia iuris, ad l. mutuum damus in §. mutui datio ff. si cert. petat. vbi breui sermone habebis, plura scitu digna. Rolandus Cauagnolius.

Eodem numero tractat Menochius hoc loco an
2 possit debitor † certæ monetæ soluere in alia sed quia de ista materia fusè dictum fuit per eundem Menoch. in cons. 49. perdifficilis est quę nūc proponitur per totum lib. 1. & per me in obseruationibus ad illud lectorem remittimus in pun-
3 cto tamen quod moneta argentea † non possit solui pro moneta aurea quia aliud pro alio solui non possit inuito creditore scribit Ioannes de Aquila in suo libello de monetę mutatione parte altera theoremate 9. solutio potest esse. Rolandus Cauagnolius.

Numero 3.

Ibi (non enim horum traditio vel iure, vel ratione probatur) contra Menoch. hoc loco asserentem quod iure communi inspecto pecunia argentea non possit solui pro aurea, quia nulla ratio accedit ea facere videtur consideratio quod vbi
4 moneta † recipit functionem idest similem affectionem, & vtilitatem in genere suo pro altera potest vna solui pro alia, siue aurea pro argentea siue è contra, nisi fuisset aliter expressum sic notat Ias. in d. l. mutuum damus §. mutui ff. si cert. petat. & Francis. Curt. in l. cum quid ff. eod. ac Ioannes de Aquila loco citato, versiculo elicitur. Rolandus Cauagnol.

Numero 4.

Ibi (nam statutum, & consuetudo interpræta-
5 ti debent secundum ius commune † quod non admittit solutionem hanc cum damno alterius) hæc argumentatio (pace tanti uiri dictum sit) nō quadrat in proposito namquè si vera fuit opinio, cuius superiori numero meminit Menochius
6 † quod ius commune prohibeat vnam monetæ speciem solui pro alia, certum erit quod consuetudo vel statutum permittens posse vnam monetā, pro altera solui tamquam dicto iuri derro-
7 gatoria, ad illius † interpretationem in eo scilicet in quo derogatum fuit trahi non potest, nec est habenda ratio damni quia inter contrahentes
8 semper tacitè videtur actum † vt secundum cōsuetudinem vel statutum loci pecunia soluatur argumento l. quod si nolit. §. qui assidua ff. de edilit. edicto Alb. in c. quanto de iureiur. Afflict. in tit. quæ sint regalia §. monetæ num. 13. Boss. de moneeis quas refert Ioannes ad Aquila loco iā citato versiculo adde an possit, & in iam citato cons. 49. voluit idem Menochius, sub num. 18. &
9 19. tanti ponderis esse dictam consuetudinem † vt non sit attendendum augumentum aliquod auri, & ita ex ibidem dictis duo videntur colligi primum est quod ad confirmationē consuetudinis pertinet etiam quod iuri communi sit derrogatum alterum vero quod non videtur considerabile illud interesse tamquam descendens ex consuetudine quia partes acquieuisse dicuntur fateor tamen quod vbi adesset pactio quod solu-
10 tiones fierent in certa monetarum † specie non posset alterari conuentio quia per eam dicuntur partes recessisse ab ea consuetudine vel statuto Rursus etiam stando in puris terminis facti videtur

tur respectu istius primi capitis hęc cõclusio satis
periculosa, quia vt idẽ Menochius asserit in pro-
11 positione † facti forma solutionum factarũ non
est alteranda inquit enim solutiones factas fuisse
de tot grossis, & solidis, & ideo ab ista obseruan-
12 tia, quæ fuit interpretatiua † nullo modo rece-
dendum est per ea quæ Menochius scribit in alle-
gato cons. 49. num. 51. lib. 1. faciunt ea quæ ibi-
dem dixi ad num. 20. & licet in hoc consilij uita-
tur Menochius respondere ad fundamentũ huius
obseruantiæ, attamen in solutione succumbit vt
ibidem annotauimus. Rolandus Cauagnol.

Numero 5.

Ibi (quia vna pars testamenti declarat alte-
rã) dubitabilis redditur hæc argumentatio, per
eam considerationem quod sicuti in vna parte te-
stamenti qualitatem aurei sciuit testator expri-
13 mere † ita sciuisset in alia vnde potius est dicen-
dum quod discretinè fuerit loquutus namque
si quid expressit testator in vna parte testamenti,
14 & in alia non, censetur † voluisse in casu tantum
expresso disponere non in alio. Crauetta in cons.
289. Margarita Leuinę num. 4. versiculo, & ecce
15 quanta, hinc si testator in vna parte † testamenti
fecit mentionem de maculis, & in altera non, cer-
tum est non videri testatorem idem disposuisse in
ea in qua non fecit mentionem, vt in altera quia
facile fuisset ei dicere si placuisset ita disponere
sic post Menochium in consil. 220. perplexa, &
difficilis num. 143. cum duobus sequentibus dixi
in decisione mea consultiua 155. verba disposi-
tionis, nu. 23 & 54. lib. 3. Rolandus Cauagnolius.

Eodem numero, & ibi (atque ita concludo
Domino Anselmo esse numerandos aureos in au-
ro) cõtraria est ista cõclusio illi quã idem Meno-
16 chius facit infrà in fine istius consilij † in illis
verbis ibi (concludo itaq; Domino Anselmo esse
soluendos grossos iuxta valorem aurei qui erit
quotannis tempore solutionum namq; si resolu-
tio Menochij cadit in hoc quod solutio fiat de
grossis vtiq; nõ erit facienda in tot aureis in au-
ro. Rolandus Cauagnolius.

Numero 9.

Ibi (contrariam sententiam probabiliorem
esse existimo nempè hæredem hunc teneri solue-
re D. Anselmo tot grossos iuxta valorem Aurei,
tempore solutionis non autem inspecto tempore
dispositionis ipsius Domini testatoris) adde cõ
munem Theoricã stare in contrariũ nempè quod
17 pecunia debita ex testamento † debeat solui ad
valorem currentẽ de tempore conditi testamenti
ita post scribẽtes in l. cum quid. ff. si cert. petat.
scribit Ioannes Aquila de Monetę mutatione,
theoremate 2. breuis ac communis vbi dicit hoc
18 dictum habere locum in relictis particulariter †
non autem in legatis vniuersalibus, & fideicom-
missis quia in his debet attendi tempus mortis
testatoris, quod etiã probare visus fuit Renerius
Budellius de monetis, & re nummaria cap. 18. &
& si ex his num. finali. Rolandus Cauagnolius.

Numero 11.

Argumentum quod hoc loco desumpsit Me-
19 nochius à lege cum certum † ff. de auro, & ar-
gento legato, cõprobat Elbertus Leonin' in cons.
31. difficilis, & obscura est num. 5. versiculo quod
& Puchro iurisconsulti responso vbi Rom. & Ge-
minian. sententiã probat quæ est cum Menochio,
hoc loco vtrum aduersas eam scribit quidã Præses
Mechlin. in cons. suo 105. num. finali cuius me-
minit idem Reinerius Budellius loco superius
allegato sub num. 10. & infrà vbi verba dictæ
l. cum certum explanat, pro qua vide quæ ibi
dixi in Anatomia iuris interim scias quod in cõ-
tingentia facti quod mihi fuerat transmissum, ex
ciuitate Astę respondi in materia legati pro tem-
pore conditi testamenti, vt infrà colligitur, anno
1530. quidam legauit semel tantum Ecclesiæ San
cti Francisci aureos 200. valoris librarum quinq;
imperialium ad rationem solidorum 20. Mediol.
& pro singulis annis aureos 50. eiusdem valoris
hæredes fuerunt in mora cum mala fide hinc ca-
pientes exonerare conscientiam suam, & defun
ctorum quærunt, an teneantur soluere dictos au-
reos iuxta taxatum valorem, an vero iuxta valorẽ
præsentem aureorum.

Quia propositi casus resolutio facilis est om-
missa verborum Pompa sapientibus inimica
breuib' agendo tum pręcipuè ex eo quod votum
hoc meum decisiuum non à parte, sed quodam-
modo ab ipso iudice exquiritur respondendum
duxi hæredes teneri soluere aureos de moneta, &
20 valore quæ tempore conditi † testamẽti cursum
habebat per legem vxorem §. testamento ff. de
legat. 3. concordat l. medico ff. de auro, & argen-
to legato per quæ iura dixit Oldradus in cons. 31.
thema tale est quod legata debent solui de illa
moneta quæ erat tempore facti testamenti quod
similiter probat Socin. cons. 6. prædicta consul-
tatio per tot. vol. 5. vbi dicit quod licet quoad
21 solutionẽ consideretur † dies, non tamen quoad
qualitatem, & quantitatem obligationis quia
consideratur dies quę fuit contracta obligatio, &
deducta ad effectum per cap. si eo tempore de re-
script. in 6. & ideo inspecta obligatione de qua
agimus ad intelligendum valorem pecunię sol-
uendæ debemus inspicere tempus quo dispositio
applicatur ad actum cap. finali de procurat. facit
cons. Nicolai Euerandi 16. quidam Dominus
Ioannes num. 1. & 3.

Quibus addendum putamus, quod in casu pro-
posito cõsideratur mora debitoris, qui propterea
22 tenetur ad interesse † quãti plurimi sic Aretin.
cons. 84. Berous cons. 543. num. 27. vol. 1. Natta
cõs. 454. & ita siue creuerit siue decreuerit erit id
omnino tribuendum culpæ iacturæ, ac Damno
debitoris.

Potest addi quod illa taxatio facta de libris
quinq; arguit eo tempore tanti valuisse aureos
23 legales, & ita cõcurrit † vehemens præsumptio
voluntatis in testatore quę non fuit circa valorem
futurũ dicti aurei quem ad rem certum deducere
non poterat cum de futuris contingentibus nulla
possit dari Determinata veritas, & ita sentio.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 13.

Ibi (valorem extrinsecum monetæ esse inspi-
24 ciendum tempore † solutionis) latissime An-
tonius Sola in trac. de monetis casu 40. num. 15.
Garillius lib. 2. obseruat. 73. Iosephi Ludouic. in
suis communibus conclusionibus 10. Iacobus Me-
noch.

Numero 14.

Ibi (atqui, vbi pecunia relinquitur à patre,
filio, pro sua legitima, illa debetur iuxta valorẽ
25 † qui est tempore solutionis) huic conclusioni
obstare videtur, Martinus Laudensis in tract. de

monetis nu. 27. vbi dicit quod debet fieri folutio iuxta valorem teftamenti non auté pro tempore folutionis, ex l. vxori §. 1. & l. vxor, §. teftamento ff. de leg. 3. idem etiam dicitur quod quando
26 quis fuit condemnatus † ad folutionem, quod pecunia debeat folui iuxta æftimationé temporis fententiæ, non autem folutionis idem Laudenfis num. 28. & poft eum afflictus decifione 194. num. 2. & 3. vbi fimiliter dicit quod in contractibus
27 infpicitur † valor monetę qui currit de tempore contractus. Rolandus Cauagnolius.

Numero 18.

Ibi (Roman. in dicto conf. 123.) funt qui arguũt Romanum in ifta materia de contrarietate
28 per ea quæ dixit in l. cum quid. ff. fi cert. petat. † vt notat Elbertus Leoninus in citato conf. 31. nu. 5. fic refert Renerius Budellius in dicto tractatu de monetis, & re nũmar. dicto cap. 18. nu. 10. & 11. pro eo vero quod pertinet ad l. vxorem §. teftamento ff. de legat. 3. & l. fi ita ff. de auro, & argento legat. vide quę ad eadem iura dixi in Anatomia iuris.

Numero 21.

Quod dicitur hic de præfcriptione, lõgè differt
29 ab interpretatione † rei dubiæ, & ideo minus fufficiens eft refponfio vide quæ dicta fueruat in obferuationibus ad confilia Menochij 104. propofita facti fpecies cui de iure ad num. 22. lib. 1. vbi diffufe tractatur hæc materia. Rolandus Cauagnolius.

Ad Confil. 139. refpondendum videbatur multis rationibus.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ de continuanda poffeffione defuncti an habeat locum in bonis in quibus defunctus folum vfumfructum habebat.*
2 *Conftitutio Mediolani de continuanda poffeffione defuncti in hæredem an procedat ad fauorem hæredis qui eft Dominus proprietatis ad cuius fauorem confolidata fuit proprietas cum vfufructu.*
3 *Menochius in confil. 139. lib. 2. in materia ftatuti ferarienfis de continuanda poffeffione defuncti in hæredem non recipitur.*
4 *Hypolitus Riminaldus in conf. 91. nu. 13 lib. primo probatur.*
5 *Statutum de continuãda poffeffione defuncti in hæredem an habeat locum quo ad detentionem.*
6 *Statutum de continuanda poffeffione defuncti in hæredem an habeat locum in bonis feudalibus.*
7 *Statutum de continuanda poffeffione defuncti in hæredem non habet locum in bonis ecclefiafticis.*
8 *Conftitutio de continuanda poffeffione defuncti in hæredem an habeat locũ in illis bonis de quibus teftator non poterat difponere.*
9 *Conftitutio de continuanda poffeffione defuncti in hæredem an habeat locum in primo tantum hærede vel in fecundo, & vlteriori.*
10 *Conftitutio de continuanda poffeffione defuncti in hæredem an competat legitimato.*
11 *Conftitutio de continuanda poffeffione defuncti in hæredem an habeat locum quando quis poft mortẽ defuncti auctore iudice adeptus fuit poffeffionem.*
12 *Conftituti clauful a an pereat quando quis intra decem annos a die conftituti non fuit adeptus poffeffionẽ.*
13 *Conftitutum expirat mortuo conftituente.*
14 *Conftituti effectus an tranfeat in hæredes conftituentis.*
15 *Conftituti virtus an actiue tranfeat ad hæredes.*
16 *Conftituti Claufula eft tranflatiua dominij, & poffeffionis.*
17 *Conftitutum non impedit continuationem poffeffionis in defunctum.*
18 *Contrahentes videtur contrahere iuxta ftatutum loci, in quo contrahunt.*
19 *Menochius in confil. 139. nu. 9. lib. 2. non recipitur.*
20 *Conftitutio de continuanda poffeffione in hæredem impedit ne ciuilis de facto trahat ad fe naturalem poffeffionem.*
21 *Illatio non fit ex diuerfis.*
22 *Conftitutio de continuanda poffefsione defuncti in hæredẽ an fit correctoria iuris communis.*
23 *Lex correctoria iuris communis, facit, vt illud ceffare dicatur.*
24 *Detentio quæ competebat defuncto tranfit in hæredem ex ftatuto de continuanda poffeffione defuncti.*
25 *Menochius in confil. 139. nu. 12. non probatur.*
26 *Menochius in conf. 139. nu. 13. 14. lib. 2. non recipitur.*
27 *Continuatio detentionis in hærede diuerfa eft à Iure cõpetenti pro adipifcenda poffeffione corporali.*
28 *Poffeffio ex caufa finita caufa dicitur iniufta.*
29 *Iniuste non agit qui Iure fuo vtitur.*
30 *Vfusfructus finitur per mortem vfufructuarij.*
31 *Proprietarius, an poffit non citato hærede vfufructuarij capere poffeffionem.*
32 *Detentio quam habet vfufructuarius an fit tranfitoria ad hæredes.*
33 *Conftitutio de continuanda poffeffione in hæredem an habeat locum quando poffeffio ab alio fuit occupata.*
34 *Statutum Ferrariæ de cõtinuanda poffeffione defuncti in hæredem perpenditur, & declaratur.*
35 *Menochius in confilio 139. nu. 23 lib. 2. non recipitur.*
36 *Hæres, quomodo dicatur continuare in poffeffione defuncti.*
37 *Poffeffio continuata in hæredem dicitur effe ficta.*
38 *Poffeffio continuata licet fit ficta, & ducina, per executionem ftatuti de continuanda poffeffione defuncti in hæredem dicitur vera.*
39 *Veritas prævalet fictioni.*
40 *Veritati cedunt omnia.*
41 *Veritas eft mater iuftitiæ.*
42 *Fictio connumeratur inter vitia.*
43 *Iniuria nafci non debet vnde iura prodeunt.*
44 *Fictionis natura non diftat à finibus falfitatis.*
45 *Fictio eft veritatis affumptio contra veritatem.*
46 *Fictio damnanda eft, & omnino tollenda.*
47 *Fictio defcendens ex continuata poffeffione cuius fit vadboris.*
48 *Veritas quando fit præferenda fictioni, & quando e conuerfo.*
49 *Proprietarius, quando non poffit auctoritate propria aprehendere poffeffionem vfufructus.*
50 *Proprietarius finito vfufructu an poffit apprehendere poffeffionem non citato hærede.*
51 *Menochius in confil. 139. nu. 27. non recipitur.*
52 *Proprietarius quomodo poffit mitti in poffeffionẽ, finito vfufructu.*

Numero primo.



Roponitur hoc loco materia an ftatutum de continuanda poffeffione
1 † defuncti locum obtineat in bonis in quibus defunctus folum vfumfructũ habebat in quo propofito memini alias habuiffe in facto

in facto N umquid noua constitutio Mediolani,
2 de continuanda † possessione defuncti in hęre-
dem procederet ad commodum hęredis eius, qui
dominus est proprietaris, ad cuius fauorem con-
solidata fuit proprietas cum vsufructu ob transitũ
quem fecerat vxor vsufructuaria ad secunda vota
articulum hunc diligenter examinaui in decisio-
ne mea consultiua 46. petitum remedium conti-
nuandæ possessionis lib. 1. pro D. Cathreina Ma-
rina de Sicis, pro qua obtinui sub integerrimo,
& laudatissimo viro Domino Iosepho Lattuada
I. C. Collegiato huius Ciuitatis Mediolani, vt in
calce dictæ meæ decisionis pleni⁹ apparet in casu
3 tamen isto Menochij Periculosam censeo † con-
sultationem ob præcisa verba statuti Ferrariensis
ibi sine in quibus habuisset tantum vsumfructum
vel detentionem simplicem, quæ meo iudicio fa-
ciunt cessare quæcumq; fundamenta eiusdẽ nãq;
per ea verba datur continuatio non solum pro
bonis subiectis fideicõmissofeudalibus, sed etiã
pro his, in quibus defunctus vsumfructum tantũ
habebat, vel simplicem detentionem vt proprie
in terminis istius statuti Ferrariensis consulendo
4 determinat Hippolitus Riminaldus in cons. †
91. quæritur an fieri debeat num. 13. & 14. lib. 1.
quibus crediderim non obstare fundamenta qui-
bus Menochius insistit, prout suis quibuscumq;
locis demonstrabitur opportunè. Rolandus Ca-
uagnolius.

Numero 5.

Dicitur hic quod statutũ de continuanda pos-
5 sessione defuncti in hæredẽ † locum habeat etiã
quoad detentionem quæ erat apud ipsum defun-
ctũ, & est vera ista propositio in casu de quo agi-
tur quicquid infra dixerit Menochius sub num.
12. quo loci datur responsio congrua regulariter
6 tamen in bonis feudalibus † simile statutum non
7 habet locũ præsertim in Ecclesiasticis † vt scribit
Ias.. in cons. 152. vera, & iuridica per totũ lib. 4.
sicuti etiã dicimus non cõpetere † continuatio-
8 nem in his bonis de quibus testator non poterat
testari Baldus in consil. 257. num. 2. lib. 4. an au-
tem huiusmodi dispositio locũ habeat in primo
9 † tantum hærede an vero in secundo, & vlteriori
vide Beccium in consil. 207. quæsitum fuit per
totum lib. 2. item an, & quando legitimato detur
10 beneficium † continuationis vide quæ scribit
Alciatus in cons. 40. quęstio prima est nu. 8. lib. 6.
& quæ dixi in decisione mea consultiua 99. filio
naturali, ex non soluto lib. 2. item an habeat locũ
11 vbi quis post mortem † defuncti possessionem
fuerit adeptus auctore iudice scribit Bec. in 6.
consil. 207. in fine lib. 2. Rolandus Cauagnol.

Numero 7.

Ibi (si constitutarius ob vim clausulæ cõstituti
12 non apprehendit realem rei possessionem † intra
decem annos, dicitur illam ammisisse) quod per
lapsum dicti temporis censeatur ammissa posses-
sio descendens ex constituto probant Borgnin.
Caualcan. decis. 23. de contractibus parte 2. nu.
45. vide Thesaur. decisione 105. constitutũ quod
transeat num. 8. & decisione 215. excussio bono-
rum num. 6. vbi hoc dictum declarat, & ibidem
D. Thesaurus Iunior negotium satis eleganter
explicat positis opinionibus contrarijs. Rolan-
dus Cauagnolius.

Numero 8.

Sunt qui ex magis communi Doctorũ sentẽtia
13 scribunt mortuo constituente expirare † con-
stitutum vt inter cęteros notat Menochius de re-
cuper. remedio 14. num. 64. & Tiraquell. de con-
stituto parte prima num. 65. & limitat. 21. num.
10. & 11. sed pro veritate istius opinionis viden-
dus est idem Thesaurus in citata decisione 215.
14 quod autem effectus constituti † transeat passi-
uè in hæredes constituentis quando est facta men-
tio de hęredibus notat Cassaneus in cõsuetud. Bur
gund. titulo de successions Rubric. 7. §. 1. glos.
3. in verbo aduette, & ideo constitutarius mortuo
constituente poterit vti remedio l. finalis C. de
15 acquir. possess. actiuè autem ad hæredes non †
transit vbi nulla de his facta fuerit mentio Cassa-
neus ibidem num. 10. plura alia in materia con-
stituti vide per me notata ad l. quod men. ff. de
acquir. rerũ domi. in Anatomia iuris. Rol. Cau.

Eodem numero, & ibi (re tamen ipsa) de hac
opinione Menochij valde censeo dubitandum
per verba pręcisa statuti cuius supra meminimus
ad numerum primum quicquid sit de iure com-
muni ob clausulam constituti, licet enim ea vero
16 sit translatiua † dominij, & possessionis præser-
tim quando est facta præsenti vt scribit Natta in
cons. 372. & prius in cons. 189. Peguerra in suis
questions. criminalib. cap. 48. De qua materia
tractat etiam Cassan. in consuetudin. Burgund. in
titulo, de successio. rubrica 7 § primo glosa 3.
attamen per mortẽ constituentis locus fit statuto
decernenti continuationem in hæredem ita quod
constitutarius vel hęredes ipsius habeant faculta-
tem exercendi iura sibi cõpetẽtia ad restitutionẽ
possessionis vnde non impedit constitutum quo-
17 minus locum habeat † statuti dispositio iuxtã
18 quam partis † cõtraxisse videãtur l. conficiun-
tur de iure codicillorum vnde ius commune non
officit, quod etiam ex infrascriptis probabitur la-
tius. Rolandus Cauagnolius.

Numero 9.

Ibi (inspecto iure municipali) dum retorquẽ-
19 do argumentum inquit Menochius † quod se-
cundum ius ipsum statutarium ciuilis possessio
constitutarij continuanda est in hæredes ipsius,
minus concludenter arguit quia verba statuti in
proposito non aguot de possessione ciuili sed de
continuanda ea detentatione quam defunctus ha-
bebat vt patet ibi vel detentionem simplicem,
atqui sicuti per eam detentationis continuationẽ
non tollitur illa ciuilis possessio, ita impedit sta-
20 tutum, ne ciuilis † aliam vt puta naturalem vel
superficiariam per titulum continuationis aufe-
rat, & ita potest obijci quod deducatur argumẽ-
21 tum. † & illatio ex diuersis contra l. Papinianus
exulis ff. de minor. Rolandus Cauagnolius.

Numero 10.

Dicit Menochius hoc loco quod statutum Fer-
rarię lib. 2. sub rubrica, quod possessio defuncti
22 † continuatur in hæredẽ est iuris ciuilis Roma-
norũ correctorium, & ideo dicit esse summopore
restringendum quod, & nos admittimus sed ista
deductio probat Menochialem opinionem esse
23 minus verã namq; si est correctoria iuris † vtiq;
ius ipsum cessabit in eo in quo ad est correctio ex
pressa atqui eadem correctio cadit, circa deten-
tionem eorum bonorum in quibus defunctus ha-
bebat vsumfructum tantum, vt sunt verba clara
statuti ergo &c. Rolandus Cauagnolius.

Num. 11.

Numero 11.

Eſto quod penes conſtitutarios eſſe ciuilis, &
naturalis poſſeſsio ex clauſula cõſtituti, hoc nihil
eſt quia ſat eſſe dicitur quod penes vſufructuariã
24 † ſtaret detentio prout Menochius hoc loco ad-
mittit. ibi (atq; ita penes D. Conſtantiam conſti-
tuentem remanſit ſola detentio vt re ipſa patet.)
proinde cum hic agatur de continuanda deten-
tione in hærede ipſius vſufructuariæ ad formam
ſtatuti pro ea decernendum venit, & aliter pro-
ponenda eſt quæſtio ex latere conſtitutariorum.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 12.

Dùm hoc loco ponit Menochius ſtatutum Fer-
rariæ de continuanda poſſeſsione defuncti non
habere locum quando apud defunctum fuit ſola
25 detentio rei id ipſum dicit, quod eſt de directo †
contra præciſa verba ſtatuti prædicti, quorũ ipſe
meminit, & quæ ſunt hęc; Quòd ſtatutũ iſtud locũ
habeat, & procedat in quacumq; poſſeſsione, vel
quaſi quam habuiſſet defunctus, etiam ſi poſſe-
diſſet bona feudalia ſiue in quibus habuiſſet tan-
tum vſumfructum vel detentionem ſimplicem,
quod etiam probat Riminaldus Iunior in iam
allegato conſ. 91. num. 14. lib. 1.

Numero 13. & 14.

Fundamentum quod hoc loco facit Menochius
quod defunctus non plus iuris in hæredem trans-
26 fert, quam ipſe habeat, non probat † opinionem
ipſius quia ſicuti (ponamus quod ſolam detẽtio-
nem haberet) eadem detentio erat penes defun-
ctum ita p ſtatutum potuit in hęredem tranferri
nec valet conſideratio defuncta non potuiſſet im-
pedire quominus corporalem acciperent poſſeſ-
ſionem ergo nec hęres, quia reuoluendo cogita-
tionem hanc poteſt è conuerſo dici defuncta po-
tuiſſet impedire conſtitutarios vbi voluiſſent re-
mouere detentionem quam ipſa habebat, ergo,
& hæres eius, præſertim quia detentio quæ aliàs
per mortẽ vſufructuariæ poterat forſan extincta
cenſeri per ſtatutum viuificata remanet. hinc di-
cimus quod hęredes non ſolo iure hæreditario
vtuntur ſed eo etiam quod tribuit ius ipſum mu-
nicipale, & ſtando in terminis argumentationis
dicimus quod aliud eſt aſſequi corporalem, &
actualem poſſeſsionem bonorum, aliud impedi-
27 re continuationem † detentionis in hærede.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 15.

Ibi (cum naturalis poſſeſsio finita cauſa ipſius
vſufructuarij ſit iniuſta) fateor quod finita cauſa
28 regulariter dicatur iniuſta † ſed attento ſtatu-
to de quo agitur erit iuſta ſaltem ad titulũ con-
tinuationis quicquid ſit, de iudicio exercendę
actionis per proprietarios ad aſſequendam ple-
29 nariam poſſeſsionem nec dicitur iniuſte agere †
qui iure ſuo vtitur vulgatis iuribus.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 16.

Dicit hoc loco Menoch. & bene per mortẽ vſu-
30 fructuarij † vſumfructum extingui §. finitur.
inſtitut. de vſumfruct. ſed quęſtio eſt numquid
proprietarius valeat iure proprio non citato ſcili-
31 cet hærede vſufructuarij capere poſſeſsionem, †
& ego tenui quod ſic vt in deciſ. mea conſul. 25.
hæredi agenti per totum lib. 1. vbi dixi per tran-
ſitum ad ſecunda vota vſumfructum mulieri re-
lictum pro tempore viduitatis extingui in tantũ
quod ipſa nõ citata poſsit appræhendi poſſeſsio,
& ita fuit iudicatum per integerrimum virum, ac
I.C. Collegiatum Ciuitatis Mediolani D. Ioſephũ
Lattuatum, vt in obſeruationibus ad eam deciſ.
annotaui. Rolandus Cauagnolius.

Numero 18. & 19.

Quod poſſeſsio ſeu detentio quam vſufructua-
32 ria habet non ſit trãſitoria † ad hæredes, & quod
deſinat cauſa detentionis probatur iuxta termi-
nos iuris communis ſed iſtud non militat quia
cõtrarium decernitur ex particulari ſtatuto quo
pręſens caſus cõprehẽditur. Roland[9] Cauagnoli[9].

Numero 20. & 21.

Aſſertio quam facit iſtis in locis Menochius,
ſtatutum ſcilicet de continuanda poſſeſsione de-
functi in hęrede non procedere, quando poſſeſ-
33 ſio ab alio fuit † occupata deſumpta fuit à Pro-
ſpero Paſero in conſi. 140. in cauſa vertente nu.
8. qui propriè loquitur de eodẽ ſtatuto Ferrariæ
ſed aduerſus iſtam propoſitionẽ latè ſcribit Ri-
minaldus iunior in conſil. 56. Illuſtris, & Mag.
D. Camilla nu. 30. vbi relatis auctoritatibus ex
ſententia Iaſonis in conſ. 85. lib. 3. & in conſ. 146.
lib. 4. inquit contra eos qui poſt mortem alicuius
vt fideicommiſſarij propria auctoritate occupa-
uerunt poſſeſsionem rerum hęreditariarum fuiſſe
per ſenatum Regium Mediolanenſem iudicatum
hoc idem probat ipſe Riminaldus iunior in conſ.
91. num. 16. lib. 1. vbi pro eo quod ſeruit ad opi-
nionem hanc, & ad tollendum obiecta ta per Me-
34 nochium inquit quod ex quo ſtatutũ † prędictũ
dicit etiam ſi alius prius eam occupaſſet nullam
recipit diſtinctionem, nec quoad qualitatem bo-
norum, nec quoad perſonarum occupantium.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 23.

Dùm inquit hoc loco Menochius, quod ſi poſ-
ſidens naturaliter negauerit admittere ciuilem
poſſeſſorẽ dicitur eũ ſpoliare, nõ probat aſſumptũ
35 † Menochij, nam aut ciuiliter poſsidens inter-
pellat naturaliter poſsidentem vel etiam ſimpli-
citer detinentem ad remittendam detentionem,
vel naturalem poſſeſsionem, & tunc admittitur
36 in eo continuatio † tamquam in hærede, aut
petit continuationem non dari coram iudice, &
tunc ſtatutum vrget cuius diſpoſitionem egredi
nequit, & ideo nulla intrat conſideratio ſpolia-
tionis, quam doctores per Menochiũ allegati ſup
ponunt vbi non extat ſtatutum continuandi hæ-
redem etiã in Nuda detentatione defuncti. R. C.

Numero 24.

Ibi (poſſeſsio vero continoata in hos hæredes,
ex diſpoſitione ſtatuti Ferrarię, dicitur eſſe quę-
37 dam † poſſeſsio ficta) negari nõ põt, quominus
hæc poſſeſsio ſuper cuius continuatione lex vel
ſtatutum diſponit, ſit datiua cauſata ab ipſa lege,
abſq; aliqua præſentia corporali, & eſt ficta poſ-
ſeſsio, quæ non impedit, quominus hæres poſsit
petere ſe mitti in poſſeſsionem ex edicto Diui
38 Adriani, & talis miſsio † fit in executionem
ſtatuti, vt qui eſt in poſſeſſione ficta ſit in vera Bal
dus in Rubrica de cauſa poſſeſsionis, & proprie-
tatis col. penult. verſiculo quæro vbi dicit quod
ita practicatur Mediolani, & cum Baldo tenet
Decius conſil. 84. col. pri. & 2. & conſil. 467. col.
penultima quos etiam citat, & ſequitur Rimi-
naldus iunior in conſ. 585. defuncto D. Stepha-
no, num. 58. vol. 5. vbi ſimiliter adducit Tira-
quel.

quellũ in tractatu le mort. Saisit le vif. in secunda
declaratione sextæ partis vol. 2. 3. & 4. Roland.
Cauagnolius.

Numero 25.

39 Ibi (veritas debet prævalere † fictioni) Adde
Maschard. de probation. quæst. 5. num. 17. vbi
40 veritas omnia vincit, & ei cedunt † omnia, ac
41 est mater † iustitiæ, fictio vero reponenda est in
42 num. viciorũ cum † aduersetur veritati, ideoq;
non esse attribuendam legi, nec ab ea vsurpandã,
43 alias iniuria † nasceretur, vnde iura prodire de-
bent, & qui ficte agit, simulate facit, ergo decipit
44 insuper fictionis natura non † distat à finibus
45 falsitatis, immò est falsitatis contra veritatem †
assumptio, quoniam fingit esse quod non est, &
non esse, quod est. Idcirco intolleranda, damnã-
46 da, & † stirpitus radicanda est, cum ob id sacro-
sanctę leges in falsitatis auctores, reos, & compli-
ces animaduertant Costa tract. de retrotractioni-
bus cap. 2. num. 17. 18. 19. hæc autem conclusio
licet in se videatur vera, non tamen admittitur ad
eum effectum in quem deducta fuit, namq; illa
possessio qua nituntur constitutariorum hæredes
nõ est ex omni parte perfecta ob eã detentionem
quam vsufructuaria habebat, & quam nonnulli
ex scribentibus naturalẽ possessione non vocitãt,
& ideo data distinctione possessionis, veritas
operabitur in casu suo vero, & in eo prævalebit
47 nec illi in aliquo nocitura est fictio † quæ cadit
in alio casu, vt puta quod hęres continuetur in ea
detentione quæ erat penes defunctum. & ita non
subsistit ista consideratio desumpta ex Pasetho
in citato cons. 140. num. 14. & nè circa pręmissa
lectorem dimittamus sine legali Theorita, dici-
mus, quod demum veritas fictioni præferenda
48 est, quando fictio, & veritas † concurrunt circa
idem subiectum, respectu eiusdem temporis, &
omnimodo eodem respectu, secus vbi concurrut
circa diuersa subiecta prout in casu nostro in quo
datur subiectum respectu ciuilis, quoad hęredes
constitutariorum, & aliud subiectum respectu vel
naturalis possessionis. vel detentionis, quæ ten-
dunt ad contrarios effectus, quo casu fictio non
impedit veritatem, nec è contra, & in hoc vltimo
casu sequimur fictionem, & abijcimus veritatem
sic per l. omnibus, ff. de capt. & postlin reuers.
scribit Costa Papiensis, de retrotractione regula
2. ad cap. 2. incipit, Rursus incidit, numero 10.
11. & 12. reliqua pro regula quod fictio cedat ve-
ritati vide notata superius ad cons. Menoch. 100.
quę nunc discutiendæ proponuntur, num. 104.
105. & 106. lib. 1. Rolandus Cauagnolius.

Numero 26.

Ibi (quia si extincto vsufructu ob mortem
49 vsufructuarij potest iste proprietarius † propria
auctoritate apprehendere naturalem illam pos-
sessionem) ista ratio non videtur concludens,
quia tũc posset auctoritatate propria vsumfructũ
capere si non adesset statutum, quod decernendo
continuationem detentionis impedit eam facul-
tatem, apprehendendi auctoritate propria, quæ
alias cessante statuto competit proprietario, etiã
50 parte tacita, † vt late deduxi in decisione
mea consultiua 25. hæredi agenti num. 5. & seq.
lib 1. vbi plura alia exempla deduxi, & probaui
declarando, glos. in cap. licet Episcopus de præ-
bend. lib. 6. in verbo, Te non vocato, de qua re
supra tetigi. Rolandus Cauagnol.

Numero 27.

Ibi (viuente illo detentore, illa detentio obij-
ci non potuisset vero huic possessori, multo minus
obijci nunc potest ea translata ad hæredem detẽ-
toris.) Responderi potest fallacem ex eo reddi
51 argumentationem † hanc, quod immò per vsu-
fructuariam obijci potuisset hæc detentio, & vt
aliqui voluerunt naturalis possessio quã ratione
vsusfructus habebat, vt bene probat infra Meno-
chius nu. 28. ibi cuius vsufructu perdurante pos-
sessio naturalis apud eam esse debuit, & ita cor-
ruit argumentum, quod etiam dicitur de dire-
cto esse contra præcisa verba statuti. Rol. Cauag.

Numero 30.

Dum cõcludit Menochius constitutionem hæ-
redes mittendas esse in possessionem bonorum
52 bene locutus fuit, verum ad id opus † debet
concurrere condemnatio hęredum vsufructuariæ
ad remittendam detentionem, & eam possessio-
nem in qua fuerunt continuati tamquam hęre-
des virtute statuti, & ita satisfactum erit disposi-
tioni statutariæ, & iuribus eorum qui dixerunt
se dominos. Rol. Cauagnol.

Ad Consil. 140. Dubitationi propositæ Respondendum videbatur.

SVMMARIVM.

1 *Legato Castro cum pertinentijs, an veniant prædia.*
2 *Pertinentia feudi quæ dicatur.*
3 *Sermo in concessione, an sit extendendus.*
4 *Territorium dicitur esse quid feudale respectu scilicet iuris terrendi.*
5 *Homagium iurisdictio ius venandi, aucupandi, & ius pascendi dicitur quid feudale.*
6 *Vasallus tenetur auxilium præstare domino suo, & vice versa Dominus tenetur adiuuare vasallum.*
7 *Duo actus quando fiunt eodem tempore, & loco, ac successiue dicuntur correspectiui.*
8 *Posterioritas non datur in actibus correspectiuis, quæ fiunt in continenti censentur vsq; à principio adfuisse.*
9 *Aperta fenestra domus, quæ prius fuerat clausa, non datur instantia, an prius recedant tenebrę, quam ingrediatur lux.*
10 *Species comprahenditur in genere donatio semper ita intelligitur, vt minus contineat quàm fieri possit.*
11 *Donare est perdere.*
12 *Iactare suum nemo pręsumitur.*
13 *Donatio stricti iuris est.*
14 *Interpretatio semper ea fieri debet, quæ magis vtilis est donanti.*
15 *Lex si vnquam. C. de reuocandis donationibus, facit vt donatio strictam patiatur interpretationem.*
16 *Verba narratiua probant.*
17 *Bona in dubio præsumuntur allodialia.*
18 *Feudalia bona, an probentur ex eo, quod in alienatione facta fuerit oblatio agnatis.*
19 *Bona allodialia admixta feudalibus separanda sunt, & eorum qualitas specificè probanda pro fundante se in ea.*
20 *Feudalis res præsumitur per assertionem possidentis.*
21 *Allodium probatur per confessionem possessoris.*
22 *Allodium pręsumitur ex eo quod sit alienatum sine licentia Domini.*
23 *Allodium præsumitur, quod consueuit libere alienari.*
24 *Clausula cum successionibus, & venditionibus solito poni in inuestituris arguit adesse bona allodialia in*

territorio

territorio inueſtito.
25 Allodium præſumitur, quod libere legatur.
26 Teſtatoris diſpoſitio de re feudali non valet.
27 Ex diuerſis non infertur.
28 Pretij exiguitas arguit quid minus comprehendi in contractu.
29 Aeſtimatio præſumitur qualis de iure eſſe debet.
30 Prædiorum circunſtantium qualitas arguit qualitatem rei adiacentis.
31 Medium præſumitur eiuſdẽ naturæ, cuius ſunt extrema.
32 Allodium probatur ex publica voce, & fama.
33 Feudum probatur ex fama.
34 Feudalitas, an probetur ex eo quod pox conuenta petitioni factę de feudo qualitatem feudalitiam non negauerit contradicendo.
35 Actor veniens ad iudicium debet eſſe plene informatus, & petitionem claram proponere.
36 Actori imputandum eſt, qui legem apertius nõ dixerit.
37 Taciturnitas nihil de nouo inducit.
38 Tacenti non infertur aliquod præiudicium, quando ſcit ius ſuum durare.
39 Feudalis qualitas probatur ex propria confeſſione.
40 Poderium, quid ſignificet.
41 Territorium feudale dicitur reſpectu iuris terrendi non autem reſpectu ſingulorum corporum bonorum.
42 Confeſſio quod bona ſint feudalia, an præiudicet confitenti, & habenti cauſam ab eo. (ditur.
43 Confeſſio quę non continet certitudinẽ ſermonis nõ atten
44 Verba quamuis vniuerſalia iuncta alicui adiectiuo reſtringuntur ad ea quæ ſunt ſub illo adiectiuo comprehenſa.
45 Generalitas recipit reſtrictionem à qualitate, & circunſtantia adiecta.
46 Confeſſio Procuratoris non nocet domino ſuo quando ſapit alienationem.
47 Confeſſio Procuratoris in alio iudicio ad alium effectum non præiudicat domino.
48 Duo non poſſunt eſſe eiuſdem rei Domini inſolidum.
49 Noua inueſtitura dicitur per quam noua perſona admittitur.
50 Legati titulus non inducit præſumptionem fidelitatis in bonis legatis.
51 Poſſeſſio, an præſumatur apprehenſa, & continuata vigore tituli præcedentis.
52 Poſſidens bona ex titulo feudi, an præſumatur poſſidere omnia bona ſub eodem titulo.
53 Feudalitas probanda eſt per Dominum, vel agnatum agentem, ad feudum.
54 Poſſeſſio ex titulo præambulo, quando præſumatur.
55 Vaſallus quidquid acquirit poſt conceſſionem iuxta feudum non dicitur feudale.
56 Feudalitas diſfert à rerum dominio.
57 Socinus in l. 1. nu. 27. in fine. ff de iuriſdictione omnium iudicum perpenditur, & declaratur.
58 Territorium quid dicatur.
59 Et dictio iſta æqualiter copulat.
60 Allodialia quando præſumantur in dubio.
61 Feudalitas, an arguatur ex ſola appellatione territorij.
62 Territorium dicitur quoddã ſpatium terrę iuriſdictione munitum.
63 Clauſula ſpectantibus, & pertinentibus territorio, & iuriſdictioni ſolita poni in inueſtituris quomodo ſit intelligenda.
64 Poſſe dictio hæc, quid ſignificet.
65 Participia, quę reſoluuntur in relatiuum præſentis temporis vniuerſalem ſermonem reſtringunt.
66 Iuriſdictio omnimoda, ac merum, & mixtum imperium quid ſignificent.
67 Tertius poſſeſſor ſola actione reali conueniri poteſt.
68 Dominium Principis inueſtientis, probatur per inſtrumentum inueſtituræ, declara num. 69.
70 Inueſtitura territorij, non comprehendit, & Dominia prædiorum.
71 Momentanea acquiſitio, non habetur in conſideratione.
72 Succeſſio proprietatis, qua quis ſtatim priuatur, eſt ridicuioſa.
73 Determinatio reſpiciens plura determinabilia, non debet diuerſo iure cenſeri.
74 Rei appellatione venit tota res.
75 Territorij appellatione non veniunt proprietates.
76 Bona à priuatis poſſeſſa iure priuato præſumuntur poſſideri.
77 Diſcſiere quilibet præſumitur.
78 Dominus & poſſeſſor, qui olim fuit, præſumitur etiam poſſidere.
79 Bona omnia in dubio præſumuntur allodialia.
80 Feudum probandum eſt ab eo, qui illud allegat.
81 Plus. & minus non differunt ſpecie.
82 Probatio dubia intelligenda eſt contra probantem.
83 Cauſa, vbi par eſt pronuntiandum venit pro reo, & poſſeſſore.
84 Variatio, an ſit permiſſa in iudicio.
85 Confeſſio erronea, non probat.
86 Feudum non fit ex ſola confeſſione.
87 Interpretatio ſtricta in legatis fieri debet.
88 Legato continentur ea, quę ſunt acceſſoria ad legatum.
89 Arundinetũ continetur in legato vineę declara nu. 90.
91 Legatum factum de bonis mobilibus, & immobilibus, an contineat nomina debitorum.
92 Caſtro legato veniunt arma, quę ad eius tutelã ſunt parata.
93 Caſtro legato cum pertinentijs, non veniunt prædia cohęrentia, quæ ſunt allodialia.
94 Caſtro legato non veniunt nomina debitorum, reperta in Caſtro.
95 Domo legata, venit hortus deſtinatus ad vſum domus.
96 Domo legata, quam teſtator habitat, non intelligitur legata domus ruſtica.
97 Domo legata venit apotheca ſubtus domum. 1
98 Domus tamquam caput continet omnia, quę ſunt ei cõiuncta.
99 Camera legata, quid comprehendatur.
100 Studio legato, quid contineatur.
101 Legato facto per teſtatorem de pecunijs, quę reperientur de tempore mortis, in domo ſua, an comprehendat pecunias, quas teſtator tranſmiſerat cuſtodiendas in quodam Monaſterio.
102 Lex ſi ita ſcriptum eſt. ff. de legat. 3 perpenditur.
103 Decius in conſ. 472. nu. 23. perpenditur, & cõprobatur.
104 Quę caſu abſunt à domo, ita cenſenda ſunt, ac ſi adeſſẽt.
105 Ciuitas, an veniat nomine territorij.
106 Territorium, an veniat nomine Ciuitatis.
107 Territorium conſideratur vt genus Ciuitas, vel locus, vt ſpecies.
108 Territorium conſideratur vt continens Ciuitas, vt contentum.
109 Totum non venit ſub nomine partis.
110 Iuriſdictio circumſcribitur territorio.
111 Territorij nomine continetur Vniuerſitas agrorum, & & Ciuitas, vel locus.
112 Iuxtà dictio hæc, quid ſignificet.
113 Ciuitas, vel locus eſt caput territorij.
114 Membra non ſeparantur à capite.
115 Defunctus præſumitur minus grauare hęredem, quam fieri poſſit.
116 Verba vniuerſalia operantur, vt veniat etiã id quod alias

Oo per

per renuntiationem factum omni legum auxilio.
196 *Renuntiatio dicitur stricta interpratationis.*
197 *Qui vnum dicit aliud diuersum non includit.*
198 *Legi de his de transactionibus an possit cum iuramento renunciari.*
199 *Filia quæ renuntiauit in manibus patris potest consequi legatum relictum ab uno.*
200 *Consilium consultoris debet reduci ad ime.*
201 *Sententia lata ex consilio sapientis nunquam transit in iudicatum*
202 *Lex.3.C. Communia vtriusq; iudicij volens sententiam latam seu laudum sustineri in vim pacti declaratur.*
203 *Error iuris in muliere facilè præsumitur.*
204 *Legatum factum vt filia facilius matrimonio iungatur quomodo sit intelligendum.*
205 *Legati consequutio tres actiones habet.*
206 *Dotandi onus spectat ad patrem.*
207 *Laudum quod ex statuto executionem habet paratam quando possit reduci ad arbitrium boni viri.*
208 *Appellationi in dubio deferendum est.*
209 *Omissum in testamento habetur pro omisso.*
210 *Legatum quando sit latè intelligendum contra heredē.*
211 *Legato fundo an veniant pascua empta ad vsū fundi.*
212 *Legatum generis cum signo vniuersali nullam recipit restrictionem.*

Numero 1.



Ro materia istius Consilij quando scilicet legato Castro cum per
1 tinentijs † veniant prædia, vide Andr.Fach.lib.5. controuers. iuris cap.65. in quo proposito multoties fuerat dubitatū, quomodo sint intelligenda verba solita poni in inuestituris de rebus feudalibus, cum clausula relatiua
2 ad pertinentiam feudi, † & an ea recipiāt largiorem intelligentiam si fuerit adiectus sermo de terris cultis, & incultis, ac de territorio, & quia in huiusmodi facti contingentia, respondi pro D. Marchione Ambrosio, Antonio Cribello de Scarampis, ad faciliorem interpretationem istius materiæ, duxi inferius Annectere, quæ in eadem causa scripsi. Ex quibus notiores fiēt articuli, qui in ista consultatione proponuntur, & seruient ad integram cognitionem an & quando
3 in concessione † extendendus sit sermo, & qualē pro subiecta materia recipiat interpretationē.

Ad tollendam querimoniam quam proposuit Marchio Cribellus de Scarampis per excessum commissum in actu executionis, Plura nixi sunt Domini fratres Scarampi deducere, per quæ putant subuertere posita fundamenta per Marchionem, singulis vt video Ipsorum particulariter respondendo, sed eis non obstantibus adhuc resideo in priori sententia, quod ita pateat excessus vt tolli minime possit, nisi ex inte gro corrigatur ex futura pronuntiatione ad commodum Marchionis.

In quo negotio quia summa illius residet principaliter super inuestitura anni 1431. facta Antonio Bertolameo fratri, & Ioanni de Scarampis nomine Ducis Mediolani, ex qua ius suum metiri videntur Domini fratres, & ad quam Senatusconsultum emanatum in eorum fauorem referendum putant, non erit incongruum perscrutari quænam & qualia sint bona, quorum meminit eadem sententia.

Ea etenim quæstio est quod in eisdem iuribus supponunt aduersantes, contineri vniuersa bona consistentia in finibus, & loco Montis nocluli, ex eo quod sint merè feudalia, & quod nulla allodialia ibidem reperiantur, non obstantibus hijs quę in contrarium adducta sunt.

Sed acuratius inuenti necessario fatendum erit, quod in inuestitura prædicta, non omnia bona Montis Noctuli feudalia esse censentur, sed ea tantum, quæ ex sui natura feudalitatē arguūt,
4 quale dicitur esse territorium, hoc † est ipsum ius terrendi, (non autem prædiorum corpora)
5 Item homagia, omnimoda † iurisdictio, ius venandi, ius aucupandi, & ius piscandi, & licet inibi adiecta sit clausula cum montibus aquarū ductibus; terris cultis, & incultis, reperitur tamē adiecta clausula, per quam moderatur, & restringitur sermo, vz. de spectantibus, & pertinentibus ad dictum territorium Montis Noctuli, vt alias dictum fuit, & latius apparet in responsione ad contraria.

Primo igitur pro fundamento istius conclusionis assumo considerationem, quo Domini de Scarampis ad ipsam donationem deuenerunt in Illustriss. & Excellentiss. tunc Ducem Mediolani, non simpliciter, vt donarent, sed vt semet ipsos subijcerent protectioni, & deffensioni Ducis, quē vt magis allicerent ad protectionem, & tutelam, transtulerunt in eum directum Dominium locorum, de quibus in eo instrumento, vt isto modo sibi Ducem obligarent, non ignari, quod sicut
6 Vassallus tenetur Domino † præstare auxilium contra inimicos suos, eumq; in bello non relinquere, Ita & Dominus Vassallo auxiliū præstare, Eumq; non deserere obligatus est; glos. & Doctores in cap. 1. §. contra omnes, & ibidem Afflict. num.38. & infra hic finitur lex: Iacob. de Sancto Georgio in tractatu feudali, in verbo, & promisserunt num. 15. & 29. latè Schrader. in tractat. feud. parte 6. cap. 7. num. 7. & sequenti, facit text. in cap. 1. de forma fidelitat. & in cap. Dño committente si de feud. defunct. fuerit controuer. inter dom. & agnat. & in tit. qualiter Dominus propriet. feud. priuat glos. in cap. pri. in fine de prohib. feud. alienat. per Federic. vbi Dominus, & Vassallus mutuo sibi debent auxiliari.

Nec iuuat dicere, quod actus intendationis subsequatur post liberam remissionem, & donationem, quia cum primus actus fuerit factus, contemplatione subsequentis, datur conclusio, quod quando duo actus fiunt eodem tempore, loco, & successiuè, vnus videtur factus contemplatione alterius, quinimo vltimus dicitur resedisse in finali intentione contrahentium, qui alias non deuenissent ad primum, nisi sequutus fuisset secundus, vt ait Socin. cons. 273. in præsenti consultatione num. 4 vol. 3. vbi multa similia in proposito adducit, quem in istis terminis sequutus est Siluanus cons. 63. Condomini de Carreto nu. 6. qui bene concludit, non posse dici vnum actū posteriorem altero, cum ambo incontinenti fuerunt facti, l. lecta in principio ff. si cert. petat.
7 vbi quę fiunt incōtinēti censentur † vsq; a principio ad fuisse eodem iure quo Philosophus, (cuius meminit Aretinus in l. placet ff. de acquir. hæred.) ait, non dari instantiā in aperta fenestra
8 domus, † quæ prius erat clausa, an prius recedant tenebrę quam ingrediatur lux; conferunt notata per D. Raud. in cons. pri. vol. 2. vbi de ista correspectiuitate contractus loquitur.

Ea

Ex isto supposito descendit consideratio, quod
in ea donatione non fuerint compræhensa omnia
bona ruralia, siue campestria, sed ea tantum quę
iure feudi possent considerari ad declarationem
illius nominis territorij, quod tanquam genus
quale dicitur ius terrendi habet expresionem
specierum. Quales sunt homagium omnimoda
iurisdictio, venatio, aucupatio, siue vt in inuesti-
tura legitur occupatio, & piscatio, & cõsonat hæc
interpræratio veritati, vel quia in ipsa donatio-
ne primo exprimitur species rei, hoc est molen-
dinum, & inde subditur genus, hoc est territoriũ,
quod si ad singulas, & omnes plagas terræ, refe-
rendum esset, vtiq; frustatoria fuisset enunciatio
molendini, cum in genere diceretur comprehen-
9 sum, † & ideo ad euitandam superfluitatem
consequens est, vt territorium non ad ipsum so-
lum, sed ad ius referri debeat.

Vel etiam quia in materia donationis, ea sem-
20 per cadit † interpretatio, vt in ea minus quam
21 fieri posit contineri dicatur, cum enim donare †
sit perdere aduersus id datur præsumptio, quod
22 nemo † præsumatur iactare suum l. cum de in-
23 debito de probat. & in donatione certi iuris †
est stricta in semper fieri debere interpretationẽ,
præsertim cum ex prima constitutione in feudũ
facta de parte bonorum donatores dicantur facti
voti compotes, & etiam in dubio ea debet fieri
24 interpretatio, quæ † magis vtilis est Domino,
vt deducitur ex argumento l. si cum aurum l. t.
cum tribus seqq. & l. cum ex pluribus ff. de solu-
tion. l. 1. C. eodem, Sc hrader de feud par. 6. cap.
6. num. 65.

Vel etiam, & tertio accedit non esse vero simi-
le, quod D. Antonius de Scarampis cuius propria
erant bona Montis Noctuli, voluerit in feudum
dare vniuersa bona campestria, quæ in eo loco
tenebat in præiudicium fœminarum ex eo descẽ-
25 dentium, quę vbi dicerentur exclusæ, † dubio
procul aduersus eam potuissent deducere benefi-
cium l. si vnquam C. de reuocand. donationibus,
cui renunciatum non fuit, cum enim lex admit-
tat prę sumptam esse voluntatem donatoris, quod
si de filiabus suis cogitasset excludendis etiam
in casum extantium masculorum non donasset,
vt placuit Bart. in l. titia in §. Imperator col. 2.
ff. de legat. 2. quo casu alterum de duobus nobis
dandum est, vel actum ad non actum, quatenus
ex eo filiæ excludantur, deduci vt Doctores de-
clarant ad eam l. si vnquam, in verbo reuertatur,
vel quod verius est, quod in eo non omnia bona
comprę hendantur, ea scilicet quę campestria sunt
& istud est maximum fundamentum quod pro-
inde præteriri non potest, vbi standum esset con-
clusioni, cui pars aduersa inheret, non esse fœ-
minas admittendas in concursu cum masculis ad
successionẽ, præsertim, quia donatio non potest
dici facta de re minima, nec apparet ex latere
partis aduersæ fuisse probatum quod donatores
alia bona posiderent.

Secundo iuuantur præmissa, ex eo quod pluri-
bus alijs demõstrationibus patet, in eo loco Mõ-
tis Noctuli adfuisse bona allodialia, vt docẽt acta
registrata in Curia Cairi de anno 1537. sub die
20. Decembris ibi, & accettar il possesso della
parte del Castello di Cairo, & beni tanto feuda-
li, come allodiali, si di Cairo, come di Mento-
notte quali teneua, & possedeua la felice memo-
ria dell'Ill. Sig. Aluisio Scarampo in vita sua, &
morte dependenti dal Ducato di Milano, & ista
16 verba narratiua † explorati iuris est probare,
tanto magis quod ille procurator cõstitutus prę-
sumitur plene informatus de qualitate bonorum
quorum possesionem apprehensurus erat, ad
notata per gl'os. & Doctores in cap si Papa in ver-
bo probata de priuileg. in 6. & in cap. cu nolim
extra de censibus Burr. in cap. fin. de succes. ab
intestat. tanto magis quod huic probationi acce-
dit ea præsumptio legalis, per quã bona in dubio
17 allodialia, † & sic libera à quacunq; seruitute
censentur, vt per l. altius C. de seruitut. & aqua,
notant passim Doctores, vt Host. Io. And. Bald.
Alex. Curt. Sen. Curt. Iun Dec. Berous, Gozad.
Crauet. Socin Iun. Alb. Natt. & plures alij con-
gesti per Surdum in cons. 151. fine longa nu. 23.
vol. 2. & per Camillum Borrellum in cons. pri.
num. 164. & in cons. 40. Ill. Dominus Rugierius
num. 3. Mascard. de probationib. conclus. 79.
num 5. & seqq.

Tertio præmisis addenda venit declaratio
facta præcedenti tempore de anno scilicet 1542.
16. Septembris (quam maximam facio cum sit
in argumentũ, quod donatio facta Duci Medio-
la per Antoniũ Scarampũ non continebat omnia
bona Montis Noctuli) per Comitem Ludouicũ,
dum in præcibus porrectis coram Vicario Ciui-
tatis Astæ, Pronunciat velle venire ad alienatio-
nem bonorum, tàm feudalium, quàm allodiali-
um quæ tenebat in finibus, & territorijs Montis
Clari, & Montis Noctuli; & nulli dubium est, quin
declaratio probet existentiã bonorum allodialiũ
in eodem territorio.

Et licet istis duabus considerationibus nisi
fuerint Domini fratres Scarãpi responsum dare,
attamen adhuc ipsis in suo robore con sistentibus
non est attendenda responsio, Dum .n. obijcitur
ad ipsam declarationem diei 16. Septembris
1542. quod potius probetur ex ea feudalitas bo-
norum, cum offerendo ea bona fratri exercuerit
18 actum legis feudalis † iubentis feudũ non posse
distrahi, nisi fiat prius oblatio agnatus cõprehen-
sis in inuestitura, vt mem init Bec. cons 18 Questio
num. 8. lib. pri. in quo proposito facit text. in
cap. pri §. sed etiam res per quos fiat inuestitura
ad nihilum reducitur obiectio, si dicatur, quod in
eadem declaratione, fuerit specialiter expressum
per Comitem Ludonicum, quod erat alienaturus
allodialia, & Montisclari, & Montisnoctuli simul
cum feudalibus. Quare oblatio quæ aliàs refe-
renda foret ad obligationem, & actum iuris tunc
demum procedit, quando de solo feudo fieret
alienatio non autem quando de allodialibus,
quinimo vbi secundum aliquorum sententiam
esset etiam facienda oblatio de allodio, quando
illud est admixtum illi feudo, quod similiter in
vẽditione deducitur, quod ea ratione conexitatis
suaderi videtur, attamen ex ea tantum abest, vt
probetur qualitas feudalitia bonorum, vt potius
congrua sit probatio consistentis allodij in tantũ
19 quod is qui ex natura feudi † quod dicitur cõ-
mixtum bonis allodialibus prætendit ad nitei
tenetur clarum reddere, & separare id quod est
feudale ab allodiali, vt ex Iacobin. de Sancto
Georgio in Rubr. ff. de rei vindicat. nu. 23. Bofs.
de Principe num. 247. & Rol. cons. 84. num. 17.
vol. 2. firmat Surd. cons. 135. non ignoro num.

nu. vol. pri.

Vel etiam accedit non esse bonam consequentiam iu fuerunt oblata feuda agnatis, ergo sciebat offerens non posse alienari in alias personas, vt ingeniose arguit Brunus conf. 81. non obstat in principio.

Secunda responsio data eidē probationi similiter non subsistit, dum enim dicitur quod illa declaratio non præiudicet agnatis comprahensis in inuestitura feudali facillimè tollitur, quia staret obiectio, vbi ex ipsa inuestitura constaret de qualitate feudalitia, sed cum de ea non apparet, & contrarium probetur ex eadem cedula, & declaratione, non officit responsio, quia cadit in id da quo quærimus.

Ad responsionem eorum quæ deducta fuerunt ex considerata concessione resultante ex actis factis anno 1557. 20. Decembris, quæ videtur tria capita continere, facilis est replicatio.

Dum enim supponitur ministerio suorū procuratorum Dominum Marchionem Ambrosium adeptum fuisse possessionem bonorū Montisnoctuli, & per eam possessionis apprehensionem apparere, quod bona sint feudalia, erroneum est, quia ad istam consequentiam nullæ omnino præcedunt propositiones, per quas posset commode inferri, & obstat l. Papinianus exuli ff. de minor. vbi ex diuersis nulla bona fit illatio.

Quinimò vt stemus in terminis actorum prædictorum extra dentes legitur ibi quod in Territorio Mōtisnoctuli, & allodialia, & feudalia bona extabant, nec istud fundamentum tacita responsione videtur posse euitari.

Dicere autem quod per id non probatur allodium, non videtur considerabile, cum allodium sit id quod tale pronuntiatur, non solum ab ipso procuratore, verum etiam, & per Dominos constituentes, ac Administratores Domini Marchionis Ambrosij, & per q. Comitē Ludouicū Scarampū de recitato anno 1542. & proinde sicuti asser-

20 tio facta per possessorem, quod res sit feudalis † probat, vt inquit Decius conf. 517. col. fin. & prius in conf. 146. col. 5. Bellon. conf. 10. num. 8. post Bald. in cap. pri. vers. sed quid si dubitatur de vassallo, qui contra constitut. lothar. sic assertio facta per possessorem, quod sit allodialis

21 immo † multo magis concurrente iam dicta præsumptione legali, Bellonus eodem conf. 10. num. 11. & seqq.

Ad repetitionem quod ista gesta non præiudicēt Dominis Scarampis, replicatur vt superius dictum fuit in vers. secundo responsio data.

Quarto ad comprobandam allodialitatem, adducitur quod publicis documentis fuerit edoctum vsq; de anno 1250. 12. Maij enumerari plura bona Montisnoctuli esse allodialia, vt pote, quia in titulum permutationis liberè, & absolutè fuerint deducta per Agentes Hospitalis Sanctæ Mariæ de Fornellis, & tradita Manfredo de Carretis vlz. bona quæ in contratis inibi enuntiatis idest à Domo Saluaria, vsq; ad lacum rotundum; & à lacu rotundo, vsq; ad Iugum Cannelliorum, ab ipso Iugo Cannelliorum, vsq; ad lacum, & domū de Saluaria, qui actus dubio procul arguit bona allodialia inibi extitisse, quia sine direct

22 Domini licentia fuerint alienata † quod actum non inisset, cum feudum inscio domino permutari, vel aliter alienari non valeat cap. imperialē de prohibit. feud. alienat. per Federic. sic in indiuiduo arguit Surdus in dicto amplo eius conf. 151. num. 33. & 34.

Quinto huic rei plurimum roboris tribuunt testes, qui deponunt, quod de bonis Montisnoctuli liberè disponitur contrahendo, trāsigendo, vendendo de eis per quoduis genus contractuū, & distractuum, tàm inter viuos, quàm per vltimā voluntatem, disponendo, etiam quod quis vellet ea laedere, vel perdere, vt in ipsis depositionibus continetur, quo casu ex Isernia in cap. 1. §. Quidā tamen in addit. de content. inter mascul. & fœmin. & Bruno in conf. 127. col. 7. vers. Quod si quartam vol. 2. Inquit Surdus loco relato num.

23 34. quod bona † quæ consueuerint liberè alienari præsumuntur allodialia.

Quinimò in argumentum facta propositionis per nos superius, quod in donatione non fuerit comprehensa vniuersitas agrorum, & singula bonorum corpora, & in consequentiam, quod in feudum non fuerint post modum erecta, accedit hæc nostra argumentatio, quia posterior qualitas possessionis declarat quid à principio fuerit actū etiam quod dubia staret intentio, quę semper ad fauorem allodialitatis inclinat, vt scribit Alex. in conf. 136. viso, & examinato processu nu. 2. & seqq. vol. pri. & cum huic probationi non viderim responsum facile fuit arguere, quod transeat fundamentum hoc in iure, & in facto sine contradictione.

Sexto non dicitur extra rem argumentatio desumpta ex testamento quon. Antonij Gnatci de anno 1415. die 23. Septembris, in quo fit legatū de loco Territorrio, & finibus Montisnoctuli Antonio Scarampo, ex quo duæ cadūt inspectiones, quarum prima est, quod eo tēpore de bonis ipsis potuerit liberè disponi, secunda quæ maioris est aculei, ea est, quod in illis bonis Montisnoctuli adessent bona quāplurima, quæ non essent castrā seu recepti, vt in documentis antiquis legitur, sed possidebantur per tertios, quod mihi videtur

24 probari per ea verba ibi, cum successionibus, † & venditionibus, quæ in materia feudali nihil aliud signant quam ius succedendi subditis suis in certis casibus, & ius certum quid consequendi ab eisdem subditis in casum venditionis bonorum stabilium, quod quidem ius licet ex constitutione feudi, quæ dicitur facta de anno 1431. licet feudale effectū fuerit, attamen non tollit quo minus subditos possessores admittat quibus detur successio, & à quibus illud certum quid venditionis intultu quod pragmatici, vel tertium, vel quartum, vel quid aliud quotitatiuum appellant, & de ista materia tractant feudista, præsertim Iacob. de Sanct. Georgio in verbo cum mero, & mixto imperio num. 192. & seq.

Septimo ex quo de anno 1543. die 10. Maij Comes Ludouicus legat Antonio eius filio naturali scuta ducentum annua in tot stabilibus existentibus in loco Montisnoctuli, quæ tanti sint redditus fortior redditur cōsequentia, quod etiā post dictam inuestituram anni 1431. fuerint, perdurauerintq; alia bona allodialia, vel quia sic

25 conuenit naturæ † legati, quæ non admittit dispositionem de re feudali, vt superius dictum fuit vel etiā quia vbi de bonis feudalibus voluit disponere expresse dixit ea feudalia.

Cui fundamento non satisfacit responsio quæ addu-

adducitur, nempe quod Senatus Excellentiss. declarauerit ipsum testamentum nullum, quia esto quod sic fuerit, non infertur ad destructionem conclusionis, quæ inde desumitur, immò bene poterit inferri ad comprobationem,namq; fuit dictum nullum, quia de re feudali non valet
26 testatoris † dispositio, vt colligitur ex cap. pri. Qualiter olim. feud. pot. alien. sed ideo valebit legatum,qoia de re allodiali dicitur.

Vltra quod etiam dicimus versari in terminis omnino diuersis, non enim tendimus pro nunc, cum in aliud tempus (vt audio) differatur præsens quæstio ad sustinendum testamentum, sed ad arguendum, quod inde resurgit probatio,extare scilicet bona allodialia in loco Montisnoctuli.

Nec isto casu curandum est de tempore quo duratura sit ipsa dispositio,cum sit ista consideratio omnino extranea ab inductione nostra, quare tollitur instantia, & procedit conclusio quod ex
27 diuersis † non infertur d.l. Papinianus exuli ff. de minor.

Octauo facit,quod acquisitio Territorij Montisnoctuli cū quarta parte feudi Rocchę,& Vlmi, facta fuit in totū pro flotenis 1420. monetę Ianuensis, quod fuit pretium ita exiguum etiā de eo tempore anni 1400. vt nullo modo censendum sit, quod vniuersitas agrorum consistentium in eo loco, quæ non minori numero duodecim milliariorum terminatur,& erat tunc temporis redditus annui scutorū 500.nō fuerit comprehensa, & huc intrat vulgatissimum iuris axioma, quod
28 exiguitas pretij arguit quid minus † comprehendi in contractu, cum præsumendum sit, quod
29 æstimatio fuerit iusta, & talis qualis † de iure esse debet, quia sic interpretando nemo læditur, sic ex Io. And. in addition. ad specul. in tit. de iurisdict. omni iudic. in §. pri. col. 5. in addit. quæ incipit Pastoralis, & pluribus alijs scribi Nenizan. cons. 7. omnipotens Deus num. 1. quē sequitur Surdus in d. cons. 150. num. 32. vbi in proposito sic arguit, quod ea ratione qua ex magnitudine pretij præsumitur bona esse feudalia, & in cōcessione comprehensa sic exiguitas pretij arguit ea non esse inclusa.

Nono adducitur, quod illi Mōtinoctulo dantur pro confinibus Territorium Sanonæ, Territorium Cayri, Territorium Pareti, & Territoriū Iusualle, & cū isti confines, qui sub nomine Territorij exprimuntur non sint feudales, sed mere allodiales,vt testes superinde concludenter affirmant, consequens est quod eiusdem qualitatis esse dicantur fines Montisnoctuli, quia ex circun
30 stantia prædiorum † qualitas dignoscitur,& sic
31 an res sit allodialis, vel feudalis, mediū † nāq; eiusdem naturæ præsumitur cuius extrema sunt, l. si seruus plurium §. finali ff. de legat. pri. l. 3. §. pri. ff. de lib. & posthum. sic in terminis Surdus in iam citato cons. 151. nu. 29. & 30.

Quod si dixerimus referenda esse Territoria confinantia, non ad agrorum vniuersitatem, sed ad ipsum ius terrendi, vtiq; in eam dabimus sententiam, vt ad solam iurisdictionem pertineat ea dictio Territorij, itaut sensus sit Montisnoctuli Territoriū hoc est ipsam potestatē terrēdi eo vsq; procēdi, quousq; incipit ius terrēdi Sauonę, Cayri, & aliorū locorū quęcūq; igitur sensū patiatur illud verbum, certum est non dissonare ab alio simili verbo, quo res confinantes designantur.

Decimo quod ista bona de quibus agitur fuerint,& sint allodialia, probatur ex testibus affir-
32 mantibus sic stare publicam vocem, † & famam, vt extra denres deponunt, & quidem concludenter, vnde, & talia præsumuntur esse bona qualia communi hominū opinione reputantur, Surdus in sæpe citato cons. 151. num. 3. vbi dicit, quod
33 sicuti fama † probat bona esse feudalia ita etiam eadem probat esse allodialia, idē Surd. cons. 135. non ignoro num. 38. vol. pri post Alex. Ias. Afflict. Dec. Gozad. Alciat. Natta Ceph. & Siluan. quod nos dicimus facilius esse propter concursum legalis præsumptionis.

Istis igitur sic stantibus iunctis alijs considerationibus iam alias abundē deductis, non obstant quæ in contrarium adducuntur, tām ad sustinendam adductam feudalitatem, quām ad tollendū ea quæ fuerunt in prioribus allegationibus proposita ad demonstrandam allodialitatem, singulis enim respondetur obiectis, eo ordine quo proposita fuerunt.

Primum itaq; fundamentum quod sit super eo, quod Marchio Cribellus de Scarampis vocatus ad restitutionē medietatis Territorij Montisnoctuli aperte fratribus de Scarampis ob finitam lineam masculinam q. Ludouici primi Scarāpi,
34 quā Marchio indebitè occupabat, nihil † opposuerit petitioni, quod offenderet feudalitatem, quasi inferatur quod per taciturnitatem inducta fuerit confessio, Bona omnia per eum possessa in finibus Montisnoctuli esse feudalia.

Sed respondetur obiectum non subsistere, vel quia sola quæstio videbatur proponi circa ea quæ sunt feudalia. Quare non erant partes conuenti excitare actores ad declarandum quid Territorij nomine prætenderent, qui enim ad iudicium
35 venit, vt actor non solum plenè informatus † de iuribus suis esse debet, sed ita actionem suam proponere, vt certa sit, nec aliquam dubitationis speciem admittat, quia nullo iure cautū est actoribus licere in eorum petitionibus vti verbis duplicibus, seu ambiguis esto non tamen admisso quod illa dictio Territorij aliter possit intelligi quām de iure tenendi, & omnicasu semper erit
36 interpretatio contra actorem, qui legem suam † apertius poterat dicere l. fauorabiliores ff. de regul. iuris. & l. veteribus ff. de pact.

Nec ex taciturnitate conuenti quid potest inferri, quia vltra quod taciturnitas nihil de nouo
37 inducit, † cum omni casu stare dicatur in puris terminis interrogationis, vel propositionis, cum eo casu sustineat vices responsionis expresę, quę deberet esse congrua petitioni, & formalis, vt specul. in tit. de interrogat. in princip. nu. 8 vltra quod etiam prætenditur in sententia, & commissione dictum de medietate iurisdictionis, & feudi, quo casu non esset congruum dicere, quod taciturnitas plus fuerit operata, quām ipsa sententia, & quatenus obijciatur sub nomine feudi venire bona quæcunq; replicatur opportuni, quod id est, de quo quæritur, cum Marchio neget.

Vel demum obiecto satisfacit lagislator dum inquit, tacenti non inferri aliquod præiudicium
38 † quando, sciebat ius suum durare.

Secundum obiectum, quod idem esse dicitur, cum tertio; in eo consistit, quod Marchio confessus fuerit iudicialiter agendo, cōtra Comitissam

Franciscam

Franciscam Mariam Scarampam, pluries quod
Vniuersitas agrorum consistentium in loco Mon-
tis Noctuli erat feudalis, vt in libello exordiente
tenebat, & possidebat, & in precibus incipienti-
bus vsq; de anno, & in actis coram D Ricardo, &
facti concordati cum assistentia Marchionis, quo
39 casu ex propria confessione † qualitas feudali-
tia probatur, ex Alex. Ruin. Bellon. Rol. Surd. &
Menoch. ex aduerso citatis.

Sed facilime hæc duo fundamenta prosternun-
tur, quia quicquid in recitatis cedulis cõtinetur,
indefinitè quidem prolatum dicitur quoad iuris
dictionem, & feudum, ac pertinentias tantum,
Quare si in primo libello dictum fuit de dimidia
totius poderij, & territorij, & pertinentiarum
Montis Noctuli, nõ ideo infertur, quod quæcunq;
prædiorum corpora existentia in loco prædicto
sint feudalia, quia adiecta est restrictio, & limita-
tiua qualitas, hoc est totius illius territorij, quod
est feudale, & ita vbi reperiatur apposita dictio
40 † poderij quam vniuersitatem agrorum repræ-
sentare censuit Bartol. in l. pri. in fine ff. de rebus
dub. & in l. si ita in fine ff. de aur. & argent. legat.
& post eum Natta cons. 446. super quæstione pro-
posita, attamen quando est adiecta qualitas, vt
puta si dictum sit, prout in casu videtur præsupo-
ni poderij feudalis, erit enunciatio prædicta in-
certa, nec poterit verificari in agrorum vniuersi-
tate, nisi eodem contextu probetur, quod ipsa vni
uersitas sit feudalis; sic in terminis notat Surdus
in citato cons. 135. nu 47 & 48.

Nec nocet si apparuerit dictum territorium in
totum feudale, quia per hoc non arguitur ad sin-
gularitates prædiorum; sed duntaxat ad expres-
41 sionẽ qualitatis illius nominis territorij, † quod
in rota sua substãtia est feudale, quatenus scilicet
ius terrendi, & iurisdictionem continet, & ideo
Doctrina Bartol. in l. cum falsa C. de iur. & fact.
ignorant. desumpta, ex l. publicus §. finali ff. de-
positi quem sequuntur Alex. in cons. 29. nu. 25.
vol. quinto, Ruin. in cons. 108 nu. 19. vol. 2. Bel-
lon. cons. 10. num. 5. Rol. cons. 2. nu. 173. lib. 1.
Surd cons. 151. num. 37. vol. 2. & cons. 311. nu.
3. vol. 3. & Menoch. cons. 395. nu. 46. & 83. lib. 4.
qui fuerunt ex aduerso citati, Quod scilicet con-
42 fessio facta † quod bona sint feudalia præiudicet
confitenti, & habenti causam ab eo, quia vltra re-
sponsiones quas ad illud obiectũ adducit Surdus
in d. cons. 311. num. 56. & pluribus seqq. ac Me-
noch. d. cons. num. 83. Ea ipsa, est quando con-
43 fessio continet † certitudinẽ sermonis, non per
verba duplicia quæ scilicet, & in vnum, & in alte-
rum sensum cadunt, vt sunt verba totius poderij,
& territorij feudalis, quæ stant ad differentiam
poderij allodialis periude, ac dicimus de pode-
rio Castri, siue de poderio feudi, hoc est de illo
quod feudo pertinet, vt Surdus eodem cons. 135.
nu. 47. Verba enim quantumuis vniuersalia iun-
44 cta alicui adiectiuo restringuntur † ad ea quæ
sunt sub illo adiectiuo comprehensa, vt si dicatur
omnis homo albus, non omnis homo intelligitur
sed hij tantum qui sunt albi, Bero. cons. 159. nu.
38. vol 2. per cap. cum in illis de præhend. in 6. l.
qui autem in fine ff. de constitut. pecun. glos. in
Clem. pri. de præbend. Bartol. in l. quæsitum §.
penult. ff. de instr. instruct. quare, & in proposito
illa generalitas repræsentata per illud vocabulũ
totius interpretationem recipit, & restrictionem
45 à qualitate, † & circumstantia adiecta vz feu-
dalis.

Vel etiam adijcitur quod illę præsupositę con-
fessiones non leguntur factę per Marchionem, sed
per tertios quos non apparet habuisse mãdatum
ab eo ad sic confitendũ, & ad constituendam feu-
dalitatem in bonis allodialibus, cum enim ista
46 constitutio sapiat vim alienationis, non nocet †
confessio procuratoris Domino suo, l. 5. C. de
hæretic. quia saperet donationem Ioseph. decis.
lucens. 5. num. 30. & 31. immo, & confessio facta
47 † per procuratorẽ in alio iudicio ad alium effe-
ctum Domino non præiudicat, afflictus decis.
14. num. 10.

Quartum itidem obiectum ex eo declinari vi-
detur, quod iam superius probatum extit per ea
verba cum successionibus, & venditionibus dari
necessariam consequentiam, quod alia prędia
ibi adessent, quę non dependerent a Domino,
præterquã in certis casibus, & sic quod adessent
tertij possidentes intra dictum territorium bo-
na propria.

Dum verò dicitur omnia bona fuisse effecta
feudalia per inuestituram anni 1431. nullo iure
probatur, quinimo vt fere in principio præsentis
consultationis dictum fuit, ea sola in feudum data
fuerunt, quæ Antonius Scarampus donauerat, &
quem proinde diximus donasse ea sola, quæ
quandam speciem feudi ex sui pręrogatiua enun-
ciabant.

Dicere autem quod ille Scarampus, & vtile, &
dirrectum dominium trastulerit omnium bono-
rum in Ducẽ Mediolani, vel est quid facti quod
ex verbis donationis non colligitur, vt iam dictũ
fuit, vel est repugnans vsibus feudorum quod
vassallus transtulerit dominium dirrectum, viri-
bus non subsistit, quod si verum est quod prius
bona iure feudi possideret penes se non extabat,
48 sed penes alium, cum non potuerint esse † duo
eiusdem rei Domini insolidum ad not. in l. si vt
certo §. si duobus, & ibi glos. ff. cõmodat. Quare
in facto non quod prius erat ante inuestituram
anni 1431. attendendum est, sed quod ex ea de-
scendit, vt inquit Brunus cons. 68. omnipotentis
Dei num. 9. cum vtraq; pars consensum suum ac-
commodauit, & illi perpetuo se submisserunt, per
recognitionem, quæ tamen regulanda venit, dũ-
taxat pro his bonis, quæ dicturuit compræhendi
in donatione, & ita declinantur iura in contrariũ
allegata, vt pote quia tanquam feudum à nouo
domino recognitum, qui ab alio non cognosceret
ita quoad naturam illius nouum dicitur, vt saltẽ
prima inuestitura ea sit, & nulla alia attendatur
quæ præcesserit, eodem iure quo dicimus nouam
49 & primam inuestituram esse, per quam † noua
persona ad feudum admittitur, quæ nunquam
fuerit compræhensa, vt contrariorum eadem sit
disciplina.

Quintum obiectũ super eo quod non appareat,
Scarampos habuisse pro hijs bonis aliquem aliũ
titulum, quam legati facti de anno 1415. Anto-
nio Scarampo, & inuestituræ obtentę a Marchio-
ne Montisferrati de anno 1419. ac nouæ recogni-
tionis habitæ à Duce Mediolani anno 1431. fa-
cillime euitatur, vel ex eodem Surdo in citato
cons. 151. qui nu. 56. & seq. multipliciter tollit
fundamentum, prout infra latius apparebit, vel
50 etiã quia titulus legati † nõ inducit præsũptio-
nem

rem feudalitatis in bonis legatis, Quinimo ex eo actu legati dicitur bona fuisse allodialia, cum de his sustineatur testatoris ordinatio, vt iam superius dictum fuit.

Inuestitura autem anni 1419. nihil certi continet, cum verba sint incerta, vt probatum extitit, vltra quod ad sustinendam donationem factam Duci Mediolani, præsumendũ sit eam euanuisse, & bona prędicta quatenus in totum feudalia fuerint, naturam mutasse, quia alias donari non potuissent.

Ad inuestituram anni 1431. quæ sub nomine nouę recognitionis rapręsentari videtur. Respõdetur in nouę recognitionis titulum non posse trahi (vt ex aduerso pręsupponitur) subsequẽtis, sed primę inuestituræ, itaut pręcedentia non possint vlterius attendi, sed in ea donatione, ex qua tamquam ex primordio tituli posterior cõcessio descendit, non vniuersitas agrorum consistentiũ in ipsis finibus comprehenditur, sed ea tantum bona, quæ quandam supereminentium habebãt, vt receptum, quod loco castri dicitur iurisdictio, ius piscandi, aucupãdi, & venandi, cum alijs pertinentijs, & ius successionum, venditionum, ac reliqua alia.

Vel etiam accedit eam pręsumptionem, quod subsequens possessio pręsumatur apprehensa, &
51 † continuata vigore tituli præcedẽtis per l. Quędam mulier ff. de rei vẽdicat, & ex Ruino in iam citato cons. 108. num. 23. vol. 5. non militare in casu nostro, quia scilicet pluribus documentis ostensum fuit in loco Montisnoctuli, & allodialia simul extare.

Insuper cum eodem Surdo dicto cons. 151. nu. 56. respondetur, quod ea conclusio quæ habet ex tit. feudi præsumendum esse, quod quis alia bo-
52 na † possideat non est indistinctè vera, quia destrueret alia decisio scribentiũ, quod inuestitura facta cum pratis, possessionibus, terris cultis, & incultis non probat bona per vassallum possessa, feudalia extare, quia semper talia præsumerẽtur, si quis diceretur ex præambulo titulo possidere, sed cõsequens est falsũ ergo, & antecedens sic ex Rol. in cons. 46. vol. 3. scribit Surdus loco citato.

Vlterius cum eodem diceretur, quod si vera esset ipsa propositio, esset falsa conclusio scribentium, quod onus probandi feudalitatem spectat
53 † ad Dominum, vel agnatum agentem ad feudum, vt ex Natta cons. 313. & Cephal. cons. 250. num. 16.

Vel etiam dicitur quod tunc quis præsumitur
54 possidere ex tit. † præambulo quando ille titulus certus est. Sed in casu proposito non est certus, quia etiam quod illa inuestitura anni 1419. loquatur de poderio, non tamẽ insurgit probatio; quod exter poderium aliquod quod sit feudale, vt in proprijs terminis arguit Surdus cons. 135. num. 79. vol. primo.

Quinimò cum appareat de iure succedendi subditis suis, & de iure venditionum, adest in promptu alia præsumptio tituli, quod scilicet eisdẽ iuribus potuerint acquirere vocati ad bona Montisnoctuli: post inuestituras prædictas. Quo casu ad feudum non pertinet addittamentum, & quicquid Vasallus acquirit post concessionem
55 iuxta feudum † non efficitur feudale si tale sit quod per se subsistere posit Bald. in cap. pri. §. è contrario num. pri. de inuestitura de re alien.

pact. quem in terminis sequitur Surdus in iam cit. cons. 138. num. 61.

Sextum fundamentum remouetur ex eo, quód nullibi probatum reperitur campestria bona de quibus agitur fuisse illamet, quorum meminit legatum factum Antonio Scarampo, Item quod vniuersaliter omnia, & quęcunq; bona fuerint recognita in feudum à Marchione Montisferrati, & demum à Duce Mediolani, & id est de quo cõtenditur, per cuius nudam positionem nihil omnino deducitur ad probationem.

Dicere autẽ quod donatio facta Duci Mediolani de anno 1431. contineat omnia bona allodialia, & feudalia, videtur repugnare verbis donationis, in qua ne minimum quidem verbum fit de allodialibus, & ita cessant conderationes elenatæ ex Surdo in cons. 135. nu. 52. & 61. & cons. 151. nu. 58. lib. 2. & cons. 311. nu. 2. & 30. lib. 3.

Vltimum verò obiectum ex quo feudalitatem arguunt fratres Scarampi, illud est, quod nulla alia priuata persona possederit vnquam bona in ipso Territorio Montisnoctuli, itaut posit dubitari, quod ibidẽ bona allodialia extiterint, quod fuerat per me alias consideratum in allegationibus compillatis primo loco pro Dño Marchione, qui me interrogauerat tentato ex cessu in executione, vt ibidem in vers. at inquiet, & in vers. subsequenti, vbi annotatur distinctio Socini quæ mox ex aduerso allegatur, quam vt intrent Dñi aduersantes adducunt, quod bona prædicta fuerunt à solis descendentibus ab Antonio Scarãpo occupata, & possessa non ab alijs priuatis personis, & proinde cum eiusdem antecessores habuerint dominiã Territorij cum iurisdictione cadit præsumptio, quod etiam vniuersitatis agrorum dominiũ habuerint existentiũ in Territorio ex cap. cum Bertoldus in verbo cum ab vniuersitate de re iudic. & in §. Item si quis quib. mod. feud. ammittit. ex distinctione Socini ad l. pri. nu. 27. in fine de iurisdic. omn. iudic.

Sed breuibus expediendo negotium hęc nihil obstant.

Primo quia dicta per Socinum quę inferuntur ad præsumptionem Dominij non includunt feu-
56 dalitatem ex necessitate, aliud † est enim rerum dominium, & aliud feudalitas, & distinctio So-
57 cini aliò † non tendit, quam ad declarationem simplicis Dominij vniuersitatis agrorum, quæ tunc residere præsumitur penes habentem territoriũ cũ iurisdictione quę tamẽ opinio multas cõtradictiones habet, sed hoc nõ infert ad id de quo agitur, quia solum illa feudalia dicuntur, quę per Dñm feudi probantur fuisse de iuribus, & pertinentijs feudi, vel per eũdẽ Dñm têra, & possessa iure feudi, Alex. in cons. 55. Perspectis his num. 20. vol. 4 namq; vt ipse dicit in dubio res præsumitur allodialis, & libera, etiam si fuerit intra territorium castri feudalis, & longissimo tempore possessa per Vassallum tenentẽ feudum, Quod verum dicit Boss. in tit. de Principe num. 142. etiam si possessor nesciuerit, vel nõ potuerit ostẽdere titulũ, & istud est quod voluit Sur. ex aduerso allegatus in d. cõs. 151. nu. 65. & sequenti ex Bartol. Natta, Alex. Rol. & alijs quos adducit.

Secundo eadem propositio in casu nostro non procedit, quia vt iam dictum fuit penes Dñum iurisdictionis stabit ius succedendi subditis suis, & consequendi, vel tertium, vel quid aliud in

causas

causas venditionum fiendarũ inter subditos,& ita
vbi concurrit alia præsumptio exclusiua primæ
præsumptionis non millitat deductio.

Tertio ex eodem iure successionis, & venditionis descendit alia præsumptio, quod bona Cãpestria potuerint peruenire in Marchionem, & antecessores illius ea iuribus prædictis, quæ licet sint computanda inter fructus iurisdictionales, & feudales propterea sunt feudalia bona, vt dictum fuit.

Quarto accedit quod Doctrina Socini in eadẽ
l. 1. in sua distinctione non militat in casu nostro,
si quidem ad inducendam præsumptionem quod
bona cõsistẽtia in territorio sint Dñi illius quoad
proprietates, & ita quod Dominus territorij sit
Dominus vniuersitatis agrorum, inquit de necessitate requiri quod quis sit Dominus territorij cũ
iurisdictione quasi per ista verba distinguatur
proprietas nominis territorij à iurisdictione, sed
in facti specie res est longe diuersa, quia in iuribus non sic legitur, sed dicitur Scarampus Dominus territorij, & iurisdictionis, & ita cantat inuestitura etiam anni 1431. quo casu ille terminus
iurisdictionis stare dicitur non ad differentiam
territorij, sed ad declarationẽ ipsius ob congruitatem, & symbolum quod habent inuicem, vt notatur ad l. pupillus §. territorium ff. de verborũ
significat. dicitur enim territorium superioritas
58 † quædam coertionis Oldrad. cons. 176. vt fusius
in primis allegationibus tactum fuit.

Quod etiam mihi probari videtur ex termino
proprietatis, quam indicat illa dictio, & posita
inter territorium, & iurisdictionem, cuius natura est, vt æqualiter † copulet, & similia omnino
arguat, vt notant Doctores ad l. Gallus §. quidã
recte ff. de lib. & posthum.

Quinto respondetur assumptum factum, quod primi concedentes, & præsertim Dux Mediolani de tẽpore factę inuestituræ fuerit Dominus vniuersitatis agrorum Montis Noctuli esse omnino erroneum, quinimo totum contrarium demonstratum dicimus, & ita cessant illationes aduersantes, & auctoritates in contrarium adductæ.

Ex quibus licet res ipsa satis plana sit ad commodum Marchionis, vt singula tamen offendicula remoueantur, non obstant quæ in contrarium adducuntur.

Et primo non obstat quod tunc demum bona
60 allodialia præsumantur † cum sumus in dubio
secus vbi de feudalitate apparet, prout præsupponitur in casu de quo agitur quia pręsupositũ est est erroneum, quia ad commodum Marchionis non solum stat ipsa præsumptio legis, sed etiam probationes factæ pro allodialitate.

Secundo loco obiectio facta ad tollendam illam generalitatem, & incertitudinem, pro qua mirificè conducunt ea quę notãter tradidit Crauetta in cons. 193. Ardua admodum nu. 5. vol. 2. vt scilicet non procedat verificato, & certificato iure concedentis, quia respondetur, & hoc negari omnino, & contrariũ fuisse demonstratum.

Tertio non obest ad inducendam probationẽ
identitatis quod tractetur non de particulari corpore bonorum, sed iure vniuersali, quia sicuti
nullo iure probatũ extitit, quod vniuersa bonorum corpora existentia in finibus Montis Noctuli fuerint feudalia, ita corruit responsio, argui-
61 tur enim feudalitas † ex sola appellatione territorij, quæ cum aliam habeat significationem,
tantum abest, vt ea nominis expressio faueat D.
Scarampis, vt potius pro D. Marchione stare dicatur, Est enim vt pluries dictum fuit territoriũ
62 ipsum quoddam † terræ spacium iurisdictione
munitum, & ab ætimologia vocabuli fuit dictum
nihil aliud esse, quam ipsum ius terrendi.

Quarto nihil facit consideratio ad tollendam
significationem illorum, participiorum spectanti-
63 bus, & pertinentibus † territorio, & iurisdictioni, quæ ex eodem Crauet. d. nu. 5. resoluuntur in restrictionem, & limitationem, hoc est quæ pertinent, & spectant, ex eo quod supponatur probatum, eadem bona fuisse primo inuestiti, & secundo inuestientis, quia suppositum est erroneum, nec admittitur fuisse probatum.

Quinto nihil facit obiectũ quod quando quis inuestitur de feudo, seu territorio posse, & tertis adiectis confinibus sine qualitate restrictiua, quæ ra præsentatur per dictionem pertinentibus in totum est feudale ipsum Territorium, & posse, prout inducitur ad factum ex inuestitura anni 1419. Quia respondetur quod illud nomen Territorij stat simpliciter quoad ius terrendi, vt etiã patet ex datis finibus, qui exprimuntur per vocabulum Territorij quod ad solum terræ spatium quatenus est munitum iurisdictione pertinet, vt patet ex datis probationibus quod reliqua Territoria data pro confinibus non sunt feudalia
quatenus per ea vniuersitas agrorum foret intel-
64 ligenda, & idem sonat ea dictio † posse, vltra
quod etiam paulo post declarando illud posse, &
Territorium adiecta sunt particularia sub eodẽ
signo restrictionis, viz. pertinentibus, & quouis
modo sol iris pertinere. Hæc. n participia quæ re-
65 soluuntur in relatiuum † præsentis temporis,
hoc est qua spectant vniuersalem sermonem restringunt, vt superius dictum fuit, & in terminis
tradit Surdus dicto cons. 135. nu. 100. & seqq.

Vel etiã dicitur quoad præsens factum solam inuestituram, anni 1431. inspicere ex iurib⁹ iam citatis nouissima enim prioribus derrogant lege pacta nouissima de pact.

Sexto nihil agit obiectum quod Territorium vniuersitatem agrorum contineat, cum eadem in primis auctoribus resideret, & nemo alius possideret, quia satisfacit responsum ad ea quę septimo loco deduxerunt Dñi fratres de Scarampis.

Quibus non iuuat dicere quod Dux Mediolani dederit, & inuestiuerit de Territorio cum iurisdictione, quia erit aduertendum, quod illa inuestitura non patitur aliam intelligentiam, quam eam quæ descendit ex donatione, at qui in donatione solum ipsum Territorium, quo casu ex propria significatione solum ius terrẽdi videtur includi non proprietates bonorum, si quę aderunt in finibus Montisnoctuli, præsertim quia vel est donatio, in qua fit stricta interpretatio, vel quia sola cogitatio fuerat in Antonio Scarampo, quod vassallus fieret Ducis Mediolani, vt sub illius tutela reponeretur, vt dictum fuit, & dum in inuestitura exprimitur cum Hommagio, & omnimoda iurisdictione, non est quod recedendum sit ab illa proprietate vocabuli, quam habet Territoriũ, sed ad ampliationẽ, quia scilicet per omnimodam † iurisdictionem, & merum, & mixtũ imperium denotatur, tã & ciuilis, & criminalis iurisdictio, vt notatur per glos. in clement. pri. in

verbo

verbo iurisdictionem de foro competenti, & tradit Iacob. de Sancto Georgio in sua inuestitura, in verbo cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione.

Et ita ommissis, & cæteris quæ ex contingentia factis ad commodum allodialitatis insurgunt, concluditur, quod sicuti pro ea stant iuris præsumptio, & tot eleuatæ considerationes legales, ac deductæ probationes sic pronuntiandum sit pro tentato excessu ad fauorem Marchionis, pro quo saluo grauiori iudicio, ita sentio, &c. R.C.

Accedunt modò ea quæ erudito calamo exarata fuerunt à præstantissimo I. C. D. Ioanne Georgio Guerriero.

Videntes Domini Scarampi ex tot indubitatis iuris præsumptionib. parte D. Marchionis Scarampi Cribelli adductis, quę interim dicuntur liquidissime probationes in materia subiecta respectu oppositę allodialitatis omne ipsorũ contrarium feudalitatis præsuppositum sublatum, vel saltem elisum fuisse, statim pro vnico refugio deducunt in medium Inuestituram anni 1431. Credentes ex verbis illius, posse omne eorum ius meteri, innixa alia Montisferrati de Anno 1419. anteriori bona omnia campestria in Territorio Montis Nobili existentia effecta fuisse feudalia per recognitionem erga Ducem Mediolani factam, & sic nullum excessum per D. Commissarium Beiutium fuisse commissum.

Verum salua eorum pace, qui falluntur, est penitus erroneum in facto, & in iure, Quia nec ex verbis, nec legis interpretatione, & verisimile mente contrahentium, aliquid de præsuppositis resultat, ex vna, & altera dictarum Inuestiturarum. Ad quod probandum, breuiter præmitto, nullum solidum fundamentum pereos fieri posse super dicta Inuestitura anni 1431. Stante quod iudicium inter ipsos, & d. D. Marchionem sequutum, & consequenter etiam sententia super inde lata per Excellentiss. Senatum fuit in actio-

67 ne mere, reali, qua etiam † sola poterant ipsi experiri aduersus eundem D. Marchionem tertium possessorem, Ex Cur. Iun. in conf. 158. post nu. 6. prop. fin. vers. cum Egr. Episcop. Nam eo in casu vera, & indubitata est Doctorum communis conclusio numquam per Instrumentum Inuesti-

68 turæ † probari Dominium Principis Inuestientis quantum ad proprietates, & bona, quę ibi sita reperiuntur, nisi respectu solius Iurisdictio-

69 nis, nec agnatorum intentionem, † nisi aliter quam per Inuestituram ipsam probetur, Ita in indiuid. Idem Cur. conf. 41. num. 16. conf. 158. num. 42. & conf. 228. nu. 36, 37. & 38. vbi mult. cir. affirmans ab hac opinione nullatenus esse recedeñ. etiam si fines Territorio vndiq; dati fuerint, quia intelligitur tantum respectu solius iurisdictionis non autem dominij priuati bonorũ nu. 38. post med. 39. & duobus alijs sequeñ. idem seq. Surd. conf. 311. num. 45. ad fi. Anch. lib. 3. fam. quæst. 9. 5. nu. 22. & 24. Bello. conf. 10. nu. 12. Cran. conf. 293. num. 5. Rol. conf. 2. nu. 19. vbi nu. 16. reprobat Abb. conf. 60. aliter tenentem alleg. etiam ibi Surd. Dec. conf. 301. & Riminal. conf. 90. num. 39. præcipue admisso quod ante talem recognitionem erga Ducem Mediolani factam bona essent possessa per dictos inuestitos recognoscentes, nam data priori possessione licet postea fuerint in feudum suscepta non

probatur intẽtio Principis super dominio, minus agnatorum ex tali Inuestitura, ad nota, in termi. per d. Cur. cit. conf. 228. num. 40. ad med. & 41. conf. 158. num. 30. in fin. & 31. conf. 184. nu. 8. ad med. etiã si Vassallus in feudũ recognoscat territorium Iac. de S. Georg in sua inuestitura feudal. verf. & dicti Vassalli, col. 2. Parif. conf.

70 16. num. 21. lib. 4. nam inuestitura † territorij non comprehendit dominium prædiorum Rip. resp. 114. num. 11. Nat. conf. 313. nu. 2. ad med. Surd. conf. 311. nu. 51. Nat. conf. 460. num. 22. conf. 514. num. 31. 53.

Quod si est verum, prout in iure est receptissimum, multo magis id debet procedere in casu isto, quo ex verbis ipsis dictæ Inuestituræ nihil resultat de assertis præsuppositis, si quidem, nec donatio illa mere verbalis de acquisitione sic

71 momentanea, quæ à lege † non habetur in considerationel. Cogi. §. si qui solidum ff. ad trebell. Aret. conf. 72. col. 2. in fin. Soc. conf. 34. nu. 11. vol. pri. vbi ait quod successio proprietatis qua

72 statim † priuatur est riduculosa, & inconsiderabilis, quia non videtur ad eum peruenisse Barba. conf. 12. num. 25. vol. pri. nec etiam recognitio per d. Inuestituram vnico contexto subsequuta legitur simpliciter facta, sed cum expressa illa qualitate (ad dictum Territorium spectantibus, & pertinenribus) quæ vt iam dictum fuit in alijs scriptis tamquam conditionalia, & incerta destruunt prorsus intentionem Dominorum aduersantium cum non includant omnia bona in territorio sita, ac iure Dominij priuati possessa, sed tantum quæ essent de pertinentibus, vt not. per d. Cur. prædicto conf. 158. nu. 5. & 30. ad fi. conf. 228. post num. 40. Surd. conf. 311. à nu. 50. vsq; ad nu. 60. & nu. 48. ad fi. Rol. conf. 2. nu. 21. vol. 3. quia non valeat consequentia, sunt in territorio, Ergo censenda sunt feudalia, & de pertinentijs illius nisi ratione iurisdictionis, vt per Soc. conf. 127. Alex. conf. 55. col. fin. vol. 4. Castr. conf. 161. Clar. q. feud. 18. in fin. vbi ait, sic fuisse iudicatã Afflict. decis. 267. & Surd. cõf. 151. n. 84.

Idq; fortificatur ex alio nam in præfata Inuestitura simul, & semel in eadẽ oratione recognoscitur, & Castrũ, ac locus Cairi cum pertinentijs, & iuribus, & tamen bona ruralia tũc, & nunc possessa nõ censentur feudalia, Ergo non debent di-

73 uerso iure magis in vno loco, quam in alio existimari, ex quo vnica determinatione † cõtinẽtur vulg. iuribus, & nulla alia differentia est, quã in nomine vocando Montemnobilem sub nomine territorij, & Cairũ sub vocabulo Castri, & loci, nã quoad reliqua indifferẽter, ac in cõfuso verba sũt cõcepta, igitur vt eadẽ determinatio equaliter determinet, prout debet veniunt intelligenda quo ad vtrumq; locum respũ slx. solius iurisdictionis qñ tantum quid vniuersali a significãt verba illa superioritate, & solam iurisdictionem ostẽdentia ad not. per Doct. in l. 1. §. cum vrbem ff. de off. præf. vrb. & in l. 1. post Bar. ff. de iurisd. omn. iud. ac in l. pupillus §. territorium ff. de verb. signifi. nam territorij appellatione etiam cum adiectio-

74 ne totius quod nihil refert, an sic, vel † simpliciter, quia, & rei appellatione venit tota res, Rol. conf. 61. num. 5. vol. 3. & in puncto, Surd. conf. 151. num. 23. verf. & prædicti Doctores dicunt, hoc procedere etiam quando Inuestitura dicit de

75 toto Territorio, non veniunt † proprietates,

Curt. d. conſ. 158. nu. 27. ſed bona ruralia adhuc
reputantur allodialia, ex eodem ibi num. 30. per
30. & Surd. d. conſ. 151 num 65. vbi nu. 66. vult
id procedere etiam ſi fuerint poſſeſſa à Vaſſallis
feudum tenentibus longiſsimo tẽpore, & neſciũt
oſtendere titulum acquiſitionis alleg. Boſs. in tit.
de Princip. nu. 242. Natt. conſ. 313. num. 3. Rol.
conſ. 46. nu. 49. vol. 3. & nu. 68. in fin. ſeq. Curt.
d. conſ. 41. nu. 31. ad med. conſ. 158. nu. 26. &
30. Crau, conſ. 54. & conſ. 293. in prin. Idq; ſua-
dent verba illa Inueſtituræ præcedentia in princi-
pio donationis, & ſubiectos ſe ſe totaliter ſubijci-
endo, quę important ſolam ſuperioritatem iu-
riſdictionalem, & perſonalem fortiusq; conſue-
tudo generalis, ne dum totius Lombardiæ, ſed
Italiæ notoria, quæ talis eſt, vt per huiuſmodi
verba generalia, ac vniuerſalia Inueſtiturarum
de Terra, Feudo. Caſtro, poſſe, Territorio, & iuriſ-
dictione cum terris cultis, & incultis, pratis, ne
moribus, montibus, & alijs pertinentijs ſpectan-
tibus, & pertinentibus ad feudum, vel Caſtrum,
& Territorium, bona Cãpeſtria vere non effician-
tur feudalia, nec in feudum recognoſcantur per
inueſtitos, ſed illa ad libitum alienent, tamquam
allodialia abſq; aſſenſu Principis, Ita vt nõ poſsit
fieri fundamentum ſuper Inueſtitura ex Burſa. in
termi. conſ. 46. nu. 31. Alex. conſ. 5. nu. 7. vol. 3.
Dec. conſ. 472. num. 16. Rol. conſ. 57. num. 27.
conſ. 94. nu. 22. vol. 4. Ceph. conſ. 361. nu. 25.
Menoch. conſ. 360. num. 94. Becc. conſ. 67. num.
32. Quę quidem conſuetudo particulariter viget
in ſtatu Mediolani, cui cum ſubiaceant iſta Mon-
tiſnoctuli, & Cairi, ibi etiam debet obſeruari ad
no. per Cra. conſ. 94. nu. 5. Menoch. conſ. 9. nu.
22. Becc. conſ. 27. num. 12. vt bona non ſint cen-
ſenda eiuſdem naturæ, cuius ſunt Caſtra, ſeu Ter-
ritorium, & iuriſdictiones, præcipue hoc præſup-
poſito a parte Scaramporum; quod tempore dictę
Inueſtituræ primæ Mediolani, & recognitionis
erga illius Ducem omnia bona intra fines dicti
Territorij poſsiderentur per ipſos tunc inueſtitos
licet de hoc nullibi conſtat, nec per dictos Dños
Actores fuerit vllo modo ſeparatum extra Inue-
ſtituram probatum, prout neceſſarium eis fuiſſet,
cum non ſequatur Antonius de Guarco donauit,
vel legauit illud Territorium, Antonio Scarãpo
ergo poſsidebat, & erat dominus vtilis omnium
prædiorum in dicto Territorio tunc exiſtentiũ,
& dictum Dominium tranſtulit in ipſum legata-
rium cum potuerit eſſe, & ſi non appareat, quod
imo bona culta in ſpecie poſsiderentur per alios,
ſicuti in dubio à lege præſumũtur à priuatis per-
76 ſonis poſsideri, † & iure potius priuato ex Surd.
in termin. d. conſ. 311. num. 47. vbi alleg. Aret.
conſ. 15. Curt. & Perra, in tract. de fideicom. q.
13. num. 510. vel quod inde ab Antonio Scarãpo
legatario acquiſita fuerint, aut acquiri potuerint,
77 cum quilibet pręſumatur ditteſcere l. † ſi defun-
ctus. C. arb. tu. ſtante longo interuallo temporis
ab anno 1415. vſq; ad annũ 1431. poſtquam etiã
ex Inueſtitura anni 1302. quo primum à Iauuen-
ſibus recognitum fuit idem Territorium clare
apparet regionem illam magnã plani Vallerij,
& Mollinæ nuncupatam, quę conſtituerunt quar-
tam dicti Territorij fuiſſe excluſam, & reſeruatã,
vti de finibus Degi, & de anno 1250. totam aliam
plagam, quę eſt à domibus, & hoſpitio Montiſno-
ctuli vſq; ad Præpoſituram Ferraniæ, quę conſti-
tuit ferè dimidiã eiuſdem Territorij fuiſſe Ho-
ſpitalis Fornelli, & ſic militer reg. qui olim fuit
78 † Dominus, & poſſeſſor, hodie etiã præſumitur
poſsidere, & alia quod res de facili ſuam naturã
primam retineat, vel ad illam reuertatur Crau.
conſ. 293. nu. 12. adeo quod cum teneatur dictos
recognoſcentes ante talem ſubmiſsionem, Erga
Ducem Mediolani poſſediſſe licet inde territori-
um recognouerint, & bona citra veri præiuditiũ,
& iam ſimul tamen ſtante priori poſſeſsione non
remaneat probata intentio Principis, & ſi nego-
tium cum eo non tractetur ſuper Dominio quod
refert ex dictis per Crau. in reſp. pro gener. num.
426. Burſa. conſ. 41. & 46. num. 24. Petra. dict.
tract. q. 13. num. 502. ſol. ſuper conſt. pedem. in
decr. Rom. publicam pat. 3. vt non præſumantur
feudalia dictorum Dominorum Scaramporum
vti tertiorũ licet quoad Principem eſſet dubium
nam talis recognitio illis non poteſt prodeſſe, nec
ex ea ſe iuuare; Afflict. deciſ. 178. num. 2. ſed
adhuc bona præſumuntur quoad ipſos allodia-
lia, vt poſt Bald. conſ. 278. lib. 1. Soc. conſ. 276.
vol. 2. Corn. conſ. 34. vol. 4. Alciat. conſ. 178. nu.
2. & prout in alijs ſcriptis tactũ fuit, & Maſcard.
de probat. concl. 79. ſed potius allodialia ad fa-
uorem D. Marchionis media perſona illorum
qui erant Domini de tempore illo, attento quod
non conſtat Ducem vere vnquam habuiſſe domi-
nium priuatum illorum, & quatenus ſuſtineatur
quod tunc non poſſediſſent dicti Inueſtiti durior
ſit probatio inuentionis dictorum Dominorum
Scaramporum Agentium ex Curt. d. cõſ. 228. nu.
40. in med. quia præſumendo allodialitatem re-
ducimus rem ad ius commune, quo omnia bona
79 † talia præſumuntur, quæ interpretatio dicitur
fauorabilis, & è contra odioſa, quando ab eo re-
cedimus. Surd. conſ. 182. num. 13. conſ. 242. nu.
11. maxime quoad prædia ruſtica, vt duriores
80 probationes requirãtur ab eo † qui allegat feu-
dum Burſa. conſ. 10. num. 11. Bru. conſ. 127.

Quæ præſumptio ſi ſola transfundit onus pro-
bandi in partẽ aduerſam multo magis tot alijs
iam adductis in anterioribus ſcriptis concurren-
tibus quibus additur alia reſultans ex Inueſtitu-
ra Montisferrati 1419. in qua octo vicibus in om-
ni oratione repetitur clauſula illa, ſpectantibus,
& pertinentibus ad dictum Territorium, ſpecta-
req; & pertinere ſolitis, ex qua manifeſte liquet
quicquid ipſi audeãt negare cõtra expreſsiſsima
verba illius ad oculum videnda, & in alia Medio-
lani quod nihil certũ erat, & habebatur pro feu-
dali, Idq; magis ex diuiſione per arbitramentalẽ
ſententiã lõge poſt vtrãq; Inueſtiturã Montisfer-
rati, & Mediolani de anno 1482. ſequuta, in qua
tam p arbitrũ, & arbitratorem, quam per partes
illorum fratrũ diuideñ. bona Montis noctuli in
ſpecie declarãtur, vti de hęreditate, & ſucceſsione
parentum, ſicq; allodialia, quia feudalia ſub ta-
li nomine non veniũt, ad nota. in term. p Alex.
conſ. 3. in fi. vol. 5. Afflict. deciſ. 14. nũ. 9. Rol.
conſ. 29. num 8. lib. 3. Fab. de Ann. conſ. 29. nu.
10. Et ideo talia ſunt cenſenda attento quod etiã
omnia bona aliorũ Territoriorũ pro confinibus
datorum circum circa ſunt mere allodialia licet
negetur ex Surd. conſ. 135. num. 32. & conſ. 151.
num. 28. videatur etiam quæſo Inſtrumentum
ceſsionis factæ pręt. Dominis per Comitiſſam de
anno 1584. quia ex verbis, & pactis in ea con

tentis

tentis absq; reseruatione assensus Principis apparet habita bona, & territorium pro allodiali.

Proinde quia ex verbis dictarum inuestiturarum, nec ex legis præsumptione minus ex verisimili mente contrahentium, & recognoscentium, aliquid resultat ad fauorem dictorum Actorum, sed potius totum oppositum ad confirmationem deductorum pro D. Marchione cuius fundamẽta non dicuntur sublata, nec elisa ex scriptis per Clariss. Dominũ Cacciam nihil allegantem, vt propterea non sit ei credendum, qui à se ipso loquitur, & propriæ prudentiæ initirur, omnia negando, vt per Surd. cons. 308. num. 12. & cons. 317. num. 19. Sed pro ipso stant tot vrgentes præsumptiones ad ipsius fauorem, est per Excellentiss. & Sapientiss. Senatum medio per Illust. Doctissimi, & Integerrimi D. Relatoris, pronuntiandum nedum in possessorio, sed etiam in petitorio vbi ẽt ageretur de vniuersali corpore vti pars præsupponit, quod tamẽ est erroneum, nam imo de particularibus bonis nempe campestribus, & rusticalibus licet in corporibus amplis consistentibus, quod nihil refert, nam plus, & minus †
81 nõ faciunt diferritus specie l. fi. ff. de fund. instruc. quia adhuc non debet intelligi de Dominio priuato illorum, sed tantum de vniuersali respectu iurisdictionis, & superioritatis quæ tali recognitione, & submissione potest solum considerari, ex Surd. d. cons. 312. nu. 35. & cons. 335. num. 27. etiam si res in dubio esse posset, quia hoc efficit, vt certa ferri non posset sententia C. grani. 11. q. 3. Natt. cons. 32. in fin. Postq; est incertum nedũ de parte, sed de omnibus, an sint feudalia, & consequenter probatio si potest dici dubia debet cõ-
82 tra allegantem feudalitatem interpretari, † & retorqueri, sicq; contra dictos Dominos actores Scarampos quorum deducta non probant per necesse, vt eis esset necessarium C. in præsentia de proba. Cra. cõs. 425. nu. 83. & Surd. in d. cons. 311. numero 19. 32. & seq. cons. 351. nu. 47. & seqq. consilio 135. numero. 86. & magis accedentibus tot præsumptionibus, ac coniecturis, & probationibus ex scriptutis, & tot testibus monitorialibus quorum dicta plurimum debeãt mouere animũ Iudicis accedentibus aliquibus coniecturis ad no. per Cra. cons. 198. num. 21. Curt. Iun. cons. 106. num. 8. & Surd. cons. 329. num. 8. Ex quo amplius numerus illorum existentium, nedũ vltra decem, sed vltra quadraginta probat vocẽ: & famã, & si non vniformiter de ea deposuerint, Rol. cons. 82. num. 60. Mascar. de proba concl. 749. nu. 21. Surd. cons. 351. nu. 81. & ita contrarium eius quod D. Scarampi affirmant, penitus suadent quæ sufficerent ad elidẽ. omnem probationem si per eos aliqua facta dici posset, prout vere nulla facta fuit, præcipuè cum ipso D. Mar-
83 chio sit reus, † & possessor, qui simul negat feudalitatem bonorum quoad Dominium illorum priuatum, quia pro eo est pronuntiandum vulg. c. in pari de reg. iur. in 6. & l. in pari. ff. eo. ti. sicuti ex cõtinua experientia sic passim obseruari solet secundum l. fauorabiliores eod. tit. & ex alia actore non probante de qua Surd. latissimè in dictis consilijs omnino dignis videri, ac Boss. in tit. de Prin. num. 247. Rol. cons. 82. num. 37. vol. 2. prout, & cons. 46. vol. 3. & cons. 32. vol. 4. cum illis Curtij, & Grauetæ. Non obstante allerta opposita confessione D. Marchionis nullatenus vera quantum sit, vt inferatur ex ea ad Dominij priuati probationem bonorum sed solum quoad iurisdictionem, prout sic debent intelligi verba asserti libelli, quatenus ita cantent, & ad id reducuntur omnia ex aduerso adducta ex Cur dicto cõs. 41. nu. 11. vers. nihil etiam obstat cons. 158. num. 22. & si præter quod potest obijci fuisse inter alias personas in alio iuditio, vti erat etiã actor,
84 nunc vero reus, & ita licitum variare, † & contrarium affirmare ad damnum maxime vitandũ de quo ipse tractat, Et dicti Dñi de mero lucro, cuius ratio non est pat. Surd. cons. 131 nu. 117. cons. 63. vol. 3. in fin. vlterius dici fuisse errone-
85 am, & † consequenter non probare prout, & recognitio quæ etiam per errorem in dubio præsumitur in voce Rol. cons. 32. nu. 50. vol. 3. tanto minus in iudicium illud cum Comitissa non habuerit finem, nec effectum, præter quod non fuit
86 verisimilis, nam sola † confessio non facit feudum, id quod est allodiale, Surd. ibidem nu. 75. cum sit super his quæ sunt iuris, & à voluntate confitentis non dependent, vt per eundem cons. 5. num. 42. & seq. cons. 403. num. 77. cons. 405. num. 28. & omni casu enumeratur inter inditia remota ex eodem cons. 425. num. 14. Hæc vt dici solet post terga præstantissimorum virorum scribere volui spicas per eos neglectas colligendo postquam credendũ est quod omnem locum præripuerint vnde, & ipse pro nunc ijs solis contentus ero, correctioni tamen eorundem absolute subijciendo &c.

Eodem nu. 1. dùm dicitur hic, quod in legatis
87 stricta sumitur Interpretatio † nota cõclusionẽ ipsam non procedere vbi quid venit accessoriè
88 ad legatum, † & proindè si fuerit legata vinea
89 nemini dubium quin etiam veniat † arrundinetum quod est contiguum l. prædijs §. fin. ff. de legat. 3. l. cum fundus ff. de legat. 2 secus vbi a-
90 rundinetum † esset separatum à vinea vt in puncto extat decisio caputaquensis 233. Contrauenisse non dicitur parte prima. Ad strictam etiã interpretationem pertinet id quod dicitur in
91 legato facto de bonis mobilibus, & † immobilib. non venire nomina debitorum, Guido Pap. quæstionum 499. licet secus sit vbi in legato fuerit adiecta nota vniuersalis hoc est de omnibus bonis, ad extensionem pertinet, ea conclusio quæ
92 habet, quód Castro legato † veniant arma quæ ad eius tutelam sunt parata. Ita post Baldum in cons. 478. lib. 3. Decium in cons. 516 num. 26. & Iason in l. beneficium nu. 5. ff. de constit. princip. Mantica de coniectur. vltimarum volunt. lib. 9. tit. 2. nu. 35. cum quo ad restrictionem legati, dicimus quod si Castrum fuerit cum pertinẽtijs le-
93 gatum, non veniunt † prædia coherentia, quæ sunt allodialia, & quæ alio iure possideutur, vt superius tactum fuit citat Alciatum in cons. 33. num. 5. lib. 9. & in cons. 45. num. 8. lib. eodem vbi de communi sententia testatur, Idem dicitur de
94 nominibus † debitorum repertis in Castro Ias. in d. l. beneficiũ. Rursus ad extẽsionem pertinet, conclusio quæ habet quod legata domo venit † hortus distinctus ad vsum domus. Ad restrictio-
95 nem quoque refertur legatum factum de domo, quam testator inhabitat, quia non intelligitur
96 legata † domus rustica. Fenn. in cap. Quoniam, num. 2. de officio ordinarij. Ad extensione tamen
97 pertinet legatum factum de domo, quia venit †

Pp 2 Apo-

98 Apotheca subtus domum, quia domus † tamquam caput continet omnia, quę sunt ei coniuncta, sic p l. Olympico, & ibi gl. de seruit. vrban. prædiot. post Nattā in cons. 117. num. 1. & 2. scribit Mantica loco relato nu. 38. Ad restrictionem
99 vero spectat legatum factū de camera † sua, de studio suo, quia res potius ad cameram pertinē-
100 tes, vel ad † libros, refertur quam ad locum, vt Cardinalis Mantica aduertit loco citato nu. 49. Ad extensionem, seu potius comprehensionem pertinet. Quod dicitur de legato facto, per testa-
101 torem † de pecunijs quæ reperientur de tempore mortis testatoris in domo sua comprehendi scilicet eas pecunias quæ custodię causa testator mandauerat in quodam Monasterio reponi, & ita alias habui in facto, & obtinui coram celeberrimo I C. Collegiato D. Io. Baptista Arconato, pro D. Blanca Brippia de Gambaloitis, in causa pendenti cum Nobilissimo viro D. Sfortia Brippio qui aduersus illud legatum excipiebat vt infra.

Quæstio erat an in legato facto per D. Equitem Brippiū D. Blācę vxori, in quo ei reliquit pecunias, quæ reperientur in domo ipsius testatoris tempore eius mortis comprehendantur pecunię repertæ in quadam capsa ferrea reperta quidem in domo testatoris tempore eius mortis, sed quæ tamen solita erat per testatorem retineri in Monasterio S. Lazari Mediolani, ibiq; aderat tempore eius infirmitatis, sed tamen per ipsam D. Blancam biduo ante mortem dicti Equitis eius viri iussa fuit deferri, prout delata fuit domum ibiq; reposita ex ordine dictę D. Blancę solius.

Ad quam breuiter respondeo, quod cum legatum restrictum sit ad pecunias in domo existentes cùm ibi vere non adessent eas non comprehendi Gozad. cons. 81. nu. 10. Gabriel cons. 98. nu. 3. Menoch. præsumpt. 138. nu. 8. & duob seq. lib. 4. ex cuius dictis colligitur, quinimò non etiam comprehendi alias pecunias quantumuis solitas domi retineri, cum non sint ibi permansurę, vbi præsidij loco non sint, sed ad vsum illas expendendi, vel mutuo dandi retinerentur, prout in dubio retineri præsumuntur.

Neq; his obstat quod obijci audio de l. si ita
102 legatum est 86. † de leg. 3. aut quod dictæ pecunię repertę fuerint in domo testatoris tempore eius mortis modo quo supra, quia hæc non sufficiunt casui proposito cum in confesso sit dictas pecunias solitas fuisse retineri in dicto Monasterio, & casu, ac præter voluntatem testatoris, ne dicam contra illam repertas fuisse in domo tempore eius mortis modo quo supra, vt propterea potius retorqueatur dictus textus, ac memorata repositio dictarum pecuniarum, in domo satis suspecta, quibus tamen neutiquàm obstantibus contrarium censui, & sub hac verborū forma respondi.

Verùm quia dùm fit mentio de pecunijs, in legato proprietatis sunt adiecta verba quæ reperientur in domo mei testatoris tempore obitus mei, non est incongruum pro declaratione legati adducere quod in ea dispositione comprehenduntur omnes pecuniæ, quę casu fuissent de tempore mortis testatoris extra domum. Probat hoc mihi textus in isto proposito valde singularis in l. si ita legatū est 86. ff. de legat. 3. vbi si legauero domum meam, & omnia quę in ea domo erunt cū moriar vtiq; veniet pecunia, quæ casu contigit absfuisse. Quare Bartholus summado textum ibi dicit debere inspici vbi res esse solēt perpetuo non vbi in casu desunt, vel adsunt, & ita
103 consultus respondit Decius in cons. 472. † n. 13. dicens quod si aliquid extra domum casu esset reputatur quod esset in domo, & comprehenditur in legato. Et proinde, si daretur casus, quod tēpore mortis testatoris pecunia, vel quid aliud in dicto legato nominatum, fuisset custodię causa, ad euitandam incursionem latronum extra domum vtiq; veniret, & ibi ponit exemplū Decius de frumento reposito in loco secreto ne Dominus cogeretur vendere, & latius est videre: penes eum cum quo sic pro D. Blanca iuris esse censeo non obstantibus ex aduerso oppositis, cum fuerit opportune probatum, quod custodiæ causa, & in casum recessus à Ciuitate Mediolani remittebantur pecuniæ in Monasterio, ita vt meri-
104 to succedat cōclusio, quæ casu † absunt à domo veniunt in legato facto de existentibus in domo. Rolandus Cauagnol.

Numero 2. & 14.

Dicitur hoc loco ex Natta in consil. 339. quatuor vel quinq; annis iam decursis, nu. 6. non re- 2
105 periri scriptum, quod appellatione † territorij veniat Ciuitas, sed quia Natta loquitur ex Baldo, in consil. 357. Nota pro Duce Turoniæ lib. 5. videndus est locus ille qui pro mea sententia nō dicit hoc, sed inquit quod secundum naturam, & propriam significationem verborum, sub nomi-
106 ne Ciuitatis † non continetur territorium, sed ab ista propositione non potest inferri ad aliam nempè, quòd territorij appellatione non veniat ciuitas, quia sub nomine generis, quale di-
107 citur † esse territorium, & quod solet considerari vt totum. Venit species, & sic pars l. si quis cum totum ff. de recept. rei indic. l. 2. §. Stichum ff. pro emptore. Dicitur enim territorium,
108 vt quid † continens, & ciuitas, vt cōtentum, nec est mirum, quòd sub nomine ciuitatis non veniat territorium, quia sub nomine partis non venit † totum, hanc meam considerationem probo, quia per l. finalem. ff. de iurisdict. omn. iudicum, & cap. final. de constitutionibus in sexto, describitur vsq; quo se extendat iudicis, vel Prætoris au-
110 ctoritas, vel iurisdictio & † dicitur extrà territorium non extendi atqui ibidem supponitur intrà territorium contineri Ciuitatem, vel locum, in quo residet iudicens, prout similiter dicimus de Prouincia in qua iudicit Preses, & in prouincia similiter contineri Ciuitatem, vel locum in quo residet Magistratus, vt colligitur ex l. congruit ff. de officio Præsid. & ideo dicendum puto.
111 Sub nomine territorij, non solum contineri † vniuersitatem agrorum quæ sunt extrà locum, vel Ciuitatem, sed & ipsum locum, & Ciuitatem, quòd probari dicitur ex verbis l. Pupillus 239. in §. Territorium. ff. de verborum signific. ibi intra fines cuiusq; Ciuitatis, namqi per eam di-
112 ctionem † intrà, datur intelligi, quod locus, vel ciuitas est in territorio vt in eo cōtineatur, & includatur, vt de ipsa dictione intrà scribit. Rebuffus ad l. si quis sic dixerit. 133. ff. de verborum signif. Quod si velimus cum Baldo in citato consilio 357. lib. 5. Ciuitatem † vel locum esse caput territorij, adhùc probamus intentum, quia
114 membra non separantur † a capite l. Insulæ Italiæ ff. de iudic. l. finali C. de testam. & l. Qui ex vico.

ficto. ff. Ad municipales. Rolandus Cauagn.
Numero 3. & 15.

Dùm inqnit hoc loco Menochius præsumen-
dum esse, quòd testaror voluerit grauare † hære
dem minuſqnam fieri poſsit, vera eſt propoſitio.
Sed ceſſat pręſumptio vbi clara ſunt verba teſta-
toris, quia tunc voluit teſtator id quod expreſsit
§. Diſponat teſtator. Auth. de ſecundis nuptijs
Vndè bene dicitur quod ſermo generalis, & vni-
uerſalis id patitur, alias fieret vis verbis, & diſpo
116 ſitioni. Verba enim vniuerſalia † operantur
vt veniat etiam id quod alias non veniret, etiam
quod verſemur in contractu donationis, vt abun
dè alias dixi, pro D. Paula Brippia Calcaterra,
& Dña Blanca Gambaloita reſponſum cuius &
conſultatio, quia ferè in omnibus fraternizat, cũ
præſenti conſultatione placuit annectere ad de-
cidendas duas has ſequentes dubitationes. Quã-
117 rum prima eſt an appellatione mobilium † ve-
niant pecunię, blada, vinum, ligna, caruchę, equi,
& ſimilia mobilia, ſtantibus maximè illis verbis
ampliſsimis nempè omnium bonorum. Item
etiam ſtante reſeruatione facta de argento labo-
rato, & blancaria. Secunda an pariter ratione le-
gati facti vxori de vſufructu omniũ bonorum †
118 mobilium, veniãt granũ, vinum, pecunia, & alia.

Parum difficultatis habet primæ quæſtionis
reſolutio, cum enim verba donationis ibi bono-
rum mobilium conueniunt propriè, ne dum ſup
pellectibilibus domus non exceptuatis verum
etiam, & pecunię, bladis, vino, lignis, quadrigis,
currui, equis, ac alijs omnibus mouibilibus, ac ſe
mouentibus nõ eſt quod aliqua cadat reſtrictio
ad ſpecies, cum recto ſermone ſub verbo generali
119 bonorum † contineantur quæcumq; bona, in
quibus conſideratio cadit mobilitatis textus eſt
in l. bonorũ. ff. de verborum ſignific. l. nam quod
ad ius §. fin ff. ad Trebell. Ea enim ſola bonorũ
120 appellatio † vniuerſa bona ſignificat non ſin-
gulas res, vt ad eandem l. Bonorum poſſeſsio ſcri
bit Rebuffus, vbi in tantum ponderat iſtam gene
ralitatem reſultantem ex verbo indefinito, quod
ſi quis vendiderit bona ſua, vel donauerit dicatur
etiam donaſſe Ius patronatus vt potè, quia ſub
121 † vniuerſitate bonorum contineatur cap. cum
ex litteris, & ibi Abbas extrà de iur. patron.

Cui rei accedit verbum vniuerſale omnium ex
cuius natura † nulla recipitur fallentia, vel re-
ſtrictio l. Iulianus ff. de legat. 3. l. a Procuratore C.
mandati cap. ſolitę extra de maioritate, & obe-
dient, & proinde cum generali verbo, bonorum
adiuncta ſit vniuerſalis dictio omnium res ipſa
carere dicitur omni difficultate, vt conſiderat De
cius in conſ. 472. teſtator legauit nu. 3.

Rurſus, & tertio loco ad demõſtrandum, quod
bona expreſſa in facto propoſito veniant, pluri-
mum facit exceptio particulariter appoſita per
donantem ibi exceptis tamen argento laborato,
& blancharia de quibus ipſa Paula nullam parti-
123 cipationem habeat, quia exceptio facta † in
vno, vel in duobus caſibus confirmat regulam in
alijs caſibus non exceptuatis. l. Quæſitum. §. de
niq; ff. de fund. inſtruct. Decius in terminis in
conſ. 371. Viſis hijs num. 2.

In ſuper, & quarto dicitur quod bona de qui-
124 bus in facto ex eo veniunt, quia mobilia † ſunt
cum ea omnia de facili pręter ſubiecti corruptio-
nem hoc eſt ſine læſione peremptione vel dete-
rioratione moueri poſſunt, ſic enim bona mobilia
eſſe arguim^r per l. Iulianus in fine ff de act. empt.
& l. pri. §. ſi iuſſerim. ibi quæ propter magnitu-
dinem ponderis moueri non poſſunt ff. de acquir.
poſſeſs. Rebuffus ad l. mouentium 93. ff. de ver-
125 borum ſicuti immobile dicitur † id quod à loco
non mouetur ſic mobile eſt illud, quod eſt aptum
126 moueri de † loco ad locum, ſic ex Oldrado in
conſ. 219. factum eſt Dominus Rex. ſcribit Deci-
us in conſil. 472. Teſtator legauit num. 4. vbi fir-
mat concluſionem in propoſito, quod omnia, quę
moueri poſſunt, de loco ad locum in diſpoſitione
facta ſub nomine mobilium ex proprietate ver-
borum compræhenduntur, & licet iſtud Axioma
in genere ſumptum veriſsimum ſi ita vt nullo
aliu probationis egeat adminiculo, attamen vt
vnicuiq; ſpeciei opportuna iuris deciſio afferatur
de ſingulis ipſarum diſſerere non erit incongruũ
vt omnis propter ea dubitatio iuris tollatur, &
facti.

Primo igitur dicendum eſt pecuniam venire
127 in donationem † eam ſcilicet, quæ reperta fuit
in bonis, & hęreditate, equitis donantis de tem-
pore mortis ipſius quia ſcilicet pecunia ipſa res
mobilis ſit, probatur hoc ex l. ſi chorus, aut fami-
lia in §. pri. ff. de legat. 3. vbi num̃os repoſitos
in arca pręſidij cauſa quos non inelleganter fi-
128 deiuſſores † futuræ neceſsitatis appellare poſſu-
mus cõtineri ſub legato mobilium ad idem facit
129 textus in Auth. † Hoc niſi in primis verbis ibi
Hoc niſi debitor in pecunia, vel alia re mobili
Cod. de ſolut. dum enim dicitur alia re mobili
euidenter concluditur pecuniam quid mobile
130 cenſeri. Quia dictio alia † eſt implicatiua ſi-
milium l. ſi fugitiui, & ibi gloſ. ff. de ſeruis fugit.
in cap. ſedes extra de reſcript. Afflict. deciſ. 244.
131 num. 1. vbi dicit quod eadem dictio alia facit †
poſitionem eiuſdem qualitatis Angel. in d. Auth.
132 Hoc niſi ad idem facit textus in §. † & quia Pa-
rum Auth. de nupt. ibi ſi verò vniuerſa conſtitu-
ta eſt forte in pecunijs aut in alijs mobilibus re-
bus. Quæ loca ponderat Tiraquel. de retract. li-
gnagier §. pri. gloſ. 7. num. 103. & infra vbi, ex
communi Doctorum ſententia ſcribit pecuniam
133 eſſe † rem mobilẽ ac de hijs, quę ſeruando ſer-
uari non poſſunt vt putà, quia pecuniarum vſus
134 nihil aliud ſit quam ipſarum † conſumptio, &
proinde ſubdit, poſſe eam pecuniam per minorẽ
135 alienare † ſine decreto, quinimo nec venire in
reſtitutionem fideicommiſsi facti de bonis im-
136 mobilibus etiam † quod implicata fuiſſet per
grauatum in tot bonis ſtabilibus, cenſuit Bald. in
conſil. 449. punctus talis eſt vol. 4. in hanc no-
ſtram ſententiam venerunt Decius ad l. ſingularia
nu. 11. ff. ſi cert petat. vbi apoſtilatores reprobant
alios, qui contrarium tenuerunt, quod etiam fir-
mauit in conſ. 371. viſis his nu. 4 poſt Cyn. Bald.
& Alberi. in l. ea demum Cod. de Collat. quibus
addo Hypolit. Rimin. conſ. 501. petit Ill. D. Pa-
liſſenna nu. 49. vol. 5. vbi dicit quod prohibitio
137 acquirendi † immobilia non includit pecuniã
138 & infra nu. 85. ſubdit annuatim legatum † inter
immobilia non computari, & iſtud etiam probat
in conſ. 520. Mag. D. Laura num. 18. & in conſil.
590. hic articulus num. 43. vol. eodem Decian.
conſ. 33. & quia de omnibus num. 10. vol. 1.

Quinimo in his caſibus in quibus Affirmarunt
Doctores pecuniam deſtinatam in implicationẽ
bonorum

bonorum stabilium dici quid immobile adhuc
dicendum est pecuniam ipsam nec vere nec pro-
139 prie dici posse rem † immobilem sed eam tan-
tummodo censeri pro re immobili, quasi quod
140 destinatio habeatur † pro perfecta, quia adhùc
141 aliud est quid esse tale, † & aliud haberi pro
tali, sic notanter scribit Rimin. iun. in cons. 544.
mouetur igitur nu. 130. vol. 3.

Vel etiam dicendum est pecuniam ipsam ve-
nire per exceptionem factam de Auro, & argen-
to laborato dum enim donator ab ipsis mobilibus
segregat aurum, & argentum laboratum dubio
procul includit pecuniam, ex communi iuris
142 Theoria, qui de vno † excipit, de alijs affirmare
videtur, vt superius tactum fuit quare mentio fa-
cta de auro, & argento laborato referenda venit
143 ad id quod ex auro, & argento † confectum est,
facit l. quintus Mutius §. si factum aurum ff. de
auro, & argento legat, & huiusmodi dicuntur esse
vasa aurea, vel argentea, veluti paropsides, tabulæ
trulles, pelues, & similia quorum meminit textus
in l. & si non sint in principio, & in §. finali ff.
eodem Bartol. in d. l. §. argento facto licet enim
144 pecunia fit de auro † & argento, & tantum vtili-
145 tatis habere debeat in forma † quantum in ma-
teria l. 1. & ibi glos. ff. de Cõtrahend. empt. Bartol.
in l. 5 §. 1 ff. si cert. pet. & in l. Paulus 92. vbi scri-
bẽtes idem notant ff. de solution. attamen dispo-
146 sitio facta de argento, † non trahitur ad pecu-
niam vt in terminis decisum relinquit Decius in
iam citato cons. 371. num. 1. cuius dicto accedit,
quod exceptio in casu nostro dicitur facta de ar-
gento laborato, quod ex generali consuetudine
loquendi (quæ satis est notoria) argentum labo-
147 ratum dicitur quod prouenit ab auri, † &
argenti fabro, quod ad cussam pecuniam commo-
dè referri minimè põt Rebuffus ad l. etiam, nũ-
mos 159. vers. secunda cõclusio. ff. de verb. signif.

Et præmissa omnia eo labentias in proposito
nostro extendimus, vt locum obtineant etiam,
quod ipsæ pecuniæ repositæ fuissent vt in stabili-
um emptionem implicarentur, vel vt mutuo da-
rentur cuius dicti rationem pręcipuam esse cen-
semus eam cuius superius meminimus ex dictio-
148 ne omnium, per quam sermo vniuersalis † adeo
colligitur vt nihil censeatur excludi, sic nouissi-
mè Menoch. de pręsumpt. lib. 4. præsumpt. 138.
disputatio hæc num. 4. vbi citat Decium, Curt,
Paris, Nattam, Tiraquel. Arium Pinell & The-
saurum Seniorem cessat enim virtute dictæ vni-
uersalis dictionis omnium ea fictio per quam di-
ximus pecuniam destinatam ad emptionem im-
149 mobilium † censeri vt quid immobile, cum ali-
quid debeat operari sermo vniuersalis de pluri q̃
simplex, & indefinitus sic Decius in d. consil. 472.
num. 3. conferunt notata per Ruinum cons. 65.
curia primum num. 8. vol. 1. ex quibus dicitur
150 quod verbũ illud vniuersale omnium † ab ho-
mine prolatum prohibet omnem deductionem,
quæ fieri potuisset, si verbum illud non fuisset op-
positum, citat glos. in l. Decem ff. de fideicom-
missar. libertat.

Cui rei plurimum conducit consideratio san-
guinis, agitur enim de donatione facta filię per
patrem iuramento firmata, quare eo fortior erit
151 † extensio in casu nostro ratione sanguinis, quo
eadem attenta donationis præsumptio insurgit
ad notata in l. procula ff. de procurator. facilius
etenim dicitur extensio qualitatis in substantiam
quam noua illius inductio.

Nec obstant pręmissis ea, quę longa verborum
serie, dixit Corneus in consil. 49. in præsenti con-
152 sultatione vol. 3. † quia reprobantur per Deci-
um in citato cons. 472. nu. 8. vbi dicit quod iura,
quæ allegat Corneus non procedunt vbi adest illa
dictio vniuersalis omniũ vltra quod ea etiam ces-
sante pecunia in hæreditate separata, & præsidij
153 caussa † reposita semper venit sub nomine rei
mobilis, vt est textus ad litteram in d. l. si chorus
§. pri. ff. de legat. 3. iunctis alijs iuribus iam
citatis.

Secundo similiter dicendũ venit, in eadem do-
natione facta de medietate omniũ mobiliũ veni-
154 re Blada, vinũ, & ligna † namq; statim quod à
solo separata sunt inter mobilia cõnumerari cer-
tum est vt firmat speculator in tit. de fruct. & in-
teresse num. 5. vbi posita quæstione quod prælatus
decedens dixerit volo quod de omni mobili meo
fiant tres partes, sic distribuendæ, si quæratur qui
fructus pertineant ad defunctum responsio erit
quod omnes a solo sæparati tempore mortis suæ
155 venient, qui enim radice solo coherent, pars †
fundi sunt l. fructus ff. de Rei vendicat. post quã
autẽ separati sunt à solo quinimo, & in ipso actu
separationis mobilibus connumerantur. Hoc idẽ
probat Paulus Fuscus singul. suo 149. fructus
pendentes.

Nec cadit isto casu cõsideratio, quod ista essent
156 venalia, & nõ perpetuo † remantura vt placuisse
videtur, Capræ in consil. 45. cum vito vbi con-
suluit ea non venire quia dupliciter respondetur.

Primo quod ratione vniuersalis dictionis om-
nium non est recipienda distinctio de qua supra,
cum iam dictum fuerit vniuersale verbum opera-
ri quod nulla fiat deductio, ex Ruino in d. consil.
65. Decius in cons. 372. num. 26.

Secundò quod nos versamur in Equite Viro
Nobili, & Patricio Mediolanensi, qui non nego-
tiabatur, nec emebat istos fructus, vt eos ex inre-
gro lucri caussa venderet, vnde quæstio est de bla-
dis, vino, & lignis ex bonis suis recollectis, quo
casu non potest dici quod haberet, & venderet
157 titulo negotiationis, & quia vendens † bladum,
vinum, & ligna percepta ex bonis suis non dici-
tur negotiari, vt per textum in cap. fin. de vita, &
honestat. Clericor. notat Abbas, in cons. 6. casus
super quo in fine lib. 1. quem in proposito refert,
& sequitur Decius in iam allegato cons. 472. in fi.

Quod autem dictum est de bladis in subiecta
materia declaratur vt bladorum nomine conti-
158 neatur omne id † quod terra seritur Bartol. in
l. 1. §. de eo opere. ff. de aqua plu. arcen. glos. 1.
in l. triticum ff. de verbor. obligat. cap. ex multi-
plici ibi de Blado, & vniuersis leguminibus de
decim. Qua re non solum in ipsa dispositione ve-
niunt frumenta, ordea, siligines, vel spelta. Hor-
dea, legumina, quęcunq; milium, melica, sed &
lini semen, & omne aliud, quod in agro, vel terra
seritur. Bart. in d. l. triticum num. 6. & in eodem
cap. ex multiplici num. 2.

Quinimò cum in dispositione facta per Patrẽ
adsit vniuersali dictio omniũ, sunt qui opinãtur
159 optima ratione venire etiam semina † licet de-
stinata sint in subsidium bonorum, quasi perin-
de sit, ac si in donatione prædicta dixerit dona-
tor dedisse omnia blada, quo casu etiam semina
compræ-

comprehendi sic post Ruynum in pauló ante ci-
tato cons. 65. scribit Rol. à Valle in cons. 96. viso
instrumento in fine vol. 1.

Quod autem de lignis meminimus placet
referre ad distinctionem quam facit I.C. Vulpia-
nus in l. ligni appellatio 55. ff. de legat. 3. vt scilicet
160 ad sola ligna † quæ comburendi gratia reposita
sunt nó autem ad materiam vt putá trabes tigna
quæ ædificiorum gratia parata sunt quod tamen
intelligendum puto de hijs quæ ad propria ædi-
ficia priusquám morerentur testator destinauerit,
quia si pro alienis ædificijs medio venditionis
essent parata vtique do ipsis, ac de alijs fructi-
bus, & mobilibus á solo separatis iudicandum
161 esset, sic enim intelligendum esse eum textum †
ratio suadet, quia scilicet destinatio disponentis
erat directa ad pretium, & sic ad pecuniam quæ
nihilominus mobilium nomine veniret, vt supe-
rius tactú fuit, & sic eam l. ligni appellatio decla-
ratam videmus per Socinum iuniorem in cons.
120. circa primam difficultatem nu. 19. vol. 1.

Tertio principaliter dicimus quadrigas hoc
est currus, & equos venire in eadé donatione ad
commodum Dom. Paulæ Brippiæ de Calcaterra
162 quia, & mobilium appellatione continentur, †
textus est in d. l. mouentium ff. de verborum si-
gnificat. quod etiam probatur per l. á Diuo Pio §.
in venditione, ibi, & primo quidem Res mobiles
animales, & ibi Gloss. in verbo animales sic notat
speculator in d. tit. de fructibus, & interesse in §.
1. num. 8. versic. tertio quęritur, vbi dicit pecu-
163 des etiam, & alia omnia contineri animalia † &
eú sequitur in soepius allegato cons. 381. nu. 4.

Nec præmissæ donationi in aliquo præiudica-
tum censemus per testamétum exinde conditum
post eam donationem per præfatum D. Equitem,
vel quia, non potuisset præiudicare, vbi voluisset
164 quia contractus † ab initio sunt voluntatis, &
ex post facto necessitatis, tanto magis quod irre-
uocabilem esse contractum partes iureiurando
affirmarunt cú expressa promissione de non cō-
traueniendo. Vltra quod etiam habet donatio
caussam, & titulum vltro citroq; obligatum.

Vel etiam quia eandemmet donationem con-
firmatam dicimus per testatorem fuisse in pluri-
bus locis, in quibus discretiué de medietate bo-
norum loquutus fuit ad commodú Dñæ Blancæ
vxoris sed præsertim in ea parte in qua dicit. Ité
Lego Paulæ filiæ meę illud quod continetur in
donatione sibi per me facta de qua rogatum fuit
instrumentum per infrascriptum Io. Andream
Musetam.

Nec fiat vis quod in legato facto D. Blancę di-
sposuerit de omnibus, Quadrigis, & equis, quia
eadem debet intelligi de contentis in donatione
sed de reliquis, & sic erit restringendus sermo
conceptus per verbum omnes de proprijs non
165 de alienis quia † quantum vis generalis sit dis-
positio semper reducitur ad habilitatem, & ita vt
quæ antecedant non corrigantur Roman. consil.
399. nu. 11.

Quod pertinet ad legatum factum Perillustr. D.
Blancę vxori per D. Equité Brippium de vsufru-
ctum omnium, & singulorum bonorú mobilium
& immobilium ac se mouentium nulli dubium
est quin cótenta generalitate, & vniuersitate ver-
166 ború quib9 relictus est vsusfructus veniant blada
quæcunq; vinum, & similia appellatione mobili
um pro tempore expresso pręsertim, quia videtur
supponi relictum non excedere quartam ad for-
167 mam statuti Ciuitatis Mediolani 295. † Quili-
bet Maritus vol. primo, & cum verba sint Clara,
& satis aperta nun erit danda questio facti, nec
Iuris l. continuus ff de verború obligat. l. ille, aut
ille ff. de legat. 33. isto casu potest dici disponat te-
stator, & erit ien. §. disponat auth. de nupt.

Illud tamen cauédum est sic vsumfructú debe-
168 ri vt salua sit substantia † proprietatis ad notata
in l. prima ff de vsufruct. & quemadmod. Cauea,
l. prima Cod. de vsufruct. Federic. de Sen. consil.
46. & Hæc Intelligenda sunt respectu primæ dis-
positionis, quę respicit legatú vsusfructus tantum
Numero 11. & 12.

Ibi (est fauorabile, atq; ita laté interpretan-
dum) Dúm colligitur hic quod dispositio fauo-
169 rabilis † large debet intelligi dicas propositioné
hanc esse verissimam, per istam rationem dixi
170 alias quod legatum factum Piæ † causæ tamquá
fauorabile de Petia terræ in qua cadebat dubita-
tio de qua senserit testator debere præstari, in ea
petia quę maioris est quantitatis ad declarationé
171 l. titia §. seia. † ff. de Auro, & Argento legato,
vt latius continetur in decisione mea consultiua
55. legauit testatrix, lib. 2. in qua obtinui sum-
172 ma enim est ratio quę † pro religione facit l. sút
personæ in fine ff. de religios. & sumpt. fun. facit
decisio Surdi 298. Aureorum in Italia num. 10.
vbi dicit quod legatum factum Piæ causæ inter-
pretamur de eo quod est maius. Hinc etiam di-
xit legatum factum pro celebranda missa quoti-
173 diana sub certa † summa pecuniarú quæ nun est
sufficiens pro capellano esse augendá mercedem
174 non vero diminuendú missarú numerú contra †
Borgnin. Caualc. in Indice pri. vol. decis. in verbo
verba in dubio vt in decisione mea consultiua
75. testatrix vt Deo se conciliares libro 2 Hinc
Iterum dixi legatum factum de certa quanti-
175 tate † danda per Heredem Monasterio cum ex-
pressa declaratione, vt cogatur quidá tertius ad
védendú illi Monasterio domú ad hoc vt ibi ædi-
ficetur Ecclesia cú clausulis, & nó aliter &c. cum
aliter &c. præstandum esse vbi de iure non potuit
cogi ille tertius ad vendendum, & ita pronuntia-
tum fuit per Excellen. Mediolani Senatum vt la-
tius patet, ex decisione mea 7. Legatum factum
per q. Reuerendiss. lib. 1.
176 Hinc aureorum, si certa quantitas legatur †
fauore dotis intelligitur de maiorib. l. nuptura
ff. de iure dotiú, Surdus in allegata decis. 298.
nu. 8. vbi dicit ita sępius fuisse pronuntiatum per
Excellentiss. Montisferrati Senatum post Bald.
Nouell. in tractatu de dote parte 6. priuilegio 73.
quod ego dixi limitando textum in l. Nummis
177 indistincte † ff. de legatis. 3. vt ibidem ad eum
textú videbis. fauor .n. dotis maximus est nedú
respú quantitatis sed etiam firmitatis, & roboris
ipsi9 legati, ita vt si quæstio fuerit de legato facto
178 per auum Nepti † ad hoc vt facilius maritetur
& contigerit á Patre fuisse matrimonio colloca-
tum, & dotem recepisse fuerit confessa neptis, &
respectiue filia cum particulari renuntiatione ad
bona paterna, & materna legatum ipsum adhuc
deberi dicatur, & ita me patrocinante fuit deci-
sum ab Excellen. Montisferrati Senatu ad com-
modum vxoris D. Marci Antonij Vallarij ex iu-
ribus quæ sequuntur.

Quam-

Quamuis dicantur verba renunciationis factæ
legatarię ad commodum Guatij Patris generalia
vniuersalia, ac geminata ibi A tutti li beni pater-
ni è materni, & ibi in qual si voglia modo, & per
qual si voglia ragione potessero spettare, & per l'-
auenire pertenere. Non est tamen concludendum
quod per illa verba induci possit renuntiatio ad
legatum factum eidem D. per q. D. Auum eius
maternum etiam quod iungatur, eā declaratio
per quā renuncians affirmat se competenter do-
tatam. Quia pręmitendū est quod verba genera-
179 lia † generaliter sunt intelligenda quando nul-
la facta est expressio, quæ sit causa restrictionis
Glosa, & Doctores ad l. Emptor. §. Lucius ff. de
pactis, & satis est quod sit aliquid expressum per
quod salua ratione recti sermonis, restringi pos-
sit generalis locutio l. Plurib. ff. de accepta Bart.
allegantur in l. Aurelius §. Caius quinta quæst.
princip. ff. de libera. legat. & in l. si de certa. Cod.
de transact. proinde cum verba hęc renuntiatio-
nis restringantur quoad bona paterna, & mater-
na, non est quod generalitas ipsorum verborum
nocere habeat, licet enim dictum sit à tutti i beni
datur tamē sequens declaratio per ea verba subse
quentia paterni è materni seruit in proposito
quod verbum vniuersale præcedens declaratur,
180 & restringitur † per illa verba subsequentia pa
terni è materni l. nam quoad liquide in fine ff. de
pen. leg. cap. sedes, vbi doct. præsertim Dec. num.
19. de rescrip. & in hoc proposito consideretur
181 etiam text. in l. in personā seruil. ff. † de reg.
iur. vbi licet dicatur per eum textū quod in per-
sonā seruilem nulla cadit obligatio, & nichilomi
nus dictio illa nulla restringitur tantum in perso-
na seruilē respectu obligationis ciuilis, quia cen-
setur excepta obligatio naturalis, per l. si id quod
ff. de cond. indeb. facit ēt quia verba semper sunt
182 intelligenda secundum subiectam † materiam
l. si vno anno in princ. ff. locat. l. si stipulatus de
vsur. l. insulam de pręscription. Bar. & cęteri in
Rub. de nov. oper. nunciat. & verba ipsa in qual si
voglia modo, & per qual si voglia ragione potes-
sero spettare, & per l'auenire pertenere etiam
quod essent diuersi Sensus ratione vniuersalita-
tis, & generalitatis nihilominus ex verbis adiun-
ctis declarationem atq; interpretationem recipi-
unt l. si id adijciatur ff. pro socio l. his verbis in
principio ff. de legat. tertio, & ipsa verba gene-
183 ralia restringuntur † ad bona specificata pater
na, & materna l. si de certa Cod. de transact. l. qui
cum tutoribus §. fin. ff. eodem Ang. in l. oblatio-
ne generali ff. de pignor. & operatur expressio
dictorum bonorum paternorum, & maternorum
quod respectu iurium competentium in bonis
auitis dicantur, & nūquam fuisse cogitata adque
184 † non trahitur renuntiatio l. si hominē ff. mād.
l. cum aquiliana ff. de transact. etiam quod adsit
iuramentum l. finali ff. qui satisdar. cog. l. finali
cod. de non nu. pec. Bar. in Auth. sacramēta pub.
prope finem cod. si aduer. vendit. & in l. si quis
pro eo ff. de fideiuss. Rip. in repet. l. si vnquam
quest. 3. nu. 10. & quest. 52. in fin. cod. de reuoc.
donat. vt infra saluis.

Nec nocet allegare quod renuntiatio ample-
ctatur legatum scutorum centum relictum per
auum maternum vt potè, quia legatum ipsum di
catur relictum in auxilium matrimonij per ea
verba expressa per legantem ibi pro eius facilius
maritandis, & ex verbis contentis in ipsa renun-
tiatione ibi d. legataria vocat se competenter do
tatam, quia aut prętendit d. Guatius legatū fuisse
conditionale, & fundatur super causa finali, ita
185 ut † cessante causa debeat cessare legatū ex not.
per Doct. ad l. si pater ff. de hęred. instit. & isto ca
su legatum non potest dici adimpletum quia lega
186 tum relictum mulieri, vt nubere † valeat, vel in
auxilium maritandi, etiam quod dies legati ad
uenerit in eo casu in quo nupta reperietur, illud
non poterit legataria consequi, licet enim prima
facie videatur quod dicta d. legataria non debeat
habere dictum legatum quia testator voluit dari
per ea nubenda ex quo iā diù fuit, & stetit nupta,
& habet bonam dotem ita vt dicatur exclusa à pe
titione quæ enim nupta est, & maritata relictum
pro ea maritanda, & nubenda non videtur posse
consequi, cum in effectu dicatur testator legasse
centum cum nupserit, ex quo legauit pro ea nu-
benda iux. not. in l. hæc conditio la prima, & l.
Titio centum §. Titio genero. ff. de condit. & de-
monst. Respondetur tamen quod licet habuerit
aliundè dotem videlicet, ex bonis, & hæreditate
patris, & matris, tamen nō per hoc sequitur quod
non debeat habere legatum, ex quo verificata est
cōditio sub qua fuit relictum, vt singulariter not.
in proposito Io. de Imola omnino videndus in
cons. 113. nu. 9. Paul. de Cast. in l. Publius ff. de
cond. & demonst. nu. 2. vbi allegat in hoc propo-
sito Gul. de Cuneo in terminis, & dicit, quod si
187 alicui fuerit legata † quantitas pro dote à quo-
dam tertio, & ipsa viuo testatore se dotauit, vel
alius eam dotauit, quod nihilominus possit lega-
tum petere mortuo testatore, & in fortioribus
subdit quod si alicui aliquid relinquitur cum
188 doctorabitur, † vel pro expen. doctoratus, &
viuo testatore doctoratus est, & aliundè fecit ex-
pensas, adhuc tamen poterit legatum petere.

Aut prætendit includi legatum ipsum sub eo
prætextu quod vocauerit se competenter dota-
tā, & isto casu dicendum est fundamentum non
subsistere, quia intelligendo verba secundum su-
iectam materiam prout supra dictum fuit, dixit
189 se competenter dotatam † de bonis paternis, &
maternis, sed per illam declarationem nō potest
inferri quod dixerit se tacitam, & contentam de
legato per Auum relicto, & verba intelligenda
190 sunt in vero & proprio sensu, l. non aliter. ff. de le-
gat. 3. l. fin. Cod. de his qui vsu qui ven. ætat. im-
pet. & interpretari debemus secundum naturam
191 † actus de quo agitur Bald. in rub. Cod. de con-
trah. emp. q. 9. Dec. in l. Quoties idem sermo, nu.
9. ff. de reg. iur. & in cons. 473. num. 11. Gozad.
in cons. 74. num. 16.

Fortius in proposito stringit id quod in simi-
libus not. Bald. in l. de his. ff. de transact. vbi di-
cit quod si pater relinquerit aliquod pro dote fi-
192 liæ, deinde fratres maritauerunt sorores, † &
fecerunt quod vocaret se contentam dote, & re-
nuntiauit omni iuri quod hæredes in hæreditate
paterna non valet renuntiatio, quo ad relicta ei-
dem in testamento patris nisi fuerit sibi ostensum
testamentum itaut intelligeret hanc opinionem
sequitur Natta in terminis in cons. 363. in prin.
& hæc est materna. l. de hijs ff. de transact. cui nō
est sufficienter responsum per partem aduersam
quæ fundat se super iuramento, respondetur .n.
quod renuntiatio cum iuramento non includit
casus

casus † quos non iurata non includeret Osasch.
decis. 112. nu. 11. & in hoc proposito dixit Bart.
in l. sed & si quis §. Quæsitum nu. 4. ff. si quis caut.
per tex. in l. finali. Cod. de non numer. pec. & in l.
fin. in princip. ff. ad municipales, quod si posita
fuerit generalis renuntiatio in instrumento, &
interpositum dicatur iuramentum, ad illos solos
casus iuramentum refertur, ad quos ipsa renun-
tiatio referenda est, & ita tollitur obiectum, quod
iuramentũ habeat vim specialis renuntiationis.
Secundò non subsistit virtus illius clausulæ, &
generaliter, quia ex sententia Azon. in summ.
tit. ad Velleian. renuntiani generaliter non sibi
294 præiudicat † quando nesciuit, vel non cogitauit
sibi competere ius, & vltrà quòd illa clausula, &
generaliter debet intelligi secundum subiectam
materiam renuntiationis factæ, de bonis paternis
& maternis. Dicitur quòd ex quo præsumitur
D. Legatariam habuisse ignorantiam testamenti,
vt ex not. per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres
3. quæst. ff. de verb. oblig. dixit in terminis Natta
in cit. cons. 363. num. 3. vbi subdit in proposito,
quòd talis renuntiatio non extenditur ad inco-
gnita, & ignorata, per tex. in l. mater decedens ff.
de inof. testam. l. legitimam. ff. de pet. hæred. l. in
l. in repudienda. ff. de acquir. hæred. Soc. iun. in
295 cons. 18. numero. 6. & demum dicitur, † q huic
l. de his non censetur renuntiatum per renuntia-
tionem factam omni legum auxilio, vt voluit
Soc. sen. cons. 12. nu. 20. & 85. ac seq. vol. 2.
Nec dicendũ est quòd ipsa verba renuntiatio-
nis sint superflua, quia satis est, quod operentur
in casu expresso, tanto magis quod renuntiatio
296 est strictæ † interpretationis ad notata, in l. cum
de indebito de probat. in cap. quamuis de pac.
in 6. Nec valet cõsideratio super Decreto, quia
in omnem casum ipsa renuntiatio est corrobora-
tiua, vnde non est recedendum à sensu renun-
tiationis, quia esset mirabilis cõsequentia renun
tiatum est bonis paternis, & maternis, ergò &
legato per Auum relicto, non enim potest inferri
de vno ad aliud, & esset quodammodo translatio
297 miraculosa, quòd qui vnum dicit † aliud diuer-
sum voluerit includere, l. Papinianus exuli ff. de
minor. & dictum Ioan. Guterij non procedit in
casu in quo est restrictio, ad bona paterna, & ma-
terna, vltrà quod eius opinio non transit siue dif-
ficultate, per ea quæ notat Soc. iun. in cons. 18. nu.
3. vbi in fortinribus dicit maxime dubitari, nun-
298 quid posit † huic legi cum iuramento in spe-
cie renuntiari, & eius forma remitti. Quarè præ-
missa replicando D. Marcus Antonius Valla-
rius arbitratur in sui fauorem laudãdum esse &c.
ex consil. 330. Baldi vol. 5. vbi adest casus. R.C.
Pro veritate istius consultationis, Adde quod
299 filia quæ renuntiauit in manibus patris † po-
terit non obstante renunciatione facta petere le-
gatum dotis sibi factum ab Auo paterno sic in ter
minis Ias. in cons. 69. vt præsens decisio num. 4.
vol. 1. Cui vt obuiam iret pars aduersa dedit ma-
nus ad probationes quod filia scire legatũ ipsam
de tempore renunciationis, sed fuit responsũ,
vt in terminis infrà in vers. Datis iuriũ. Rol. Ca.
Causa quæ in Excellentiss. Senatu tractabatur
inter Dominos Iugales de Vallarijs, &
Dominos Io. August. I. C. & Capitaneum Lu-
douicum patrem, & filium de Guatijs partes di-
uersas fuit commissa consilio, & decisioni iuris-
periti per Dñum Iuriscõsultum Morum eligend
qui quidem, consilium suum protulit, is, tamen
propriè arbiter, vel arbitrator dici non poterat,
siuè quia nullum præcessit compromissum, nullus
ue coram eo, actus gestum fuit, & vt de iure tantũ
responderet, assumptus, siuè quia erat incertus, &
incognitus, ob id rectius appellabitur consultor,
cuius cons. cum erroneis, seu falsis nitatur causis,
vel saltem iniquitatẽ contineat, quod sit dictum
venia prius postulata à præceptore, & D. Meo
Collendiss. (scilicet Excellentiss. D. Massinio de
cuius agitur responso,) vbi ex primo nullum nõ
sit, saltem ex altero ad arbitrium boni viri reduci
debet per tex. in l. societatem 76. in §. arbi-
trorum ff. pro soc. l. si libertus 30. ff. de oper.
200 liber. quandoquidem consilium † illud intelligi
debeat arbitrio boni viri, & quatenus sit de iure
l. Titium, & Meuium 47. §. quantum ff. de adm.
& per. tut. Hanc quæstionem ponit spec. tit. de
arbitris §. seq. num. 16. ad fin. Bar. in l. 5. §. si
plures num. 11. ff. de exercit. act. & in d. l. Titium
& Meuiũ Panorm. in c. 3. cũ ibi addent de off. &
pot. Iud. Deleg. Felin. in cap. cum venerabilis nu.
43. cum seq. de excep. Ias. autẽ in l. admonendi
prima lect. nu. 47. & 2. nu. 41. ff. de iureiur. dicit
201 quando fertur sententia, ex consilio sapientis †
ab ea nedũ appellari posse, sed nunq; illã in iudi-
catũ trãsire imo semper, & qñcũq; posse retracta
ri, & præter alios refer. Roman. 228. qui vere id
multis rationibus confirmat à nu. 14. vsq; ad fin.
cons. & ibi add. & præsertim in littera A. com-
munem autem opinionẽ esse profitetur Dec. cons.
mihi 277. non leuis perplexitas num. 12. vbi in
consulendo, & iudicando ab ea receden. non esse
demonstrat, quanto igitur magis præmissa pro-
cedent, vbi nulla, vt in casu isto fuit lata sententia,
& negotiũ potius inter ipsas partes gestum fuisse
dicatur, neq; obstat, si quis dicat saltem in vim
202 pacti valere, vt videtur esse tex. l. 2. † C. com.
vtr. iud. & ibi not. quia respondetur legem illam
procedere, quando quis consensit diuisioni iam
factæ licet sit nulla, ac in casu isto approbatio pro-
mulgationẽ voti præcessit, vt tãquã incertũ con-
tinens, nõ contentum certum approbatum dica-
tur, scribentes verò qui dicunt laudum nullum
per partes emologatũ in vim pacti valere, loquũ
tur, in casu quo emologatio fuit laudum ipsum
subsequuta vt subsequi, debet, iuxta tex. in l.
eam antea 5. & ibi Bar. num. 5. C. de arbit. Soc.
cõs. 105. nu. 13. lib. 4. Deindè partes ipsas voluisse
valere in vim voti, & decisionis, non autem con-
uentionis, & pacti, de quo stippulatum non ex-
titit, ex his quæ refert. Paris. cons. 24. num. 163.
p. 2. & demum ipsam D. Eleonoram errore du-
ctam ad assertam approbationem deuenisse, ap-
probãdo id quod incertũ erat, an sibi damnosum
esset, vel vtile, & quod si ante sciuisset, nequaquã
approbasset, & error maximè iuris facile præsu-
203 mitur † in muliere vt post Alex. Soc. & alios quos
allegat traddit Mascar. de probat. conclus. 640.
num. 12. ad illam tex. etiam resp. Dec. in c. exa-
minata nu. 7. de cõfirm. vti l. vel inut. Quod autẽ
sit iusta causa cons. vel votum illud reuocandi
probatur quia primum fundamentum super quo
fundatur quod cesset hodie causa finalis pro eis
facilius maritandis, non sustinetur quoniam ver-
ba illa pro eis facilius maritandis non sunt appo-
sita dispositioni legati sed executioni scilicet da a

da, & soluenda, ergo non reddunt legatum illud conditionale, vel causale tex. est, & ibi glos. in l. quidam testamēto 96. ff. de leg. 1. Ang. de Gamb. cons. 72. nu. 9. hinc est quod non dicuntur facere conditionem, sed tantū demonstrationem vt not. Bal. cons. 174. libro. 1. & causa non dicitur defecta, sed adimpleta idem Bal. in l. filia legatorum C. de leg. habita maximè ratione quantitatis legati longe minimæ, respectu constitutæ dotis quatuor millium aureorum, & si verum esset præsupositum præstantissimi D. Consultoris, sequeretur quod dies legati nūquā venisset etenim facili-
204 tas siue difficultas maritandi † esse, & considerati pōt vel ex parte patris filiæ, vel ex parte viri, si ex latere viri tract. facilior reddi nequit intuitu talis legati, quod ignorare præsumitur, tamquam paruę quantitatis, si verò, ex parte patris filię nec itidem, quia illa scuta centū legata tanti non sunt facien. vt debeant posse reddere procliuiorem ad contrahendū, & constituen. filię in dotē scutos quatuor mille, vltra quòd cū agatur de interesse filij, negari, semper poterit huiusmodi dificultas, & quicquid sit, cum filiæ stent in fide parentum, nec eas, viros, sibi eligere deceat, & ex se ipsis nuptias contrahere, nūquā eueniret casus prętendi, legatum, & testatoris dispositio redderetur elusoria propterea quod facilitas maritādi idem sit quod auxilium, & subsidium latius suis loco, & tempore demonstrabitur prout etiam quoad alia iura ad ipsorum dominorum iugalium fauorem tendentia. Nunc autem sat sit summatim attingere, vt iusta reclamādi causa ostendatur. Nec pariter subsistit alterum fundamentum renunciationis, quæ expresè, & specificè de huiusmodi legato non fuit facta, quod licet non dicatur ęs alienum testatoris, dicitur tamen es alienum hæreditatis, siuè matris, non est vt talis simpliciter, sed vt hæredis testatoris, & pro quo, non solum competit personalis actio, vt dicit D. Consultor, quamuis legatū quantitatis discretè dicatur vera etiam realis quod expresè sancitum est, à Iusti-
205 niano tres actiones † pro legatis constituente in l. pri. C. com. de leg. vbi in fin. inquit. in omnibus autem huiusmodi casibus in tantum, & hyppothecaria vnūquēq; cōuenire volumus in quātū personalis actio aduersus eam competit, & hippothecam esse non ipsius heredis, vel alterius personę quæ grauata est fideicō misso rerum, sed tantum modo earum quæ a testatore ad eum peruenerent; igitur cum reali actione legatum etiam peti posit iuxta normam tex. in §. nostra autem inst. de leg. & l. 2. C. com. de leg. quo casu D. Consultor sentit pro Domina Eleonora habemus intentum, aduertendo quod in locis proxime allegatis non sit aliqua differentia inter legatum speciei, & legatum quantitatis, vt melius est videre, quam referre, & in d. l. 5. §. si enim testaror. Ex his itaq; ostenditur hæreditatem q. D. Io. Vincentij Trózani per aditionem factam ab hærede matre dictę D. Eleonoræ, non posse dici adeò confusam effectā cum ipsius bonis vt non amplius testatoris, sed matris bona nuncupentur adeoq; facta renuntiatio de bonis maternis ad illud legatum pariter extendatur quia bona illa, legatario, donec re legata caret, sunt loco hippothecæ, & bona hæreditaria dicuntur vt dictis iuribus. Neq; tandem defendi potest tertium fundamentum quod frustratoria fuisset renuntiatio facta per D. Eleonoram, nisi etiam intelligeretur de hoc legato quoniam resp. de iure communi, cum dotandi onus
206 spectet † ad patrem l. fin. C. de dot. promiss. cum vulg. habere filiam dotatam à patre ius petendi legitimam in bonis matris, vbi autem opponatur de decreto patriæ. Respondetur eo non obstante solere patres, à filiabus dum nuptui, eas traddunt talem renontiationem procurare, vt notoriū est, & si in nihilo esset profutura, sed quęso vt armis in ipsam iactis se Domina Eleonora defendat, stante decreto, de quo supra ad quid patri proficit, & quid nam operari poterit renunciatio, quam fecit de bonis paternis cum competenter fuerit dotata nihil certè, quia dotata à patre, non habet regressum ad bona paterna, & tamēn fuit procurata, ergo idem dicendū est de alia renūciatione facta de bonis maternis. Quibus stantibus etiam si admittamus Dominum Consultorem, tamquam arbitratorem, qui longe rectius, quam arbiter dici poterit, & consilium vti laudum approbatum, & emologatum, cum, renuntiatione reductionis ad arbitrium boni uiri, & id genus alijs consuetis apponi, nihilominus licita erit reductio siuè sit nullum, veluti probatum ex falsis, vel erroneis causis, quod tunc, & si approbatum nec in vim pacti valere respondit Dec. cons. 475. nu. 13. & cons. 632. num. 15. siuè contineat nedum enormem, sed enormissimam lęsionem quo casu quamuis laudum ex statuto
207 haberet executionem † paratam, admitti tamen reductionem tuetur idem Dec. cons. 60. num. 2. infrà hanc autem opinionem amplexus est spec. d. tit. de arbi. §. fin. nu. 22. & ibi Add. seq. Bar. in d. l. societatem §. arbitrorum num. 24. & latè ibi Add. & alijs communiter quos ne longa serie nūcupatim referam sufficiat videre additionem ad Ant. de Butr. cons. 24. solum dicam hanc sententiam approbare Guid. pap. dec. 119. Boer. dec. 284. num. 18. D. de Rota decis. 52. alias 211. de arbit. in antiq. cap. Tholos. quæst. 268. Io. Lud. decis. Luc. 27. & And. Gail. obser. 150. lib. 1. quæ opinio apertè procedit etiā quacunq; emologatione non obstante, & maximè facta ante latum laudum, vt dixi supra ex Bart. in d. l. cum antea, & Anchar. quest. 26. num. 9. semper enim interpretatur si iustè latum sit. Paris. cons. 24. num. 14. neque obstat etiam tacita, cum non fuerit reclamatum intrà decendium, quia communis est opinio, à qua nec in consulendo, nec iudicando recedendum esse testatur Anan. consil. 56. quod reductionem impedire nequit prǽterea non sumus in terminis d. l. cum autem quæ procedit in arbitris, nōn in arbitratore de quo loquimur, quam talem appellare videtur Gail. ibidem nu. 7. quo casu reductio peti potest vsq; ad 30. annos sicq; Cameram Imperialem obseruare dicit nu. 2. accedit ad confirmationem prædictorum, quia etiam posito quod aliqua in contrarium adduci possent, tamen non potest negari, quia saltem per auctoritates, & rationes prædictas articulus reddatur dubius, ergo in dubio admittendū est, quia petitio reductionis sicut dicimus, quod quando
208 est dubium, † an sit deferendum appellationi debet in dubio deferri hæc sunt verba Alex. multis iuribus dictum comprobantis in cons. 139. nu. 7. libro septimo.

Aduersus votū venienti videbatur obijci quòd subscripserit illi quod proinde non merebatur audiri.

auditi, quia ratificans laudum sibi præiudicat verum Respondi subscriptionem ipsam non nocere quia facta fuerat ante prolationem laudi, nec innotuerat ipsorum ratificandorum tenor, quo casu etiam quod ratificatio fuisset iurata non tenet, vt probat, Polidorus Ripa, obseruatione 308. vbi de arbitris propè finem, & ita reuocato, laudo, juxta priorem meam sententiam vt dictū fuit decidit Excellentissimus, & Religiosissimus Montis Ferrati Senatus. Rolandus Cauagnolius.

Numero 16.

Pro intelligentia regulæ l. vnicæ §. sin autem ad deficientis. C. de Caduc. Tollend. quod scilicet ab ommissione detur argumentum ad non dispositionem dicas non censeri ommissum, quod
209 † sub generalitate sermonis est comprehensum. Vide quæ dixi supra ad Consilium Menochij 14. Dubius ancepsq; non parum numero 15. lib. 1. & in Decisione mea Consultiua 112. Verba dispositionis lib. 3. Rol. Cauagn.

Numero 19.

Ibi (in dispositione fauorabili, & latè interpre-
210 tanda) de larga interpretatione † facienda ad fauorem legatarij cōtra heredē plura scribit Ioseph Ludouic. decis. Perus. 23. Domina Clementia, nu. 20. & sequentibus, parte prima. Rol. Cauagn.

Numero 23.

Ibi fundo legato veniunt, & pascua. Empta pro
211 fundi † vtilitate. Hoc idem sentit Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum tit. 2. num. 8. lib. 9. Vbi legato fundo accedunt pascua, ad vsū fundi destinata faciunt, quę superius dicta sunt de arundineto ad vineam, num. 89. & 90. Rol. Cau.

Eodem numero ibi (testator expressim legauit prædia omnia, cum omnibus suis domibus, & ædificijs.) Adde quod legatum generis omnium, & quorumcunque bonorum non recipiunt restri-
212 ctionem † ex verbis vltimo loco prolatis ab ipso testatore. Afflictus decis. 106. Rol. Cauagn.

Eodem numero 23.

Ibi (ergo hæc horrea, & cellæ venariæ sub hoc legato continentur.) Adde quod idem dixi pro Iugalibus de Squillerijs de loco Cabagnolij, Ditionis Montisferrati, vt in sequenti legitur responso.

SVMMARIVM.

1. *Cella vinaria, quando veniat in venditione domus.*
2. *Balnea, & hortus, quando veniant in legato.*
3. *Venditione facta quæ veniant.*
4. *Consuetudo illius apud quem res esse consueuit debet attendi.*
5. *Venditor censetur transtulisse in emptorem rem qualem consueuerat habere apud se.*
6. *Apotheca quando veniat sub nomine legatæ domus.*
7. *Venditioni accedit id omne quod intra confines clauditur.*
8. *Quod venditor non excepit venit in venditione.*
9. *Camera, vel coquina, an veniat in legato domus.*
10. *Voluntas hominis ambulatoria est vsq; ad mortem.*
11. *Probatio, quæ non concludit, non attenditur.*
12. *Pretij quantitas, demonstrat quid venerit in emptione.*

VIsis iuribus Bernardini, & Sebastianæ iugaliū de Squilerijs de loco Cabagnolij resultantibus tā ex depositionibus testiū, qui dicuntur examinati ad instantiā Melchionis Parētis partis aduersæ, quàm ex instrō venditionis domus cōcurro in sententiam Præstantissimi Viri I. C. Celleberrimi D. Alberti Rosenganæ, cuius dictis accedendo comprobo in venditione
1 domus † factæ per eundem Melchionem venire cella vinariam eidem domui annexam, & quæ vsui dictæ domus venditę priori tempore seruiebat, videtur hoc probari ex l. prædijs. §. qui domum. ff. de leg. 3. & ex §. Balneas vbi ad litteram
2 dicitur Balneas esse portionem legatæ domus, † & hortum etiam vicinum domui compræhendi appellatione domus præsertim quando ad vsum domus stabat hortus prout præsupponitur stetisse cella vinaria, facit l. si partem ff. de seru. rust. præd. & l. quod in rerum §. 1. ff. de leg. 1. si quidē sola destinatione hominis domus, & adiacentiū
3 nomina constituuntur in emptorē enim † transeūt omnia quæ penes venditorē aderāt ratione accessionis, ad notata in l. si aquæductus ff. de cōtrahen. emp. solet enim in contractibus perinde, ac in vltimis voluntatibus inspici consuetudo
4 illius † apud quem consueuit res esse de qua agitur l. hęredes palàm §. sed & si notam ff. de testam. l. si seruus plurium § fin. ff. de leg. 1. sic notatur, in l. circa C. locati, & per glos. semper in stipulationibus ff. de reg. iur. videlicet quod ven-
5 ditor talem censeatur † transtulisse rem, qualem apud se hàbere, vel locare consueuerat, idest vel separatam, vel vnitam iuxta tex. d. l. prædijs §. balneas, & §. fin. sic in proprijs terminis arguit Alba Mand. in cons. 316. num. 4. vol. 2. conferunt mirificè ad hoc propositum ea iura quæ compilata fuerunt per occulatissimū D. causę patronu.

Vlterius etiam considero quod in proprijs terminis dixerunt Doctores, quod domo legata ve-
6 nit etiam apotheca † illi vnita, & annexa vt animaduertit Alex. in consil. 204. Perspectis verbis testamenti in princ. & ferè per tot. lib. 6. faciunt notata per Crauettam in cons. 234. ex datione insolutum, lib. 2. & Nattam in cons. 117. insignis Doctor. num. 2. lib. 1. annexorum eorum idem est iudicium considero ad hoc propositum tex. mirabilem in l. fundi nihil est, & in l. Granaria ff. de act. empt. quæ multo magis videntur stringere in subiecta materia in qua cōcludenter, Videtur probatum cella vinariam de qua agitur comprehendi intra confines datos domui distractæ, quo casu locus est tritissimę conclusioni, quod omne
7 id quod clauditur † intra confines intelligitur comprehendi in legato, & contractu, si totū illud quod comprehensum est intra eosdem confines erat eiusdem venditoris, ponderatur ad hoc propositum tex. in l. ædes sacra in §. 1. ff. de cōtr. emp. præsertim quia nihil venditor nominatim excepit in eodem instrumento, vnde quod ven-
8 ditor nominatim non excepit † ad emptorem pertinet, & illud est vrgentissimum fundamentū prout optimè declarauit Alex. in consil. 54. Ponderatis verbis testamento lib. 3. vbi docuit in legato domus non contineri cameram, seu coqui-
9 nam, † ex eo quod coquina reperiretur extra confines, & cohęrentias datas per testatorem in testamento, & legato.

Nec habet officere fundamentum partis ad-

uerlæ ſuper declaratione venditoris, quia eadem
non eſt aſtricta ad tempus factæ ſtipulationis, &
10 quia † ambulatoria eſt hominis voluntas vſq; ad
mortem l. 4. ff. de adimen. leg. poteſt reſponderi,
quod non eſt attendendum quod prius, vel poſt
tractatum, & accordatum fuerit inter partes, ſed
quod poſt medio tempore ſtipulatum fuerit, pro-
11 batio † enim quæ nõ aſtringit negotium ad tem
pus factę ſtipulationis, & publici inſtrumenti cõ-
cludenter nõ probat, l. neq; nales, C. de prob. l. nõ
hoc. C. vnde legitimi.

Nec eſt iſto caſu ſilentio prętereundũ quod mi
hi pręſupponitur in facto, ꝙ domus ipſa vbi ſine
cellaunaria fuiſſet diſtracta non vtiq; cõuentum
fuiſſet de tanto pretio, & quod maioris pretij nõ
erat de tempore factę diſtractionis quam pretij
12 conuenti, ex quo pretio † conjecturatur volun-
tas contrahentium per l. ſemper in ſtipulationi-
bus. ff. de reg. iur. & hoc arg. genere vtitur Imol. in
l. 3. ff. de acq. poſſ.

Iterum de teſtibus non eſt curandũ quia quic-
quid ſit reſpectu eorum quæ dicuntur geſta cum
Bernardino Squilerio nõ poſſunt officere iuribus
Sebaſtianę vxoris eum qua ſimilem dicimus fuiſ-
ſe celebratum contractum venditionis dictæ do-
mus, & ad hoc tamquam irrefragabile fundamen
tum debet animaduerti, quia quo ad eam com-
peteret exceptiõ rei inter alios geſtę c. ſuper eo ex-
tra de offic. & poteſt. Iud. deleg. c. cum ſuper ex-
tra de ſent. & re iudic. l. 3. ff. de coluſ. detegen.
Oſaſ. deciſ. Pedemont. 38.

Concludendum igitur venit quod pronuntia-
tio proferenda eſt ad commodum Iugalium de
Squilerijs perpendendo iura reſultantia ex in-
ſtrumento, cui non contradicunt teſtes, nec illud
reſtringunt, & ita ex temporis anguſtia reſpon-
deo. Rolandus Cauagnolius.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia poſita in renuntiatione quando fiant apta comprehendere incogitata.*
2 *Renuntiatio facta verbis vniuerſalibus periculoſa eſt.*
3 *Lex ſi de certa Cod. de tranſactionibus perpenditur, & declaratur.*
4 *Verba generalia quando generaliter operentur.*
5 *Neptis dotata à patre conſequitur etiam legatum ei relictum in cauſſam dotium ab auo materno.*
6 *Baldi conſil. 330. lib. 1. declaratur.*
7 *Renuntiatio facta intelligitur de eo iure quod poterat renuntianti competere in bonis pro quibus facta fuit renuntiatio.*
8 *Renuntiatio facta de vna nõ inducit excluſionẽ de alio.*
9 *Renuntiatio facta patri non intelligitur de perſona fratris.*
10 *Renuntiatio facta patri, & matre non comprehendit perſonam aui.*
11 *Contractus non ſe extendit ad alium quam ad eum qui expreſſus eſt.*
12 *Legatarius licet capiat de manu hæredis ab ipſo tamen diſponente habuiſſe dicitur.*
13 *Lex vbi non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus.*
14 *Renuntiatio ex ſcientia quæ præſupponitur in renuntiante non extenditur.*
15 *Confeſſio minoris ſine curatoris autoritate non tenet.*
16 *Legatum relictum ad certam cauſſam non comprehenditur in generali renuntiatione.*
17 *Lex ij iam facta ff. de conditionibus, & demonſtrationibus perpenditur, & declaratur.*


Via in cauſa cuius ſupra memini
mus delegato facto in auxilium
matrimonij fuerat denuò dubita-
tum placuit reſpõſiones adductas
ſimiliter annectere, vt articulus
bene deciſus clarior fiat quibuſ-
cunq; ſtudioſis.

Datis igitur iurium Allegationibus ad demon
ſtrãdũ renuntiationẽ factã per dictam D. Eleo-
noram de bonis paternis, & maternis non trahi ad
legatum eidem factum per q. D. Vincentiũ auum
paternũ, vt probationibus rei geſtę. Præſto eſſent
Domini de Guarijs conuenti, teſtes produxerunt
quibus probaſſe intendunt quod eadem D. Eleo-
nora de tempore renuntiationis erat ſciens, &
certa de legato prædicto, ita vt non poſsit per eã
obijci quod renuntiatio facta compræhendat in
cogitata, & ignotata, vel etiam quia illa verba
generalia renuntiationis, ibi in qual ſi voglia
modo, & per qual ſi voglia ragione poteſſero ſpet-
1 tare, & per l'auuenire pertenere fierent apta †
compræhendere remiſsionem dicti legati. Infe-
rendo, cum Baldo quem ſequitur Alex. in conſ.
117. viſis ſupernarratis num. 1. vol. primo. quod
illa verba per qual ſi voglia modo, & ragione,
tamquam ſigna vniuerſalia operentur vt diſpo-
ſitio quæ alias reſtrictionem reciperet eam non
habeat in quo propoſito legitur Baldum con-
ſuluiſſe, quod caueat ſibi quis, ne renũtiando vta-
2 tur † verbis generalibus, ne in promptu aliquo
generali effuſo Sermone periculum ſui incidat, vt
cautum reperitur in l. finali cod. de promiſſ. dot.
in vltimis verbis dictæ legis, cuius theoricæ
meminit etiam Beccius in conſ. 34. in Quęſtione
propoſita.

Cui rei poſſet addit non obſtare l. ſi de certa re
3 † Cod. de tranſact. vbi dicitur quod generalis
Sermo, & clauſula ad ſpecificata referenda eſt, cũ
quo textu plura alia iura concordant, quia poſſet
reſponderi cum Afflicto deciſ. 285. Balij, & tuto-
res. num. 13. ex Alex. in citato conſil. 117. quod
iſte textus procedit tantummodo in tranſactione
facta per verba generalia vt reſtringatur ad cauſ-
ſam ſpecificatã ſecus in alia cõuentione vel pacto
4 in quibus generalia verba † generaliter operan-
tur per l. pluribus ff. de acceptilat.

Sed ipſis probationibus neutiquã obſtantibus,
reſideo in ſententia pro qua alias conſului Domi-
nam ſcilicet, Eleonoram ſibi non pręiudicaſſe, nõ
dicam in renuntiatione prædicta, ſed nec etiã in
confeſsione quia dicitur facta per eam quod ſci-
5 uerit, legatum ſibi factum † ab auo materno,
quominus illud conſequatur, iuxta conſilium
6 Baldi omnino videndum. 330. † Auus reliquit,
per totum vol. 1. vbi ſtat caſus noſter ad litteram
& licet abundè in prioribus allegationibus dictũ
fuerit, clauſulam ipſam generalem reſtringi ad
ſpecificata videlicet, ratione bonorum paterno-
rum, & maternorum, vt, monet I. C. in l. emptor.
§ Lucius ff. de Pact. cum quo ſtat l. ſi de certa Cod.
de Tranſact. & l. ſi ex pluribus ff. de ſolution. &
hoc in indiuiduo voluit Bartol. in conſil. 91. Di-
lecto Domino num. 5. lib. 1. vbi conſulendo circa
refutationem factam per filiam, de certis florenis
ſibi relictis, & portionibus ad ipſam pertinenti-
bus in certis hæreditatibus, cum clauſulis gene-
ralibus qualibet alia ratione vel cauſſa ſibi ſpe-
ctantibus non extendi ad aliud ius ſibi competẽs

aliundè

aliundè quam ex causis specificatis supra, cum
7 videatur actum de eo rantum iure † quod poterat referenti competere in bonis, expressarum hæreditatum.

Nec ab ista Doctrina alienum esse videtur, id quod dixit Romanus in cons. 168. circa primum quo quæritur, in principio, vbi ait quod filia quæ renuntiauit, viuente patre cum iuramento, successioni ipsius ad formam textus in cap. Quamuis de Pact. in sexto, si mortuo patre contigerit filiū succedere, ipso filio defuncto, soror quæ renuntiauit non prohibetur, illi fratri succedere, quia Re-
8 nuntiatio † facta de vno non inducit exclusionē de alio, per l. si domus ff. de seruit vrbanor. prædior. & l. suum §. videndum ff. de successor. edict.
9 & renuntiatio facta † patri non intelligitur de fratris persona, & in casu renuntiatio facta patri,
10 & matri, non intelligitur † Persona Aui, quia
11 virtus contractus ad alium † non se extendit quam ad eum qui expressus est, l. ita stipulatus §. Chrisogonus, ff. de verbor. obligat. l. ad probationem Cod. de probat.

Nec dicant Domini Guatij, prout audiui fuisse ipsorum nomine obiectatum, quod illa scuta centum per auum relicta erant in hæreditate matris, quia ipsa illi auo, & respectiue patri successerit, quia Respondetur, quod cum illa fuerint, particulariter relicta per Auum dictæ Dominæ Eleonoræ, non poterāt censeri, in hæreditate matris, & hæredis testatoris, cum de ea legata ipsa sint prius detrahenda, l. non est dubium, & ibidē scribent, ff. de legat. & toto titul. de legat. præstand.
12 quare legatarius licet regulariter † de manu hæredis habeat, ab ipso tamen disponente habuisse dicitur d. l. non est dubium l. 1. ff. Quorū legatorum late Menoc. in eo remedio possessorio.

Nec quidquam faciunt, obiectata, quod d. l. si de certa Cod. de Pact. ex sententia Alex. & Afflict. procedat, duntaxat, in transactione, quia respōdetur opinionem hanc esse erroneam, ex eo præsertim quod illa lex, ita nō distinguit, & ideo
13 nos † distinguere non debemus, l. in fraudem in fine ff de milit. testam. Deci. in cap. sedes extrà de rescrip. nu. 12. & 13. in l. ferum nu. 53. Cod. qui testam. fac. pos. l. ex testamento num. 5. & 6. Cod. vnde liberi. Quinimo quod illa conclusio, Generalem clausulā restringi debere, ad caussas specificatas faciūt alia iura, vide licet, d. l. emptor in §. finali, l. si ex pluribus, ff. de solution. vbi Bartol. & in puncto quod illa l. si de certa ex qua desumitur ista cōclusio procedat in omni specie cōtractuum latè ostendit Cristophorus, Torniola in cons. 26. Christus qui est via nu. 31. & 32. vbi expresse dicit quod illud est generale in omni materia, & in clausulis generalibus cōtractuum, & plures in proposito citat auctoritates, vt penes eum est, videre, cum sufficiat, nobis ito casu adducere, quod Bartol. in d. cons. 91. dicit d. l. si de certa habere locum, in refutatione, & renūtiatione quæ sit, per filium.

His sic stantibus nō nocet, præsupposita scientia ex multiplici capite, vel pri. quia non per hoc
14 inducta censetur extensio † renuntiationis, ex iuribus supra citatis, nec tollitur beneficium l. de his, de transact. per ea quæ in priori responso adduxi, præsertim quia dicta filia ducta fuit ad renuntiationem bonorum paternorū ex eo quod iuste crediderat dotari de bonis ipsius parentis ad formam l. finalis Cod. de dot. promiss. licet tam maternis quam paternis renuntiauerit cum ipsa potuisset pretendere plura bona matris, vt scribit Carol. ad d. l. finalem q. 19.

Vel secundo respondetur, quod constito de minori ætate dictæ D. Eleonoræ, vt in facto præsupponitur nō est videre quomodo confessio per
15 eam facta sustineatur, sine auctoritate † curatoris cum sapiat, naturam alienationis, vt voluit Bald. in cap. vltimo colum. 2. extrà de confess. contra quem licet teneat Simoncell. de Decret. lib. 2. tit. 6. inspect. ix, attamen illius opinio procedit, quādo curatoris auctoritas interuenit simul etiam, & iuramentum, vt ibidem pœnes eum num. 96. & seqq.

Non obstat alia consideratio, quod legatum ab auo relictum sit in auxilium matrimonij quia ultra iam alias adducta dicendum videtur cum Baldo in recitato cons. 330. tātum abest quod iste obex noceat, intentioni Dominæ Eleonoræ vt patris, iuuet, & mirifice, quia secutis nuptijs, per hoc magis fortificatur legatum, per l. si iam facta ff. de condit. & demōstrat. vbi relictum esto etiā quod impleta sit conditio debebitur, cum quo concordant alia iura, per Baldum allegata, in d. cons. 330.

Iuuatur, vlterius desiderium D. Eleonoræ quod si testibus pro Dominis Guatijs examinatis ap-
16 paret, quod relictum, erat, ipsi per † Auum, ad effectum emendę, vnius torquis aureæ, & ita in casum bonorum localiū, & paraphrenaliū, cui relicto non videtur satisfactum per traditionem Dotium, & ita tollitur obiectum quod fit super caussa iam sequuta.

17 Nec dicatur ex dicta l. si iam facta † colligi quod quando conditio continet actum reiterabilem sit expectandus secundus actus, quia huic obiecto satisfit per l. Boues §. hoc sermone ff. de verbor. signific. tanto magis quod nuptiæ, dicuntur obuenisse post mortem testatoris, vltra quod etiam in casu continuo esset danda scientia casus seu conditionis obuenræ, vt in d. l. si iam facta colligitur, & ibidem notat. Bartol. cum quo ad fauorem D. Eleonoræ concludo salua semper potiori sententia. Rolandus Cauagnolius.

Ista caussa fuerat commissa cuidam celeberrimo I. C. qui contra hæc mea vota censuit, sed reassumpto negotio Senatus Excellētiśsimus pro mea sententia pronuntiauit, vt colligitur ex infrascriptis.

Ad Consil. 141. Respondendū videbatur in hac per difficili facti specie.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus quomodo consolidetur cum proprietate.*
2 *Vsufructuario mortuo consolidatur vsusfructus cum proprietate ita vt nō sit necessaria aliqua restitutio.*
3 *Statutum de continuanda possessione, an impediat vsufructum consolidari cum proprietate.*
4 *Institutio totius hæreditatis quomodo consideretur vbi omnium bonorum stabilium vsusfructus alteri relictus sit.*
5 *Tempus adiectum institutioni, hæredis non suspendit institutionem sed hæredem remouet à perceptione vsusfructus.*
6 *Hæreditas quando dicatur stare in suspenso.*

7 Me-

7 Menoch. in cons. 141. num. 1. lib. 2. non recipitur.
8 Testatoris dispositio dicitur conformari in omnibus cum iure communi.
9 Transitus de re non existenti non datur.
10 Decian: consilium post Menoch. sub num. 141. non recipitur.
11 Disponere de rebus suis ad testatorem pertinet.
12 Testator quod non dixit nec nos dicere debemus.
13 Clausula saluis præmissis quæ præcedit dispositionem quomodo sit intelligenda.
14 Dicto dictio hæc dicitur restrictiua.
15 Dicto dictio hæc relationem omnimodam repræsentat.
16 Ius accrescendi non datur in distinctis, & separatis legatis.
14 Temporum distinctio habet vim distinctionis re, & verbis.
18 Ius accrescendi non habet locum vbi deficit ius coniunctionis.
19 Diuinatio quæ nulla comprobatur ratione non est attendenda.
20 Dispositio testatoris quę fuit expressa debet attendi.
21 Admittendū non venit id quod non potest refferri ad aptitudinem verborum.
22 Verborum suppletio per quam noua inducatur dispositio est reijcienda.
23 Substitutio noua formari non potest ad inducendum nouam, & particularem vsumfructum.
24 Vxor quæ fuerit relicta vsufructuaria per virum suum extantibus liberis consequitur tantum alimenta.
25 Vxor relicta vsufructuaria per maritum extinctis filijs quando possit vsumfructum formalem consequi.
26 Legitima debetur filijs de bonis, & vsufructu relicto vxori.
27 Vsusfructus relictus vxori, & resolutus in alimenta propter existentiam liberorum an mortuis liberis reducatur in formalem vsumfructum.
28 Ius accrescendi, an habeat locum in legatis.
29 Alimenta non sunt multiplicabilia.
30 Ius accrescendi non habet locum in alimentis.
31 Mater relicta vsufructuaria, speciali quodam iure admittitur ad alimenta.
32 Bulgari consuetudo, an cesset ob mortem hęredum suorum.
33 Vsusfructus conditionalis, dummodo scilicet mater viuat cum hæredibus, an mortuo hærede cessare dicatur.
34 Conditio adiecta ad commodum hæredis intelligitur, de primo hærede.
35 Conditio deficiens ex parte legatarij, non differt ab ea, quæ deficit, ob mortem vel casu fortuito.
36 Legatum relictum cum onere habitandi expirat cessante habitatione.
37 Legatum factum de vsufructu, ad commodum vxoris sub conditione viduitatis, & habitationis, cum filijs hæredibus prouidendo de alimentis in casu contrario, an impediat quod per mortem filiorum vsusfructus formalis præstetur.
38 Verba vna cum infrascriptis eius hæredibus, an sint intelligenda de primis hæredibus.
39 Donna verbum hoc quo vtuntur testatores erga vxores suas in legatis, quid significet.
40 Vxores solent per maritos communiter appellari Dominæ.
41 Donna, & vsufructuaria, verba hæc simul iuncta, quomodo considerentur.
42 Legatum vsusfructus omnium bonorum vnà cum hæredibus, an comprehendat vsumfructum formalem.
43 Legatum relictum vxori per maritum de vsufructu, quando debeat restringi ad alimenta.
44 Ius accrescendi non habet locum in legatis alimentorum.
45 Legatum semel resolutum in alimenta, an assumat naturam formalis vsusfructus.
46 Baldus in l. titia §. titia nu. 10. ff. de legat. 2. perpenditur, & declaratur.
47 Obligationis qualitas, non variatur per successionem hæredis.
48 Legatum factum vxori, donec vidualem vitam castā, & honestam duxerit, & dotes suas non petierit pro primo anno dicitur purum, & pro sequentibus dicitur conditionale.
49 Subsequentia declarant precedentia.
50 Alimenta in dubio, sunt præstanda in domo hęredis.
51 Alimentorum appellatione continetur habitatio, tamquam species sub genere.
52 Argumentum à cōtrario sensu in negatiuis, an valeat.
53 Et, dictio iungit vnam orationem cum altera.
54 Argumentum à contrario sensu datur in negatiuis dispositionibus quando sumus in vltimis voluntatibus.
55 Conditio habitandi, an dicatur sic euanescere sic vt dispositio tollitur per mortem.
56 Voluntas testatoris seruanda est, & primum locum obtinet.
57 Testator non dicitur voluisse id, quod verbis non expressit.
58 Argumentum à contrario sensu validissimum est.
59 Argumentum à contrario sensu in conditione negatiua non valet.
60 Inducta ad negandum, non debēt operari contrarium, quod est affirmationis.
61 Argumentum in contrario sensu debet sumi ad limites verborum.
62 Argumentum à contrario sensu non infert, quod est extrinsecum.
63 Legatum factum sub conditionibus affirmatiuis, & inde sub alijs duabus conditionibus negatiuis quomodo sit intelligendum.
64 Legatum relictum vxori cum conditione habitandi si vellet quomodo sit intelligendum.
65 Alimenta relicta in domo, an possint extra domū peti.
66 Legatum factum alicui adiecta cohabitatione si voluerit, an censeatur factum ad solum fauorem ipsius legatarij.
67 Conditio habitandi cum filijs, an dicatur euanescere ob mortem filiorum.
68 Legatum, an deficiat, vbi deficit conditio potestatiua, vel mixta.
69 Legatum factum per dictionem donec, an dicatur sub modo, vel sub conditione.
70 Socinus senior in cons. 279. lib. 2. perpenditur, & declaratur.
71 Parisius in consil. 135. num. 5. lib. 2. perpenditur.
72 Surdus de alimentis tit. 2. quest. 15. num. 84. declaratur.
73 Menochius lib. 4. præsumpt. 140. nu. 11. & seq; declaratur.
74 Verba vbi non posset, seu nollet stare, posita in legatis, quomodo sint intelligenda.
75 Capra in consil. 12. perpenditur, & declaratur.
76 Conditio donec dotes non petierit posita in vsufructu, quomodo consideretur.
77 Vxor relicta à viro Donna Madonna, & vsufructuaria licet extantibus filijs solum habeat alimenta eis tamen mortuis consequitur tamen vsumfructum, etiam in præiudicium pupillariter substitutis.
78 Hæres à se ipso alegari non potest.

79 Paria

Numero primo.



Vm proponitur hoc loco materia consolidationis vsusfructus, cum proprietate, solet dubitari, quomodo, soleat ista consideratio ef-
1 fectum † suum sortiri, an scilicet requiratur citatio, vsufructuarij, vel hæredis ipsius quando per mortem finitur vsusfructus, pro resolutione recurras ad ea q̃ dixi in decisione consultiua 25. hęredi agenti, lib. 1. de qua verba feci ad consiliũ Menochij 139. Respondendum videbatur multis rationibus ad nu. 26. hoc eodem lib. 2. vide quæ dixi in obseruationibus ad eandem decis. 25. vbi plura notantur in subiecta materia, quib' adde Ioan. del Castell. de vsufructu, cap. 61. pro absoluta, atque expedita, nu. 8. vbi dicit quod mortuo vsufructuario
2 ipso iure †. cõsolidatur vsufructus cũ proprietate ita quod non est nec esse quod proprietario fiat aliqua restitutio, citat. Menoch. in cons. 16. viso
3 casu, nõ obstante statuto quo possessio cõtinuat †

in

in heredem declara tamen vt ad consil. Menochij 139. annotaui. Rolandus Cauagnolius.

Eodem numero, ex facto proposito alia, & non leuis insurgit dubitatio, quomodo sit intelligen-
4 da hæredis institutio, cum totius hereditatis † hoc est omnium bonorum stabilium vsusfructus alijs sit relictus, vnde poterat dubitari an medio tempore, suspensa remaneat institutio, in hoc enim varia fuit scribentium opinio, verum quia in casu nostro restringitur vsusfructus ad stabilia de facili euitantur difficultates, quas etiam quod generalis esset vsusfructus reijci posse crediderim,
5 si dixero tempus adiectum † institutioni hæredis non suspendere institutionem sed tantum remouere hæredem à perceptione, & commodo vsusfructus, vndè non potest dici quod hæreditas
6 stet † in suspenso. Angelus in l. hereditas ex die, ff. de hæredibus instituend. quem refert, & probat Ioannes del Castello, de vsufructu, cap. 8. proclara & distincta, nu. 43. vbi plurium relatis auctoritatibus tenet opinionem quod etiam si quis fuerit institutus in vsufructu, reducitur institutio ad titulum legati, & hæres directè potest hæreditatem habere, in herédes transmittere, reiecta sententia eorum qui dixerunt institutum in vsufructu, censeri institutum etiam in proprietate, & institutionem factam post mortem vsufructuarij ad fideicommissariam substitutionem trahi, prout meminit idem Castill. loco relato nu. 41. & 42. Rolandus Cauagnolius.

Eodem numero. Pro eo quod pertinet ad vni-
7 uersam hanc consultationem Menochij, † & Deciani, Dicendum videbatur eum fore positam in solis coniecturis, quæ pro mea sententia repugnant dispositioni testamētariæ, quæ sic fauere dicitur heredibus institutis, vt pro eis sentire cogar, habent enim hæredes, ius ipsum consolidationis, ob finitionem vsusfructus, habent pro se expressā testantis dispositionem, & tacitam ad cuius rei considerationem illud ipsum facere videtur quod testator instituendo filios fratrum de Monte, voluit eos inuestire de his iuribus quæ ad hæreditatē quoquomodo pertinerent, & ita, de eo iure consolidationis quod obuenit per finitionem vsusfructus, quem dum constituit testator præsumitur cogitasse quod per mortē vsufructuariorū, cessare deberet, ita quod virtute consolidationis pertineret ad dominum proprietatis, quia testatoris
8 dispositio † dicitur conformari in omnibus in quibus particulariter, & expressè non disposuit cum ipso iure communi, ad notata in l. conficiuntur, de iure codicillorum, vndè cum ius ipsum dicar finiri vsumfructum morte fructuarij §. finali, institut. de vsufructu. l. 3. §. finali, ff. quibus mod. vsufruct. committatur, l. 5. ff. de vsufructu legato, & l. corruptionem, C. de vsufructu, & velit itatim ad proprietarios trāsire, firma stabit cōclusio pro hæredibus.

Quibus nullo modo potest nocuisse cogitatio satis a longe remotis desumpta, quod eo casu finitionis vsufructus domus ob mortem Marthæ, & Io. Antonij, transiret in nepotes ex sororibus testatoris, qui in alia parte testamenti fuerant facti fructuarij aliorum bonorum omnium stabilium præfati testatoris, quia hic transitus imaginarius est, & sustineri non potest, quia si finit vsusfruct. ipso iure per mortem naturalem matris, & filij,
9 impossibile est quod detur aliquis transitus † de re nō existenti, siquidē pro certo est, quod vbi non adest substantia, nulla dantur accidentia, l. eius qui in prouincia, ff. si cert. petatur, negato igitur trāsitu prædicto, si vera foret hęc Menochij
10 & Deciani † sententia quod demus nonnullam informationem vsusfructus in ipsis nepotibus opportet, atqui hoc durissimum est, quia ad solum te-
11 statorem † pertineat de rebus suis disponere, &
12 quod non dixit testator nec nos † dicere debemus, l. vnica §. sin autem ad deficientis, C. de caduci. tollen.

Insuper etiam pro hæredibus facit, clausula exordialis legati generaliter facti, ibi saluis p...
13 missis † legauit, & iure legati reliquit, &c. quę habet vim exceptionis, & limitationis, à regula generaliter facta, l. item labeo. §. pure ff. famil. Ercifcund. Bald. in l. asse toto. ff. de hæredib. instituend. & in Auth. interdicimus C. ... Episcop. & Clericis, latè Marta de clausulis parte 3. clausula 75. dum enim testator legatum ... generale modificat, & restringit. excludendo vsumfructum domus, consequens est, vt quod semel ab eo segregauit, perpetuo separatum ... seatur, tum præsertim, quod ista separatio ... ingressu, & seu in principio dispositionis, ... declarationem essentialem recipere dicatur ... eadem segregatione, cui non officit subtilis ... consideratio, quam in proposito facit Decianus quia facillime tollitur vt suprà suo loco dice... Rolandus Cauagnolius.

Numero 4.

Ibi, (& præsertim hic vbi vsus est illis verbis
14 dicto vsufructu generali, Quæ dictio, dicto † est restrictiua.) Adde quod ista clausula, dicto vsufructu, restrictionem inducit ad eum vsumfructū de quo fuit sermo, Itaut oratio nō possit ad aliud referri. Ripa in l. filius familias §. Diui, num. 11.
15 ff. de legat. 1. & perindè est, ac † si bona ipsa de quorum vsufructu disponitur fuissent proprijs nominibus expressa Marta de clausulis parte 3. clauf. 16. quæ institutione, num. fin. Rol. Cauag.

Numero 6. & 7.

Verissima est propositio quam facit Menoch.
16 non dari scilicet ius accrescendi † inter vsumfructum domus, & generalem vsumfructum aliorum bonorum, quia non solum nulla datur coniunctio. Quinimò, & satis expressa legitur disiunctio, & separatio, non tantum ex diuersa oratione, sed ex particulari exceptuatione quę colligitur ex illis verbis saluis præmissis, & ex ea clausula, dicto vsufructu generali, vt superius dictum fuit. Et isto casu succedit conclusio iuris, desumpta ex l. secunda. ff. quibus modis vsusfructus ammittatur, per quam dicimus, quòd sepa-
17 ratio, & distinctio † temporū habet vim distinctionis re, & verbis, & impedit ius accrescendi, & certum est quòd vbi deficit ius cōiunctionis, quo medio quis vacantem, seu deficientem portionē
18 consequitur, cessat ipsum ius † accrescendi ad tradita in l. re coniuncti. ff. de legat. 3. Card. Mantic. de conict. vltim. volunt. lib. 10. tit. 3. nu. 14. Rolandus Cauagnol.

Numero 9.

Ibi, (Nisi ergo extitissent hæ sorores, sine dubio vsumfructum domus, cum vsufructu aliorum bonorum omnium, his vsufructuarijs reliquisset)
19 ista est mera diuinatio † super qua non est quòd stat aliquod fundamentum, quia per eum non videtur

20 detur recedendum ab expressa dispositione † te-
statoris, quæ isto modo non dicitur declarari, sed
tolli, vt not. Simun de Pretis lib. 1. interpret. 1.
dubit. 3. solut. 5. nu 1. fol. 16. nec dicitur admit-
21 tendum id quod ad verborum † aptitudinem
referri non potest, l. iubemus C. de testam. & om-
nino imitandum ceulemus quod dicitur esse ad
interpretationem imaginariæ, non tamen certę
mentis, vt scribit Baldus, in consilio 452. statuto
Ciuitatis Mantuę, & Hondedeus in cons. 1. statuto
veteri num. 42. & sequenti lib. 1. & reijcienda est
22 ea suppletio † verborum per quam noua omni-
no inducitur dispositio, iuxta l. ius ciuile ff. de
iustitia, & iure, & dicitur esse contra quoscumq;
terminos iuris, quod noua formetur substitutio in
23 vsufructu † particulari in ipsis nepotibus ex so-
rore de quibus nulla facta mētio fuit, in eo legato
speciali, extendendo tempus certum, & præcisū,
quod est pro uita matris, & filij ad aliud tempus,
contra textum in l. statu liberum. § stichum ff. de
legat. 2. & notata per Angel. Imol. Rom. Cumanū
& Bartol. in l. si mater, ff. de Acquir. hęredit, &
l. Quandiu l. vlt. ff. eod. Rolandus Cauagnolius.

Numero 10.

Ibi (si maritus reliquit vxorem suam dominā,
24 & vsufructuariam, † viuentibus filijs, erit solū
alimentaria) Ioannes del Castillo tractatu de
vsufructu cap. 45. nu. 6. qui refert, q ex consue-
tudine Bulgari communiter obseruata dum taxat
consequitur alimenta, & præmineutiam illam,
quam viuente marito testatore in domo obtine-
bat, non autē vsumfructum formalem, & hoc per
multas autoritates per ipsum relatas, & sub nu. 8.
dicit hanc dispositionem fundatam esse in con-
iecturata mente testatoris, qui non videtur intā-
25 tum filijs præiudicare voluisse; tamē ab hac † cō
iectura voluntaris receditur, quotiescunq; con-
stare possit, voluisse testatorem eam habere inte-
grum, & formalem vsumfructū, ut ibi sub nu. 10.
sed si ita relicta fuerit vxor vsufructuaria omnium
26 bonorum legitima † tū debetur filijs simul cū
vsufructu, nec in ea ipsa mulier vsumfructum cō-
sequi potest sub num. 11. Quæstionem hanc quam
hoc loco Menochius adducit ex Bartolo in cons.
71. Nicolaus, nu. 2. lib. 1. male applicat ad deci-
sionē casus propositi, quod vt perfectius agnosca-
tur ere est vt articulus proponatur, & is est, mulier
quę viuētibus filijs communibus relicta fuit sim-
pliciter vsufructuaria bonorum à marito, conse-
quitur tantum alimenta, sed si contigerit ea su-
perstite filios decedere non in sola alimēta cadet
dispositio, sed formalem vsumfructu consequetur,
hoc si verum esset, quod tamen apud me diu ste-
27 tit, & est ambiguum ob rationes † infrascriptas
ad huc in nihilo deseruiet propositæ consultatio-
ni, quia in vsufructu mulieri relicto agitur de
dispositione, & ex resolutione ipsius circa eandē
personam matris, & vxoris, vndè, nullus cadit
transitus de vna persona in aliam, qui datetur in
casu nostro, hinc dicimus longe differre casum
hunc nostrum à casu vsusfruct' qui fuerit relictus
vxori, in quo proposito quia casus ille singularis
est, placuit adducere quæ pro vtraque opinione
fuerunt in facto contingentia deducta, quę iuxta di
gna consideratione, & sunt hæc.

Admissa opinione quòd legatum vsusfructus
relictū Bartholameæ Piciæ ad alimenta restrin-
gatur ex consuetudine Bulgar, stante quod insti-
tuti sunt hęredes sui, post alios dixit Gabr. com-
mun. opin. lib. 5. tit. de vsufruct. concl. 5. nu. 35.
& sequen. Bal. qui in fortioribus terminis loqui-
tur in l. fin. nu. 6. vers. quid si testator. dicit, C. de
indict. vidu. tollen. Rol. in cons. 74. nu. 25. vol. 2.
Simon. de Præt. de interp. vlt. vol. lib 4. dub. 10.
num. 49. Menoch. in cons. 62. num. 2. non est ad-
mittenda conclusio quod mater pręfata ob deces-
sum filiorum, & hæredum institutorum possit
prætendere totum vsumfructum ad eam pertine-
te per ius accrescendi, licèt enim illud habeat
28 etiam locum in legatis † legatario volente vt
per l. vnicam §. vbi autem. C. de cad. toll. dixit
Bar. in l. re coniuncti nu. 51. ff. de leg. 3. quia tamèn
legatum ipsum ad alimenta restringitur cessat
ipsum ius accrescendi, vt dixit Bar. in d. l. recon-
29 iuncti nu. 42. quia alimenta non sunt † multi-
plicabilia, & legatum non est iterabile per l. Do-
minus in §. 1. ff. de vsufruct. & legatum alimen-
torum reperitur naturaliter taxatum, & limita-
30 tum, vndè ius accrescendi † non habet locum
in dispositionibus limitatis, sic post Bal. in l. Lu-
cius. §. quæ habebat. ff. ad trebell. & in l. 1. C. de
secund. nupt. ac Ias. in d. l. re coniuncti num. 199.
dixit Surd. de alim. tit. 9. q. 5. nu. 6. & seq. vbi con-
trariam sententiam repellit.

Facit etiam in proposito, quia si vnus tantum
ex filijs hæredibus institutis decessisset portio
alimentorum non accreuisset eidem matri, prout
optimè cōsuluit, & decidit Abb. in cons. 78. circa
primum in fine, vbi casus noster ponitur, & qui
propterea omnino videndus est, si igitur pars re-
maneret penes alium hæredem, & eidem matri
non obtigisset, sequitur quod cessat iuris accre-
scendi ratio.

Tertio principaliter facit, quia mater de iure
speciali, & sic ex consuetudine Bulgar. & ita quo-
31 dāmodo contra † voluntatē defuncti admittitur
ad alimenta, & ita cessat ius accrescendi per ea
quæ dixit Bar. sing. 90. & Petr. de Rauen. sing. 87.

Nec dicatur quod per mortem suorum hæredū
32 cessare habeat ipsa Bulg. consuetudo, † & sic
legatum resoluatur in formalem vsumfructum
quia respondetur quod separatio, & distinctio
temporum habet vim distinctionis re, & verbis,
& impedit ius accrescēdi, facit l. 2. ff. quib. mod.
vsusfruct. amit.

Quarto etiam accedit, quòd vbi præmissa ces-
sarēt si bene videatur legatum vsusfructus, ille in
omnem casum restringitur ad condemnationem
33 dummodo viuat † mater cum hęredibus. Porrò
si cum hæredibus viuere non potest eidem nihil
debetur, & si cadit intelligentia de primis hære-
34 dibus † cum mortui sint quomodo potest satis-
facere voluntati defuncti viuendi vnà cum eis
vtiq; nullibi apparet.

Nec dicatur per ipsā nō stare, quia respōdetur
quo ad nullitatē relicti pari esse, quod conditio
35 deficiat † ex parte legatarij, vel casu fortuito
per mortem, vt per tex. in l. si ea cōditione iuncta
l. seq. & ibi Bar. C. de cond. insert. sic in indiui-
duo dixit Abb. in citato cons. 78. paulo ante finē.

Plurimum facit sequens cōsideratio quod slz.
testator cogitando casum in quem non potuisset
vel noluisset habitare cū hæredibus taxauit ali-
menta eidem debita, vt legitur in dicto testō. Por-
rò cum casus venerit quòd propter mortem ipso-
rum filiorum non possit habitare cum eis, sequi-

tur locum fore, & esse taxatis alimentis.

Vel si velimus dicere quòd etiam appellatione
heredum veniant etiam substituti cui dubium
videtur quin, & ipsa teneatur cum eis habitare,
36 & in omnem casum † participare de vsufructu
solum pro virili cum eisdem substitutis, & dotes
suas conferre ad mentem ipsius testatoris, & ad
commodum ipsorum substitutorum, pro quibus
ita dico, & consulo, latius opinionem hanc com-
probaturus vbi dabitur otiū &c. Interim videa-
tur Natta in consil in 605. qui stat pro hac opinio-
ne mea. Rolandus Cauagnolius.

Verum quia adhùc dubitabatur placuit hæc
ipsa subijcere prout etiam, & alia, ex quibus ma-
gis clara redditur articuli decisio.

Iterum visis iuribus, & dilligenter considerato
legato facto per Iacobum de Pitio Bartholameæ
eius vxori sub istis verbis legauit, & reliquit di-
ctam Bartholameam eius vxorem donam mado-
nam, & vsumfructuariam omnium bonorum suo-
37 rum † vnà cum infrascrittis eius hæredibus do-
nec vitā vidualem, castam, & honestam serua-
uerit, & dotes suas non petierit, & si contigerit
dictam eius vxorem non posse, vel nolle habitare
cum infrascriptis eius hęredibus, eo in casu eidem
legauit, & legat pro eius alimentis sacos quatuor
frumenti butallum vnum, cum dimidio vini, vi-
delicet vnum vini puri, & dimidium vini diluti,
vulgo, di metta, scutos quatuor, fasinas ducen-
tum, medium rubum olei oliuæ, & medium olei
nucis, duos rubos canabis, vestem vnam singu-
lis quatuor annis, vasa duo vinaria, pro reponen-
do dicto vino legato bronzinum vnū, & lances
duos, nec non, & domum pro eius habitatione
concedentem, consignandam per hæredes, quæ
omnia dictus testator, voluit, & mādauit in dicto
casu dari, mensurari, & traddi præfatę Barthola-
meæ in casu vt supra singulis annis donec uidua,
& honestè uixerit, & dotes suas non petierit
vt supra, cadit resolutio in priorem sententiam
quòd scilicet per mortem Io. Antonij, & Io. Iaco-
bi filiorum hæredum institutorum non venerit
locus iuri accrescendi in pleno, & formali vsufru-
ctu in odium Iacobini, & Ioānis fideicōmissario-
rum, & hæredum substitutorum per ea iura, &
fundamenta quæ alias in priori responso sub bre-
uitatis compendio fuerunt adducta per alia quæ
subijciuntur.

38 Primo etenim facit, quod vbi illa verba vnà †
cum infrascriptis eius hæredibus. Intelligenda
sint de primo loco institutis, ex quo filij sunt, aptè
concluditur, illud relictum restringendum esse
tantummodo ad alimenta, ex allegata consuetu-
dine Bulgarina, cuius meminit glos. in auth. hoc
loco C. si secundo nupserit mulier in verbo der-
rogari, & ibi notant Cin. O lofr. Bar. Bal. Ang. &
cęteri scrib. quam consuetudinem communiter
per Italiā recipi dicit Cardin. Mantic. de coniect.
vlt. volunt. lib. 9. tit. 7. nu. 1. dictio .n (Donnam)
39 quæ ex proprietate sermonis resoluitur in dictio-
nē (Dñam) non facit vt videatur relictū Dñium
bonorū, sed sola quædā præheminentia in domo
40 si quidē ex cōmuni vsu loquendi vxores solent †
appellari Dominæ domus non solum per homi-
nes, & maritos, vt in l. Titio §. qui Marco ff. de
annu. legat. sed etiam per leges, vt stat exemplū
in l. 1. ff. rerum amot. & in l. 1. §. si vir. ff. ad Syllan.
vt in proposito etiam dixit Bart. in l. Titia cum
testamento §. Titia nu. 5 ff. de leg. 2. quod in su-
biecta materia eo fortius probari supponitur
quando reperitur adiectum aliud verbum deno-
tans eandem prærogatiuam, & præheminentiā,
quale est (Madonam) & licet subijciatur alia di-
ctio (vsufructnariam) quę propriè significat for-
41 malem vsumfructum, ex quo tamen † ea dictio
repugnat dictioni pręcedenti (Dominam) quæ
importaret proprietatem, sicuti alteratur verbū
proprietatis ità & dictio (vsufructuaria) vt scili-
cet relictum ipsum resoluatur in alimenta tantū,
vt docuit Signorol. de Homod. cons. 75. nu. 3. per
l. species aut ff. de aur. & arg. leg. quod etiam fir-
mat subtiliter Marc. Ant. de Amat. in decis. Mar-
chiæ 84. in causa vertente nu. 20. & 24.

Nec dicatur quòd illud relictum propter ea
verba (vsufructuariam omnium bonorum suorū
vna cum infrascriptis eius hæredibus; habeat in-
42 telligentiam de formali † vsufructu saltem pro
parte, vt ex Natt. in cons. 297. Dec. cons. 454. cum
alijs ex aduerso allegatis, quia respondetur in
contrarium stare cons. Bal. 30. lib. 5. nu. 2. Castr.
cons. 21. vol. 1. Gabr. cons. 127. Mantic. Gozad. &
Rol. relati per Marc. Ant. de Amat. in cirata de-
cis. 84. nu. 32. vbi similiter citat decis. Rot. Rom.
172. Domini non recesserunt, par. 1. in nouiss. sub
nu. 5. vbi concluditur quod per ea verba non tol-
litur consuetudo Bulgarina, quia verba denotan-
tia geminationem operarentur augmentū con-
tra tex. in l. si quis à Titio, & in l. illi cum illo de
vsufr. legat. & l. legata inutiliter ff de adim. legat.
Illa enim verba (vnà cum infrascriptis eius hæ-
redibus) quæ diminutionem important nō pos-
sunt intelligi, vt augeant effectum verborum prę
cedentium, sed tantum, vt testator voluerit vxo-
rem non aliter posse alimenta percipere nisi vnà
cum hæredibus donec possit, & vellit, sic ex mēte
Gabr. notat Amat. dicta decis. 84. nu. 33. & seq.
vbi respondetur a contrario, & qui locus omninò
videndus est, quia multum seruit casui de quo
agitur.

Et præmissis etiam illud accedit aliter legatū
43 † ipsum non posse intelligi quam de alimentis,
ex quo enim testator prouidit, & alimenta ipsa
taxauit in casum in quem habitare non potuisset
cum hæredibus, vel noluisset apertè dicitur de-
clarasse quòd primum legatum continet alimēta
præstanda in domo hęreditaria per hæredes, aliàs
sequeretur absurdum quod testator voluisset in-
uitare hæredes ad malè tractandum vxorem, &
sic ad verificandū dispositionem secundario adie-
ctam consequendi scilicet alimenta taxata vbi
potuisset habitare.

Hac igitur conclusione attenta quæ nullo iure
infringi potest, datur consequentia quòd in lega-
44 tis alimentorum † non procedit ius accrescendi
vt ex Bar. in l. re coniuncti ff de leg. 3. num. 41.
diximus in prioribus allegationibus quia ali-
menta non sunt multiplicabilia, & legatum non
est iterabile, l. Dominus in §. 1. de vsufr.

Nec dicatur quod purificata substitutione ad
commodum extraneorum cessare debeat pręsum
prio resultans ad commodum filiorum ex cōsue-
45 tudine Bulgar. ita ut legatum ipsum † semel re-
solutum in alimenta assumat naturam proprij, &
formalis vsusfructus per ea quæ dixit Bal. in dict.
cons. 30. viso testamento in fine vol. 5. quod etiam
46 voluit Bar. in d. l. Titia in §. Titia nu. 10. de leg. 2.
vbi

Vbi format conclusionem hanc, & concludit ad
commodum vxoris cessare interpretationem cō-
suetudinis, vbi hæreditas filiorum peruenerit ad
substitutos extraneos, & dicit stare casum in l. cū
patruus ff. de leg. 2. ac in l. & si contra ff. de vulg. &
pupill. substit. Quia videtur q Bar. conclusio pro
cedit in casu in quo d. hæredes extranei successe-
rint ex substitutione vulgari, sed secus est vbi suc-
cedunt ex substitutione pupillari prout in casu
nostro, per cautationē quod substituti ex pupil-
lari cēsentur tamquam hæredes impuberis per l.
2. §. Interdum l. in ratione §. quod vulgo ff. ad l.
falcid. sic in terminis dixit Bart. loco citato, & quē
etiā sic interpretatur Roma. in cons. 516. nu. 8. pro
pe|finem. vbi isto casu substitutionis pupillaris
inquit procedere regulam, quod per successio-
47 nem hæredis † non variatur qualitas obligatio-
nis l. cui fundus ff. de cond. & demonst. l. 2. §. ex
his ff. de verb. oblig.

Nec vim facit alia consideratio quod legatum
ipsum factum dicatur sub conditione tempora-
nea donec vitam uidualem castam, & honestam
48 seruauerit, † & dotes suas non petierit, quo casu
legatum pro primo anno dicitur purum, & pro
sequentibus annis conditionale, quasi quod post
mortem filiorum qui fuerant instituti, incipiat le-
gatum ipsum deberi à substit. pupillariter per l.
si fundum sub conditione l. si pater, & l. seruo alie-
no §. si ab impubere de leg. 1. & sic cum substituti
sint extranei mulier dicitur habere vsumfructum
formalem, vt ex Bart. in dicto §. Titia num. 11.
notat. idem Rom. loco citato nu. 8. quia respon-
detur multipliciter Bart. sententiam, & sequaciū
procedere qn versamur in casu in quo simpliciter
sit relictus vsusfructus vxori institutis filijs, secus
verò vbi ex mente testatoris colligitur quòd vxor
posset tm̄ alimēta petere prout in casu nostro, vbi
declaratur mulier dōna, & madōna, & vsu.fructua-
ria vnà cum infrascriptis hęredibus, quo casu per
consuetudinem Bulgar. non impropriantur verba
legati sed augetur interpretatio illorum, si enim
habet legatum ipsum vnà cum hæredibus quo-
modo poterit sine hæredibus prætendere vel re-
tinere, cum hoc repugnet expresse dispositioni
testatoris, facit ad hoc propositum cons. Paris. 94.
circa 1. dubium num. 45. vol. 2. voluntas enim
testatoris ad vnguem seruanda est, l. in conditio-
nibus ff. de condit. & demonstr. etiam quod sit
coniecturata Soc. in cons. 1. vol. 4.

Augentur præmissa ex legato subsequenti vbi
in casum impotentiæ vel voluntatis habitantis cū
hæredibus taxat alimenta, & sic declarat mentem
legati pręcedentis ad notata per Soc. in cons. 279.
49 visa donatione num. 5. quia subsequentia † de-
clarant præcedentia l. qui filiabus in principio l.
si seruus plurium in fine de legat. 1.

Et dum cogitauit testator de pręheminentia,
& alimentis præstandis eius vxori nulli dubium
est, quin cogitauerit de præstat. facienda in domo
ipsius pro minori incommodo hęredum, tàm
50 institutorum quam substitutorum † quia indu-
bio cadit ista pręsumptio vt minus grauentur hæ-
redes, præsertim quia relicta est prorogatiua
alimentorum cum hæredibus testatoris, vt docet
Simon. de Præt. de interp. vlt. vol. lib. 4. dub. 11.
num. 109. quem sequitur Surd. de alim. tit. 4. q.
25. nu. 5.

Augetur ista consideratio quia Insequendo di-
spositionem dicti legati prouidit testator de certis
alimentis per eum taxatis in casum in quem non
potuerit habitare vel noluerit cum hæredibus, &
vlterius prouidit de alia domo, & habitatione
congrua per conclusionem superius exaratam,
quod sequentia declarant pręcedentia, & licet
in prima parte legati, nulla fiat mentio expressa
de domo, & habitatione, attamen certum est
quod ea comprehenditur, vel sub illis verbis, vnà
cum hæredibus, vel etiam quia alimentorum ap-
51 pellatione continetur † habitatio, tanquàm spe-
cies sub genere, glos. in can. Episcopus x. q. 2. l. le-
gatis, & l. finali. ff. de aliment. & cibar. legat. Surd.
de alimentis tit. 2. q. 3. num. 5.

Hijs sic stantibus, non procedunt quæ in con-
trarium adducuntur, & pręcipuè quod illa con-
52 ditio habitandi cum hæredibus, sumatur † per
argumentum à contrario sensu, quod non proce-
dit, in dispositionibus negatiuis quia responde-
tur. Primo quod ista conditio non sumitur per
argumentum à contrario sensu, sed per verba le-
gati ibi, vna cum eius hæredibus, vt supra. dictū.
2. quod ista dispositio continens taxationem ali-
mentorum, non consideratur vt simpliciter nega-
tiua, sed ad declarationem, pręcedentis disposi-
53 tionis, patet hoc per dictionem illam, & † quæ
iungit, vnam orationem cum altera, cap. cum
ad sedem, & ibi Barbat. in addition. ad Panor-
mit. de restitut. spoliat. Auth. ingressi, Cod. de
Sacros. Eccles. glos. in cap. Quærelam extrà de Si-
mon. Tertiò non est vera conclusio quod in dispo
54 sitionibus negatiuis non detur † argumentum à
contrario sensu in vltimis voluntatibus vt docet
Euerard. in loco à contrario sensu num. 41. vbi
dicit communiter, reprobari contrariam sen-
tentiam.

Non obstat quod ipsa intēdat habitare cum hę-
redibus, quia si bene videatur, illud relictū, vsus-
fructus, est diuisus, in omnē casum, inter hæredes,
& legatarium, vnde non potest deliberare de ha-
bitando cum eis, & percipiēdo integro vsufructu,
quia induceretur destructio voluntatis testatoris,
quod non est dicendū §. disponat testator Auth.
de nupt.

Nec nocet quod fauore legatarię fuerit dictum
vbi non posset vel nollet habitare, cum hæredib⁹
habeat alimenta, taxata, quia tunc ex aduerso
deducta procederent, vbi essemus in vna tantum
dispositione testatoris sed nos versamur in dua-
bus. Prima est quod habeat alimēta in domo alia
quod vbi non habitauerit; vel propter impoten-
tiam quæ prouenit ēt ob mortem hæredū primo
loco institutorū, iuxta per nos tradita in priori-
bus scriptis, vel propter eius voluntatem habeat
alimenta taxata. Porrò si sumus in prima parte
legati vtiq; ad commodum hæredum ibi vnà cū
eius hæredibus, si in 2. parte erit ad commodum
mulieris, & ideo non tollitur quin principalis in-
tentio testantis fuerit vt habitaret, in domo, &
cum hæredibus, qui etiam haberent participare
de dotibus mulieris, prędictæ, vnde cessant obie-
ctata ex parte dictæ mulieris.

Coeterà vero opposita, quia ex sola lectura
tolluntur sedulo ommittuntur sed in omnibus
concluditur vt superius firmauimus ad commo-
dum substitutorum pro quibus Rol. Cau.

Aduersus ista D. Aduocatus partis aduersę
deduxit sequentes considerationes.

Inſiſto priori reſponſo debitum eſſe vſumfru-
ctum Bartholameæ de Pitio quod iuridicum ar-
bitror, vbi matura, & exacta fiat conſideratio nō
obſtan. per Præſtantiſs. Dn̄um Conſultorem ele-
uatis dubijs, & quidem ſubtilibus.

Bina ſunt in præſenti caſu legata vnum vſusfru
ctus, alterum grani, vini, & aliorum, primum le-
gatum eſt conceſſum ſub duabus conditionibus
affirmatiuis nempè donec Bartholamea vitam
vidualem ſeruauerit, & dotes non petierit (ſe-
cundum ſub duabus negatiuis, vbi nollit, ſeu non
poſsit habitare cum hæredibus.

De primo eſt diſerendū, non dubitat D. Con-
ſultor quin Bartholameæ relictæ vſufructuariæ
debeatur plenus vſusfructus per dimidia ex per-
ſona propria, & pro alia dimidia per ius accre-
ſcendi, ſeù verius non decreſcendi, nec etiam
dubitat, quin illę duæ expreſſæ conditiones
ducendi vitam vidualem, & dotes non petendi
fuerint obſeruatę per Bartholamęam, ſolum du-
bitat vltrà illas duas conditiones expreſſas
cenſeri tacitè inſertam, aliam commorandi ſeù
55 habitandi cum filijs, quę conditio † cum per
mortem filiorū deffecerit deffeciſſe etiam legatū
vſusfructus videatur, ſi in ipſo legato vſusfructus
eſſet appoſita illa cōditio commorandi, cum ſuis
filijs ſimpliciter, nō eſſet dubiū, & eſſet cōmunis
opinio per mortem filiorum legatum extingui, &
poſſem vltrà auctoritates datas plures alias ad-
dere. ſed punctus eſt videre, an cenſeatur illa
conditio habitandi tacitè ſubintellecta.

Primo eſt itaq; pro reſpōſione aduertendum,
illas duas expreſſas conditiones, ducendi vi-
tam vidualem, & non petendi dotes ſuas fuiſſe
per Bartholameam obſeruatas, alteram autem
conditionem cohabitandi non fuiſſe expreſ-
ſam, nec tacitè coniecturatam, Nam, & ſi dici
ſoleat voluntatem teſtatoris eſſe ſeruandā, & vti
56 reginam † primam locum obtinere, & verbis
pręponderare, vt in hoc latè inſiſtit Mantic. de
cōiect. vlt volū. lib. 3. tit. 2. nihilominus eā proce-
dere ſaltē quādo deſumitur ex verbis per l. ſi alij
ff. de vſufr. lega. quia iudex non poteſt ex ſuo ca-
pite facere pręſumptionem, vt dicit Iaſ. in l. im-
perator num. 16. & 18. ff. de leg. pri. nec ſufficit
57 dicere teſtator † ſic voluit niſi id verbis quoquo
modo expreſſerit, & ſæpiſsimè erremus propter
nimiam ſubtilitatem animum teſtatoris, non
videamus, ita vt non ſit diuinandum vt multis
exemplificat, Mantic. d. lib. 3. tit. 2. & cum non
conſtet de ipſa voluntate cohabitandi non eſt ſu-
per ea prophetizandi, tamē inſiſtat D. Conſultor
adeſſe coniecturam ex illis verbis donec, ſubſe-
quentibus in alio legato grani vini &c. dum te-
ſtator dixit (vbi contigerit quod vxor non poſsit
ſeu nollit habitare cum hæredibus) ipſa coniectu
ra deſumi non poteſt niſi ducto argumento à con-
trario ſenſu, quaſi voluerit teſtator inferre quod
vxor deberet cohabitare cum filijs in legato vſus
fructus, poſtquam in ſubſequenti legato dixit (&
vbi non poſſet, ſeù nollet habitare &c.) præſuppo
nendo quod prius deberet cohabitare, vt eſſet vſu
58 fructuaria, & quod argumentum à contrario †
ſenſu in iure eſt validiſsimum, licet nō ex verbis
ſaltem ex coniectura, vt poſt Bar. Roman. & alios
latè probat Mantic. d. lib. 3. tit. 16. & tit. 17. in
prin. & conſideret quantum vellit Dn̄us Con-
ſultor nullam poterit deſumere coniecturam co-
habitandi, niſi ex argumento ſumpto à contrario
ſenſu, vt fuit dictum ſed argumentum ipſum à
59 contrario ſenſu non procedit in conditione †
negatiua, vt ſunt præſentes conditiones (vbi
non poſsit cohabitare, ſeu nollit cum hæredibus
&c.) quia ex priuatiuis diſpoſitionibus non da-
tur habitus, item quia inducta ad negan. non de-
60 bent † operari contrarium quod eſt affirmatio-
nis ita Natt. conſ. 551. nu. 12. Oſaſch. deciſ. 79. nu.
28. & deciſ. 178. nu. 6. & 7. Surd. conſ. 85. nu. 40.

Secundò, & melius reſpondetur, vbi etiam ſu-
meretur argumentum a contrario ſenſu, illud eſſe
61 ſumendum ad limites, verborū, † & ita in ſenſu
contrario in limitibus contrariæ diſpotionis, ita
Mantic. d. lib. 3. tit. 17. num. 15. Pereg. de fidei-
com. art. 28. nu. 10. ſi enim teſtator dicat ſi Titius
deceſſerit abſq; liberis ſubſtituo caium, à, con-
trario ſenſu videtur dicere, ſi decederet cum
liberis eum non ſubſtituo, non autē debet inferri
62 quod liberi ſint ſubſtituti, quia nihil † extrin-
ſecus eſt ex ipſo argumento inferendum, vt ibi
dicit Mantic. at in præſenti caſu argumentum à
cōtrario ſenſu procedit hoc modo, teſtator noluit
quod eius vxor, ſi non poſſet, ſeù nollet habitare
cum filijs ſeù hæredibus habeat granum, vinum,
& alia &c. ergo à contrario ſenſu, ſi poſſet habita-
re ſeù vellet cum hæredibus non habeat granum,
& alia &c. & ita procedit ſi argumentum capiatur
ad limites verborum vt capi debet, cum non de-
beat coniectura deſumpta ab vno articulo trahi,
argumento à contrario ſenſu, ad alium articulū.

Tertiò, & quidem melius vbi etiam procede-
ret argumentum à, contrario ſenſu, de articulo
inferiori ad ſuperius legatum ſi illud deſumatur
ad limites verborum nec etiam nocet, nam te-
ſtator prius reliquit vxorem vſufructuariam
ſub duabus conditionibus affirmatiuis, donec
63 vitam † vidualem ſeruauerit, & dotes non petie-
rit, & indè ſubdit (& vbi dicta vxor non poſſet,
ſeù nollet habitare cum hæredibus tùnc reliquit
granum, & alia &c.) modò arguendo à contrario
ſenſu ad limites verborum vltrà illas duas con-
ditiones expreſſas deſumitur quod vbi vxor poſ-
ſet ſeu vellet habibare cum hæredibus fit vſufru-
ctuaria, quia ipſa conditio eſt contraria conditio-
ni expreſſæ (vbi non poſſet habitare ſeù nollet)
& argumentū nō debet deſumi ab illo ſolo verbo
(non poſſet) ſed à tota parcella, & ita etiam ab
alio verbo, ſeu nollit habitare ſed taliter deſūpta
coniectura non nocet vxori quia fuit collatum in
eius arbitrium, an poſſet habitare, & an vellet, &
in ipſius voluntate erat habitare, vel non habita-
re nec ipſa fuit neceſsitata actui habitandi, niſi ita
demum vellet habitare, vndè ſuccedit, quòd ferè
in terminis voluit Socin. Sen. conſ. 68. per tot.
lib. 1. dum dixit non extingui legatum per mor-
64 tem filiorum † quando vxor erat relicta vſufru-
ctuaria cum conditione cohabitandi cum filijs,
ſi ipſa noluerit, & ibi deciditur pręſens caſus,
& qui caſus minus eſt dubitabilis cum in caſu So-
cin. eſſet expreſſa conditio habitandi cum filijs,
vt in præſenti caſu non adeſt, niſi ex coniectura,
ex contrario ſenſu, conferunt etiam ea quæ dixe-
runt Corn. conſ. 292. col. pen. lib. 1. quòd ſi vxori
relicta fuerunt alimenta in domo, illa poſſe etiam
65 extra domum conſequi, quando † teſtator di-
xiſſet, quod poſsit, & valeat ſtare in domo cum
cenſeatur legatum collatum in eius arbitrium, &

Natt.

Natt. conf. 379. num. 13. & conf. 504 nu. 2. quia
illa verba non important necessitatem habitan-
di, & quæ omnia deducit Surd. conf. 98. nu. 8. facit
etiam quod voluit Rip. respon. 4. sub num. 3. tit.
de donat. & grat. perficiend. vbi si donatrix sit
alenda à donatario, alias, quod possit, & valeat
pro alimentis fructus aliquorum bonorum cape-
re non erit cogenda illos fructus capere si nollit,
cum sit in ipsius potestate, ita Surd. d. conf. 98. nu.
9. at in præsenti casu testator dixit, vbi non posset,
seu nollet habitare &c vnde à contrario sensu vbi
posset, seu vellet habitare habet vsūfructū itaut sit
in eius volūtate, nec ideò conditio eam astringat,
cum nulla adsit conditio, quod debeat habita-
re sed ita demum si velit, & huic fundamento
aduertatur, quia est tutissimum, & ita etiam di-
stinguit Ruin. conf. 41. num. 10. lib. 1. Pereg. de
fideicom. art. 16. num. 145. & quando legatarius
non adstringitur cum alio commorari legatum
dicitur factum ad eius fauorē, & non extingui-
66 tur † nō habitando Caualc. de vsufr. d. nu. 138.
Quartò respondetur admisso pro vero, quod
legatum vsusfructus, cum tacita conditione
habitandi fuerit posita in ellect. & voluntate vxo-
ris ex argumento à contrario sensu vt supra pro-
bauimus sequitur legatum esse factum ad fauorē
legatarię non hæredum cum nulla adsit conditio
saltem necessitatiua vxori habitandi nisi ipsa
vellit cum filijs, & ideò illud non extingui per
mortem filiorum vt per Anchar. conf. 185. post
Bart. conf. 56. sequitur Soc. d. conf. 68. Dec. conf.
601. & alij allegati per Pereg. de fideicom art. 16.
nu. 147. & hic non disputamus, an sit in ellectio-
ne vxoris capere primum an secundum legatum,
vt loquitur Surd. conf. 156. allegato nu. 13. sed
an sit in eius ellectione habitandi, vel non habi-
tandi, de quo casu non loquitur Surd. imò Surd.
fauet huic causæ cum dicat vxorem posse petere
secundum legatū, vti pinguius, non obstan. con-
ditione habitandi cum filijs, cum per eam non
steterit, quin habitauerit, sed per filios qui se te
diuiserunt.
Quintò respondetur vbi etiam esset conditio
pręcisa habitandi, & apposita fauore filiorum
67 adhuc conditionem non expirasse † per mortem
filiorum, quia testator apposuit illas duas cōditio-
nes expressas, & alteram tacitam cohabitandi, sed
ipsa duas primas adimpleuerit, ac etiam tertiam,
quia habitauit cum filijs, & nunc quòd sunt mor-
tui vult habitare cum hęredibus substitutis, Quia
testator non expressit quòd habitaret cum filijs,
sed cum hęredibus, & cum ipsi se se prætendant
hæredes vult etiam cum eis habitare, modo sal-
uus sit suus vsusfructus, & ita ipsi non possunt di-
cere conditionem deffecisse, si tamen ipsi nol-
lent cum ea habitare deberetur etiam legatum,
cum per eam non stet, sed per illos in quorum per
sona est adimplenda conditio, quo casu legatum
68 † nō defficit, siue sit conditio potestatiua siue mix-
ta, vt per Rol. conf. 89. in 3. dub. lib. 3. Ruin. conf.
80 & 81. lib. 2. Bellon. conf. 31. nu. 4. Surd. consil.
156. Caual. de vsufr. nu. 138. Menoch. lib. 5. præ-
sumpt. 183. num. 18. & 24. Mantic. lib. xj. tit. 16.
num. 14.
Sexto respondetur, quando legatum est factum
69 per dictionem (donec) dici factum sub modo †
non sub conditione, quo casu legatum factum sub
modo non extinguitur per mortem filiorum, Soc.
sen. d. conf 158. versi. quinto arguitur. Pereg. art.
16. num. 123.
Non modo resistunt Abb. Cast. & alij ex aduer-
so allegati, quia ipsi loquuntur in conditione ex-
pressa habitandi. Secundo loquuntur quando nō
est in electione vxoris habitandi, vel non habi-
tandi. Tertiò, quando conditio est apposita fauo-
re filiorum quę omnia cessant in hoc casu.
Quartò loquuntur quando conditio defficit, vt
in hoc casu non defficit, cum ipsa sit parata stare
cum hęredibus ad formam testamenti, saluo tamē
eius pleno vsufructu.
70 Nec pariter resistit Socin. sen cōs 279. ac Ruin.
71 conf. 135. nu. 5. lib. 2. dum volunt ex † pręsum-
ptionibus legatū trahi ad alimenta non ad vsum-
72 fructum, quos refferunt Surd. de alim. † tit. 2. q.
73 15. nu. 84. & Menoch. lib. 4. pręsump. 140. † nu.
11. & seq. vt quia testator relinqueret vxorē usu-
fructuariam in domo cum filijs, itaùt habeat vi-
ctum, & vestitum, vel quia diceret testator, quòd
possit habitare in domo, quę verba repugnant for
mali vsufructui, quia ego etiam admitto quando
adessent verba quibus dignosceretur testatorem
non sensisse de vsufructu, sed de alimētis legatum
prędictum trahi solum ad alimenta, sed hic est di-
uersus casus, quia nulla adsunt verba quę indu-
cant talem coniecturam.
Secundo si fiat fundamentum super illis verbis
74 vbi (non posset, seù nollet † stare) à contrario
sensu, adhuc illa denotat voluntatem non necessi-
tatem cohabitandi.
Tertiò quia illa verba fuerunt apposita fauore
vxoris non filiorum cum sit in eius declaratione
habitare, vel ne.
Quartò etiam cum dicta conditio habitandi
non deffecerit ex quo conditio testamentaria est
habitandi cum hęredibus prout ipsi se tales faci-
unt, non simpliciter habitandi cum filijs,
Et subtilis est cōsideratio super repetitione
75 dotium desumpta ex Bened. Capr. † conf. 12.
quem allegat Menoc. lib. 4. præs. 140. nu. 12.
Sed respondetur casus esse diuersos, quia in
casu Capr. testator reliquerat vxorē vsufructua-
riam dum castè uixerit, & quod dotes non pete-
ret ante matrimonium, quæ verba non petendi
dotes sunt superflua, eo quod vsufructum omniū
bonorum penes se haberet, & ita debet intelligi
factum seu restrictum legatum ad alimenta, ex
coniecturis, ne illa verba sint otiosa, at in pręsenti
casu verba ipsa (donec dotes non petierit) non
sunt superflua, sed necessaria, eo quia reliquit
vxorem vsufructuariam donèc vitam vidualem
seruauerit, & dotes non petierit, & fuerunt appo-
sita ad effectum vt quoties voluerit dotes petere
cadat ab vsufructu, & donèc non peteret, habeat
76 † vsumfructum, nam si non fuissent apposita illa
verba donec dotes non peteret, vxor consequere-
tur vsumfructum, & vlterius posset repetere sed
testator apposuit illa verba ad hoc, vt quo-
tiescumque vellet dotes petere, vt tunc cadat ab
vsufructu, & ita non sunt otiosa, sed, plurimum
operantur cum non possit interim dotes repetere
nec contra filios, nec contra hęredes substitutos,
imò nedum sunt contraria seu oppugnant legatū
vsufructus, sed potius illud declarant, seu restrin-
gunt, & limitāt tēpus, vsque quo durare habeat,
& ita donèe dotes non petierit,
Posset etiam alio modo responderi illa verba
non

non esse otiosa quia habebat vsumfructum viuentibus filijs pro dimidia, & pro dimidia per ius accrescendi.

Vnde non obstat motiuum, quia negatur illa verba esse otiosa eo quòd petendo dotes siue cōtra filios, siue contra substitutos caderet ab vsufructu, vt non caderet si illas peteret, vbi ipsa verba non fuissent apposita.

Nec est necesse discutere secundum legatum an illud debeatur vel ne cum abundè fuerit demonstratam deberi primum legatum, & illas duas conditiones expressas fuisse obseruatas, ac etiā aliam tacitam vbi ea adsit cohabitandi, cum sit parata cohabitare cum fratribus substitutis, saluo tamen eius vsufructu, stante quòd illa conditio non necessitat vxorem ad habitandum eò quod sit apposita in ipsius voluntate.

Sed dicitur amplius legatum illud secundum non esse debitum cum sit conceptum sub duabus conditionibus negatiuis si vere non posset, vel nollet habitare &c. quæ conditiones non verificantur eo quod ipsa vxor potest, & vult cū ipsis fratribus habitare saluo vsufructu vt supra, mudò per eos non stet, & taliter censeo &c. saluo &c.

Nec præmissis contentus præstantissimus D. Aduocatus partis aduersæ, alias, & sequentes considerationes dedit, quę videntur stare ad resolutionem dubitationum quæ fuerunt eleuatæ, & quæ subicientur.

Ex infrascriptis conclusionibus clara redditur causa Bartholameę de Pitio, de Grazano in odiū Ioannis, & Iacobini Fratrum de Pirio.

Vxor relicta à uiro Dña, madonna, & vsufru-
ctuaria etiam quod extantibus filijs ex consue-
77 tudine Bulgariua solum habeat † alimenta nō
vsumfructum iuribus vulgaribus, eis tamen mor-
tuis consequitur plenum vsufructum Caualc. de
vsufr. mulier. relict. num. 41. Gabr. lib. 5. com.
opin. tit. de vsufr. conclus. 3. nu. 7. & 10. Menoch.
lib. 4. pręsumpt. 139. num 81. Surd. de aliment.
tit. 2 q 15. nu. 162. etiam quod filijs fuisset datus
substitutus, ut ibi per eos tradit Viuius decis. 420.
quę taliter dicit iudicatum, saltem præstita fide-
iussione per usufructuariam de utendo, & fruen-
do arbitrio boni viri, & vbi erat substitutio pu-
pillaris, voluit Surd. cons. 363. nu. 1. & licet in
substituto pupillari fiat difficultas, quando ta-
mē legatum est annuum, & quia factum, per ver-
bum donec, seu, quousq; vitam vidualem serua-
uerit vt in præsenti casu, nullus Doctorū discre-
pat, vt per Gabriel. d. conclus. num. 11. Manric.
de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 7. nu. 19. Surd.
d. quęst. 15. num. 190. Caualc. nu. 42. & 43. Dec.
& ibi apostillans cons. 476. num. 2. qui omnes
testantur de cōmuni, & alias adducunt authorita-
tes imo etiam velit Surd. nu. 192. cum plur. seq.
& Caualc. nu. 44. et procedere in vnico legato.

Altera est conclusio, uxor relicta Donna Ma-
donna, & usufructuaria unà cum filijs suis habet
pro medietate usumfructum quæ, opinio etiam
est communis Dec. cons. 454. num. 3. & 4. Natt.
cons. 297. Caualc. nu. 54. Surd. d. quæst. nu. 204.
& sub nu. 212. sed disputant Doctores respectu
alterius medietatis an etiam habeat vxor in ea
usumfructum, & concludunt etiam habere filijs
mortuis, illa præsertim ratione quod hæredi à
78 se ipso † legari non potest per l. plane § duobus
ff. de legat. 1. Ias. in l. huiusmodi num. 16. ff. de
legat. 1. Ruin. cons. 39. num. 7. & 8. vol. 2. Surd.
d. quæst. num. 213. cum plur. seqq. & sub num.
220. vers. tertio est ad vertendum Canalc. nu. 54.
& iste est casus noster, & in proprijs terminis voluit
Peregr. cons. 70. vbi vxor relicta vsufructua-
ria cum filijs donec vitam uidualem seruauerit.
& dato substituto patruo filijs eis mortuis, habet
totum usufructum per tex. in l. si mulier. ff. de
79 usufr. accres. Paria enim sunt quod † uxor sit
vsufructuaria cum filijs, seù vnà cum filijs vt per
Menoch. d. præsumpt. 139. num. 21. cum plur.
seq. reprobata contraria opinione.

80 Tertia est conclusio, in vsufructu locum † esse
iuri accrescendi siue sint coniuncti re sine verbis
siue re, & verbis vt per Grass. de success. §. ius ac-
crescendi quęst. 9. & 22. Surd. cons. 434. num. 12.
cum plur. seq.

Non aduersatur substitutos pupillariter exclu-
81 dere † coniunctum, & ita impedire ius accre-
scendi.

Respondetur primo ipsos non esse substitutos
in ipso legato vsufructus facto filijs, & hęredibus,
ac in illa medietate quia prius reliquit testator
vxorem Dominam, & vsufructuariam vnà cum
suis hęredibus, & inde dixit in omnibus autem
alijs suis bonis hęredes instituit dictos eius fi-
lios, & quibus substituit dictos eius fratres,
vnde ipsi fratres sunt solum substituti in om-
nibus alijs bonis, dempto legato, & ita in hære-
ditate ex titulo vniuersali, non in legato, illius
medietatis usufructus, relicti filijs, suis ob illam
dictionem alijs vt per durant de arte testandi tit.
de hæred. instit. caut. 4. Caualc. d. tract. num. 63.
82 item quando hæres, habet substitutum † in una
parte, non in alia, in illa alia in qua non habet
non excludit coiunctū Menoch. lib. 4. pręsumpt.
87. num. 10. secundo respondetur substitutum,
83 non excludere † coniunctum re, & uerbis quan-
do in contrarium dignoscitur mens testatoris ut
per Menoch. d. præsumpt. 87. nu. 7 post Alex.
Bart. & alios, at in hoc casu non est uerisimile
testatorem uoluisse fideicomissū constituere in
illa medietate usufructus relicti filijs quam uoluit
deseruire de alimentis ipsorum filiorū, ac unius
filię nunc superstitis, tertio respondetur si non
uoluit legatum factum suis filijs hęredibus de illa
medietate usufructus in fauorem filiorum, &
quod hęredi à se ipso legari non potest ut supra
diximus in secunda conclusione minus ualere de-
bet in fauorem substitutorum qui etiam dicuntur
secundi hæredes quia alias essent melioris condi-
84 tionis † quam filij primi hæredes quarto respō-
detur, quia istud legatum factum per dictionem
donec vitam vidualem seruauerit est annuum,
85 non autem vnicum, substitutus pupillaris, † non
admittitur, ad exclusionem vxoris usufructuariæ
ut supra etiam diximus in prima conclusione, ut
est communis opinio.

Quinto datur in terminis cons. Peregrin. 70.
86 † num. 12. cum plur. seq. qui istud clare deter-
minat in substituto fideicommissario uti plus
dubitabile quam esset substitutus pupillaris.

Non demum retragatur, uxorem solum posse consequi granum uinum, & alia. Respondetur enim, granum, & alia fuisse relicta ubi ipsa non posset seu nollet stare, & habitare cum filijs ut loquitur testamentum sed ipsa semper cum eis stetit, & habitauit, & licet ipsi sint mortui iste casus

mortuis,

mortis, ei non potest nocere quia, & si quando
legatum est factum vxori, ad fauorem filiorum, vt
quia dictum esset quod relinquebat vxorem vsu-
fructuariam modo habitet cum filijs vel quòd
teneatur habitare cum filijs eis mortuis expiret
legatum, vt per Bald. cons. 434. circa fin. lib. 2.
Dec. cons. 483. & 526. de quibus per Surd. cons.
218. num. 4. secus tamen est quando legatum est
factum ad fauorem vxoris vnde aduertendum est
in hoc legato nullam extare conditionem quod
deberet vxor cum filijs commorari, vt loquuntur
doctores contrarij sed vbi etiam extaret illa con-
ditio sunt tres casus considerandi primus quan-
do legatum fuit factum fauore filiorum tunc eis
87 mortuis, † expirat legatum secundus quando
fuit factum fauore vxoris tunc secus est cum non
expiret, tertius, quando sumus in dubio, an fa-
uore filiorum an vxoris factum fuerit, & ita sit
casus mixtus tunc etiam eis mortuis, non expirat
88 legatum ita Dec. † cons. 601. qui se subscripsit
consilijs Excellentissimorum Doctorum, at in
præsenti casu legatum factum fuit, fauore vxoris
tum quia per prius eam reliquit vsufructuariam
tùm etiam quia reliquit donec, & quousq; vitam
vidualem seruauerit, & ibi dicit Dec. num. 5. le-
gatum esse clarum, necesse coniecturis condonan-
dum. & istud sapere magnam equitatem, sed vbi
etiam essemus in tertio casu mixto, & ita versere-
89 mur † in dubio adhuc in dubio pro legataria,
non pro herede esset pronuntiandum, item esset
pronuntiandum ad validitatem legati non ad
exclusionem, & si de hoc fuisset testator interroga-
tus, vtiq; noluisset vxorem priuari, & filijs, &
legato, ac vsufructu, & illu relinquere suis patri-
bus substitutis quē noluit relinquere suis filijs pri
mis hæredibus institutis, sed potius eius vxori, &
in casu ei debetur, vbi vxor non erat relicta vsu-
90 fructuaria quod male Dec. consuluerit cons. †
485. voluit ibi appostillans iuxta impressionem
Taurinensem.

Ista tamen sint dicta, ad abundantem cum hoc
in casu nulla extat conditin apposita vxori vt cū
filijs debeat commorari, sed legatum sit purum,
itaut non teneretur cum filijs habitare, vt voluit
Caualc. nu. 138. qui plures casus distinguit quin-
imò, si aliter diceretur esse per mortem filiorum
extinctum legatum sequeretur absurdissimum,
vxorem priuari, & legato vsufructus, & legato
grani, vini, & aliorum, & quod plus est esset inte-
rim priuata suis cum testator reliquerit vsufru-
ctum, si dotes non petierit.

Rursus, quod conditio, censeatur pro adimple-
91 ta † quando non stat per legatarium, quin ad-
impleat voluit Cephal. cons. 429. num. 90. Surd.
92 cons. 218. nu. 20. maximè in conditione † acci-
dentali, vt per Rot. Bononiens. decis. 98. Caualc.
nu. 138. alias fuissent etiam melioris conditionis
substituti, qui solum tenerentur ad granum, &
alia quàm instituti qui tenebantur relinque vsū-
fructum.

Nec vim facere possunt quod vxor relicta fue-
rit donna, & vsufructuaria, vna cum hæredibus
93 quorum hæredum appellatione veniant, † &
ipsi substituti, & ita si vsusfructus pro medietate
spectabat filijs ipsius testatoris vti hæredibus ita,
& pariter eis spectare debeat etiam vti secundis
hæredibus.

Respondetur enim primo in illo legato vsufru-
ctus vbi fit mentio hæredum, testatorem sensisse
de suis filijs non autem de substitutis quod de-
monstratur, ex quo prohibuit vxorem dotes suas
petere, vnde cum actio vendicandi suas dotes
competeret solum contra filios non contra fratres
qui iam erunt diuisi dicendum est solum de eis
non de fratribus sensisse.

Secundu respondetur vbi etiam ipsi essent cō-
prehensi, sub illo verbo (heredibus) ad legatum
medietatis vsufructus quia legatum, non valuit,
& quod heredi, à se ipso legari non possit vt supra
diximus, minus valere potest quo ad ipsos fratres
etiam heredes, & qui fuerunt substituti cum solū
possint consequi quod poterant heredes instituti
non vltra.

Tertiò respondetur, vbi etiam fuissent inclusi
sub illo legato, & vbi etiam legatum teneret, &
esset validum, ad hue matrem esse admittendam
per ius accrescendi, quæ in hoc casu excludit sub-
stitutos, vt in terminis imo debiliori casu voluit
94 Pereg. d. cons. 70. † nu. 12. & 16. per textum in
d. l. si mulier, & quando habemus decisionem in
terminis non est vlterius elaborandum ibi enim
fuerat relicta vsufructuaria vxor cum filijs suijs,
& fuerat datus substitutus frater testatoris, & ta-
men concludit substitutum excludi etiam quod
esset fideicommissarius cum minus sit dubium in
substituto pupillari, vt vbi dicit.

Quarta est conclusio, vxor relicta Dña Madon
95 na, & vsufructuaria potest possessionem † pro-
pria authoritate apprehendere Roland. cons. 74.
num. 20. & 21. lib. 2 Caualc. num. 11. 16. & 27.
Gabr. d. conclus. 2. num. 56. qui etiam dicit Pin-
guius esse quam legatum alimentoru Viu. decis.
420. Peregr. de fideicomiss. artic. 47. num. 50. &
propterea si potest Bartholamea propria authori-
tate illam apprehendere eo magis debet in ea, in
qua reperitur, vt non negaur fratres de Pitio, ma-
nuteneri quę ideo, confisam integritate Domini
Consultoris, quisquis ille fuerit postquam nunc
solum tractatur quis sit in possessione manutenē-
dus, & ita tractetur solum de possessorio requirit
se manuteneri saluis suis iuribus in petitorio, seu
plenario iuditio in quo multa habet deducere, &
in specie probare quod ipsi recusarunt tutellam
96 filiorum acceptare vt eis fuit, à testatore † in
iniunctum itaut sibi ipsis in successione pręiudi-
cauerint, vt per Surd. d. cons. 218. & alios denum
allegandos eum non possit esse beneficiū vbi de-
ficit officium, & motiua excitati in casum alicu-
ius dubij, vt nun credit &c. saluo &c.

Sequuntur dubitationes aleuatę per celeberri-
mum I. C. & cōiurorē D. Ludouicum Plebanum
nunc Senatorem meritissimum in Montisferrati
Senatu.

Admissis pro veris infrasciptis conclusionibus
firmatis à pręclarissimo, & numq; abunde lauda
to Aduocato, & Domino meo D. Beccario ad
commodum Berthulameæ r. q. Iacobi de Pitio
huius loci Grazani contra Ioannem, & Iacobinum
fratres eius sororios per q. testatorem substitutos
in casum mortis eius filiorum heredum instituto
rum vlz. & primo quod legatum vsusfructus, vnà
cum heredibus factum non restringatur ad ali-
menta, eo quia non vniuersum vsumfructum sed
dimidiam respiciat ex Natt. Dec. Surd. & alijs
per eum citatis quo in casu ex predictis cessant ra
tiones Bulgarinę consuetudinis. Secundo quod
lega-

legatum vsusfructus eiq; vt sup pro parte debitus tantum ab initio, ex post per mortem filiorum fuit consolidatus ad eius commodum eo quia etiã in eo detur ius accrescendi seu verius non decrescendi inter cõiunctos (prout ipsi cum matre re, & verbis leguntur copulatim vti sub eadem oratione comprehensi citra partium distributionem etiam post acquisitionem ex late citat. & in specie per Peregrin. d. cons. 70. adhuc tamen videtur contra eam iudican.

Considero enim ex lectura testamenti apparere duo esse ad eius commodũ facta legata, vnum, & primum de vsufructu cum filijs sub conditione affirmatiua, dum vitam vidualem seruauerit, dotes non petierit, & cum heredibus habitauerit, saltim tacite alterum de frumento vino, & alijs sub conditione negatiua si cum filijs non posse vel nolle habitare cõtigerit, aut igitur secundum pretendit eo quia propter mortem purificata sit conditio negatiuè concepta, & non venit manutenenda quia debet illud capere a manu heredis aut primum, & non videtur audienda quia non potest cum filijs habitare stante eorum morte &c.

Nec proderit replicare non stare per eam sed propter casum fortuitum, & ideo non esse priuan. legato, quia sicuti legatarius priuatur legato
97 quando conditio mixta † eius facto non adimpletur ita, & quãdo casu fortuito corruit propter mortem heredis quo cum venit adimplenda l. si ea conditione cum l. sequent. C. de condit insert. vbi Bart. not. & in proposito Abb. cons. 78. circa finem lib. secundo maxime cum legatum istud non restringatur ad alimenta vt supponitur in secunda conclus. & animaduertit Abb. vbi supra.

Et si dicatur cõditionẽ habitandi in filijs non legi expressam in legato vsufructus, & ideo ea cessante legatum primum peti posse dicitur, & primo tacitè intelligi secundo respondetur quod vbi etiam non possit considerari hęc conditio, quod adhuc secundum, & non primum legatum debetur cum per mortem filiorum sit purificata conditio negatiua sub qua illud legitur concep-
98 tum, quandoquidem verba illa (non posse † habitare) verificantur non solum in casum impotentiæ causatum facto, & culpa hæredũ, sed etiam per eorum mortem, & sic in casu fortuito vt considerat Castrens. cons. 167. lib. primu ibi vel stante per casum fortuitum &c. vbi dicit quod si alicui
99 fuerunt legata alimenta in domo, & casu quo † non possit habitare cum hęredibus, certa quantitas pecuniarum, & fructuum quod secundum petere poterit legatarius vbi cum illis propter eorum mortem habitare non poterit, & Castren. sequitur Rol. Ruin. Ioseph. Ludouic. Menoch. & alij de quibus per Surd cons. 156. num. 11. lib. 2.
100 Nec dicatur ex mente eiusdem Castrens. † vbi supra col. mihi 2. versic. nam si vellet, esse positum in electione legatarij vtrum petat, & ideò posse etiam primum arbitrio boni viri taxan.
101 prætendere, quia contrarium tenet Surd. vbi supra num. 23.

Pręterea animaduerto quod legatum vsusfructus colatum in vxorem, & restrictum ad alimenta fauore filiorum institutorum ipsis mortuis non
102 extenditur ad vsumfructum formalem, † quãdo appatet de contraria mente testatoris, sed remanet in puris eius terminis nos autẽ sumus, ac versamur ijs in casibus ergo maior probatur ex ijs
103 quę tradit Socin. sen. cons. 279. † nu. 4. & 5. lib. 2. vbi dicit quod vxor relicta vsufructuaria in domo cũ filijs vt ibidem habeat victum, & vestitum non potest filijs mortuis extraneis hęredibus superstitibus, vel bonis alienatis vsumfructum consequi quia vna pars testamenti aliam declarat, & per illa verba (habeat victum, & vestitũ) demonstrauit testator nolle legare vsumfructum, sed alimenta tantum, quia aliàs verba illa otiosa essent, & frustratoria, facit quod dicit Ruin. cons. 135. nu. 5. lib. 2. vbi concludit quòd licet legatũ vsusfructus hæredibus extraneis institutis vxori factũ comprehendat formalem vsumfructum, quod tamen ad alimenta coarctatur constito dej mente contraria testatoris, puta si legato vsufructu omnium bonorum dixerit quòd legatarius possit habitare in domo, eo quia legatum habitationis vbi vniuersus vsufructus in legato præcedenti comprehenderetur esset superfluum vti comprehensum sub præcedenti vniuersali; & pręfatis accedunt Surd. dicto tit. 2. q. 15. nu. 84. & Menoch. d. pręsump. lib. 4. pręsump. 140. num. 11. & seq. Minor autẽ probatur ex lectura testamenti, quia sin casum mortis filiorum in quem verificantur verba illa (& si contigerit eã non posse habitare &c.) legauit vxori frumentũ, & alia ibidẽ enunciata, ergo istud, & non primum legatum habere poterit &c. ex verosimili mente testatoris;

Confert ad propositum quod testator tàm in primo quam in secundo legato declarauit quod mulier non possit dotes suas repetere, & tamen hæc declaratio vbi mortuis filijs primum legatum petere posset extensiuè ad vniuersum vsufructum vt supponitur, essent superflua, quia certum est, quod ipsa dotes non repeteret, ex quo omnium bonorum vsumfructum haberet, dicendum est igitur quod verisimiliter voluerit testator, quod in casum mortis filiorum secundum legatum frumenti, & aliorum consequeretur quo in casu pro maiori sui commodo, & vtilitate poterat verisimiliter aspirare ad dotium repetitionẽ, argumento eorum quæ traduntur per Capr. quem refert Menoch. vbi supra num. 12. & hæc sub dubio &c.

Et ita ex præmissis fuit pronuntiatum ad cõmodu partis Pitię cui non acquiescendo mulier, appellationis iudicium proposuit in quo sequentes legales considerationes dictæ fuerunt.

Appellationis iudicium quod exercuit, Bartholamea Pitia contra eius sororios, & coram Excellentiss. Senatu Montisferrati introduxit, aduersus sententiam latam in prima instantia ad commodum fratrum de Picio, qua dictum fuit non fuisse locum pręsupposito legato vsusfructus, per ius accrescendi sed deberi tantummodo alimẽta taxata vt in sequẽti legato, iuxta ea quæ in prioribus allegationibus deduximus, appellationis inquam iudicium ansam dedit, vt alijs iuribus comprobanda sit ipsorum fratrum intentio, præsertim circa eum articulum in quo totius controuersię cardo versatur, an sit locus iuri accrescẽdi.

Primo igitur non esse locum dicto iuri, opportune probari videtur. Quia inter cætera prædicamenta quibus debet consistere ius accrescendi
104 † & quæ necessaria sunt ad hoc vt ius ipsum locum habet, illud est præcipuum quod in re consistit, & circa eam rem quę consideratur tamquam ens, & substantia siue subiectum, versatur

coni-

consideratio quod scilicet sit res, vna, & eadem
pluribus relicta, licet distributiue quando tit. hęreditatis est relicta, cum in hæreditate partium
assignatio non disiungat hæredes, vt per l. ex facto, ff. de hæred. instituend. dixit Duarenus de
iure accrescendi lib. 1. cap. 4. quem refert, &
sequitur Massinius, ad Rubricam Cod. quando
non petent part. nu. 82. & sequ. item, & illius rei
portio defecerit, vt ibidē Massinius disserit sub
num. 89. & sequenti.

Sed in casu proposito legatum vsusfructus, relictum vxori vnà cum liberis quoad matrem, &
liberos non continet vnam, & eandem rem, quia
respectu matris non vsusfructus formalis sed alimenta tantum videntur legata ex consuetudine
Bulgarina stantibus suis hæredibus institutis, vt
glos. & Doctores enunciant, in Auth. hoc ita Cod.
si mulier secund. nupt. Bart. in l. titia §. titia ff. de
legat. 2. quod etiam in hac eadem caussa in anterioribus responsis affirmauimus, quæ restrictio
ad alimenta in tantum procedit vt etiam locum
105 obtineat in testamento in quo pro parte † fuerint instituti hæredes filij testantis, & pro alia
extranei, quia respectu extranei instituti non
reducitur legatum vsusfructus ad alimenta sed
remanet in formalitate vsusfructus, respectu vero portionis in qua filij fuerunt instituti, cadet
restrictio vsusfructus ad alimenta tantum, vt in
proposito consuluit Angel. de Gābellionibus in
consil. 96. Nardus Petri num. 1. inter consilia vltimarum volunt. lib. 1. modo si matri sunt tantū
relicta alimenta in ea dispositione, quomodo po-
106 terit prætendere, per ius † accrescendi vsumfructum, qui solus cum proprietate, spectabat filijs
institutis? l. Dominus ff. de vsufructu, & quem
admodum.

Et ista corroborātur quia in iure accrescendi
semper consideratur portio in persona eius cui
107 accrescit, altera portio † quæ defecit vel caducata remansit, portio enim, portioni, & ipsi rei
accrescit non personę vt est textus, in l. si titio in
fine ff. de vsufructu, Bart. in l. re coniuncti ff. de
legat. 3. num. 76. ibidem Io. Bolegnetus vbi de
communi. Quare, & eodem modo portio por-
108 tioni † accedit, quo pars incrementi, partem
choerenti per alluuionem accrescit, vt inquit. I.
C. Papinianus in eadem l. si titio, ff. de vsufruct.
proinde si persona quæ intendit acquirere non
habebit partem iam adquisitam, cui deficientis
portio accrescat, inutiliter prętendet acquirere,
109 sic colligitur ex l. vnica † Cod. quando non petentium partes, ibi his solis qui bonorum possessionem agnouerunt portionem non petentiam
accrescere, in dubium non venit.

Nec dicatur obstare, quod ex tempore fuit ab
110 aliquibus obiectū, portionem † vsusfructus, personaliter accrescere, vt in d. l. si Titio. & in l. interdum. ff. de vsufructu accrescendo, quia illud ius
accrescendi ad personam ita debet referri, vt extincta persona extinguatur, portio vsusfructus cū
personalis sit, sic notat Doctissimus Philippus
Massinius ad rubr. Cod. quando non petentium
partes. nu. 6. & ideò personalis vocatur, quia pereat cum persona.

Nec obstat quod obijciebatur filios defecisse, &
ob id cessare Bulgar. Bononiensis consuetudinem,
quia respondetur, non ideo tolli defectum portionis in matre vt ad alias portiones possit aspirare per ius accrescendi cum deficiat vnum de
extremis requisitis ad ipsum ius accrescēdi quia
alias si vera esset conclusio quod vsusfructus insolidum pertineret, esset admittere quod ordine
successiuo succederet mater in eo nō ex iure accrescendi quod non est dicendum, quia non est in
ea formalitate vsusfructus vocata, nec expresse
nec tacitè, prout requiritur in his qui ordine successiuo admitti intendunt ad bonorum successionem ad notat. per Doct. in l. cum ita. §. in fideicommisso. l. pe to fratre ff. de leg. vltra quod in defectum filiorum fuit per testatorem prouisum,
per substitutiones, quæ vt alias dictom fuit, pro-
111 hibent † ius accrescendi, l. 2. §. si duo. ff. de bonor. possess. contra tabul. l. penultima ff. de iniust.
nupt. irrit. fact. test. præsertim quia in substitutione mater nō est nominata vt Massinius arguit.
ad d. Rubricam Cod. quando non petent part.
num. 161.

Insuper adducitur, quod in isto legato vsusfructus reperiuntur duę orotiones, qoia in prima
fit legatum vsusfructus bonorum vnà cum filijs, in
secunda vbi cum filijs vel nolit vel non possit habitare relinquit testator quædā alimenta expressius taxata, sed quando in vna dispositione sunt
112 duę orationes † in quarum prima sit coniunctio
& in altera sit disiunctio, attenditur secunda oratio disiunctiua, vt cesset ius accrescendi, & ita illa
particularis oratio quæ taxata alimenta continet
textus est qui mirifice casui nostro deseruit in l.
statuit in annos §. idem Papinianus ff. Quib. mod.
vsusfruct. amittat. quem sic in preposito bene inducit, & declarat, Benedictus de Plumbino in
cons. 62. Adam anno, inter cons. vltimarum voluntat. vol. 1. Quod est subscriptum per Fulgos.
Castilion. & Paulum Arzonum.

Nec in proposito valent considerationes, &
probationes factæ quod, ipsa Bartholamea vitam
vidualem, & honestam duxerit, & dotes, non petierit, quia si bene videatur instrumentum testamenti, istę qualitates ita sunt adiectę vltimæ orationi, & legato facto de certis, & taxatis alimentis
vt primo, & ideo nō conferunt ad consequendum
vsumfructū, formalem nec in totum nec in partē.
quare, & etiam intentionem contrariam confirmant cum per obseruantiam qualitatum requisitarum in secunda oratione factus esse dicatur
locus secundę dispositioni, cum præsuppositum
illius similiter verificatum appareat, glosa in l.
mancipium Cod. de seruit. fugitiu. in verbo aduocandum Roman. singul. 490. Socin. consil. 55.
col. 2. lib. 1.

Demum vt strictioribus iuribus firmetur conclusio ad commodum hæredum substitutorum
dicendum videtur quod in casu proposito duo
sunt legata, primum est alimentorum ex allegata consuetudine Bulgari. sub conditione morandi cum filijs ibi vnà cum infrascriptis eius hæredibus secundum verò sub contraria conditione,
quando scilicet non posset morari cum filijs, ibi,
& si contigerit dictam eius vxorem non posse vel
nolle habitare cum infrascriptis hæredibus eo in
casu &c. & ita in casum impotentiæ vel nolūtatis,
& alterum ipsorum legatorum quod est primum
113 censetur † transfusum per contrariam conditionem in secundum, & proinde cum euenerit cogitatos casus, & conditio prauisa per testatorem,
non habitandi cum filijs, vtiq; non ad primum

Sf. legatum

legatum sed ad secūdum dabitur actio, facit tex. in l. si pœnam ff. quand. dies legat. cedit. in fine, & in l. prima ff. de pena. legata, l. cum fine præfinitione ff. quand. dies legat. Cod. l. prima §. itē si ita ff. ad leg. falcid. quia vel in defectū primæ conditionis adiectę, non habitandi cum filijs, vel per contrariam conditionem adiectam, vbi nollet vel non posset habitare, locus erit tantummodo secundo legato. isto etiam quod primum legatum non foret restringendū ad alimenta, quia principalis dispositio fuit resoluta ab ipso testatore per conditionem adiectam, & ita eodem modo impeditur ius accrescendi quo prohibetur facta substitutione, arg. l. seruus communis. ff. de acquir. hæredit. faciunt tradita in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Senatuscons. trebell. l. vnica. §. pro secundo. ff. de caduc. tollend. & ibi Doct. Pro-
114 uisio enim hominis † facit cessare prouisionem legis. l. fin. C. de pact. connent. l. & habet §. cum quis, & ibi glos. ff. de Precar. & in omnem casum cessat præsumpta voluntas testatoris super qua voluerunt radicari ipsum ins accrescendi, vt per l. in testamento. ff. de vulgar. l. si mihi. & tibi ff. de legat. 1. & vbiq; Bald. dixit Ill. D. Carolus Antonius Puteus Archiepiscopus Pisanus in consil. suo vnico post consilia Sfort. Oddi Inserto nu. 83. præsumpta in quam testatoris voluntas cessat vbi adest expressa.

Non nocent considerationes ex aduerso elleuatæ, quod illa conditio non habitandi sumatur negatiuē, & ideo quod nō detur argumentū à contrario sensu, quia hoc est erroneum, vt alias dictum fuit. Primo quia illa conditio non sumitur negatiue primo loco cum in primo legato sit relicta Donna, Madonna, & vsufructuaria vnà cum filijs hoc est in domo filiorum. Et ita in eo-
115 rum fauorem quia cum † minori sumpta præstaretur ad not. per Bart. in l. Caio. §. Imperator in fine ff. de Adimend. legat. & dicitur conditio affirmatiua quæ declaratur per contrariam conditionem quę negatiua dicitur, vbi non posset vel nolit habitare sic in indiuiduo, & in terminis terminantibus decidit Paulus de Castro in cons. 167. considerandum est hic per tot. vol. 1. quem sequutus est Surdus in cons. 156. legatum frumenti num. 19 & seq. lib. 2.

Minus facit quod illa conditio non possit, vel nolit habitare cum filijs hæredibus sit posita ad totale cōmodum, & in arbitrium legatariæ, quia contrarium est verius namq; illud verbum nolit ad personam legatariæ restringitur, & aliud verbum non possit ad filios hæredes, & istas duas partes orationis doctissime declarat Castrensis in eleganti suo cons. 167. vbi dicit per ea verba, duos casus fuisse comprehensos à testatore, scilicet si non poterit stare cum filijs ob aliquā causam ex persona ipsius mulieris prouenientem, vel ex culpa, & facto filiorum. Item & sine culpa, & casu fortuito, veluti per mortem prout alias diximus, affirmando quod conditio negatiua si non habitauerit, vel non poterit habitare impleta vide-
116 tur † morte filiorum, l. cum tale in principio, & in §. 1. l. pater Seuerinam. §. socrus. ff. de condit. & demonstrat.

Non obstat quod ex latere mulieris opponitur quod ipsa scilicet intendat habitare cum hæredibus, & ita cum ipsis substitutis, quia respondetur contra istud obiectum, stare dispositionem l. Boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. significat. & proinde esto quod verbum hæredibus fuisset simpliciter probatum adhuc tamen de primis hæredibus cadit intelligentia, & sic de institutis non substitutis, confert quod dixit Bart. in l. Lucius. §. post quæsitum iu princip. ff. de legat. 3. vbi dicit quod legatum, vel fideicōmissum simpliciter
117 relictum fratribus † intelligitur de primis fratribus, non autem de vlterioribus quam conclusionem multis probat Tiraquel. ad l. Boues. §. hoc sermone, nu. 81. Tanto magis, quod dictum fuit eius hæredibus, quo casu ad filios directus fuit sermo principalis testatoris, iuxta ea quę dixit Brun. cons. 27. nu. 2. & Crauetta cons. 98. nu. 8. faciunt notata per Doct. ad l. honor C. de pœnis. Vltra quod in toto testō vocauit Pater testator hæredes solos filios suos, & filiorum filios alios verò substitutos tantum nuncupauit, qui cum ex pupillari substitutione admittatur, dicuntur etiā heredes Pupillorum, ad tradita in l. Precibus C. de Impubet. & alijs substitut. textus est in l. qui duos ff. de vulgar. & pupillar. cap. si Pater de testament. Andreas de Alserijs in cons. 36. factum sic se habet nu. 23. Inter cons. vlt. volunt. lib. 1. & ita colligitur ex præmissis quam dubia sit Quæstio quam pro constanti firmat. Menoch. R. C.

Numero 11.

Æqualitas pro qua arguit Menochius hoc loco non benè intrat, quia ea nō cadit inter legatarios
118 & † hęredes, sicuti enim magis honoratur hęres qui titulo vniuersali vocatur, & quem testator in subrogationem propriæ personæ, nominando relinquit, §. 1. Auth. de iure iur. à moriente prestitit, ita magis eum diligere dicitur, vnde quem plus
119 † diligo magis honoro, Menoch. in cons. 463. Respondendum videbatur num. 5. lib. 5. in consil. 1005. nu. 28. lib. 11. & in cons. 1152. nu. 32. lib. 12. quod autem plus sit relictum hæredibus patens est satis, & Menochius hoc loco probat, ibi, Quinimò adhuc quid plus hæredibus reliquisse ex quibus colligitur aufferri deductionem æqualitatis dum idem met affirmat plus hæredibus, quàm legatarijs fuisse relictum. Rol. Cauagnol.

Numero 12. & 13.

Ad ea quæ dicuntur hic de verosimili responsione testatoris si fuisset interrogatus ex glosa in l tale pactum, §. vlt. ff. de pactis, congrnè respondetur contraria consideratione, nempè quod si de hoc casu fuisset interrogatus, attenta dispositione legali quæ stat pro hæredibus, dubio procul pro eis respondisset, & ità fortior est ista præsumptio, quia iungitur dispositioni legali, vnde tollitur alia, vt in similibus scribit Christophorus Torniola, in consil. 94. in proposita quæstione num. 22. cum quo pariter dicendum est, quod glos. d. l. tale pactum, procedit solū quan-
120 do quid non est † ommissum, sed sequitur ad aliquod expressum, citat Baldum in l. vnica, ad fin. C. de his qui ante apertas tabulas ius Dec. & Ruin. item facit, quod coniecturæ voluntatis in testatore debent esse probabiles, & necessariæ, & quę ex dispositis interantur idem Tornola in consil. 76. circa fide icommissum quod prætendit, num. 4. & 8. vbi dicitur non esse attendendam
121 omnino tacitam voluntatem † testatoris, cum non appareat nec transiuerit in dispositionem, nec sat est dicere testatorem ita voluisse, nisi etiā disponat, nec est curandum de mente disponentis quando

quando scilicet ad eam verba saltem impropriè,
& largè, nequeant adaptari, Bartol. in l. in ambi-
guo. ff. de reb. dubijs, Alex. in l. 3. C. de liber. prę-
ter, & in cons. 55. ponderatis his quę in Themate,
nu. 8. lib. 3. latè Decius in consil. 205. idem Tor-
niola in consil. 20. consului iam aliquot annis,
nu. 66. in consil. 31. visis supradictis doctisimis,
num. 27. in consil. 51. super primo dubio, num.
23. in consil. 68. viso testamento, nu. 21. cui adde
Crauettam in consil. 361. Carolus Alamandi, nu.
11. & 12. lib. 3. vbi ex Socino, in d. l. in ambiguo,
dicit hanc argumentationem qua sæpe vtuntur
122 consulentres, † esse Brocardicam adinuentam
per eos qui suo ingenio attētiores versantur circa
pecuniam. Rolandus Cauagnolius.

Numero 14.

Argumentum deductum à maiori dilectione
tollitur per ea quæ superius dixi in verbo æqua-
litas ad num. 11. Rolandus Cauagnolius.

Numero 15.

Quod hoc loco dicitur, de sumenda interpre-
tatinne magis laudabili, corruit, vel quia magis
laudabile est, vt finito vsufructu in persona ma-
tris, & indè filij consolidaretur cum proprietate,
non autem quod nouus indè vsufructus tacitè, &
pro arbitrio vsufructuariorum, respectu aliorum
bonorum formaretur, & magis probabilis est dis-
123 positio, & interpretatio quę † congruit iuri cō-
muni, quam ea quę derrogatoria est, l. si stipula-
tus. ff. de vsuris, & quæ magis conuenit subiectæ
materię, l. eas causas. ff. de condit. & demonstrat.
idem Menoch. de arbitr. iud. cas. 199. tanta est
aliquando nu. 2. & 9 Rolandus Cauagnolius.

Eodem numero, & ibi (non amore sed odio)
potest responderi, quod non agitur, de Io. Fran-
cisco, & Petrosio sed de eorū filijs quos dilexisse
dicitur magis quam legatarius, & licet ipsis quę-
124 situs fuisset vsufructus artanię hoc nihil est † quia
vbi fuisset testator illius mentis, quod non quęre-
retur vsufructus parentibus filiorum institutorū
vtiq; sciuisset prohibere, vt notant scribentes ad
eam l. cū opportet, C. de bonis q; liberis, & §. pri-
mum, institut. per quas person. nobis acquiri-
tur. Rolandus Cauagnolius.

Eodem numero, & ibi (sexto, & vltimo) ma-
gnā vim facit Menochius pro comprobanda eius
125 sententia super consilio Decij 590. † testator
reliquit filię, num. 8. versic. in secundo dubio, sed,
quæ mea opinio est casus ille longe difert à casu
proposito per Menochiū. Primo quia legatum,
vsusfructus generalis exprimitur eodē contextu
sermonis, nec fiunt legata distincta, & separata,
prout in casu nostro, siquidem in casu Decis. legat
testator filię suę, vsumfructum omniū bonorum,
ab his tamen excipitur quoddam podere cuius
vsumfructum reliquit Ioannæ, in casu verò Me-
126 nochij fit primo † loco legatum particulare de
domo certis personis, & post modum legat vsum-
fructum, aliorum omnium bonorum, nepotibus
suis ex sororibus vel etiā, & fortius dicitur, quod
in casu Decij specialiter dictum fuit per testato-
rem quod Ioanna non acceptante legatum vsus-
fructus particularis, compręhendatur in generali
vsufructu relicto filiæ Alexandrę, quo casu dicit
Decius non esse dubitandum, & ideo infertur ad
dubitationem vbi testator non fuisset aperte lo-
quutus, nec est alicuius cōsiderationis, quod ces-
sante exceptione sit locus regulæ quia responsio
est, quando ea sumitur de regula, & sic post regu-
lam constitutam, vt in casu Deci. secus quando
regula constituitur, post remotam speciem par-
ticularem vt in casu hoc Menochij, vbi priusquā
fiat regula de generali vsufructu, subducta fuit
domus, quam testator noluit sub genere comprę-
127 hendi, & ita aliud est de regula † excipere, &
aliud in regula ab initio quid non fuisse comprę-
hensum, quia isto secundo casu non potest dici
quod exceprio facta sit de regula, sed potius quod
non complectitur ea de quibus agitur, & huc per-
tinet id quod dicitur priuationem pręsupponere
habitum, l. Decem, ff. de verborum obligat. Ro-
landus Cauagnolius.

Numeto 19.

Ibi, (atqui voluntate testatoris, à persona ad
personam transit,) verissima est conclusio quod
128 vsusfructus ex voluntate testatoris † transit de
vna persona in aliam sed hoc dictū procedit quā-
do de volūtate patet expresse, vt est casus Authēt.
excipitur, C. de bonis quę liberis, quem textum
hoc loco Menochius allegat, dicitur. n. ibi condi-
tione hac adiecta, ne ad patrem perueniat vsus-
fructus, atqui in casu nostro de ista voluntate non
patet, vt colligitur ex supradictis, ergo. Rolandus
Cauagnolius.

Numero 20.

Ibi (immo hos vsufructuarios omnium bono-
rum esse ad hunc vsumfructum domus expresim
à testatore vocatos respondetur hoc nullibi pro-
bari, & ex verbis non dicam expresè, quinimo
nec etiam tacitè colligi. Rolādus Cauagnolius.

Numero 22.

Ibi (cum illud quod exclusum videtur, alia
dispositione includitur) in abstracto considerata
propositio vera est, sed in concreto non subsistit,
quia vt supra fuit edoctum nulla dispositione po-
test includi, vsusfructus particularis. Rolandus
Cauagnolius.

Numero 24.

Ibi (at secus si de ea constat) hoc opus hic la-
borest quia non constat de præsupposita volun-
tate defunctis per ea quę superius dicta sunt, & re-
petita fuerunt. Rolandus Cauagnolius.

Numero 27.

Argumentum quod loco facit Decianus de
specie ad genus, ita quod specialis prouisio de
129 vsufructu deroget generali vsufructui † quoad
personas expressas tantū, nulla ratione probatur,
quia sicuti generale legatum de vsufructu omni-
um bonorum, non compręhendit, ea bona, quæ
prius exempta fuerunt ab oratione subsequenti
generali, ita cadit intelligentia quod deroga-
tio, sit etiam de bonis ipsis exemptis, seu verius
non inclusis sub generali dispositione, vel quia
dicta specialis prouisio, ita determinat bona sicut
130 personas, nec est quę vniformis est † dispositio
segreganda, & sub diuersa iuris censura ponenda.
l. Iam hoc iure. ff. de vulg & pupil. substit. præser-
tim quia eodem iure exprimuntur vsufructuario-
rum nomina, quo domus relicta ad vti fruendū,
& ita nominatur vsusfructus prout, & personæ,
quibus relinquitur. Rol. Cauagnol.

Numero 28. 29. & 30.

Ibi, (& est perindè ac si dixisset lego nepoti-
bus meis vsumfructum omnium bonorum meo-
rum, excepto vsufructu domus pro tempore vitæ
D. Marthę, & Io. Antonij,) non est admissibilis

ista propositio, quia per prius testator disposuit de domo, & inde de omnibus alijs, vnde non fit
31 exceptio, vt superius † dictum fuit ad num. 15. sed clausula illa saluis pręmissis, stare dicitur ad comprobationem primę dispositionis, & declarationem, quod in vniuersali sermone non continetur domus de qua respectu vsusfructus iam disposuerat. Et ideo per eadem clausulam dicitur, quod testator noluit dispositionem de vsufructu generale extendi ad ipsam domum, sed esse vt quid omnino separatum a primęua dispositione, & auctoritas Decij in cons. 656. num. 6. & 7. de dictione saluo, nō quadrat in proposito, vel quia posita est in eadem oratione, & dispositio est de ijsdem rebus, & bonis, non de diuersis, vt in casu nostro. Rol. Cauagnol.

Numero 31. & 32.

Ibi (omnium, & quorumcunque bonorum,) non procedit argumētatio desumpta ex clausula istorum verborum vniuersalium, quia hęc vniuer
32 salitas † iam fuerat correcta per specialem prouisionem, & per clausulam saluis pręmissis. R. C.

Numero 37.

Dicas nos non versari in specie derogante ge-
33 neri, sed in formato genere, post remotionem † vnius speciei, faciunt notata superius ad nu. 15. Rol. Cauagnol.

Numero 38.

Ibi, (constat claré quod noluit hęredes suos habere vsumfructum omnium bonorum donec viuerent legatarij,) bona est ista consideratio, sed non concludit, quia vbi hęredes habent vsūfructum domus, non ideo potest dici, quòd sint vsufructuarij omnium bonorum viuentibus legatarijs quibus sat est quod vniuersalitas omniū non diminuatur, nec augeatur, sed remaneat in
34 eo statu † in quem reposuit testator. Quinimó dum in omnibus alijs bonis instituuntur, nemini dubium quin virtute illius dictionis omnium veniat ius cōsolidandi vsumfructum cum proprietate. Rol. Cauagnol.

Numero 39.

Ad id quod hoc loco dicitur de pręditectione, Respondetur per eam non induci nouam dispositionem, vt supra dictum fuit, & omni casu vt iā notauimus prædilectos fuisse institutos potius
35 † in proprietate perpetua, quàm in vsufructu temporaneo. Rol. Cauagnol.

Ad Consilium 142. Egregiæ huic Pręposita consultationi.

SVMMARIVM.

1 *Legati diminutio cedit incommodo legatarij prout, & adiectio commodo.*
2 *Hæres, qui distulerit redemptionem rei legatæ ex facultate testatoris tenetur ad interesse.*
3 *Mora morosum tenet.*
4 *Differens redemptionem rei legatæ in longum tempus, dicitur in culpa.*
5 *Augmentum, quod venit intrinsecè spectat possessori.*
6 *Voluntas testatoris præsumitur esse conformis dispositioni iuris communis.*
7 *Augmentum rei legatæ ita spectat legatario, sicut diminutio.*
8 *Augmentum regulatur à natura sui principalis.*
9 *Augmentum, & principale faciunt totum.*
10 *Testator, quando præsumatur voluisse minus grauare hæredem.*
11 *Commodum spectare debet ad eum ad quem spectaret incommodum declara nu. 12.*
13 *Redemptio bonorum legatorum habet vim cuiusdam permutationis, seu venditionis.*
14 *Aestimatio in contractibus semper ea attenditur, quæ iustitiam pretij arguit.*
15 *Pretium iustum dicitur inspecto tempore, quo fit con-* *(tractus.*
16 *Pretia rerum pro tempore variantur.*
17 *Pretia rerum calculantur ex qualitate introituum.*
18 *Interesse intrinsecum debetur cum pretio rei.*
19 *Legatum fauorabile dicitur extensibile.*
20 *Legatum, an recipiat strictam, vel largam interpretationem.*
21 *Legatum ambiguum, quomodo, ad intelligendum.*

Numero primo.



Onsultationem hanc ex omni parte iuri congruam esse censeo, namque regulariter verum est, quod sicuti legatarij cedit incom
1 modo † legati diminutio, ita, & adiectio, textus est, in l. si ex toto ff. de legatis primo, & l seruum filij §. si arce, tit. eodem pro cuius conclusionis intelligentia petenda sunt, quæ scribunt. Antonius Gomezius variarum resolutionum cap. 12. sed. postquam supra visum est, num. 16. libro primo, & Vasquius de successión. creatione libr. 1. § 10. num. 162. Vbi fit distinctio inter legatum rei propriæ legātis, & rei alienę, & in casu nostro ad commodum legatarij accedit, quod hæres diferendo in id
2 tempus quo res legata † creuit redemptionem dicitur quodammodo moram fecisse quę legata-
3 rio non debet obesse, quia tenet sua mora † morosum, non enim culpa caret hæres qui permisit tam longum temporis spacium labi, absque eo
4 quod declarauerit velle redimere † bona legata non cogitando id quod euenire facile poterat l. qui bona §. cùm inter ff. de dam. infecto, faciunt etiam in proposito notata per Menochium lib. 4. præsumptione 171. Reuocati ademptiq; num. 8. cuius rei caussa quæ dicta sunt. Eó fortius procedunt, quò dicitur augmentum hoc prouenisse in-
5 trinsecè ex † natura eorundem bonorum quæ legata fuerunt vt visus fuit sentire Ripa in l. in quartam num. 115. ff. Ad l. falcid. Rol. Cau.

Numero 2.

Bona est deductio, quód voluntas testatoris
6 pręsumitur conformis † dispositioni iuris communis, atqui ius commune dictitat quod augu-
7 mentum † ita spectet legatario, sicut diminutio dicta l. ex toto. Et l. seruum filiæ in §. si Arce ff. de legat. 1. & l. quod in rerum §. si quis post. ff. eod. ergo. Rol. Cauagn.

Numero 4.

8 Dicitur augmentum regulari à natura sui principalis hoc ipsum probat Menoch. in consil. 201. non dubito equidem num. 143. & 165. lib. 3. idem Menoch. in cons. 245. primæ dubitationi quæ satis ardua num. 26. per l. inter socerum §. cum inter, ff. de pactis dotalibus, & l. etiam. Cod. de iur. dot. vnde si augmentum, accesserit legatario acquiritur, vt hic num. 10. facit l. cum fundus ff. de legat. 2. vbi augumentum accedens fundo legato commodo eiusdem fundi cedit, vt diximus, ad eum textum in anotomia iuris quid

autem

autem si augumentum obuenerit opera, & industria possessoris cui acquiritur vide Menoch. in cons. 606. de prima proposita dubitatione nu. 19. lib. 7. pro materia augumenti, quod eiusdem sit naturæ, cuius est principale, facit id, quia ambo.
19 augmentum scilicet, & principale † faciunt totum l. etiam C. de iure dotium, & l. inter socerũ §. penult. ff. de pact. dot. Torniola in consil. 67. viso in substantia tenore nu. 16. & quod augmentum debeatur legatario, quoties accessorie accedit rei legatæ, satis probat Vincẽtius Hondedeus in cons. 63. plures exoriuntur dubitationes, nu. 34. lib. 1. reliqua alia in materia accessionis, & diminutionis vide penes Menochium, & quę ibi dixi in cons. 26. cõtrouersia hæc quę agitatur lib. primo. Rolandus Cauagnolius.

Nnmero 5. 26. & 27.

Ibi in dubio esse pronunciandum testatorem minus grauare voluisse hæredem † quantum
20 fieri potest) responde etiam vt dicit Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 23. Domina Clementia, nu. 22. & sequenti parte prima. Rolan. Cauagnol.

Numero 9.

Ibi (vt scilicet ad eam spectet commodum, ad
21 quem spectat † incommodum) quatenus ista ratio applicatur ad §. si quis post, l. quod in rerũ ff. de legat. primo bene quadrar, verum si eam applicare volueris ad casum præsentis consultationis poterit hoc modo deduci, sicuti ab hęrede ex iuditio testatoris recuperando bona legata effecta maioris redditus, sentit legatarius incommodum, ita quoq; par est quod commodum sentiat, vel è conuerso poterit argui, sicuti hæres ex recuperatione sentit commodũ respectu maioris redditus, ita & incommodum per solutione iusti pretij, quod supponitur adauctum sentire debet, tanto magis quod si non data mora tanti temporis vsus fuisset hæres facultate recuperandi bona potuisset legatarius idem commodum sensisse in recipiendis alijs bonis loco bonorum legatorum, quia, & ipsa potuissent facere eandem ac-
22 cessionem quandotamen ista ratio commodi, † & incommodi non sit habenda satis aptè colligitur ex, his quę supra diximus ad consilium Menochij 26. controuersia hęcquę, nnm. 3. 4. 5. & 6. lib. 1. Rolandus Cauagnolius.

Numero 31.

Pro eo quod hoc loco dicitur de inspicienda æstimatione quæ hodie est. Adde quod ista redemptio, vel recatatio † bonorum legatorum habet
23 vim cuiusdam permutationis seu venditionis, atqui in istis cõtractibus ea semper attenditur æsti-
24 matio, quæ pretij iustitiam † arguit, sed ea iusti-
25 tia attendi non potest, nisi de eo tempore † quo fit contractus, quia rerum pretia ex temporis va-
26 rietate † mutantur, l. pretia rerum. §. fin. ff. ad leg. falcid. & ad calculandum istud iustum pretiũ
27 debet concurrere † qualitas rei, quantitas introituũ, & ipsum tempus contractus, ita post Bart. in l. si quos C. de rescind. vendit. notant Ozascus decis. 42. quæsitum pariter fuit num. 5. Vincent. Franc. decis. 54. queritur an pactum nu. 50. par. 1. Francis. Marc. q. 483. quæritur an contractus nu. fin. 484. queritur de modo probandi num. 36. & 40. parte prima. vide Caball. Milleloq. 300. vulgaris est doctrina, & 301. l. si quis argentum facit id quod dicit Gomez. Leo. decis. 97. nempè quod
28 quando alicui debetur res pretium, † debetur etiam interesse intrinsecum quod valor adauctus intrinsecè dicitur. Rol. Cauagnol.

Numero 24.

19 Ibi, (legatum est fauorabile, & extensibile, Adde pro intelligentia, quę dixi suprà ad consil. Menoch. 140. dubitationi propositæ respondendũ num. 169. & plurib. seq. hoc lib. 2. Rol. Cauagn.

Numero 25.

Menochius hoc loco in versiculo non obstat secundum, remittit se ad dicta in cons. 26. num. 32. lib. 1. vbi similiter cogitat resolutionem quæ fit ipso iure, in materia legis commissorię, vel adiectionis in diem, sed an vera sit, latè dixi ibi, numero. 32. Rol. Cauagnol.

Eodem numero, & in versiculo, non obstat tertium, pro veritate eorum quæ hoc loco dicit Menochius, vide quæ dixi ad ipsius cons. 26. quod per errorem impressoris hoc loco legitur 29. nu. 31. lib. 1. vide quæ ibidem annottauimus. Rolandus Cauagnolius.

Numero 26. & 27.

20 De larga vel stricta interpretatione † facienda in legatis ad commodum vel legatarij vel hæredis verba facit Ioseph. Ludouicus decis. Perus. 23. Domina Clementia num. 20. & sequentibus parte prima in proposito tamen ad hæreas semper huic regulæ, quod quando legatum est ambi-
21 guum tunc † recuritur ad exquirendam voluntatem testatoris, ex coniecturis, inspectu scilicet qualitate legatarijs ac inspectis pręcedentibus, & subsequentibus, & eo quod est verosimile Vincent. Honded. in consil. 69. in præsenti dubitatione, num. 25. lib. pri.

Ad Cons. 143. Consultationis huius quæstio vetus est.

SVMMARIVM.

1 *Facultas redimendi rem distractam, quomodo consideretur.*
2 *Pacto de retrouendenda, an præscribatur spatio triginta annorum.*
3 *Facultas redimendi toties, quoties, quæ fuerit retenta, an differat ab ea quæ post contractum data fuerit.*
4 *Præscriptio triginta, vel quadraginta annorum non habet locum in pacto de retrouendendo cum clausula semper, & quandocunq;, & toties quoties.*
5 *Surdus decis. 1. & quatuor sequentibus non probatur.*
6 *Marchionatus Nouariæ fuit retroemptus non obstante aliqua præscriptione.*
7 *Pactum de retrouendendo temporale.*
8 *Læsio in re vendita cum pacto redimendi, quomodo consideretur.*
9 *Pretia rerum pro modo fructuum æstimanda sunt.*
10 *Pretia rerum ex comparatione vicinoram possessionum æstimanda sunt.*
11 *Pretia rerum stabilium ex dispositione testium, qui notitiam habeant æstimanda sunt.*
12 *Redditus bonorum stabilium maximus est ad rationem pro quinque de centenario.*
13 *Minor summa inest in maiori.*
14 *Summæ mediæ standum est in depositionibus testium variantium circa quantitatem.*
15 *Massarij, vel fictabiles non sunt idonei testes.*
16 *Testes deponentes per vnum, & eandem præmeditatũ sermonem non probant, & præsumuntur subornata num. 17.*

18 Te;

18 *Testes instructi non probant, & quando dicantur.*
19 *Testes subornati non probant, & quando dicantur.*
20 *Testis subornatus præsumitur falsum dixisse.*
21 *Testis habens affectionem ad causam non probat, & quando dicatur.*
22 *Testis conuictus de falsitatibus non probat, & quando dicatur conuictus.*
23 *Testis falsus in vno, reputatur falsus in omnibus.*
24 *Iuramentum est quid indiuiduum.*
25 *Probationes in materia læsionis præualent etiam quod sint actoris, probationibus rei.*
26 *Probatio præualet ea quæ tendit ad æqualitatem.*
27 *Probationis effectus pro maiori parte arbitrarius est.*
28 *Modicitas pretij rei venditæ ad effectum vt pactum temporale de retrouendendo fiat perpetuum, quanta esse debeat.*
29 *Tertia pars si diminuta sit in pretio, an sufficiat ad hoc vt pactum de retrouendendo temporale fiat perpetuum, & quomodo consideretur ista tertia pars.*
30 *Socinus iunior in consil. 104. num. 4. lib. 3. perpenditur & comprobatur.*
31 *Pactum de retrouendendo dicitur esse pars pretij.*
32 *Pactum de retrouendendo, non facit minoris valere rem ipsam si fuerit excessus in magna quantitate pretij.*
33 *Modicitas pretij diuersimode consideratur ad arguendũ contractum feneratitium ab eo, quod dicitur ad inducendam læsionem ad hoc vt pactum gratiæ temporale fiat perpetuum.*
34 *Pactum de retrouendendo temporale, quando, & quibus modis fiat perpetuum.*
35 *Modicitas pretij cum pacto de retrouendendo, an sufficiat ad hoc, vt pactum de retrouendendo temporale fiat perpetuum.*
36 *Pactum de retrouendendo, & modicitas pretij, facit contractum suspectum.*
37 *Senatus Excellentissimus Mediolani, quomodo soleat iudicare in materia reducendi pactum de retrouendendo temporale ad perpetuitatem.*
38 *Pactum de retrouendendo vsq; ad certum tempus ob immoderationem pretij, an lapso tempore duret.*
39 *Vilitas, & modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, an faciant contractum suspectum.*
40 *Venditio cum pacto de retrouendendo ad tempus finito tempore remanet libera.*
41 *Fides data in contractibus, seruanda est.*
42 *Locatio ad tempus finito tempore finitur, ipso iure.*
43 *Obligatio concepta pro certo tempore eo expleto extinguitur ipso iure.*
44 *Tempus quando non dicatur modus inducendæ, vel tollendæ obligationis.*
45 *Perpetuatio pacti de retrouendendo, cõsideratur, vt accidens.*
46 *Qualitas non potest stare sine subiecto.*
47 *Tempus præfixum ad redimendum, quando dicatur perpetuari.*
48 *Bertrandus in consilio 111. vol. 3. perpenditur, & declaratur.*
49 *Simulationem contractus probare tenetur is, qui eam allegat.*
50 *Agens ad perpetuationem pacti temporalis de retrouendendo contractum validum supponit.*
51 *Correlatiuorum, posito vno censetur alterum admissum.*
52 *Argumentum a petitione consequentis ad concessionem antecedentis valet.*
53 *Pactũ de retrouẽdendo, qui petit perpetuari non obstãte præfixione contractum simulatum arguit vel in fraudem vsurarum.*
54 *Contractum fictum, vel simulatum, qui allegat emptionis tenetur probare quod contrahentes noluerint emere, sed pignus constituere.*
55 *Contractus simulatus statim quod de simulatione apparet rescindi debet.*
56 *Modicitas pretij, non arguit simulationem contractus, sed iniquitatem, & iniustitiam.*
57 *Agens ad iniustitiam contractus non potest simpliciter reuocatoria vti.*
58 *Contractum fraudulentum, an possit pars, quæ contraxit deducere.*
59 *Nemo debet propriam turpitudinem allegare.*
60 *Contractus simulatus, an differat à cõtractu fraudulẽto.*
61 *Contractum, qui vult infringere tamquam fraudulentum, debet fraudem deducere, & probare.*
62 *Fraus est probanda per lucidas probationes.*
63 *Contrahentibus licet se inuicem decipere.*
64 *Contrahentibus licet quod pluris est minoris emere, & quod minoris est pluris vendere.*
65 *Immoderatio pretij, non operatur recisionem contractus altero ex contrahentibus reluctante.*
66 *Pactum de redimẽdo importat tertiã partem iusti pretij.*
67 *Modicitas pretij, & pactum de retrouendendo non faciunt contractum feneratitium.*
68 *Contractus non rescinditur vt suspectus, & in fraudem vsurarum, ob pactum de retrouendendo ad centum annos etiã quod res fuerit vẽdita minus iusto pretio.*
69 *Modicitas pretij intelligitur quando minus est dimidia iusti pretij.*
70 *Testis animosè deponens minusq; sufficientem rationem reddens dicti sui, non probat.*
71 *Testes maiores, numero, ac digniores, & magis verisimilia deponentes magis probant.*
72 *Probans simpliciter pretiũ rei non debet obtinere quando in ipsa venditione adest pactum de retrouendendo nisi probauerit pretium cum illo pacto.*
73 *Rei fauorabiliores sunt quam Actores.*
74 *Testibus deponentibus ad fauorem rei magis creditur, quam deponentibus ad fauorem actoris.*
75 *Testes etiam minus digni probant pro reo.*
76 *Probatio semper ea præualet, quæ remouet delictum.*
77 *Probatio semper ea præualet quæ facit actum valere.*
79 *Pactum de retrouendendo ad certum tempus quãdo fiat perpetuum.*
80 *Pactum legis cõmissorium improbatur in pignoribus, & in cæteris contractibus censetur odiosum, & suspectũ.*
81 *Iudicis officium requirit aliquem fomitem ad hoc vt possit pactum temporale de retrouendendo fieri perpetuũ Soc. Iun. in cons. 804. lib. 3. declaratur.*
83 *Hostensis in tit. de vsuris §. an aliquo casu vers. 9. si venditur perpenditur, & declaratur.*
84 *Iacobinus de Santo Georgio in l. 2. num. 2. ff. si cert. petatur perpenditur, & declaratur.*
85 *Bertrand. in cons. 88. nu. 3. vol. 1. perpenditur, & declaratur.*
86 *Probatio pretij in quantitate, qualis esse debeat.*
87 *Tempus præsens est exclusiuum præteriti.*
88 *Testis quando dicatur deponere per vnum, & eundem præmeditatum sermonem.*
89 *Testi possunt legi capitula super quibus sunt depositurì.*
90 *Testi subministrandæ sunt expensæ per producentem, & salarium.*
91 *Læsio sufficiens ad perpetuationem pacti temporalis esse debet.*
92 *Bona supposita gratia redemptiuæ possunt pendente tempore redemptionis in alium transferri.*
93 *Renũtians prorogationi dicitur renũtiare perpetuationi.*
94 *Transferens bona pleno iure dicitur renuntiare pacto de retrouendendo.*

95 Ims

95 *Ius disponendi arguit liberam, & absoluta transmissioné.*
96 *Transferens bona irreuocabiliter dicitur renunciare pacta de retrouendenda.*
97 *Pactum de retrouendendo quando sit reale, vel personale.*
98 *Renuntians prorogationi concedendo per Statutū an censetur renuntiasse perpetuationi quam lex concedit circa pactum de retrouendendo.*
99 *Remedium extraordinarium dicitur cessare quoties adest ordinarium.*
100 *Facultas redimendi, an censeatur sublata cursu triginta annorum.*
101 *Facultas recuperandi resoluitur in ius quod subijcitur prescriptioni.*
102 *Imperscriptibilia sunt ea, quę competunt ex priuilegio, vel ex consuetudine secus, vbi competunt intuitu actionis.*
103 *Felinus in cap. cum accessissent num. 27. extra de constitutionibus declaratur.*
104 *Argumentū à cōtractibus ad vltimas volūtates valet.*
105 *Actio descendens ex testamenta similis est actioni descendenti ex contractibus.*
106 *Oblatio, & depositum, an debeat fieri, quanda agitur ad redimendum aliqua bona, & quanda nu. 107. & quid respectu fructuum num. 108.*
109 *Expensa, an debeant reffici in materia retractus.*
110 *Retentio bonorum, an detur ob melioramenta.*
111 *Facultati de recuperanda quanda non prescribatur.*
112 *Prascriptio datur, & incipit statim, quod nata est actio.*
113 *Quotiescunq; dictio hęc infinitatem designat.*
114 *Prescriptio cum mala fide non currit tam in foro temporali, quam Ecclesiastico, & num. 132.*
115 *Hares ex mala fide defuncti, non prescribit.*
116 *Facultas redimendi simpliciter concessa, an restringatur ad annos triginta, & quid contra minorem nu. 117. & quid vbi fuit concessa facultas redimendi toties quoties nu. 118.*
119 *Quotiescumq; & quandocunq; istę dictiones, an inter se differant, & quid significent num. 120.*
121 *Toties quoties ista aduerbia quid significent.*
122 *Legatum alicui relictum cum facultate illud petendi quandocumq; an sit prascriptibile.*
123 *Dotis actioni, an prascribatur per triginta annos.*
124 *Prascriptio non currit non valenti agere.*
125 *Prascriptia an currat in debito condicionali.*
126 *Prascriptio non currit mulieri, ad dotes constante matrimonio.*
127 *Prescriptio contra maritum, non nocet vxari.*
128 *Prescriptia probanda est per fundantem se in ea, & de facili non prasumitur.*
129 *Prescriptio tamquam absorbens ius alienum dicitur res odiosa.*
130 *Prescriptio, an impediatur iuramenta.*
131 *Prascriptio ex mala fide probibetur etiam in harede.*
132 *Prascribere tentans cum mala fide dicitur constitutus in peccata.*
134 *Capitulum primum in §. primo de cap. Conradi perpenditur, & declaratur.*
135 *Prescriptio, an currat in feudalibus.*
136 *Facultati de redimendo, quandocumq; an prascribatur quid vbi fuit personaliter concessa num. 137.*

Numero 1.



Gitur hic de facultate redimendi,
rem distractam, pro qua materia
præciendum est eam, competere
1 quandoq; ex legis prouisione, †
& quandoq; ex prouisione hominis,
verum quia tractatur hoc loco
de redemptione fienda ex dispositione hominis,
missa pronunc faciēdo ea quę ad legalē redēptionem
pertinent vt poré quia congruentiori loco
tractanda sit, Dicas ex sententia Menochij, nedú
hoc loco sed etiam in consil. 364. hac in causa de
qua vt respondeam lib. 4. pacto de retrouenden-
2 do † præscribi 30. annorum spacio, ad rem facit
decisio Boerij 181. Dico primo quantum, ad
primum etiam quando fuit factum pactum in
perpetuum, & quotiescumq; & quandocumq; vt
scribit idem Boerius decisione 351 ad prædictā
quæstionem Cranetta consilio 71. in contractu
matrimonij lib. 1. Rolandus in cons. 21. visis his
quæ in facto lib. 2. Petrus Gerard. singulari 18.
laté Portius Imola lib. 3 conclusione 38. Pacto de
retrouendendo cum clausula, vbi plures auctoritates
Adducit quibus adde Surdum in decisione
prima cum quattuor sequentibus, iuxta quas
memini fuisse pronuntiatum. Quod etiam voluerunt
scribentes locum habere contra bona Ecclesiæ
quando data fuit facultas simpliciter redimēdi,
quid autem si dictum fuerit de redimendo toties
quoties, vide Gasparem Caballin. millelo-
quio 420. iuri redimendi præscribitur Borgnin.
Caualcan. decis. 16. Iacopinus Manfredi parte 1.
D. Randens, de Analogis cap. 40. ex eadem analogi
cognitione num. 38. Rot. Auenionensem
decis. 129. Lucius Titius, & Ioan. Papon lib. 12.
tit. 3. arresto 29. la prescription d'eglise, sunt qui
differentiam constituunt inter facultatem redi-
3 mendi † toties quoties placuerit venditori, &
in perpetuum, & eam quæ concessa fuit post factam
venditionem, ita vt primo casu nulla prę-
scriptio obsit venditori, secundo vero casu, sic
& re uera aliqua datur differentia, vt probat Ioannes
Paponius lib. 11. tit. 6. arresto 5. l'ou tient,
trois, quicquid tamen sit, quando adsunt ea verba
semper, & quando cumq; ac in perpetuum, crediderim
4 nil iuuare † præscriptionem 30. vel 40.
annorum, si quidem ea verba temporis infinitatē
sic probant, vt ab ea non liceat recedere hinc dicit
Mysingerius contra pręscriptionem fuisse iudicatum
per Cameram Imperialem, & per Senatum
Pedemontanum vt is idem Mysingerius affirmat
obseruatione 16. pacto de retrouendendo, centuria
prima, & memini quod alias deducendo Surdi
sentētiam in dictis suis quinq; prioribus decisionibus,
fuit mihi responsum per Ministros
5 Regios Ciuitatis Mediolani eam non † habere
locum in præsenti dominio, & ita vidimus fuisse
obseruatum in recuperatione Marchionatus, No-
6 uariæ † quia fuerat datas per Carolum Quintú
inuictissimum Imperatorem Duci Petro Aluisio
Farnesio, cum pacto de retrouendendo quandocumq;
vel in perpetuum, vt videre est penes Ludouicum
Saccum, in cons. 100. anno 1538. namq;
Regia Camera Ducalis, illum redemit, é conuerso
quia sunt qui per lapsum temporis prefixi ad
redimendum putant indistinctè non dari locum
pacto gratiæ redemptiuę, scias dari casum in quo
7 pactum ipsum † temporale de redimendo, fit
perpetuum, verum quia in illius deductione vidi
plures errare dum putant ex sola lœsione quæsit
in sexta parte vel circa, perpetuationé pacti temporalis
induci placuit subijcere quid in huiusmodi
causa alias censuerim positis prius his iuribus
quibus actor insistebat pactum prædictum
temporale, perpetuum declarari, quod plurimū
seruiet ad elucidandum materiam hanc, quę sicu-

si non

ti non fuit hucusq; frequens in vsu forensi, ita visa
fuit mihi non omnibus innotescere, & ideo subij-
ciuntur, quæ in facti contingentia occurrerunt.
Rolaudus Cauagnolins.

Quia caussa hæc, contra Io. Baptistam Rolan-
dum ad duos articulos reducta fuit, quorum pri-
mus est, vtrum pretensa per dictum D. Actorem
læsio, quo ad effectum, de quo agitur sufficienter
probata remaneat inspectis præcipuè etiam cō-
trarijs probationibus per Rolandum factis, secū-
dus est vbi læsio probata dici possit an facultas
redimendi stante læsione extendi debeat, vltra
tempus conuentum, & protogatum ad alium
annum, ita vt bona adhuc redimi possint, ideo
propositum ordinem sequendo.

Quo ad primum articulum dico sine dubio
sufficienter probatam fuisse allegatam læsionem,
8 † nam cum inter cæteros modos probandi valo-
ris rei immobilis, tres sint prçcipuè primus ex
quātitate fructuum, & reddituum cuiusq; rei l.
si fundum per fideicommissum ibi sucundum red
ditum eius fundi de leg. pri. vbi Ias. in specie no-
tat. nu. 2. colligens in praxi ex dictis verbis mo-
dum probandi iustum pretium rerum immobi-
lium l. si quos. C. rescind. vendit. vbi notant Bart.
& Ang. l. penult. in principio ibi (cum vtique
9 pro fructuum modo prætium † inuenturus sit)
ff. de reb. eorum qui sub tutel. & l. 2. versic. do-
mus vero, ibiq; Io. de Platea in tertio notab. c.
de. Præd. naucul. libr. 11. secundus modus sit
10 ex comparatione † vicinarum possessionum,
vt sentit. Bart. in l. 2. num. 19. de rescind. vendit.
Bal. in l. si ita legatum §. vlt. de leg. prim. Imol.
in l. & si equo, & ibidem Ias. num. 4. de legat. 1.
Cephal. in consil. 496. num. 45. & Menoch. in
consil. 358. nu. 15. tertius ex depositione testium
11 † notitiam rerum habentium, vt notant omnes
in l. 2. C. de rescind. vend. vbi in specie Pinel. in
tertia parte cap. vlt. nu. 8. hic autem per D. Acto-
rem singulis hisce medijs probatus sit verus valor
bonorum controuersorum tempore, quo Rolan-
do vendita fuere, qui collatus cum pretio à Ro-
laudo exbursato manifestam reddis, lęsionem nō
potest non dici de illa sufficienter constare, non
obstantibus contrarijs probationibus, per reum
factis, vt infra patebit.

Sanè quo ad primum modū duo ad sunt testes
ex productis à D. Actore primus scilicet, &
quartus ille fol. 72. hic fol. 95. affirmantes bona
controuersa locari potuisse libris septem annuis,
vel saltim sex cum dimidia in singulas perticas.
& quod ipsi talem pensionem dedissent, hæc vero
si reguletur ad rationem quinque pro centenario
12 in singulos annos, qui est † maximus omnium
reditus, quo ad bona immobilia, & de iure ita ad
summum calculari solet iuxta §. si vero alicuius
Ecclesiastici cum glos. in auth. de non alien. reb.
Eccl. & glos. in auth. perpetua c. de Sacro Sant.
Eccl. Raphael. Cuman. in cons. 181. Castr. consil.
289. lib. 1. Roman. cons. 323. nu. 2. Natta cons.
498. nu. 11. Cassan. cons. 11. num. 40. Crau. cons.
145. num. 8. & in consil. 189. num. 6. in fine Ce-
phal. cons. 412. nu. 61. Pinel. in l. 2. par. 3. cap. 4.
num. 29. C. de rescind. vendit. Decian. cons. 2.
num. 175. lib. pri. Menoch. cons. 343. nu. 24. &
in cons. 358. nu. 20. & seque. apparebit ex huius
modi calculo bona controuersia fuisse valoris sal-
tem lib. 130. in singulas perticas, & consequenter
cum vendita fuerint libris quadraginta tantum
manifestam detegi læsionem eamque enormissi-
mam.

Quod ad secundum modum ex comparatione
vicinorum prediorum primo aduertendum est
omnes testes per D. Actorem productos, qui sunt
octo deponere pætiam terræ controuersam nun-
cupatam, il mure ex melioribus, & prætiosiori-
bus totius Territorij Burzaghi, ita vt cęteras om-
nes antecellat, tam in bonitate fundi, quam in
copia arborum fructiferarum, & vitium, nec illus
omnino adest, qui discordet. Secundo aduerten-
dum est ex instrumentis quatuor ab eodem D.
Actore productis clare constare, vicina prædia
ante annum 1599. nempe anno 1590. & 1598.
vendita fuisse lib. 90. in singulas perticas fratri-
bus de Comite, & anno 1599. hæc ipsa de quibus
agitur vendita fuisse D. Beatrici Abduę lib. 100.
& D. Actori lib. 120. in singulas perticas, vt
propterea hoc quoq; modo liquido constat de
læsione.

Neq; obest, quod suprascriptę venditiones
factę sint computatis nōnullis edificijs in pretio,
quia primo illa anni 1598. est sine aliquibus
edificijs, & ipsamet petia terrę del mure empta
dicto prętio lib. 100. pariter sine edificijs, deinde
alię, scilicet sint cum nonnullis edificijs, illa ta-
men nullius sunt considerationis, tùm quod es-
sent vetusta, & diruta, tum quod (vt omnes testes
per D. Actorem producti deponunt) bona con-
trouersa ob eorum qualitatem sine edificijs sint
maioris pretij quam alia dicti territorij vnà cum
edificijs.

Quod pertinet ad vltimum modum testes om-
nes per Actorem producti intrepide concludunt,
bona controuersa nuda, & sine aliquibus edificijs
habito respectu ad tempus venditionis, quę secu-
ta fuit de anno 1599. fuisse valoris saltē lib. 100.
in singulas perticas, quia hæc sit minima quan-
titas a testibus expressa, vt pote quo alij de maio-
ri summa nempe lib. 100. 120. 130. 140. & 150.
deponāt vnde saltem in minori summa contestes
13 dicuntur, quia in maiori † summa minor insit,
ideoq; qui dicit bona voluisse lib. 108. multo
magis concludat valuisse 100. per l. 1. §. 51. sti-
pulanti, ff. de verborum, obligat. Bald. in l. con-
uenticulam in vlt. col. c. de Epis. & Cler. Alex.
cons. 183. num. 14. lib. 6. quamuis in hoc aliam
regulam tradat Pinel. in d. l. 2. par. 3. cap. vlt.
num. 10. c. de rescind. vendit. nempe quod si
vnus testium dicit rem valere centum, alter cen-
tum, & decem, & alter cētum viginti stari debeat
14 mediæ summę, † quia in ea cōcordes videantur,
sic attestantibus Salic. Crem. Butr. Alex. & Af-
flict. ab eo adductis quo casu bona controuersa
essent valoris saltem libr. 120. in singulas perti-
cas, & consequenter omnibus prædictis modis
constat de lęsione vltra dimidiam.

Neq; his obstant contrarię probationes per
Rolandum factę.

Primo, quia testes illius sunt fere omnes mas-
15 sarij, † vel fictabiles D. Beatricis Abduę, vel
eius matris, quæ D. Beatrix emit bona contro-
uersa à Rolando, sicq; de eius interesse principa-
liter agitur in hac causa, & consequenter dicti
testes non probant cum coloni, & fictabiles non
admittantur ad testificandum pro D. suo Gabr.
in suis com. lib. 1. tit. de testium concl. 10. num.

58. &

58. & 60. vbi plures alios refert Rol. conf. 320. &
Farin. de test. quęst. 55. in spect. 4. num. 213. vel
saltim minor fides illis adhibetur vt idem Farin.
docet dicto loco num. 217.

Secundo quia dicti testes deponunt omnes per
16 vnum, & eundem præmeditatum sermonem, †
nam super primo capitulo omnes vno ore, ita de-
ponunt, signor si, che il mure non valeua più de
lir. 60. in 70. la pertica. Item eodē modo dicunt
dictam petiam terrę ob defectum edificiorum,
& utensilium valuisse minus tertia parte veri
pretij aliorum bonorum, & in alijs etiam dictis
ita deponunt veluti dum dicunt, quod delibera-
tio dictorum bonorum facta ab Ill. Magistratu
pro pretio lib. 70. in singulas perticas facta fuit,
quod tamen falsū est, vt infra dicitur, consequen-
terq; apparet de pręmeditato sermone, ac pro in
de non modo non probant sed præsumuntur su-
17 bornati, † & tamquam de falso suspecti reijci
debent Menoch. præs. 55. nu. 6. lib. 2. Mascard.
de probat. concl. 745. nu. 16. & concl. 1340. nu. 2.
& 3. Rot. Rom. in decis. nouiss. pri. 720. num. 5.
Farin. de test. quæst. 65. num. 54.

18 Tertio quia etiam de instruct. dictorum † te-
stium manifeste appareat cum prim. fol. 59. dicat
è stata la Signora Isabella Ghisolfa che mi hà
adimandato per testimonio alius, fol 76. fatetur
se instructum à Io. Baptista Rolando, alius fol.
90. dicat, che il Signor Gio. Battista gli ha detto
che tanto se ne caua delli beni alius fol. 96. ait.
che la Signora Beatrice lo fece dimandar, & che
lei li disse ch'andasse dal Signor Gio. Battista che
gli hauerebbe detto tutto quello che douesse fare
alius, fol. 109. deponit, che il Signor Gio. Battista
li disse che douesse deponere ch'la peaza di terra
del'mure dell anno, 1599. non valeua più de lir.
70. che ne era stato venduto in quel tempo del-
l'istessa qualità, & bontà per l'istesso prezzo, &
manco, ex quibus constat de manifesta instructio-
ne, & consequenter quod nihil probent Boss. in
suo tract. crim. tit. de opposit. contra test. nu. 31.
& 50. Mas. de probat. con. 1358. num. 3. & seq.
Farin. de test. quæst. 67. num. 583. & seq.

Quarto quia vltra instructionem appareat etiā
19 de manifesta subornatione † cum suprascriptus
secundus testis fol. 76. dicat sibi pro depositione
facienda promissum fuisse à D. Beatrice lectum
pro ipsius testis filia, quo casu non modo probant
tales testes sed de falso accusari possunt Mascard.
de prob. conf. 454. & 1358 Farin. dicta quæstion.
67. num. 236. & seq. vbi ait huiusmodi testem
20 præsumi in dubio † falsum dixisse, etiam quod
non probetur quod falsum dixerit, & pręterea
ex hac sola pręsumptione tolli illi fidem in totum
& posse de falso puniri, vel saltem tamquā valde
suspectum torqueri.

Quinto quia non nulli ex dictis testibus fate-
21 antur se habere affectionē ad caussam, † nā vnus
ex illis fol. 84. ait, che vorebbe più tosto ch'andas-
se nelle mani di detta Signora Beatrice gli detti
beni perche gli sá delli seruitij alius fol. 121. in-
quit. che crede far à piacer alla Signora Isabella
Ghisolfa à deponer, solam autem affectionem
ad causam operari, vt testis à testimonio repella-
tur tradunt adducti à Mascard. in concl. 1347.
num. 3. & à Farin. quæst. 60. nu. 29

Deniq; quia conuincuntur dicti testes de multis
22 falsitatibus, nam † primo circa deliberationem
bonorum, de quibus agitur factam ab Ill. Magi-
stratu deponunt omnes assertiuè factā fuisse pro
lib. 70. in singulas perticas, & tamen ex illa con-
stat factā fuisse pro lib. 73. cū dimid. secūdo dictū
emptionem bonorum in territorio Buraghi factā
per fratres de Comite, secutam fuisse à decennio
citrà, & tamen lapsi sunt anni viginti cum facta
fuerit de anno, 1590. Rursus dicunt petiam terra
controuersam esse deterioris conditionis bonis
emptis per dictos fratres de Comite, & tamen ex
dispositione omnium testium per Actorem pro-
ductorum nullo discrepante apparet illam non
solū esse melioris cōditionis, dictis bonis emptis
per præfatos fratres sed etiam quibuscunq; alijs
existentibus in territorio Buraghi. Pręterea vnus
illorum fol. 123. asserit petiam terrę controuersā
venditam fuisse D. Beatrici lib. 60. in singulas
perticas, & tū veritas est eā vēditā fuisse lib. 100.
Amplius fol. 27. primus testis dū concludit bona
cōtrouersa esse valoris solum lib. 60. vsque in 70.
fatetur tamen se emisse in dicto territorio vineā
quandam pretio libr. 100. in singulas perticas
cum pacto redimendi, vt propterea de manifestis
falsitatibus cōuincantur dicti testes, & cōsequitur
23 tamquam falsi in vno † in totum falsi reputari
24 debeant, ratione iuramenti quod est † indiui-
duum, vt pluribus probant Gab. in suis com. lib.
7. concl. 4. Mas. concl. 743. Clar. in sua prax. crim.
§. fin. quæst. 53. Farin. dicta quæstio. 67. nu. 111.
proindeq; multis nominibus præferendos esse
testes D. Actoris testibus per reum productis
manifeste constet.

Quibus accedit, quod & si ex prędictis res adeo
clara, ac manifesta sit vt nullus dubitationi locus
superesse posit, nihilominus etiam si dubia esset
adhuc pro ipso D. Actore iudicari deberet, cum
in hac materia lęsionis, & si probationes Actoris
aliquo pacto ex probationibus rei obscurentur
25 adhuc Actoris pars pręualere † debeat, quia pro
eo vrgeat equitas seu humanitas, in qua fundatur
26 effectus læsionis nempe quod res † ad æqualita-
tem reducatur, & maxime hoc casu, quo reus re-
cipit, quidquid exborsauit, & Actor bona sua
consequitur quæ iniusto pretio distracta fuisse
conqueritur, ita enim post Dec. Bald. & alios tra-
dit Pinel. in d. l. 2. par. 3. cap. vlt. nu. 43. C. de re-
scind. vend. vbi in fine, ait ita iudicari in Senatu
Parisiensi, & nu. 44 & subdit iuuari hanc resolu-
tionem ex notabili illa doctrina communiter
27 recepta, quod effectus probationis † pro maiori
parte arbitrarius sit, vt scilicet ex ratione, & alijs
adminiculis posit Iudex circumspectus recede-
re ab eo, quod testes (fortasse corrupti, prout hoc
casu proculdubio fuisse ex suprascriptis constat)
asserunt, vt colligunt scribentes ex l. 3. post prin.
ff. de test. cum alijs adductis per Pinel. dicto loco
si autem vnquam vtendum fuit arbitrio in hac
testium materia posse, & debere in hac causa fa-
uore D. Actoris illo vti Excell. Senatu ex iam di-
ctis liquidissime constat.

Quod maxime admittendum est, cum etiam
arbitrio Iudicis remittendum sit qualis, & quan-
28 ta debet esse pretij † modicitas ad effectum
iam dictum, vt scilicet pactum temporale de re-
trouendendo fiat perpetuū, ita enim tradidit So-
cin. iun. in conf. 104. num. 4. lib. 3. vti etiā innuit
29 sufficere si ad tertiam partem † veri pretij ascē-
dat læsio computata in ipsa tertia parte diminu-

tione, quam pactum de retrouendendo operatur,
nam inquit prediū, quod tempore venditionis
30 valebat rehenenses 800. † vel etiam 750. & vē-
ditum fuerat rehenēsibus 500. cum pacto retro-
uendendi ad quinquennium ob iniustitiā pretij
redimi posse dictis rehenēsibus quinquecentum
etiam transacto quinquennio, & sub nu. 7. addit
illud quod dici solet pactum de retrouendendo
31 esse † partem pretij, & rem sub eo pacto vendi-
tam minoris valere operari in pauca quantitate,
32 sed si † excessus sit in magna quantitate illam
diminutionem non attendi, quia si aliter dicere-
mus nempè in quolibet excessu pactum de redi-
mendo diminuere de pretio, nunquām daretur
concursus minoritatis pretij, & dicti pacti de re-
trouendendo ita vt posset habere locum opinio
iam dicta, quod tamen absurdum esse dicit idem
Socin. sequiturq; Card. Mantic. in tract. de tacit.
& ambig. conuent. lib. 4. tit. 31. nu. 41. vers. verū
plane, & idem colligitur ex Surd. in decis. Mant.
34 in princ. qui precium exiguum esse ad effe-
ctum iam dictum declarat si prędium valoris au-
reorum 36. venditum fuerit aureis 20. ex quo se-
quitur, vt etiam si attendamus probationes rei,
illasq; admittamus tāquām veras, nihilominus
illi succumbendum sit, quia eius testes concludāt
bona controuersa fuisse valoris lib. 70. in singulas
perticas, & tamen vendita fuerunt solum lib. 40.
quamuis, veritate inspecta, etiam si admittere-
mus aliam opinionem per aduersantes inductā,
quod modicitas pretij tunc consideretur in me-
morato casu quando ascendit ad dimidiam, quę
tamen vera non est, vt potè quod tunc satis suc-
cursum sit venditori per l. 2. C. de rescind. vendit.
vt dicit Socin. d. cons. 104. nu. 5. attamen hoc nihil
obest cū fundus secundū veritatē valoris lib. 100.
& vltra in singulas perticas venditus sit libr. 40.
ita vt nullo modo excusari possit allegata lęsio
per D. Actorē enormissima quibus accedit quod
multi ex Doctoribus qui in hoc puncto adducun
tur in diuersis terminis, loquuntur nempè quan-
do agitur de lęsione ad iudicandum contractum
33 † fęneratitium, tunc enim dicunt maiorem lęsio-
nem, & rem diligentius perpendendam, quia de
maiori damno &c. tām quo ad summam, quām
quo ad restitutionē, cum hoc secundo casu vltra
fructus etiam imputentur in sortem quod non
contingit in casu de quo nos &c. Tiraq. in tract.
de retract. conuent. §. 1. glos. 2. nu. 15. & Surd. in
d. decis. in fine quamuis, & hoc casu verior, rece-
ptiorq; opinio sit rem remitti Iudicis arbitrio, vt
Socin iun. dicto loco post Butr. in cons. 236. nu. 3.
& 2. respōdit, ac Cepol. de simul. contract. §. pen.
versic. 6. & vltimo.

Sed & vltra aduertendum est, quod perpensis
circumstantijs contractus cum aduersante, vel au-
thore facti apparet non solum pactum temporale
factum esse perpetuum, sed ēt contractum ipsum
esse simulatum, & pignoratitium, quia quoties-
cunque in contractu cum pacto de retrouenden-
34 do non solum adest læsio in pretio venditionis,
sed etiam locatione, † quia scilicet vbi de con-
suetudine soluuntur quinq; pro centenario fun-
dus locatur ad rationem sex, vel etiam pro maio
ri quantitate tunc non solum pactum de retro-
uendendo temporale fit perpetuum, sed etiam
contractus simulatus, & pignoratitius, Cępol.
de simul. contract. §. penult. incipit, verum quia
quia in isto casu nu. 114. vers. eodem modo puto
esse dicendum, Bald. in rubr. C. de vsur. in fine,
cons. 54. col. 2. vol. 6. Rol. cons. 40. num. 25. vol. 2.
Nat. cons. 198. quæ sufficit si constituatur pensio
correspondens potius mercedi pecuniæ, quām
redditibus rei, vt respondit Anchar. cōs. 207. col.
fin. Rol. d. cons. 40. num. 28. in cons. 31 t. vol. 5.
Crau. cons. 106. num. 12. Anan. cons. 178. Nat. d.
cons. 198. nu. 14. Sola in commentarijs ad anti-
quas Constitutiones Sabaudiæ, tit. de pact. inter
empt. & vendit. nu. 13. & seq. At in casu pręsup-
posito constituta fuit pensio in rationē lib. 6. sol.
tredecim, & den. quattuor pro quolibet centena-
rio, quæ sine dubio excessiua est, & magis corre-
spondens pecunię quā redditibus rei, ergo vtraq;
via experiri potest D. Actor, nēpè, & ex eo quod
pactum redimendi temporale ob pretij modici-
tatem effectum sit perpetuum, & ex eo, quod con-
tractus sit simulatus, & pignoratitius, quæ fauora-
bilior est actio vt supra demonstrauimus, sicque
concludendum est probationes ab ipso D. Actore
factas non solum sufficere ad obtinendum in in-
tentata actione, sed etiam in longe fauorabiliori,
quæ sufficiant quo ad primum articulum.

Restat secundus qui licet ex supradictis reso-
lutus remaneat, nihilominus ex abundanti ad-
huc dico verissimam, ac receptissimam esse apud
35 I. C. opinionem, quod sola modicitas pretij †
cum pacto de retrouēdendo operetur, vt dictum
pactum temporale fiat perpetuum, etiam si alio-
quin contractus non sit simulatus, vel pignorati-
tius, ita enim tradidere Iacobin. in l. mutuū nu. 2.
ff. si cert. pet. Hostiens. in summa tit. de vsur. §. an
aliquo vers. 9. si vendo. Cassan. cons. 11. num. 40.
Socin. iun. in d. cons. 104. nu. 3. iuncto nu. 9. lib. 3.
vbi dicta duo distingunt, & inquiunt esse duas
agendi vias inter se diuersas, Lanar. cons. 97. nu.
6. Magon. decis. Lucens. 77. nu. 18. Fab. de Anna
cons. 68. in princip. iuncto num. 3. & 4. Tiraq. de
retract. conuent. §. 1. glos. 2. nu. 55. vbi dicit id
36 esse propter quandam suspitionē, † quæ oritur
ex illis duobus scilicet modicitate precij ex pa-
cto retrouendendi, quæ per se licet non sufficiant
ad reprobandum contractū, tamen satis sunt ad
illum rescindendum restituto pretio sine dedu-
ctione fructuū, idem deducitur ex Surd. d. decis.
34. nu. 5. Vincent. de Anna allegat. num. 4. & 5.
vbi ita in magna curia, ac postea in sacro consilio
Neapol. iudicatum testatur ibiq; Fab. eius filius
in additione dicit pro opinione Iacobin. passim,
iudicari Ioseph. Ludou. in suis comm. tit. de simu-
latione, col. 3. vers. & quando contractus vbi ita
in Rot. Lucens. iudicatum eo auditore existente
de anno 1580. neq; aliter sensit Excell. Senatus
37 in causa Marci Mariæ Aresij, & Com. Alexandri
Rhaudę in qua iudicauit dationem insolutum
factam patri ipsius Aresij cum pacto retrouen-
dendi tunc longe ante transacto rescindi debere
restituto pretio ad quod alia ratione moueri
non potuit, quam iam dicta resultante prætensa
per Com. Alexandrum læsione, pactoq; retro-
uendendi, quod & si temporale esset, perpetuum
ex dicta causa effectum fuisse, & consequenter
vndiq; constat hanc opinionem receptissimam
esse ab eo in iudicando minime recedi debere,
iudicio tamen &c. sequuntur solutiones.

Ex casu proposito, vt video ea insurgit quæ-
stio principaliter examinanda, an pactum de re-
trouendendo

38 trouendendo vsq; ad certum tempus lapso † ter
mino duret ob propositam immoderatioñé pretij
dato quod ea posit probari, itaut directa via pos-
sit agi ad redemptionem, facta oblatione pretij
soluti. Secundò an in facto de quo agitur probata
fuerit sufficienter modicitas pretij super qua vi-
detur fundari partis aduersæ petitio.

Quod ad primam dubitationem pertinet, vi-
debatur primo ingressu dicendum quod sic, quia
39 pretij vilitas, & modicitas, adiecto pacto de †
retrouendendo, quod Mediolanenses nactū gra-
tiæ vocitant, præsumptionem inducunt quod cō-
tractus sonans in venditionem fuerit, & sit non
quidem venditionis, sed contractus pignoratio-
nis, vel alius simulatus in fraudem vsurarū, glos.
in cap. conquestus. Et ibi Ioannes de Anan. de
vsur. glos. in cap. ad nostram de empt. & vendit.
sic ferè in terminis nostris sentire visus est. Ste-
phanus Bertrand. cōs. 111. ponitur in facto vol. 2.

Verùm diligenter trutinato negotio, veritaté
iuris in contrarium stare, concluditur opportunè
namq; ommissis his quæ arguunt præsumptioné
pro contractus cōualidate, attigendo articulum
controuersiæ. Dicimus quod quando pactum de
40 retrouendendo fit ad tempus, tempore finito †
venditio remanet libera, & absoluta, l. 2. C. de
pact. inter emptor. & venditor. in argumentum
41 fidei datæ in contractu † quæ seruanda est, vt l.
2. & dicta l. 2. cauetur. Boer. decis. 142. & pro de-
cisione pono num. 9. vbi liberationem hanc dicit
cadere non ope exceptionis, sed ipso iure instar
42 locationis ad tempus, quæ finito † tempore, fi-
nitur ipso iure, quasi quod extinctus sit cursus
eius natiuus, l. si cum Hermes. C. locati. Et ad hoc
facit vrgens ratio, quia qñ tempus adijcitur ma-
teriç non vt quoddā accidens, prout cōsideratur
in l. obligationū ferè 44. ff. de verb. oblig. in vers.
Placet, vbi concipitur stipulatio, & obligatio, de
quid trudendo vsq; ad decé minus sed vt pars in-
trinseca ipsius materiæ, vt est casus in vsufructu,
locatione vel facultate redimendi per tot annos
43 † quia tunc expleto temporis spatio, extincta est
materia obligationis ipso iure, non ope exceptio
nis, prout est quando tempus adijcitur vt acci-
44 dens, quia eo casu obijcitur quod tempus non †
est modus inducendç, nec tollendç obligationis,
vt notat glos. in d. verbo Placet, siquidem in casu
nostro lapso termino alia res est, alius vsusfru-
ctus, alia locatio, alia facultas, aliæ operæ sic per
l. nam sortem §. libertus. ff. de condict. indebit.
& l. 4. & ibi Glos. Bart. & alios. ff. de nouat. notat
Cabalinus Milleloq. 271. Bartholam. Socin.

Dato igitur q̇ ipso iure libera fuerit effecta ven
45 ditio, frustrà prætēditur perpetuatio † pactionis
factæ de retrouendendo, quia extincto pacto vt
substantia, cessat perpetuatio tamquàm accidēs,
46 quia qualitas † non potest stare sine subiecto,
l. eius qui in prouincia. ff. si cert. petat. quia sic
directè repugnat perpetuatio profixioni tēporis
quod iam decursum est. Vt tamquàm contraria
simul stare nequeant, l. vsurarius. ff. de fideiusso-
rib. & mandator.

Istis ideo sic positis necesse est, quod ad aperiē-
dam viam prçsuppositç redemptioni eo iure aga-
tur quod tendat ad destructionem contractus ce-
lebrati, vt potè quia is idē sit nullus, & simulatus,
quo casu sicuti datur rescisio totalis, sic competit
actio per quam supponitur posse pro parte susti-
neri contractū ex voluntate alterius cōtrahentis,
47 & tempus † redemptioni præfixum ad non
præfixionem reduci, ita vt nullo tempore dicatur
potuisse firmari cōtractus. sic enim ex necessitate
requiritur, & secundum istos terminos credide-
rim fuisse locutum Bertrandum in dicto suo cōs.
48 † 111. dum arguit quod fructus percepti per em
ptorem computandi erunt ad extenuandam sor-
tem principalem eidem emptori restituendam.

Sed quia simulatio multitariam multisq; mo-
dis contrahitur ad certiorandum reum conuentū
49 de certa simulationis † specie, eam esse affirma-
runt qui partes Actoris sustinuerūt, quæ nascitur
ex immoderato pretio, vt exhibita series facti
demonstrat. Et hoc ad remouendum obiectum
quod alias agenti obstitisset de incertitudine si-
mulationis, l. 1. in principio ff. de edendo. l. Pom-
ponius scribit. ff. de rei vindic. Vital. Cambian. in
tractatu clausularū, sub rubrica, Qualiter opponi
debeat exceptio simulationis, num. 1.

Ego autem priusquàm deueniam ad resolutio-
nem iuris super eo quod simulationem arguit
examinandā puto validitatem propositæ actio-
nis, super qua vt vera fatear non video quod pos-
sit valida formari sententia ad commodum Dñi
Actoris, quia dum agit ad perpetuationem pacti
50 de retrouendendo, vtique † contractum ipsum
validum probat, & lçdit actionem perpetuatio-
nis quæ omni casu contra præfixionem temporis
dari non potest nisi supponatur contractum fuisse
pignoratitiū, & sic in fraudem, namq; dum præ-
tenditur actus retrouenditionis, vtique sequitur
quod ab initio reus conuentus, siue auctor ipsius,
emerit. Hæc enim sunt correlatiua, itaut posito
51 † vno ex eis, alterum similiter admitti dicatur,
l. fin. C. de indict. viduit. toll. Quod si sic est simu-
latio cessat, q̃a expedit admittere quod ab initio
contrahētes voluerint vendere, & emere, tanto
magis, quod in actione deducitur perpetuatio
pacti gratiæ factæ, quæ necessario supponit con-
gruam existentiam, & originem ipsius pacti: sic
52 enim licet arguere à petitione † consequentis
ad concessionem antecedentis cap. ex parte, &
ibidem Canonistç extrà de sponsalibus, & l. illud,
ac ibi Bart. & Castrens. ff. de acquir. hæredit.

Quod si ad declinandū hoc argumenti genus,
obijciatur perpetuationem ipsam, non descen-
dere ex pacto cōuento de retrouendendo, sed ex
nullitate cōtractus, vt potè q̃a ea admissa liceat
venditori bona reuocare, vtique fatendum erit,
53 quod † vel pars aduersa prçtendit contractum
esse simulatum, vel saltem in fraudem vsurarum.

Primò casu denegatur audientia, quia allegās
54 contractum esse fictum † vel simulatum, tenetur
probare quod tempore quo facta fuit venditio
contrahentes in eodem actu celebrati cōtractus,
declarauerint nolle vendere, & emere, sed pignus
constituere, & retinere, alias non militat simula-
tio, vt not. Bartol. in l. pacta nouissima in prima
lectura nu. 2. C. de pact. Osascus decis. 42. in fine,
vbi dicit ex Bald. Alex. & Dec. quod allegans si-
mulationem debet edocere quod ab initio con-
tractus interuenerit simulatio. Porro cum hoc
idem probatum non fuerit, quinimò nec etiam
expresśè deducta simulatio non dicam quoad
partem contractus, sed nec etiam quoad totum
non procedit actio, tanto fortius quod illi con-
trariatur expresśè terminus petitæ retrouendi-

tionis, & de natura simulari cõtractus est vt statim
55 quod de ea † constat rescindatur Bart. in l. ius
iuran. §. procurator nu. 6. ff. de iur. iur. l. filius. C.
de reuocan. his quæ in fraud. credit. Gutierez. ad
l. nemo potest ff. de legat. 1. nu. 373.

Facit etiã quia consideratio modicitatis pretij
56 non arguit simulationem † sed iniquitatem, &
iniustitiam contractus, aduersus quam non reuo-
catoria simpliciter agendum est, cum ea dicatur
57 reposita † in arbitrio ementis vt notatur in fa-
migerata l. 2. Cod. de rescind. vendit. iuxta quã
deliberat Reus nũm velit pretium supplẽdo con-
tractũ ad iustitiam reducere, vel eum rescindere.

Secundo vero casu nulla est actio quia si in frau
58 dem prætendit pars † factum fuisse contractum
qui ex contrahentibus est, vel ab eis ius meritur
id ipsum allegare non poterit quia tamquam al-
59 legans † propriam turpitudinem repellitur, te-
stis est mihi Decius in cons. 587. nu. 10. vbi reci-
tando differentiã quam faciunt Doctores inter
60 contractum simulatum, & † eum qui dicitur fa-
ctus in fraudem, concludit quod aduersus con-
tractum factum in fraudem non potest contrahẽs
contrauenire, & contrauieniendo tanquàm alle-
gans propriam turpitudinem non debet audiri,
l. transactiones C. de transact. l. creditoribus. C.
de comm. ser. pignor. dat manum, l. cũ profitearis
C. de reuoc. donat. Bart. in citata l. ius iurandum
quod ex conuentione §. procurator. Et Io. Gut-
tierez loco citato, post Castrens. in l. per diuersas
C. mandati.

Insuper vbi ad fraudem reducendus esset arti-
culus, illud etiam obstare videtur quod in nulla
parte processus ea nedum probatur, sed nec etiã
deducitur. Et tamen qui eam allegat ad infrin-
61 gendum † contractum probare tenetur, cum in
dubio nõ præsumatur sicuti, nec simulatio. l. quo-
ties. §. qui dolo. ff. de probat. l. quamuis vbi Bald.
C. si quis alteri, vel sibi, & in l. & qui C. de distrac.
pignor. Quinimo cum fraus dicatur delictum
62 requiruntur probationes luce meridiana clario-
res. Anch. cons. 385. licet pridie, vers. item quia
fraus. Crauet. cons. 11. nu. 4.

Quibus non obstat si dicatur fraudem redar-
gui ex allegata modicitate pretij, quia respon-
detur quod vbi esset probata immoderatio pre-
tij, quod tamen ex infrascriptis iuribus negatur,
aut actio est ad fraudem præsuppositam in vendi
torem, aut ad fraudem vsurarum, Primo casu si
quæ deceptio adfuisset respectu pretij obstat cõ-
63 clusio quæ habet licere contrahentibus † se in-
uicem naturaliter decipere, l. in causæ §. idẽ Põ-
ponius. ff. de minor. l. item si pretio §. quẽadmo-
64 dũ ff. locati, vbi ex recitata conclusione dicitur †
licere quod pluris est minoris emere, & quod mi-
65 noris est pluris vendere, & omni casu ẽt † quod
immoderatio pretij dimidiam excederet, vel
dolus incidenter venerit in cõtractu, non dabitur
rescissio contractus altero ex contrahentibus re-
luctante, sed tantum erit permissa reductio ad
æqualitatem, vt in terminis defraudati vendito-
ris vltra dimidiam stat. l. 2. Cod. de rescind. vẽd.
& notant ibi Angel. & Salicetus ac cœteri scriben
tes, & respectu doli qui reincidit in contractu scri-
bit Couaru. 2. variarum resolut. 4. num. 11. &
Molina de contract. disputat. 351. num. 14.

Aut actio est ad fraude vsurarum, vt pote quia
emptor non habuerit animum emẽdi, sed vsuras
consequendi in pignus pecuniæ suæ, & adhuc in-
utilis est, quia nullo iure probatur quod iste con-
tractus fuerit Pignoratitius, vt superius dictum
fuit, nec remanet probata illa modicitas pretij
66 deducto pacto gratię, quod tertiam † partem
iusti pretij arguit vt cautum est N. C. de Bonis in
solutum dãdis, & iuris esse probat Grama. decis.
138. num. 2. & decis. 178. de qua re infrà latius
apparebit, vltrà quod etiam sola modicitas pre-
tij cum pacto de retrouendendo non faciunt con-
67 tractum censeri vsurarium † sed alia debent
concurrere, vt puta quia qui nomen emptoris as-
sumit solitus esset vsuras extorquere vt in cap. ad
nostram de empt. & vendit. notant. scribentes, &
probant, Couaru. loco relato Aluar. Valasc.
consult. 70 Gamm. d. decis. 138. cuius opinionis
auctores recẽset sola super Constitut. Pedem. an-
tiq. sub Decreto ex frequentibus in glos. vn. pri.
partis num. 5. Neuiz. cons. 88. num. 5. vers. con-
cludo, nouissime Hieronymus Acenalos, in spe-
culo communium opin. contra communes quęst.
224. Iacob de Arena Cyn. & Salycet. in l. emptio-
ne Cod. plus valere quod agitur, quos refert, &
sequitur Alex. in cons. 109. viso processu nu. 17.
lib. 4. vbi dicit in terminis nostris contractum
68 non posse rescindi vt suspectum † & in fraudem
vsurarũ, quia fuerit positum pactum de retrouen
dendo, ad certum tempus etiam quod res fuerit
vendita minus iusto pretio & attestatur de magis
communi. Aduersus quæ licet dicatur stare opi-
nionem aliorum in contrariũ, attamen adhuc in
casu nostro ea non procedit, quia prætensa mino-
ritas pretij nedum vltra dicitur sed nec etiã in di
midia iusti pretij, esto etiam quod attendendæ
forent probationes testium ex aduerso examina-
torum quod tamen ex sequentibus non admitti-
tur, & ita ea opinio non attenditur, vt probat
Ozas. decis. 41. & sola loco relato, num. 5. propè
finem, & Neuiz. loco relato. Rol. cons. 96. vol. 1.
nu. 26. & 38. & cons. 58. nu. 19. vol. 4. vbi dicit
69 modicitatem pretij † intelligi quando minus
est dimidia iusti pretij.

Quod vero pertinet ad probationes minoris
pretij non recedendo a præmissis iuribus quæ
negotium rei cõuenti in tuto reponunt, pro veri-
tate dicendum venit eãs non debere attendi, vel
70 quia nimis † animosè testes deponũt, minusq;
sufficientem ratiõnẽ sui dicti reddunt, minoresq;
sunt numero testium ex aduerso productorũ, qui
71 proinde tamqua maiores numero † digrioresq;
& magis verosimilia deponentes pro validitate
contractus prẹferendæ sunt pręsertim quia etiam
accedunt rationes adductę quod eadem prædia
non dicam denudata, sed instructa cum eorum
suppellectilibus per Regiam Cameram data fue-
runt in solutum matri Capitanei Iulij Vicomer-
cati, ad rationem de libris septuaginta Impe-
rialib', comprehensis seminibus, ac instrumentis
vinaceis vt infrà latius patet.

Quod vt ommisso longiori discursu pareat ex
presse, concluditur, quod ex parte D. Actoris
octo tantum testes examinati fuerunt, qui non
deponunt de pacto Gratiæ, quod sicuti facit rem
valere minori pretio vsq; ad tertiam partem, sic
debuerat per testes exprimi, vt notat post alios Io
seph. Ludouic. decis. Perus. 97. parte 1. Quare in
72 simili dicunt Doctores quod probando † quis
simpliciter pretium Rei nõ debet obtinere quan-
do in

do in ipsa venditione adest pactum, de retrouendendo, quia debet probari pretium cum illo pacto, sic ex Socin. Ruin. & Cagnol. probat idem Rol. d. cons. 96. num. 42.

Vlterius in depositione pretij non sunt conformes, quia aliqui de libris 150. alij de 140 alij de 120. & alij de centum tantum libris deponunt, vt ex dicto vltimi testis aparet, quod omni casu vbi esset sufficiens, & careret alijs defectibus, ad commodum partis cõtra quam fuit product⁹, ita vt foret attendendus, nihil offici, quinimo intentionem producentis euertit, quia data conclusione quod iniustitia precij non debeat esse minus quam sit dimidia iusti pretij, ad arguendum contractum illicitum, vt Rol. perpendit in allegato consil. 96. num. 33. & 34. non vtique læsio præsupposita dictam dimidiam attingit, namq; prætium in contractu deductum fuit de libris 40. in singulas perticas cum pacto Gratię, quod si referatur ad libras centum, importat libras triginta, & vltra, vt Doctores superius allegati probant, & ita pretium censebitur de libris 70. quo casu non intrat consideratio integræ dimidiæ, pro eo quod reliquum est ad numerum centenarium, & ita cessat cõclusio descendens ex eo capite quod modicitas pretij cum pacto de retrouedendo, faciat contractum suspectum vsurariæ prauitatis.

Insuper, vt secundæ dubitationi satisfaciam, dirigendo sermonem ad conflictum testium hinc inde examinatorum replicatur preferendos esse testes rei conuenti.

73 Primo quia fauorabiliores sunt † rei quam
actores, vulgata regula iuris, & in terminis est
Decisio quod testibus ad fauorem rei deponenti-
74 bus † magis creditur, quam deponentibus ad
fauorem actoris. Glos. in cap. in nostra in verbo
aduersa extrà de testib. & ibidem Canonistę etiã
quod testes essent pares numero testibus contrarijs, sic post Boss. Albet. Butrigar. Crotum, & alios
notat Farinacius de oppositione cõtra dicta testium q. 65. num. 152. quinimo etiam quod essent
75 minus digni † idem Farinac. loco citato num.
158 & alij per eum relati casui nostro fauet quod plures sunt numero nã testes primæ classis sunt nouem, secundę vero classis duodecim qui omnes in vnum tradunt cap. in nostra, & ibi Glos. in verbo aduersa extra de testib. cap. licet causam ibi p testes numero plures quib⁹ potius lux veritatis assistit. extrà de probation. glos. in l. carmen §. finali ff. de testib. Farin. q. 65. num. 107. vbi plures allegat auctoritates.

Secundo quia per testes rei conuenti, excludi-
tur delictum, cum semper pręualeat ea probatio
76 † quæ remouet delictum l. merito ff. pro socio, &
magis creditur pro non delicto deponentibus, quam pro delicto, Boss. in tit. de defens reorum. num. 7. idem Farinac. vt vnus pro pluribus allegetur loco citato num. 153.

Tertiò quia semper ea pręsumptio probatio, ac
77 interpretatio præualet † quæ facit actum, &
contractum valere l. Abbate de verbor. signif. l. 3. ff. de minor. l. quoties ff. de reb. dub. l. quoties ff. de verbor. obligat. & l. quoties ff. de regul. iur. cũ multis alijs.

Quintò quia conueniunt omnes testes ipsius Rei, quod prædia de quibus agitur de eo tempore sine pacto gratiæ non erant maioris valoris librar. 60. vsq; in 70. pro singula pertica, & quod eo tempore vendita fuerunt prędia maioris bonitatis, in illis partibus pro libris 60. tantum, & in hoc conueniunt nouem testes, sic concludenter vt nihil magis.

Quorum dictis adduntur etiam aliæ rationes quæ magis stringunt, quod scilicet eadem bona fuerint paulo ante tradita per Regiam Cameram Ducalem matri Capitanei Iulij Vicomercati, comprehensis mobilibus, & supellectilibus ipsorum, ac ædificijs tàm rusticis quàm vrbanis pro libris 70. in singulas perticas. Et quod instrumenta prædicta, & ędificia verosimiliter importabant tertiam partem valoris dictorum bonorum, ita vt quęlibet pertica dictorum bonorum simpliciter, & ex se non esset maioris valoris librarum quadraginta sex, cum duabus tertijs alterius libræ. Quod cum ad saturitatem probatum fuerit, vt melius est videre quam referre, non est quòd vlterius sit dubitandum. Quominus absoluendus sit Reus à petitis obaudito D. Actore cum expensarum iactura, nulla habita ratione ad d cons. Bertrand. 111. Inper quo fortassis pars aduersa Achilem suum cõstituit, quia casus super quo consuluit
longè diuersus est à casu nostro, quia ibi in facto
78 † re vera bona fuerunt pignori data de consensu
vtriusq; partis, licet postmodũ conuenerint quod scriberetur titulus contractus sub emptione, & venditione. & in casu nostro verus contractus venditionis interuenerit nulla præcedente pactione pignorationis, quare sine iniura credi emptor contractum non posse rescindi, sic enim iuris esse sentio. Quibus non acquiescendo pars aduersa ansam dedit vt iterum scripserim in ea causa, vt infrà colligitur.

Plura dixi pro validitate contractus initi per Auctorem D. de Rolandis itaut veniens ex persona venditoris ad pactum gratiæ pro recuperatione rei distractę non sit audiendus attento lapsu temporis quod fuerat redemptioni pręfixum. Sed quia D. Aduersarius renuit acquiescere, sub diuersis pręetextibus placuit hoc ideò quo veritas magis agitata resurgat, adducere quod ea senten-
tia quam nonnulli ex scribentibus affirmant, &
79 iudices sequuti sunt. Pactum scilicet gratiæ †
temporale quandoq; perpetuum effici, non sic indistinctè venit intelligenda, vt semper data quali, quali læsione tollatur præfixio temporis, & perpetuetur pactum de retrouendendo, namq; eo solo casu admittitur quando quoquomodo potest constare iudici, quod contractus sonans in titulum venditionis non fuit sincerus, & realis, sed simulatus seu saltem iudici valde suspectus de simulatione, tunc enim sequendo votum partis, quæ posset contractum simulatum infingere, & fructus consequi ad solam tamen rei redemptionem agit, & fructus ex benignitate remittit, poterit non obstante lapsu temporis præfixi super recatatione pronuntiare attendẽdo potius id quòd verè actum fuit quam quod simulatè partes ipsæ conceperunt, iuxta vulgare edictum plus valere quod agitur, & in hoc videantur oẽs, qui de ista materia scripserunt, quia semper supponunt istã simulationem contractus, vel vrgentẽ suspitionẽ ipsius tàm in Actore quam in Iudice. Bald. enim in cap. pri. de feud. dat. In vim leg. Commiss. nu. pri. quam allegat Iacob. de S. Georgio in l. 2. ff. de cert. petat. supponit contractum simulatum, quinimo loquitur in pacto legis Cõmissor. quod

licet

licet improbatum ſit † tantum in pignoribus,
in alijs tamen contractibus valdè ſuſpectum di-
citur, & odioſum, ad idem faciunt ſcripta per
Caſſan. in conſ. 11. nu. 40. & in Conſuetud. Bur-
gund. rubrica 5. §. 1. nu. 22. & Rubrica 10. §. 10.
in fine, & Tiraquel. de retract. Conuent. §. pri.
gloſ. 2. num. 55. quos citat Surd. in deciſ. Mant.
34. ex pluribus coniect. nu. 5. vbi cum Tiraquel-
lio dicit hanc ſententiam iuuari ob ſuſpicionem
ſimulationis contractus quare in caſu ſuo multas
adducit coniecturas ad arguẽdam ſimulationem
qua proinde ceſſante non eſt quod poſsit fundari
81 Iudicis † officium, & partis inſtantia intuitu
æquitatis, quæ fomitem aliquem deſiderat ſuper
quo valeat reſidere.

Et licet allegari ſoleat, quod pactum de retro-
uendendo non tollat ſuſpitionem ſimulationis
contractus, requiritur tamen ea modicitas pretij
ceſſantibus alijs coniecturis quibus eadem ſimu-
latio detegi ſolet, quæ ſit conſiderabilis habita
ratione iuſti pretij quod eſſet ſine pacto de retro-
uendendo cum illud ſit pars pretij, & ſoleat im-
portare tertiam partẽ cõmunis valoris, vt priori
conſultatione demonſtratum fuit, quod ſi ſecus
eſſet illud pactum nunquam diminueret de iuſto
valore, quod non eſt dicendum.

Quod in tantum procedere ſupponimus vt
ceſſante ſimulatione contractus, & data veritate
illius conſiderandus ſit is ipſe facta detractione
tertiæ partis iuſti pretij, ac ſi nullum pactum de
retrouendendo adeſſet in eo, quia ſolam ipſam
detractionem operatur, ita ut reſurgente læſio-
ne enormiſsima in pretio non reſideat facultas
reſcindendi contractum penes venditorem ſed
emptorem, vt notant omnes per l. 2. Cod. de re-
ſcind. vendit.

Nec huic ſententiæ nocent dicta Socini iunio-
82 ris in conſ. 104. † de duob. vol. 3. quia funda-
menta, quæ facit, & auctoritates quas allegat lo-
quuntur in contractu facto in fraudem vſurarum,
& ſic in ſimulato, namq; licet cõcluſionem, quam
facit, emptorem non teneri lapſo termino recati
ad retrouendendum per l. 2. Cod. de pact. inter
emptor. & venditorem limitare videatur, quan-
do venditio fuit facta minoris iuſto pretio, non
tamen ſic indiſtinctè poſita, dicitur vera limita-
83 tio, citat enim Hoſtienſem in tit. de vſuris † §.
an aliquo caſu, vltra ſortem propè finem in verſ.
Non ſi vendo tibi. ſed verba Hoſtien. ſunt hæc,
quod intelligas quando pretium iuſtum eſt, &
nihil ſit in fraudem vſurarum alias contra, & ſic
84 intelligendus eſt Iacob. de S. † Georg. in l. 2.
num. 2. ff. ſi cert. pet. & ita ſe declarat Bertran.
85 conſ. 88. ponitur in facto † num. 3. vol. 1. &
cæteri omnes ab eadem Socino allegati, vt ſupe-
rius tactum fuit.

Et ita ex præmiſsis colligitur malè ſenſiſſe So-
cinum, dùm ſecluſa ſimulatione contractus arbi-
tratur pactum temporale cenſeri perpetuum, ob
læſionem in pretio quia loquitur contra terminos
iuris communis, & ipſum ius gentiũ, quod pacta
ſeruari mandat. Et quod licitum eſt contrahen-
tibus ſe inuicem decipere.

Quinimo dum reſpondere conatur obiecto,
quod pactum gratiæ ſit pars pretij addit intelli-
gentiam de parua quantitate, arguendo quod ſi
in quolibet exceſſu diceremus verificari, quod
pactum de redimendo faciat rem tanto minoris
valere nunquã daretur concurſus minoratis pre-
tij, & pacti de retrouendendo ita vt poſſet habe-
re locum opinio Iacobini, Caſanæi, & Bertrandi.

Replicatio erit quod iſtud argumentum ſatis
inuolutum, & intricatum perpenditur, quod pa-
ce Socini dictum ſit, alioqnin oculatiſsimi Iur.
Conſ. namq; ſolutio nodi ea erit, quod tunc ope-
rabitur opinio quando adeſſet minoritas pretij
detracta tertia parte, quam releuat pactum redi-
mendi, alioquin per retorquutionem argumenti,
ad nihilum reduceretur opinio quod pactũ illud
tertiã partem iuſti pretij ex iure poſsit releuare
quod non eſt dicendum.

Redeundo igitur ad ea, quæ ſolida ſunt, tunc
demum potentiæ de redimendo non cenſebitur
perſcriptum ob lapſum temporis vel perfixi vel
non perfixi quãdo verſamur in re pignorata non
verè, & realiter diſtracta, & ita melius intelligen-
do articulum ſcribit idem Socinus loco relato
num. 9.

Vltra quod in caſu ſuo plura alia concurrebãt,
vt patet num. 15. & infra deducendo ignorantiam
pacti, proponendo in integrum reſtitutionem,
quod cum ceſſet in caſu noſtro facilè tollitur lo-
cus Socini.

Rurſus vbi dicatur intẽtionem partis aduerſæ
ſtare in eo quod Excell. Senatus velit inhærere
opinioni quod tẽporalitas pacti ad perpetuatio-
nem reducatur, concurrentibus duobus modici-
tate ſcilicet prætij, & pacto redimendi, ſecundũ
aliquos ex quibus arguitur ſimulatio contractus,
vt innuere viſus eſt Bertran. in d. conſ. 88. vbi
tamen ſe remittit ad maiorem facti informatio-
nem, diligenter diſcutiendo negotium nullibi
apparet de allegata pretij modicitate, per ea quę
latiori calamo dicta ſunt præcedenti conſulta-
tione.

Quibus non obſtat conſideratio redditũum, ad
arguendam iniuſtitiam pretij, quia practica pro-
86 bandi pretiũ † ex perceptione reddituũ debet
concludere per temporis expreſsionem, & ratio-
nem dicti ſui, alias nó valet probatio ſic enim de-
clarat Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſ. nu. 2.
ff. de legat. pri. vbi dicit quod modus probandi
in practica eſt, quod tantum annuatim commu-
niter percipitur, ex ea, & res ex qua tantum per-
cipitur communiter, valet tantum ad rationem
tot pro centenario. Porrò cum primus teſtis D.
Actoris non deponat concludenter, quia dicat ta-
tum quod libras ſeptem pro qualibet pertica er-
rogaſſet tit. locationis nulla reddita ratione, nec
facta expreſsione temporis ſequitur quod tan-
quam Placentinus exterus, & inſeruiens publica-
nis voluerit iſto caſu ambulare per Placentiam vt
in ſimili dicunt Doct. & ita obijcitur, quod præ-
dia non æſtimantur inſpecta oblatione aliquorũ
Gabr. conſ. 74. num. 8. lib. 5. faciunt notata per
ſcribentes ad l. 2. Cod. de reſcind. vendit.

Minus eſt curandum de 4. teſte, quia dicit tan-
tùm, quod de tempore ſuę depoſitionis errogaret
in tit. locat. libras ſex cum dimidia pro qualibet
pertica, & ita obſtant ſuperius alleg. vltra quod ſi
benè perpendatur dictum ipſius reſtringitur ad
87 præſens, † quod præteritum tempus excludit,
vt patet ex verbis ipſius dum inquit, quod de
præſenti plus percipitur, quam retroactis tempo-
ribus, ita ut iuuare potius dicatur intentionem
conuenti quam deſtruere, vltra quod in genera-

libus facit se negotiorum gestorem partis actricis.

Ad id quod dicitur de vicinis predijs respondetur nullam resultare probationem ex testibus d. Actoris quia non concludunt circa equalem bonitatem, namque vltra particulares defectus quos patiuntur testes ipsi aduertatur, quod non deponunt de bonitate temporis factæ venditionis vltra quod eliduntur dicta per contrarias probationes factas, tam per testes contrarios, & per exhibitionem instrumentorũ factarum alienationum de bonis vicinis, ac de fundis dicti territorij Buraghi instructis, & in quibus ad sunt ædificia femina, & obuentiones, & in indiuiduo patet bona ipsa alias fuisse distracta longe minori pretio quam testes prędicti affirmant, vt priori responso annotatur, ex quibus tolluntur dicta de tertio modo probationis per testes scilicet directè deponentes super valore.

Verum, quia aduersus testes, qui nomine de Rolandis examinati fuerunt plura excipiuntur ad singula respondẽdo, eo breuiori sermone quẽ patitur angustia temporis, dicitur primo testes non probare quod fuerit de tempore prælertim eorum dispositionis coloni, & massarij D. Beatricis Abduæ.

Secundo non deponunt per vnum, & præmeditatum sermonem, † sed per veritatem facti,
88 & dum dicunt predium non fuisse maioris valoris lib. 60. in 70. pro singula pertica redigunt responsionem suam ad formalem capitulationem, vnde nõ potest dari pręmeditatio sermonis, quia ea esset tantum, quando à testib. integra formaretur depositio per eadem verba nulla data formali interrogatione vltra quod etiam numerus testium tollit obiecta suspicionis, si quæ foret Farinac. q. 65. num. 17.

Minus facit quod dicitur de instructione testiũ quia verba, quæ videntur ad instructionẽ referri, non sunt directa ad instructionẽ illicitam, potest enim testes pars sciscitari quid sciant, & articulos exhibere, & eidem legere Rebuff. de testib. glos. 7. num. 42. Farinac. q. 67. num. 186. & 190. vbi dicit quod ea instructio est prohibita, quę tendit ad mentiendum.

Ad obiectam subornationem respondendum puto quod nullibi probatur, namq; esto non tamen admisso quod quid fuerit promissum à D. Beatrice quod omnino negatur, illud foret intelligendum respectu earum expensarum ad quas
90 producens testes † tenetur, & salarium illius temporis pro quo depositioni, vacando non poterat laborare, quod est permissum, vt passim notant DD. vnde tunc argueretur subornatio quando dictum fuisset si disposuetis isto, vel tali modo, tibi dabo, certum quid sed quia ista depositio non est sola, concurrit enim cum pluribus alijs, poterat omitti obiectio sicuti dicitur idem de opposita affectione ad caussam.

Demum ad obiectas falsitates respondetur, testem, qui dixerit de lib. 70. non esse falsum si pretium fuerit de 73. quia vbi detur quod veritas fuerit de 73. qui de minori dixit non astringendo se ad taxatiuam non deponit falsum quia in maiori summa inest minor, vltra quod modica non habentur in consideratione, quod etiam seruit pro eo qui deponit de facto annis iam decem elapsis subsequuto esto, quod appareat de annis 20. ac etiam pro teste qui dixerat de venditione facta pro libris 60. D. Beatrici, & pro eo qui dixit bona de quibus agitur esse valoris lib 60. cũ emerit pro lib. 100. bona in eodem territorio, quia non omnium prędiorum certus, & vniformis est valor l. pretia rerum ff ad legem falcid.

Quidquid igitur sit libratis iuribus potior est pars de Rolandis cui fauet præsumptio iusti, pretij interpretatio pro validitate d. contractus, fauor qui pręstandus est reo, testes nu. plures ipsius quam D. Actoris, & consequenter læsionis, quæ debet esse magna non modica, vt inquit Lanat. conf. 97. num. 6. & alij relati per eum qui ex quo dixerunt duas esse agendi vias, vnam scilicet ad
91 contractum simulatum, alteram † ad perpetuationem pacti temporalis non tamen admittunt, ad eam posse agi non data præsumptione simulati contractus, quę arguitur ex magna modicitate pretij, quin imo si æquarent istas duas actiones, posset dici quod sicuti ad declarationem fœneratitij contractus, duo non sufficiunt, sed tria requiruntur, vt alias diximus, & notant scribentes ad l. 2. Cod. de pact. inter emptor, & venditor sic, & in actione ad perpetuandum pactum ita enim ab æquiparatis posset argui, sed cum in casu nostro non adsit nedum magna, sed nulla modicitas pretij, merito pro emptore pronuntiandum venit, & ita respondendum puto saluis &c.

Pręter ea quæ prioribus responsis continentur cogor iterum in adiumentum veritatis adducere, quod agitata contra D. Io Baptistam de Rolandis nullo modo possunt officere iuribus, & possessioni D. Beatricis Abduæ, cum enim ea fuerit in possessione bonorum, quæ supponuntur obnoxia
92 gratiæ † redemptiuæ priusq; motum fuerit iudicium contra dictum de Rolandis dubio procul cum eadem erant iudiciales aculei exercendi, pec l. de vnoquoq; ff. de re indic. cap. licet Episcopus, & ibi glos. in verbo eo nõ vocato de præbend. & dignit. lib. 6. esto enim quod pactum gratiæ intuitu assertæ perpetuationis ad esset potuit nihilominus dictus de Rolandis res ipsas vendere, & in alios transferre quia fuerat dominus sic per l. final. §. Lucius. ff. de donat. voluit Osasch. decis. 65. superest nunc num. 6. post Bart. in l. 1. nu. 9. Cod. de iur. Fisc. lib. 10. faciunt notata per Doctores in l. 2. Cod. de pact. inter emptorem, & venditorem quod eo magis dicendum est procedere in casu nostro, quo plenius apparet actionẽ non fuisse institutam contra Candianos primos émptores.

Insuper inquit Abdua quod veniens ex perpetuatione primi pacti de retrouendendo nulliter agit, quia illud ipsum fuerit transactione sopitũ, dum enim lapso termino præfixo ad redimendũ, proponeretur iudicium inter Vicomercatum, & Candianos diceretq; vẽditor tempus non cucurrisse, propter eius absentiam ex causa Reipublicæ, & illi contradicerent emptores coram Consulibus Iustitiæ, deuenerunt partes ad mutuam conuentionem in qua datus fuit terminus vnius anni ad redimendum eidem Vicomercato, qui postmodum cum iuramẽto renunciauit cuicunq; futuræ prorogationi, quam potuisset obtinere, quo casu nemini dubium quin includatur renuntiatio illius beneficij quod lex concedit ex equitate, vt temporale pactum in contractu suspecto fiat perpetuum, cum enim perpetuatio aliud non sit, quam prorogatio non est videre cur renunci ans

93 ans prorogationi † non dicatur perpetuationi
renuntiasse tãto magis quod in subiecta materia
vterq; terminus descendit ex æquitate prædicta,
& illa distinctio prorogationis, quæ fit pro certo
tempore non facit diuersitatem substantialem
cum prorogatione, quæ fit perpetuando pactum
nullo certo tempore præfinito.

In quo proposito nõ est silentio prętereundum
quod Vicomercatus acceptando pactum gratiæ
de nouo concessum admisit, & declarauit lapsũ
cuiuscunq; temporis, & ita si quod erat pactum
gratiæ quod potuisset perpetuari, illud idem restrinxit
ex noua conuentione ad annum cum expressa
iurata renunciatione alterius prorogationis,
quæ posset impetrari, & cum ad eam transactionem
deuenerint partes intuitu præsuppositæ
læsionis, quam Vicomercatus deduxerat non est
quod in repetito remedio audiatur.

In cuius rei argumentum illud est substantialiter
considerandum quod intentio partium fuit in
ea transactione, vt bona prædicta vbi contingeret
labi tempora concessa irreuocabiliter fierent eorundem
emptorum, namque de ipsorum intentione
hoc idem fuisse dicitur dum curarunt sibi
renuntiationem fieri de prorogationibus, prout
similiter de intentione venditoris constat ex pręcibus
dicti Vicomercati porrectis Excellentiss.
Senatui, de anno 1605. in quibus fassus est quod
nisi concederetur solitũ auxilium prorogationis
bona ipsa pleno iure, & irreuocabiliter fierent
emptorum.

94 Quæ enim verba sunt pleno iure tamquam †
prolata per venditorem sic probant per l. cum
precum Cod. de liber. caus. vt arguant in emptoribus
nedum vsufructum & proprietatem, verum
etiam, & ius de re perfectè disponendi l. si ita stipulatus
fuero. §. si titius ff. de verbor. obligat. l.
libertas la 1. ff. de aliment. & cibar. legat. l. finali.
§. similiq; modo Cod. de bonisq; liber. & l. generaliter
ff. qui, & à quibus, quod ius secundum
subiectam materiam iuxta l. si vno anno ff. locati
95 sic debemus interpretari, † quod liberam, &
absolutam emptionem admittat.

Rursus, & quod subsequitur verbum. Irreuo-
96 cabiliter † sic intelligendum venit, vt omnes
modos contineat quibus possit retractari bonorũ
acquisitio, & contractus emptionis, vt stare dicitur
in cap. 2. extra de consuetud. vltra quod verba
contrahentium sic intelligenda sunt, vt pinguius
prouideatur emptoribus l. si te solum §. 1.
ff. de hæredibus instituend. & l. si id quod ff. de
rescind. vendit.

Insuper aduertatur, quod licet ex primo instrumento
venditionis appareat quod pactum de re-
97 trouendendo † sit reale attamen id ipsum quod
legitur factum in instrumento transactionis personale
censendum est, quia fit data facultas Capitaneo
Vicomercato de redimendis bonis quo casu
ad alias personas extendi nõ potest in tantum
quod nulla realis actio in singularẽ successorem
transiuisse dicitur, vt not. Alex. in consil. 10. videtur
fortasse num. 2. vol. 1. cuius opinio licet à
pluribus improbari dicatur per Soc. in consil. 80.
vol. 3. attamen eam communiter fuisse receptam
à Doctoribus, affirmat Iacobus Machelins patroc
in 40. Carolus, & alij num. 10. qui eiusdem opinionis
assectas plures enumerat.

Nec pręmissis ea dicitur officere consideratio
quod renuncians prorogationi concedendæ per
98 Senatum † Excellẽtiss. non dicatur renunciasse
perpetuationi, quam lex concedit, quia vltra superius
replicata respondetur, quod iuramentum
præstitum ab eodem Vicomercato vim specialis
expressionis obtinet Pal. ad l. primam, & ibi Salicet.
Cod. commodati. Rom. ad l. primam §. si
quis ita num. 10. ff. de verb. oblig.

Nec est in proposito spernenda cogitatio, quòd
ab initio venisse dicitur Vicomercatus post conuentionem
initam ad beneficium prorogationis,
tamquam ad remedium extraordinarium, quia
prius nouerat remediũ ordinariũ, quale dicitur
illud quod tendit ad perpetuãdum pactum alias
temporale, sibi non competere, ea enim prorogatiua
est istorum remediorum, vt quousque durat
ordinarium, cessare dicatur extraordinariũ,
99 † & quod hoc vltimum tentans, videatur ordinario
destitutus, per ea quæ notantur in l. in prouinciali
ff. de nou. oper. nunciat. vltra quòd siue
hæc duo remedia sint ordinaria, siue extraordinaria
semper obstabit exceptio quod per electionem
vnius alteri censeatur renunciatum l. quod
in hæredem §. elligere ff. de tribut. l. fin. Cod. de
Codi. Ruin. ad l. hoc edicto §. Nunciatio. ff. de
oper. nou. nunciat. num. 15. quod eo concludentius
opinor, quò lapso primo termino, natum
erat remedium perpetuationis si probaretur læsio
sufficiens, & suspicio contractus pignoratitij.

Istis sic præmissis, & penetralia caussæ ingrediendo,
dicimus contractui, & pacto temporali,
minimè nocere læsionem, cum non fuerit omni
casu nec in dimidia nec circa dimidiam, prout de
necessitate requiritur, per ea quæ in proposito
deducit Cagnol. omnino videndus, in l. 2. Cod.
de pact. inter emptorem, & venditorem num. 65.
cuius dicto, & decisioni tamquam in lecturis examinatæ
standum venit, potiusquam traditis per
Socin. iun. cons. 104. vol. 3. namque, vt est in
ore omnium, maioris autoritatis est lector quam
Consulens, vltra quod alijs iuribus vtitur in eodẽ
consilio ad arguendum contractum simulatum,
& fœneratitium, & quod magna debeat esse læsio
ad perpetuandum pactum temporale, voluit Lanar.
consil. 97. nu. 5. & 6. quod nos dicimus hoc
ideo esse, quia ex ipsa magna modicitate prætij,
vrgens suspicio datur de pignoratitio contractu.

Quibus proinde addendum putarem, quod
agens ad perpetuationem debet deducere simulationem
contractus, seu saltem vehementem suspicionem,
quod cum non fuerit deductum, etiam
ex isto capite denegatur actio vt priori consultatione
demonstratum fuit, & ita saluo &c.

Eodem numero primo, & ibi. Respondendum
itaque hac in re videbatur cursu triginta annorũ
100 † sublatam non esse hanc facultatem, quia adhuc
possit, hęres iste hæc prędia redimere hanc opinionem
licet Menochius per modum dubitationis
proponat, crediderim nihilominus iure probari,
vrgentioribus fundamentis quàm sint ea
quibus aduersa nititur opinio, namque in primis
pro hęrede facit, quod bona legatario data per
defunctum habent onus hoc restitutionis annexũ
& ideo bene intrat consideratio quod quando facultas
recuperandi, retinetur per dantem eodem
tempore quo res est transferenda vbi adest clausula
denotans infinitatem temporis nulla nocet
præscriptio vt dictum fuit supra numero, ex Pa-

ponio in arresto 5. lib. 11. tit. 6. reliqua verò fun-
damenta inferius habentur. Rolandus Caua-
gnolius.

Numero 2. & 3.

Dicta hoc loco, de non pręscribendis his quæ
sunt meræ facultatis, vera sunt, sed in subiecta ma-
101 teria facillime tolluntur, quia facultas † recu-
perandi, resoluitur in ius, quod subijcitur præ-
scriptioni, vt bene aduertit Bartolus in l. viam
publicam ff. de via publica, & quod in facto dici-
tur de facultate per testatorem concessa, hæredi,
aliò non tendit quam ad non grauandum eum
onere redemptionis, quia sola facultas, & pote-
stas, concessa supponitur, l. potestatis verbum ff.
de verborum, significat. corroborantur pręmissa
102 ex eo, quod ea dicuntur esse meræ facultatis †
imperscriptibilis, quæ competunt ex priuilegio,
vel ex consuetudine, secus vbi competunt intuitu
actionis, vt ex Angelo in cons. 54. Gulielmus, &
Franciscus, scribit Felynus in cap. cum accessis-
103 sent † num. 27. extra de constitution. qui licet
loquatur in actione nata ex contractu, idem tamē
est in actione descendente ex testamento, quia
104 valet argumentum à contractibus † ad vltimas
voluntates, l. fin. C. de leg præsertim quia in su-
biecta materia par est ratio actionis descendentis
105 † ex testamento, & eius quæ prouenit ex contra-
ctibus, vt perpendit, Nicolaus Euerardus in loco
legali. 36. habemus præterire, num. 1. Rolandus
Cauagnolius.

Numero 4.

Quod dicitur hic de oblatione pretij requi-
sita, vt sit locus redemptioni, declara quod obla-
tio, & depositum cum sit, ad redimendum aliqua
106 † bona, debet in primis constare an competat
offerenti vel doponenti ius luendi, vt scribit Me-
nochius in cons. 301. probabili dubitatione care-
re lib. 4. quinimo ex Iacobo Puteo in decis. 140.
eadem die lib. 2. & Borguino Caualcan. decis. 16.
Lazarinus vendidit parte 2. oblatio pretij retro-
uenditionis, non requiritur ante quam quis agat
107 † sed sufficit quod fiat ante sententiam, sed istud
intelligas cum grano salis, quia ad obtinendam
rem ipsam virtute pacti de retrouendendo sufficit
in iudicio realiter pretium offerre secus quoad
108 fructus qui non possunt haberi nisi facta † consi-
gnatione, Paponius. lib. 15. tit. 5. arresto 1. vide
Beroū, in quæstione 98. & an sola realis cōgruaq;
oblatio etiam extraiudicialis sufficiat, quoad re-
cuperationem fructuum, dummodo emptor, vel
eius successor, interpellatus sciuerit, vel scire de-
buerit, se teneri ad reuendendum, & ita fuerit in
mora cōstitutus, vide Gasparem Caballinum mil-
leloquio 333. sola realis cógrua Nattam in cons.
513. quum vendidisset Illustriss. Princeps Rol. in
cons. 27. viso, & diligenter cōsiderato lib. 2. Ioan.
Papon. lib. 11. tit. 5. arresto primo, & demùm
etiam arresto quinto, & an volens redimere te-
neatur vna cum pretio deponere omnes expen-
109 sas † factas, in instrumentis, & in bonis vtiles
& necessarias intrà tempus, vide Caualcan. in
dicta decis. 16. parte 2. num. 33. & Natt. in cons.
256. circa controuersiam, quæ, & in cons. 601.
mouētur duę dubitationes, & quod possit obli-
gatus ad retrouenditionem, recuperare meliora-
110 menta, † & retinere bona, si sunt liquida melio-
ramenta, vide Borgnin. vbi supra, & Nattam in
citato cons. 256. nu. 27. Rolandus Cauagnolius.

Numero 5.

Argumentum quod hoc loco facit Menochius,
de iure offerendi, ad facultatem recuperandi, fuit
prius Angeli in dicto cons. 54. qui facillime tol-
lit obiectum, prout etiam cum eo facit Felinus in
dicto cap. cum accessissent, extra de constitution.
nu. 27. ex eo quod in iure offerendi quod in mera
facultate consistit, non datur præscriptio quia nō
111 nascitur actio nisi prius fiat † oblatio, vndè non
mirum si actioni prædictę non præscribitur, cum
iam non sit nata, atqui in facultate redimendi cō-
petit actio ipso iure, absq; eo quod nascatur ab
oblatione, licet exactio opere exceptionis, fieri
non possit nisi pretium offeratur, l. Iulianus §.
offerri, & l. qui pendentem ff. de action. empt. cū
112 igitur nata sit actio † datur consequentia, quod
præscriptioni subiaceat ita Felinus ibidem notat
insuper etiam præmissorum declarationi objici-
tur, quod, & iuri offerendi præscribitur, vt probat
idem Angelus in d. cons 54. num. 2. Rolandus
Cauagnolius.

Numero 6 7. 8. 9. & 10.

113 Verbum istud quotiescunq; quia infinitatem †
designat temporis contrariam Menochij senten-
tiam apud me dubitabilē facit, per ea quæ dicta
sunt ad numerum primum, istius consilij, nec est
quod per responsiones ejusdem Menochij tolli
dicantur vt suo loco dicetur. Rolandus Caua-
gnolius.

Numero 11.

Dùm hoc loco dicitur præscriptionem cum
114 mala fide, non currere tàm in foro † temporali,
quā Ecclesiastico nota quod oēs leges disponen-
tes, quod in certis casibus nō requiratur bona fi-
des, per ius canonicū sunt correctæ, tàm in rebus
corporalibus quā incorporalib', & actionibus rea
libus, cū ēt præscribens cum mala fide sit cōstitu-
tus in peccato quo casu nemini dubiū est quin stā
dum sit iuri canonico Papon. lib. 12. tit. 3. arresto.
24. vna etiā & Hartman. cap. 4. tit. de pręscript.
lib. 1. quod dictum procedit nedùm in debitore
principali, sed etiam in hærede, qui ex mala fide
115 defuncti prohibetur † præscribere, quia ea no-
cet successori vniuersali, etiam quod hæres velit,
ex sua persona incipere pręscriptionem, vt notat
Capicius decis. 4. in causa Monasterij num. 12. &
13. post Bartol. in l. Netatius. ff de petit. hæredit.
Mysinger. obseruat. 6 quamuis de iure ciuili cen-
turia 4. & ita obtinui pro D. Secretario Annono,
Rol. Cauagnol.

Numero 13.

Versiculo, nono & vltimo, Ibi,) non tolli atq;
extingui aliquo temporis cursu. Vide Cephal. in
cons. 700. verba pacti lib. 7. Iacob. Menoch.

Numero 14.

Ibi, (Primo quod eandē opinionē approbaui
infrà in cons. 201. Nunc dubito nu. 85. lib. 3. & in
consil. 961. cum grauis hęc, ac magni ponderis,
num. 39. lib. 10. Iac. Menoch.

Eodem numero, dùm dicitur facultatem sim-
116 pliciter concessam ad redimendum, restringi †
ad tempus triginta annorum. Respondetur ex
sententia Antonij Fabri, hoc dictum procedere
117 etiam contra minorem † qui tamen ex ætatis
beneficio restitutionem in integrum habebit ad-
uersus eum, vt scribit idem Faber lib. 2. diffinit.
iur. tit. 20. diffinitione 2. tomo 2. vbi declarat,
quæ nam sit ea pręscriptio, quæ non currit contra

minorem, quod etiam repetit. libro. 7. tit. 13.
diffinitione 3. qui obligatus est, tomo 1. vbi simi-
liter tenet opinionem, quòd facultati redimendi
118 cum clausula toties quoties; † & in perpetuum
præscribatur triginta, vel quadraginta annorum
spatio, sub eo pretextu quod quælibet actio quã-
tumuis perpetua eo temporis spacio cõtineatur,
sed locus fabri in hoc mihi non satisfacit, quia
nulla actio quæ ex partium cõuentione perpetua
sit, eiusdem temporis curriculo claudatur, vt su-
pra dictum fuit ad num. primum. Rol. Cauag.

Numero 15.

Differentiam facit hoc loco Menochius inter
dictionẽ Quotiescumq; & dictionem † Quan-
119 documq;, vt putà quia dictio Quotiescumq; sit
aduerbialis numeri, significans quot vicibus, in
quo proposito stat exẽplum Ciceronis pro clu-
ente. Quotiescumq; dico, toties videor mihi in
iudicium venire. Dictio verò quandocumq; non
reiterationem actuũ, sed temporis, vt putà quan-
dam perpetuitatem significat. Verum hanc di-
stinctionem minimè recipiendam censeo, licet
enim me ipsum minimè lateat verba, de quibus
est quęstio, ibi, Ogni volta ch'esso suo herede ha-
uera dato, & consignato respettiuamente &c. re-
solui in dictiones toties quoties quæ vt iunctæ
stare dicũtur relatiuè, quo casu religiosas dictio-
nes, vt potè quia religiosorum more commitatę
leguntur. Rebuffus vocat ad l. ostentum 38. ff. de
verborum significat. folio mihi 208. attamen cer-
120 tum est, † in ipsa actuum reiteratione tempo-
ris quoq; dinumerationem contineri. Vnde ver-
balis est hęc differentia, quia & ista verba quoties
121 † toties; sicuti, & aduerbium quotiescumq; si-
gnificant omni tempore, vt voluit Angelus in iã
citato consilio 54. nu 3. ibi. Et sic videntur partes
per illud verbum quotiescumq;, quòd omni tẽ-
pore reuenditio possit peti, & quamuis Angelus
loco relato, & Rebuffus in citata l. ostentum, ve-
lint eiusdem dictionis vim, & efficaciam non ex-
tendi, vltra 30. annos, attamen contrarium verius
censeo vt suprà dictum fuit, vel quia contrahen-
tes, vel quilibet alius disponens, sciens regulari-
ter facultatem redimendi non extendi vltrà me-
tam annorum triginta disponendo per ea verba,
quæ temporis infinitatem designant, illi deroga-
re dicitur, sicuti per eandem censuram iuris sta-
tuitur valere pactum, quod quis teneatur com-
pleta præscriptione retrouendere, vt tradit Cępo-
la de cautelis cap. 212. siue cautela 65. In multis
casibus, & isto casu conuenire censeo id quod di-
cit Bartol. ad l. sicut in annos. ff. quib. mod. vsus-
fructus amitt. nu. 3. legatum relictum alicui, cũ
122 facultate illud petendi † quandocumq; post la-
psum tempus præscriptionis, posse peti, quia eo
tempore petitionis, incipit legatum deberi vndè
non potest censeri præscriptum, dum enim testa-
tor disposuit quod heres possit redimere bona le-
gata quandocumq; dederit alia bona æquiualen-
tia, vtiq; dicẽdum venit quod omni casu tempus
præscriptionis non incipit currere, nisi à die factę
oblationis consignationis bonorum quæ intendit
hæres dare pro bonis legatis, tunc. n. solùm incipit
competere facultas recuperandi. Rol. Cauagnol.

Numero 17.

Ibi, (& tamen illi actioni.) Similia tradit.
Bou. de statut. vrbis præscript. pag. 209. num.
24. Iacob. Menoch.

Eodem numero dùm inquit hoc loco Menoch.
123 quod actioni de dote præscribitur † triginta an
norũ spacio dixi plures esse casus in quibus præ-
scriptio non datur in causa dotis, pro qua mate-
ria, vide quæ in facti contingentia proposui, &
sunt hęc.

Barbarę Porræ viduæ agenti ad consequutio-
nem dotium nullo modo potest obstare præscri-
ptionis exceptio, esto enim, quod de anno 1556.
vltima Maij Pater ipsius Barbarę constituerit ei
dotes, ab eo tamen tempore non poterit pars
aduersa metiri curriculum præscriptionis, quia
legatum dotium est quod in titulũ institutionis
dirigatur, fuit tamen dilata ex ordine testato-
ris dotium pręstandarũ solutio, in tempore quo
temporaliter matrimonio copulabitur, quo actu
antequam sit nata actio ad eas dotes non posset
agere filia, ita non debuit pro eo tempus currere
præscriptio, ex communi theorica, quod non va-
124 lenti agere, † nõ currit præscriptio, l. cũ notiss.
§. illud versic. verum, C. de pręscript. 30. anno-
rum l. 1. §. finali C de ann. except. & in puncto
iuris satis est indubitatum, quod in debito condi-
125 tionali præscriptio † nõ incipit currere nisi à die
impletę conditionis Rebuffus in tractat. de mer-
cat. minut. vend in glosa vltima, & in terminis
dicit Abbas in cõs. 14. videtur primo nu. 1. lib. 2.

Hoc igitur attento te incidit articulus præscri-
ptionis in tempora contractarum nuptiarum, &
subsecuti matrimonj, quod ex positione casus fi-
guratur obuenisse decima die Iunij anni 1580.
quo cum facta solutione partis ipsarum dotium,
viz. librarum 200. per Oliuerium, & Io. Iacobum
de Porris ipsius mulieris fratres, & hęredes quon
dam Francisci Io. Petro de Datuet sororio, &
marito eiusdem Barbaræ facta fuit promissio re-
spectu residui per eos prædicto sororio, cui in
dotem dederat mulier ipsa libras octo centum iã
a patre promissas, quo casu pro eo tempore quo
durauit matrimonium certum est mulieri non
126 cucurrisse tempus habile ad incohandam † præ-
scriptionem versus eam, vt est textus fumigera-
tus in l. in rebus §. vnius autem temporalis exce-
ptio C. de iure dotiũ, ex qua datur regula, quod
durante matrimonio contra eam nulla dicitur
currere pręscriptio, quia scilicet eo tẽpore mulier
agere non poterat, sed cõpetit contra maritũ, sic
notat Bald. Nouellus de dote parte 7. priuilegio
primo numero. 5. versiculo, sed potest dici quod
forte Boer. q. 328. & quantum ad primum du-
bium Abbas in conf. 54. videtur primo dicendũ
num. 1. lib. 2. Socin. iunior in cons. 144. prose-
quendo ordinem quęstionum num. 63. 64. & 65.
libr. 1. quem sequitur Menoch. in cons. 88. cum
motiuis acutissime num. 43. libr. 1. vbi dicitur,
127 quod præscriptio contra maritum † non nocet
vxori, etiam quod per mille annos durauerit ma
trimonium Berous dicta decis. seu q. 328.

Et proinde cùm in casu nostro is qui se fundat
in præscriptione non probet illius initium contra
mulierẽ sequitur non posse iuuari per eã cum nõ
appareat eam fuisse completam, quo casu certum
128 est non probari præscriptionem † per fundantẽ
se in ea, prout probari debebat cum ita de facili
non præsumatur Crauetta in cons. 29. pro clario-
ri declaratione num. vltimo lib. 1. vbi ex Baldo
in cons. 450. lib. 4. & Abbate in cons. 82. lib. 2.
elicit quod pręscriptio de facili non debet præsu-
mi,

mi, & quod probatio dubia non releuat deducentem præscriptionem l. Neq; Natales C. de probat. cap. in præsentia de probat. præsertim, quia
129 odiosa res est præscriptio † tamquam absorbens ius alienum can. potest 16. q. 3.

Insuper etiam accedit consideratio quod si in instrumento is quo fratres de Peronis promisserunt soluere dotes sororio suo, & marito dictæ Barbaræ reperitur præstitum iuramentum tunc, &
130 eo casu nemini dubium est, quin perpetuari † dicatur actio saltem vsq; ad quadraginta annos habet enim Iuramentum ipsum vim litis contestatæ vt plurium relatis auctoritatibus probat Seraph. de priuileg. iuramenti Priuilegio 51. incipit priuilegium est nu. 1. & 8.

Verùm pro hac muliere facit quod mala fides principalis debitoris impedit hæredem † præscribere, quia ea nocet successori vniuersali, etiã quod is hæres vellit ex sua persona incipere præscriptionem, vt notat Capi. decis. 4. num. 12. & 13. Bart. in l. Neratius. ff. de petit. hæreditatis Misingerius obseruat. 28. centuria 3.

Nec dicatur in hoc dari differentiam inter ius Canonicum, & Ciuile, quia cum Misingerio obseruatione 6. centurio 4. Respondetur quod omnes leges disponentes, quod in certis casibus non requiritur ad præscribendum, bona fides † per ius Canonicum sunt correctæ, tam in rebus corporalibus, quàm incorporalibus, & actionibus realibus, cum enim præscribens in mala fide sit constitutus † in peccato, nemini dubium, quin standum sit iuri Canonico, Papon. lib. 12. tit. 3. Arest. 24. Hartman. cap. 4. tit. de præscript. lib. 1. Ex quibus pro censura iuris crediderim, hæredem compellendum fore ad solutionem, & ita &c. saluo &c. Rol. Cauagnol.

Numero 20.

Menochius hoc loco in versiculo septimo comprobat recipit, & admittit opinionem glossæ in verbo non obstante, ad capit. primum in §. pri-
134 mo † de capitul. Conrad. quæ fuit vt verba illius textus, ibi nulla obstante Præscriptione renouare, quibus congruunt verba textus in cap. Imperialem de prohib. feud. Alienat. per Federic. ibi Nullius temporis præscriptione impedien te non includant præscriptionem triginta annorũ sed contra Menochij sententiam, & aliorum, qui eum sequuti sunt. Verior est opinio. Eam præscriptionem, scilicet non esse attendendam, & omnino excludi ex mente Federici Imperatoris, quę colligitur verbis generalibus ibi. Nullius
135 temporis pręscriptione. Ex inhabilitate † principij, & alijs pluribus rationibus enumeratis per Andream Fachineum lib. 7. controuersiarum iuris cap. 61. & olim fuit, & nunc est, vers. Ego puto vbi respondet obiectis, & contra Menochium, & asseclas concludit, cuius dictis libenter assentio, & idem faciunt feudistę quorum meminit. Henricus Roseutalis in synopsi feudali cap. 9. Membro 2. conclus. 97. Aut vero Quæris in glosa sub littera G. vbi similiter dicit hanc glosam super qua fundamentum constituit Menoch. esse communiter reprobatam. Rol. Cauagnol.

Numero 23.

In versiculo vndecimo mouet me, firmat conclusionem Menochius, ex magis recepta doctorũ
136 sententia, facultati, & pacto de redimẽdo † quandocumq; præscribi spacio triginta annorum.

Verùm contrariam sententiam probat Andreas Fachineus lib. 2. controuersiarum iuris cap. 13. Cum ita conuentum est, & dicit opinionem hanc esse probabiliorem, & respondet fundamentis contrarijs, & præcipuè ad illud quod dictio perpetuum resoluatur in idem tempus annorum 30. Super quo fundamentum facit Menoch. namque & ego similiter concurro, quod scilicet in dispositione hominis locum non habeat, vt latius apud eund. ibi in vers. quod verò dicitur. Rol. Cau.

Num. 25. 26. & 27.

Hęc duo sola fundamenta iacta super persona-
137 litate hęredis, cui data fuit † facultas redimendi, & legatariorum quos obligauit testator restituere, mihi visa sunt concludentia, & satis valida ire tantum quod cessante consideratione personalitatis reliqua facillimè corruant. Rol. Cau.

Numero 41.

Ibi (vt dicemus infrà in secundo dubio) delenda sunt ista verba. Iac. Menoch.

Numero 43.

Versic. non obstat ibi (§. 1. glos. 2. num. 7. & idem Baldus) delenda sunt ista verba, & idem Baldus, & loco ipsorum dicendum est, hoc est. Iac. Menoch.

Ad Consilium 144. Est mea quidem sententia difficilis.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta filio instituto si sine liberis decesserit, an iudicetur omni tempore fideicommissaria.*
2 *Substitutio facta si sine liberis decesserit, an sit compendiosa.*
3 *Indefinitus sermo, si decesserit sine liberis, an ęquipolleat vniuersali.*
4 *Interpratatio an, & quãdo fieri debeat potius in vnã, quam in alteram partem.*
5 *Substitutio compendiosa facta verbis communibus an sit omni tempore fideicommissaria, & duplex affertur opinio.*

Numero primo.

1 TRactat hoc loco Menochius an substitutio facta filio instituto si sine liberis † decesserit iudicetur omni tempore fideicommissaria, & capella Tholosana quæstione 117. Item fuit quæsitum si testator tenet cum Bartolo in l. Centurio ff. de vulgar. substitut. quod ea sit fideicommissaria,
2 Verùm quod sit compẽdiosa † quia facta sit sub conditione mortis, plura tempora complectens, & habens tractum successiuũ, quia semper quis mori possit, & indefinitus sermo si decesserit sine
3 liberis ęquipollet † vniuersali. Scribit Natta in consil. 255. præsuponitur in facto, num. 1. vbi dicit tunc resolui in fideicommissariam, si contingerit in persona puberis post aditam hæreditatem, ad idem faciunt notata per Rol in consil. 69. visis, ac perlectis verbis libro. 1. pro eo quod pertinet ad veritatem præsentis consultationis, Videnda sunt quæ inferius annotantur. Rol. Cauag.

Numero 7. 8 9. 10. 11. & 12.

Quæ dicuntur hoc de interpretatione facienda ad commodum matris, sunt desumpta à satis remotis, & licet contineant probabilitatem quan-

Vu 2 dam,

dam, nō tamen punctum feriunt, quia omnes interpretationes prędictæ locum habere possunt dumtaxat in opinione dubia, & ideò totus labor est in eo, an res sit dubia vel ne, pro materia in-
4 terpretationis faciendę † potius in vnam, quā in alteram partem. Vide quæ superius dixi, ad consilium Menochij 56. perdifficilis est consultatio num. 6. & infrà lib. 5. Rol. Cauagnol.

Numero 53.

Ibi, hanc ergo opinionem scripsi in consi. 551. Consultatio hęc lib. 6. & in commentarijs de pręsumptionibus lib. 4. præsump. 56. nu. 19. eodem num. vers. (Affile. decis. 367.) adde qui testatur sic iudicasse consilium illud Neapolitanum. Iacobus Menochius.

Fodé numero tenet hoc loco Menochius quod compendiosa substitutio verbis cōmunibus, con-
5 cepta omni tempore indicatur † fideicommissaria, nec matrem excludit, hoc idem voluit Sfort. Odd. de substitut. par. 5. fol. 155. Tiberius, Decian. in cons. 82. Præsupposito hoc in facto nu. 19. libr. 3. Verum contra Menochium stat contraria sententia magis vera, & magis communiter approbata, sic ex eodem Sfort. Odd. Cephalo, Hieronymo Gabriellio, Riminaldo iunio. & Thobia Nonio, scribit Io. Vincentius Hondedeus in cons. 75. Ex testamento Thomæ de Castro, nu. 36. lib. 1. vbi dicit ab ista opinione contra Menochium, & sequaces non esse recedendum, tàm in iudicando quàm in consulendo, & in fine consilij dicit pro ista opinione fuisse pronuntiatum, per Gubernatorem Perusiæ. Rol. Cauagnol.

Numero 14.

Ibi, (& perindè est, ac si ipse pupillus) Adde disposuisset. Iacob. Menoch.

Numero 15.

Ibi, (Curtius iunior nu. 63.) Adde Aquil. in l. Centurio in 4. parte, nu. 162. in fin. Iac. Menoch.

Numero 25.

De veritate istius opinionis quam hoc loco, & in vers. Quintus est casus, vide penes Andream Fachineum lib. 5. controuersiarum iuris cap. 66. vers. Tertiam opinionem colligit Menochius de de qua latius idem lib. 4. præsumpt. 72. num. 14. Rol. Cauagnol.

Eodem numero, versic. Sextus est, ibi, (hæreditas mea restituatur) Adde nam tunc onus restitutionis dicitur iniunctum. Iac. Menoch.

Ad Consil. 145. Permultæ sunt rationes, & argumenta.

SVMMARIVM.

1 *Mater tutrix, quando dicatur, quod calumniosa proposuerit accusationem de raptu filiæ.*
2 *Mater tutrix non debet spernere amicorū, & attinentium consilium.*
3 *Accusationes super raptu mulierum solent facillimè terminari.*
4 *Immunis à pena, an excusetur ab expensis.*
5 *Calumniosè appellare, quis dicatur.*
6 *Calumniari, quis dicatur.*
7 *Calumniæ crimen, an incurrant minores.*
8 *Calumniosa transactio, qua sit.*
9 *Calumniosum compromissum, quod dicatur.*
10 *Calumnia contracta per Clericum coram laico per quem iudicem puniatur.*
11 *Calumniator, an possit declinare iurisdictionem iudicis coram quo calumniam contraxit.*
12 *Calumnia pœnam, an excusent euidentia inditia.*
13 *Calumniatores officialium, grauius puniuntur.*
14 *Calumniatores in crimine læsę Maiestatis, qua pena puniantur.*
15 *Tutor, vel Curator calumniosè litigans pro minore punitur.*
16 *Procuratores calumniosè, & nimis negligentes se gerentes puniendi sunt.*
17 *Temeritas sola, an sit punibilis in tutore.*
18 *Tutor maculat famam suam, si vult falsum tueri, etiam ignoranter.*
19 *Tutor, an possit tutella finita litem deserere.*
20 *Tutor, qui rationem reddidit, & iura restituit an cogatur litem ceptam perficere.*

Numero primo.



Eritas istius consultationis pendet ab eo, an scilicet ex agitatis appareat, quod mater tutrix ca-
1 lumniosè † proposuerit accusationem de raptu filię, verùm quia ad eam in facto proponitur fuisse deuentum de consilio affinium, amicorum, & iurisconsultorum, nulla calumnia, nulla temeritas, dicitur considerari, præsertim quia tamquàm tutrix non poterat in hoc spernere consilium atti-
2 nentium, † & amicorum, citrà notam neglectorum, vndè succedit conclusio, quòd ratione officij tenebatur accusationē proponere, quæ licet elisa fuerit, potuit forsan vt credibile est id ipsum contingere citra culpam tutricis, solent enim huiusmodi facillimè terminari in eum mutuum con-
3 sensum † tàm raptæ, quàm raptoris, per quem communi eorum vtilitati, & existimationi sæpè consulitur, sic enim passim fieri consueuisse obseruauimus. Pro materia vero calumniatoris, quis dicator, quomodo differat à præuaricatore, & tergiuersatore, quibus modis excusetur à pœna, &
4 excusatus à † pœna an sit immunis ab expensis: Vide post Menochium de arbitrar. iudic. casu 321. & lib. 5. præsumption. 25. Sebastianum Neuium in systemmate ad titul. ff. Senatuscons. Turpillian, in l. 1. vbi remissiuè multa dicit. Quis
5 aūt dicatur calumniosè † appellare. Dixi in decis. mea consult. 47. Appellauerat pars victa per
6 totam lib. 1. & quod calumniari dicatur † etiam is qui non probat, id quod opponit excipiendo facit l. 1. C. de Aduoc. diuersorum Iud. Can. qui non probauerit 2. q. cap. cùm dilectus, extrà de calumn. & cap. statutum de elect. lib. 6. quæ supra citat Natta in cons. 31. omnipotentis Dei, num. 8.
7 An calumniæ crimen incurrāt minores † tractat eleganter D. Iulius Cæsar Ruginellus, practicarū quæst. cap. 34. nu. 20. de calumniosa transactione
8 † verba facit Hieronymus Magon. decis. Florent. 85. vigebat olim num. 4. vbi dicit eam esse, quæ facta fuit super re, cuius nulla erat lis, nec probabiliter esse poterat, itidem etiā dicitur de cōpro-
9 misso, † vt ibidem nu. 6. Quid autem iuris sit, vbi clericus laicum per calumniam accusauerit corā
10 laico quis scilicet huius calumniæ † Iudex vindex erit, Vide Antonium Fabrum, in Codice Fabriano, lib. 3. tit. 1. de iudicijs, diffinitione prima. Et isthęc omnia sunt notanda ad intelligentiam Nou. Constit. Status Mediolani, in rubrica de Iudicij, cap. qui calumniosè, quod calumniator

non

11 non posit declinare † iurisdictionem Iudicis
coram quo fuit agitatum iudicium accusationis,
scribit Papon. lib. 7. tit. 7. arresto 46. insuper an
12 Euidentia iudicia excusent á pœna calumniæ, &
ab expensis notat Abbas in consil. 78. viso toto
processu parte prima. Quòd calumniatores offi-
13 cialium † grauius ceteris plectentur, scribit Lu-
douicus Sacca responso 53. Gesta per electos nu.
14 23. De pœna illius qui per calumniam suam †
alium denuntiauerit de crimine lesæ Maiestatis,
verba facit Antonius Faber in suo codice Fabria-
no, lib. 9. tit. 23. diffinit. 1. Titius reum percussio-
nis. Rol. Cauagnol.

Numero 14.

Ibi (nam requiritur, quòd calumniosè egerit
nomine Pupilli.) quod tutor, vel curator sit con-
15 demnandus. Si calumniosè litigauerit † pro
minore. Et quod in eius bonis fieri debeat exe-
cutio, & in eiusdem persona concipi condemna-
tio, notat Ias. in l. si se non obtulit, num. 12. &
sequenti ff. de re iudic. vbi notat etiam hoc pro-
cedere contra eos procuratores, qui calumiosè,
16 & nimis negligenter se gerunt, quod vidi aliquan
do obseruari, nedum in Montisferrati Senatu in
Ciuitate Casalis, verum etiam Mediolani, qui
stilus foret attendendus, quia peritiores, & dili-
gentiores euaderent hi procuratores quorum cul
pa vt plurimum caussę perduntur, vt ait. Iason
loco relato. Dicta verò Menochij hoc loco de
17 euidenti calumnia, & quod sola † temeritas nõ
sufficiat probat Ioannes Guttierez, in suo tracta-
tu de tutelis parte 3. cap. primo. Materia ista ra-
tionum reddendarum num. 105. & pluribus se-
quentibus citat Rip. Beroum, & purpuratum.
Adde Barbat. in cons. 62. Pro euidentia sequen-
tium col. 7. lib. 2. Et Signorolum de Homodeis
in consilio 36. In quæstione vertente, vbi simili-
ter verba facit de euidenti, & non ignorata calũ-
nia, requisita in tutore, in eo tamen quod dicitur
scienter calumniose, aduertit Decianus in consil.
34. circa primum nu. 75. lib. 4. quod tutor macu-
18 lat famam suam † si vult nedum contra ius fal-
sum tueri sed etiam vbi ignorat an falsum vel ve-
rum sit quod tuetur, per l. idemq; §. fideiussores,
& l. quintus. ff. mandati. Rolandus Cauagnolius.
.. Ibi (tutorem etiam tutela ipsa finita non posse
litem iam cœptam deferere) l. ista propositio sic
19 indistinctè sumpta non est vera, † siquidem tu-
tor qui rationem reddidit, & instrumenta, ac
20 iura restituit, non cogitur † litem cœptam perfi-
cere si translata fuerit administratio in alium vt
putà quia de alio curatore vel administratore
fuerit prouisum quod dictum exponit Guttierez
de tutelis, parte 3. cap. 19. tutores etiam post pu-
bertatem per totum. Rol. Cauagnol..

Ad Consilium 146. Respondendum certè videbatur multis rationibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum vxori cum conditione morandi cum filijs testatoris, an extinguatur per mortem.*
2 *Legatarius, qui habet onus habitandi cum hærede, an teneatur hæredem sequi quocumque ierit.*
3 *Legatarius, qui habet onus morandi cum aliquo, si habuerit vxorem quæ, nollet cum eo morari quomodo possit habere legatum.*
4 *Legatarius cum onere morandi in certo loco, nisi adimpleuerit, priuatur legato.*
5 *Legatum cum onere habitandi, quando censeatur factum fauore legatarij vel filiorum.*
6 *Onus adiectum legato æquiualet ipsi legato.*
7 *Decius in consil. 481. num. 7. non recipitur.*
8 *Legatum, sic debemus interprætari ne corruat.*
9 *Onus adiectum legato relicto vxori cum onere morandi an descendat ex causa impulsiua.*
10 *Legatum descendens, ex conditione mixta non extinguitur fauore alimentorum, si conditio defecerit,*
11 *Testator, quando dicatur cogitasse, de matrimonio filiarum.*

Numero primo.


Ro materia legati relicti vxori cũ
conditione morandi cum filijs
testatoris, an scilicet per eorum
1 mortem extinguatur † scribit
Benintend. decis. 98. D. Hierony-
mus de Cresentijs, vbi etiam lo-
quitur de legato facto per verbum donec, ad ean-
dem materiam pertinent, quę dicta fuerunt supe-
rius ad consilium Menochij 141. respondendum
videbatur in hac perdifficili, nu. 63. & seq. de le-
gato facto adiecta conditione, si cum hærede ha-
2 bitauerit, an legatarius teneatur † sequi hære-
dem quocumq; ierit, scribit Menochius de arbi-
trarijs iudicum casu 469. reuocat in memoriam
Bartolus aũt in l. mæuia nepotem. §. vxore ff. de
ann. legat. loquitur de legato facto alicui, si cum
3 aliquo moraretur, qui si habuerit vxorem † quæ
nollet cum eo morari, an habeat, legatum, &
quod de nocte poterit morari cũ vxore, & dedie
cum illo cum quo testator iussit eum morari Ab-
bas in cons. 90. circa primum dubium lib. 1. dicit
quod si aliquis iussus est morari cũ aliquo debe-
tur legatum, & tollitur obligatio si ille recuset, vel
non posit commode, aut honestè cum illo mora-
ri, & in l. libertis quos 18. §. finali ff. de Alimẽt.
& cibar. legat. dicitur quòd non impleto onere
4 de morando in certo † loco, legatarius priuatur
legato, & in l. qui quatuor. §. vxori ff. de legatis
3. dicitur quod legatum factum quoad quis cum
filio moraretur debetur semper si per filium stat,
sed si per casum debetur pro eo anno tantum quo
morari inceperit non profuturis. Rolandus Ca-
uagnolius.

Numero 2.

Ibi (præsumitur legatum factum fauore filia-
rum) faciunt dict. Abbat. in consil. 78. circa pri-
mum lib. 2. Iacob. Menoch.
Eodem numero, pro declaratione istius con-
5 clusionis, an legatum factum censeatur † fauore
legatarij vel filiorum ratione oneris adiecti dicas
cum Bartolo in l. Pamphilo. §. duas, ff. de legat.
3. tunc demum legatum præsumi factum gratia
6 oneris quando onus adiectum † æquiualet lega-
to, secus vbi excedit, sic per l. filius familias §.
Marcellus ff. de legat. 1. scribit Petrus de Benin-
tend. decis. 98. quæ est finalis, num. 7. & 8. quod
indè animaduerti notari per Menoch. infra num.
13. & 14. Rolandus Cauagnolius.

Numero 3.

Ibi (teneræ ætatis) hanc Decij considerationẽ
7 in consil. 485. † num. 7. non probat Benintend.
loco citato num. 8. dum inquit quod si vera esset
ista opinio, filio effecto maiore cessaret fauor, con-
sidera-

sideratus ex persona filij, quod esset restringere l. 1. & l. illis libertis, ff. de cond. & demon. R.C.

Eodem numero, Ibi, (vel aliqua infirmitate grauata adde, respondit. Iacob. Menoch.

Numero 9.

Ibi (Quod ita, in dubio est sumenda interpre
8 tatio ne legatum † corruat) scripsi in lib. 4. de præsump. in præsump. 123. Iacob. Menoch.

Numero 10.

Ibi (cum enim apellat Dominã Paulam vxorem dilectissimam ostendit se ei legasse ob amorem, & dilectionem quibus eam prosequebatur) ab illa maxima affectione insurgit argumentum, quod onus seu mauis auctoritas commorandi nõ fuit principale propositum legandi in marito, sed
9 quedam † causa impulsiua, sic notat, Benintend. in sæpe allegata decis. 98. versi. omnibus istis cõsideratis, vbi respondet ad consilia Baldi, quorũ meminit Menochius. Rolandus Cauagnolius.

Numero 15.

Ibi (attamen hoc legatum non est extinctum) quod conditio mixta dependens ex facto meo, &
10 alterius, si deficiat casu legatũ † nõ extinguatur fauore alimentorum scribit Barr. in l. 29. §. vxori ff. de legat. 3. l. 1. C. de legat. R.C.

Numero 19.

Ibi (quia nupserunt) adde cessat legatum. Iacob. Menoch.

Numero 21. & 22.

Quod legatum cuius hoc loco meminit Menochius, non sumat essentiam, & formalitatem ab onere alimentandi filias seu priuignas, satis aptè dignoscitur, ex eo quod testator non videtur cogitasse quod filiæ prædictæ, ducerent vitam cœli-
11 bem sed quia matrimonio vel spirituali † vel temporali iungerentur, quo proinde sequuto voluit nihilominus prouidere, quod vxor eius legatum consequeretur, vt colligitur ex verbis, ibi, & hoc toto tempore vitæ suæ, & quod dicitur de matrimonij cogitatione vel ex eo percipi potest, quod communiter sic fieri, & cogitari consueuerit, vel fortassis ex dotationibus si quę in testamẽto factæ sunt. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consil. 147. quæstio de finibus vrbis Massæ.

SVMMARIVM.

1 *Decianus in consil. 40 lib. 4. comprobatur.*
2 *Ozas. in consil. 34. comprobatur.*
3 *Cephalus in consil. 458. & 459. lib. 4. comprobatur.*
4 *Confinium materia vbi tractetur.*
5 *Probatio semiplena sufficit in materia confinium, quinimo etiam inditia præsumptiones, & coniectura nu. 6.*
7 *Instrumenta in materia confinium probant.*
8 *Verba enuntiatiua quo ad alias personas probant in materia confinium.*
9 *Saltuariorum positio ad custodienda loca à damnis probant possessionem, & proprietatem in materia confi- (nium.*
10 *Actus iurisdictionales probant confinia.*
11 *Vectigalis exactio probat iurisdictionem exigentis, & confinia.*
12 *Vectigalia imponi non possunt, nisi per eum, qui merum imperium habet.*
13 *Probationes plures imperfectæ probant in materia confinium.*
14 *Liber æstimi, probat confinia.*

Numero 1.

1 Decianus in cõs. 40. quæritur ergo †
2 lib. 4. Ozasch. in cons. 34. † visa facti specie & Cephalus in consil.
3 458. † Serenis. Dux, & in cons. sequenti lib. 4. idem hoc in casu responderunt Iacob. Menoch.
4 Pro materia confiniũ † quæ propria est huius consultationis videnda sunt quæ dicta fuerunt ad consilium Menoch. 21. mea est quidem, num. 1. & sequentibus libro primo vbi plura notabilia colliguntur in proposito. Rolandus Cauagnolius.

Eodem numero, & Ibi (sed leues, & coniecturales suffiiunt) quod semiplena probatio suffi-
5 ciat in materia † confinium, post, Bert. Cassan. Socin. & Mont. probat Gaspar Lottus, in vnico suo consilio de finibus, num. 30. & num. 47. vbi
6 dicit sufficere indicia, † præsumptiones, & coniecturas ex cap. cum causam, extrà de probat. Rolandus Cauagnolius.

Numero 2.

Dùm fit hoc loco mentio, de probatione con-
7 finium per instrumenta † dicas quod ea tamquã antiqua probant, quia ex eis resultat communis opinio antiquorum, Gaspar Lottus in d. consilio num. 168. & 169. vnde superant testes, vt idem Lottus aduertit, sub numero ibi. Rol. Cauag.

Numero 5.

Quod verba enunciatiua etiam quoad alias
8 personas probent † confinia in antiquis, probat idem Gaspar Lottus in citato suo consilio nu. 20. vbi infinitas auctoritates adducit, quas melius est videre quam referre, & attestatur ibidem de communi, & ita memini alias obtinuisse pro Illustris. Comite Camillo Castiglioneo generali Gubernatore Status Montisferrati, cuius tum Auditor fueram pro feudo Cimenæ contra loca Santi Rafaellis, & Castagneti. Rolandus Cauagnolius.

Numero 15.

9 Quod positio saltuariorum † ad custodienda loca à damnis quę dari possent, probent non solú possessionem, sed etiam proprietatem, vltra Doctores quos hic allegat Menochius facit l. si ita §. Dominus ff de vsu. & habitat l. 3. §. Nerua, & l. si rem mobilem ff. de Acquir. possess. l. si ita §. mulier villæ, ff de fundo instructo quæ iura in proposito citat Gaspar Lottus in d. consilio num. 214. vbi in concordantes adducit Bald. Alex. Nat. Guid. Pap. Iacob. put. Luchin. de Curte Hieron. de Mont. Ruin. Brun. Bertaz. Menoch. hoc loco, Maschar. & Ferretum de Gabellis, in puncto faciunt tradita per Ozascum in dicto cons. 34. nu. 47. Cephalus in similiter allegato cons. 458. nu. 32. & 33. faciunt ea, quæ dicuntur de probatis fi-
10 nibus ex † actis iurisdictionibus, vt ibidem aduertunt citati Doctores. Rolan. Cauagnolius.

Numero 21.

Ibi (quæ sanè vectigalis exactio) ad idem faciunt, notata per Decianum, in eodem cons 40. num. 69. dum inquit per exactionem vectigalis
11 † probari iurisdictionem exigentis, l. vectigalia C. de vectig. & comm. Cephalus in d. cons. 458. num. 36. & Ozas. consil. 34. num. 19. & hoc eodẽ genere Argumẽti vtitur Gaspar Lottus qui supra in cons. vnico de finibus num. 113. vbi similiter alios allegat, & dicit eandem esse rationem, quia
12 nemo † qui merum imperium nõ habet, in loco potest imponere vectigalia. Rol. Cauag.

Nume-

Numero 22.

Ibi (assertioni, principis) ad idem facit di-
ctum Cephali in citato consilio, num. 56. 57. &
sequenti. Decian. num. 46. & Ozas. nu. 20 qui
omnes affirmant ex inuestituris probari confines.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 48.

Ibi (siquidem in probandis contentiosis, &
13 antiquis finibus admittūtur probationes † plu-
res imperfectæ) hoc idem dixi supra ad consiliū
Menochij 21. num. 40 lib. 1. Rol. Cauag.

Numero 49.

Ibi (qui sanè liber æstimi) de probatione
14 confinium ex libro æstimi † vltra notata per
Decianum, Ozascum, & Cephalum, qui respon-
derunt, in eodem hoc casu Menochij in consilijs
quæ supra citantur, videnda sunt notata per Ga-
sparem Lottum in dicto consilio vnico de finibus,
num. 131. & 180. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consil. 148. permulta sunt, & Argumenta, & rationes.

SVMMARIVM.

1 *Becius in cons. 101. lib 1. repugnat Menochio in cons. 148. lib. 2 & probatur Becij sententia num. 3.*
2 *Bursatus in cons. 150. lib. 2. respondet cum Menochio in cons. 148. lib. 2.*
4 *Verba pro se suisq; heredibus vtriusq; sexus æquiparantur verbis pro se, & heredibus masculis, & fœminis.*
5 *Subfeudum an possit dari alia lege quam sit feudū ipsum.*
6 *Subfeudum an consideretur vt membrum dependens à capite.*
7 *Subfeudum an sit vnum, & idem cum feudo.*
8 *Subfeudum consideratur vt corpus separatum à feudo.*
9 *Subfeudū non intelligitur concessum pro fœminis, etiam quod feudum fuerit pro eisdem concessum.*
10 *Feudum, est odiosum fœminis.*
11 *Subfeudum non posse dari alia lege, quam fuerit concessum feudum quomodo intelligatur.*
12 *Clausula pro heredibus in materia feudali, quomodo sit intelligenda.*
13 *Acqua defluens à fonte potest ex accidenti alterari.*
14 *Argumentum a vi subrogationis, quando procedat.*
15 *Subrogati regula, non procedit respectu qualitatis accidentalis.*
16 *Subinuestiens, quando censeatur subinuestire ea lege, qua ipsa feudum tenet.*
17 *Cap. primum de not. feud. declaratur.*
18 *Inuestitura recipientis, attendi debet non concedenti in materia subfeudi.*
19 *Prima causa attenditur, quando secunda causa dependet in prima.*
20 *Dominus, & subfeudatarius dicuntur vnicum feudum possidere quoad regem.*
21 *Marinus Freccia lib. 1. de subfeudis versic. fuit dubitatum num. 29. fol. 20. declaratur.*
22 *Iacobus de Ardizono in summa feudorum cap. 17. in fine declaratur.*
23 *Census exiguus in materia feudi non mutat naturam feudalem*
24 *Interpretatio fit semper contra subfeudatarium in his, quę repugnant naturę feudorum.*
25 *Verba strictè sunt intelligenda in materia feudali.*
26 *Interpretatio debet fieri contra eum, qui fundat se super verbis dubijs inuestituræ.*

Numero 1.



Hoc in casu contrarium respondit
1 Becius, in † cōs. 101. in proposita,
& Bursat. † in cons. 150. nec est
2 mea lib. 2. Iacob. Menoch.
Adde tamen quod idem Bursa-
tus in citato consilio concurrit cū
sententia Menochij pro filiabus, verum aduersus
eas colligitur ex positis per Becium loco relato
fuisse pronuntiatum, quod est contra pręsentem
hanc solutionem dubitationum eleuatarum per
iudicem causæ, ego autem concurro cum Becio,
3 dummodo tamen vera sint, † quę Becius sibi
figurat, nempè quòd pro his bonis, de quibus est
quæstio, inuestitura sonet, tantum pro se, & hæ-
redibus, dictum fuit dummodo vera sint, quia
Menochius hoc loco supponit contrarium, inue-
stituram scilicet respectu terrarum stare pro se, &
suis hæredibus vtriusquæ sexus, in quo videtur
concordare Bursatus in iam allegato cons. 150.
4 vbi similiter recitat ista verba, † pro se suisq;
hæredibus vtriusque sexus, subdens ęquiparari
his verbis, pro se, & hęredibus masculis, & fœmi-
nis, & secundum hanc formam res ipsa satis esset
dubia pro Becio, & clara pro fœminis, pro quibus
non intrat dubitatio, super validitate concessio-
5 nis factæ in subfeudum † cum ea non contineat
legem diuersam ab ea, sub qua bona ipsa fuerunt
à Domino directo in feudum data iuxta notata
in cap. 1. §. similiter, in versiculo profecto ille, de
lege Conradi, in cap. primo, §. præterea de ca-
pit. Conradi, cum alijs notatis per Afflictum, in
cap. imperialem §. illud, quoq; de prohib. feud.
alienat. per Federic. num. 2. in hac eadem caussa
relatum fuit, contra fœminas fuisse primo, & secū
do loco pronunciatum, sed pro eis tertio fuisse
decisum, in alma vrbe Romæ, vbi causa ipsa diu
fuit agitata. Rolandus Cauagnolius.

Numero 8.

Ibi (ita me Deus bene amet) dum pro contraria parte sentit Becius in iam dicto cons. 101. eodem sermone vtitur in finalibus verbis, vterq; tamen excusandus est quia diuersam penes eos video proponi casus figurationem. Rol. Cauag.

Numero 12.

Considerat hoc loco Menochius subfeudum
6 vt membrum dependens à capite, † quod dici-
tur esse feudum ita quod ex regula quòd à capi-
te membra regulantur, eiusdem naturæ dicatur
esse sub feudum, cuius est ipsum feudum verum
Becius in citato cons. 101. num. 53. cum duobus
sequentibus hoc argumenti genus non admittit,
sed illationem reicit tamquā factam ex diuersis,
7 dicit enim subfeudum † non esse vnum, & idem
cum feudo, sed duo esse feuda, quorum est vnum
subalternum ad alterum, ita vt sub feudum ipsū
non sit de pertinentijs feudi à quo dependet, sed
potius quædam proprietas separata, ad alterius
pertinens patrimoniū, hinc ex Natta in cons. 600.
viso themate antescripto, nu. 27. & 28. dicit quod
ex quo sub feudum consideratur vt corpus sepa-
8 ratū, † et diuersum a feudo, non bene infertur à
capite vnius corporis, quale est feudum ad mem-
bra alterius corporis, quale est subfeudum, cuius
rei dictum pro mea sententia non est improban-
dum, quia vnius, & alterius feudi natura potest
esse omnino diuersa, quinimo si in sub in feuda-
9 tione non fuerit expresse † dictum pro fœminis,
licet

licet feudum ipsum primo loco concessum fuerit
etiam pro eis, ad eas tamen non transibit sed erit
intelligenda sub infeudatio, iuxta feudi naturam
10 † quæ odiosa est fœminis, cap. 1. §. hoc notandũ
de his qui feud. dar. poss. cũ multis alijs, nec ob-
stare videtur textus in cap. 1. §. similiter, de lege
Conradi, quia licet ibi, & passim alibi dicatur sub
11 feudum non posse † dari, sub alia lege, quam
ipse habuerit, non tamen hoc ideo dicitur, quod
feudum censeatur in dubio datum sub his condi-
tionibus, & pactis, sub quibus habuit à Domino
directo, tanto magis quando versamur in his, quę
aliquatenus deuiant ab ordinaria feudi natura, in
quo proposito dicit Bec. in loco citato num 55.
quod ex quo feudum primo loco concessum fuit
pro se, & fœminis, & subfeudi concessio sonat
tantum pro hæredibus satis est in aperto diuersa
natura vnius ab altero feudo, quia dictio ipsa pro
12 hæredibus sit intelligenda, † pro masculis, scili-
cet non autem fœminis, vt post alios probat An-
dreas Fachineus controuersiarũ iuris, lib. 7. cap.
4. licet ex his quæ dicta sunt, versiculo ego hanc
posteriorem sententiã, & ex ista diuersitate tolli-
tur argumentatio à capite ad membra. Rolandus
Cauagnolius.

Numero 14.

Ibi (tamquam aqua deriuat à fonte, vel Ca-
stello) ad hanc speciem argumentationis respõ-
det Becius loco relato num. 57. inquiens quod
13 sicut aqua defluens ex † accidenti potest alterari
& diuersam naturam assumere, ita, & feudũ quod
Septimo nectitur alia præſumptio reſultans ex
maximo amore quo ipſe teſtator proſequebatur
Brigidam neptem vt colligitur ex multis parti-
bus eiuſdem teſtamenti, & ex eo quod ipſa Brigi-
da iam vſq; tunc temporis cōditi teſtamenti erat
Annorum ſex, quæ ætas per blanditias ſatis apta
45 † eſt ad alliciendam beneuolentiam parentum
ita notat. D. Menoch. in d. conſ. 81. nu. 49. Tur-
ret. d. conſ. 6. nu. 45.

Octauo quia effectus quod datum alicui con-
46 templatione alterius intelligatur datum † illi
alteri, eſt quod ipſi afferat commodum l. ſed. & ſi
plures §. in arrogato de vulg. cum alijs concor-
dantibus At in præſentiarū reſultaret contrarius
effectus, nam alias Alphonſus non fuiſſet obliga-
tus conſtituere tantam dotem, & forte legitimam
ſuam pro parte, vel in totum alienaſſet, ergo ita
Menoch. in d. conſ. 183. num. 20. & 51. & iterum
in conſ. 796. num. 7. & d. præſu. 17. num. 15.
lib. 3.

47 Nono quia illa l. dedit † de coll. bonorum ex
aduerſo allegata procedit de æquitate vt ex-
plicat ipſamet litera, & ideo gloſ. & DD. ibi, &
alibi admittunt, quod de rigore aliud eſſet at
in caſu noſtro ceſſat æquitas nimium cum Brigi-
da, deſcedens concurrat cum extraneis ergo etiā
ceſſare debet illius l. diſpoſitio ad tradita per
Corn. in d. conſ. 246. ſub num. 28. verſ. Gloſæ
autem ſoluunt lib. 2. vbi hac conſideratione re-
ſpondet ſtante ſtatuto excludente deſcedens fæ-
48 minas dotatas † propter agnatos tranſuerſales
filiam dotatam ab Auo non haberi pro dotata à
patre vt ſic præferatur extraneis in ſucceſſione
paterna, nō obſtante regula contraria dictę l. de-
dit nimirum quia ibi æquitas ſuadeat filiam præ-
ferri tranſuerſalibus, & generaliter quod illa lex
non procedat quando reſultaret aliqua iniqui-
tas Not. Cæph. d. conſ. 485. num. 44.

Decimò ex not. per Menoch. in d. conſ. 151.
num. 7. & d. conſ. 183. nu. 16. & d. præſ. 57. nu.
11. lib. 3. poſt Soc. iun. conſ. 79. num. 53. verſ. 3.
lib. 3. Alc. conſ. 498. num. 5. verſ. ſuadet etiam
dum ibi inter alias præſumptiones, hanc etiam
49 connumerat quando teſtator dixit † quod ipſe
dotabat ſic conſtituens differentiā, an grauauerit
hæredes ad dotandum, vel ipſe dotauerit, quaſi
hoc poſteriori caſu clarius appareat de ipſius vo-
luntate, quod non relinquit contemplatione filij
ſed ſolius neptis, ita autem non eſſe in caſu noſtro
vbi dixit, item lego Brigidæ &c. lib. 60000. &c.

Vndecimò, & poſtremo affertur diſtinctio alla-
ta per Decian. in d. conſ. 10. ſub num. 10. verſ.
& præſertim vbi dicit opinionem contrariam li-
50 mitati † non procedere, quando dos relicta ab
Auo non fuit reuería ad patrem tempore mortis
ipſius patris, & quod hoc eſt indubitatum, & nul-
lus contradicit at ita eſt in caſu noſtro, vt potè cū

tempore

tempore obitus d. Alphonsi d. Dos lib. 60000. D. Brigidę alię nedum reuersa esset ad ipsum (quod contigisset si Dña Brigida iam tunc fuisset nupta & patri prædecessisset) sed nundum tradita esset ipsi D. Brigidę.

Neq; obstant coniecturæ ex aduerso adductæ
51 per d. Cauag. † licet alioquin doctè elegăter &c.

Ad primam enim deductam ex illis verbis testamenti, & residuum dictę hæreditatis meæ sit præfat. Ludouici Falzoni nepotis mei, & paulò infra ibi quia reliqua pars hæreditatis meæ vsupra volo quod in totum sit, & perueniat in D. Ludouicum nepotem meum ex fratre, & dempta d. domo &c. ponderando verbum illud residuum, & illud reliqua pars, & illud in totum, quæ cum sint generalia, ideo omnia comprehendunt pręter dictas lib. 60000. legatas dictæ D. Brigidæ pręsertim ponderãdo illam exceptionem subductis
52 &c. quia exceptio † firmat regulam in non exceptuandis.

Respõdetur quod ita sequeretur quod Alphõsus debuisset restringere suam legitimam ad ipsas lib. 60000. quod est falsum ergo potest testatorem in illis verbis non voluisse excludere legitimam debitam Alphonso filio iuxta communē illam, & vulgatam considerationem quod legiti-
53 mę nũquã censetur derog itum, † nisi in indiuiduo id actum sit l. si quando §. & generaliter C. de inoff. testam. & tex. in auth. vt cum de appell. Cogn. §. hoc autem dispositimus versi. cæterum. autem Aret. cons. 79. num. 10. vers. non obstat quintum Bald. cons. 239. lib. 3. cons. 49. lib. 5. Alex. cons. 3. num. 10. lib. 3. Dec. cons. 300. nu. 4. Cæph. cons. 34 num. 2. Crau. cons. 11. num. 13. Roder. in l. quoniam in prioribus in 7. ampl. num. 2. & passim alibi DD.

Pręterea hęc oppositio concludere posset si nos simpliciter versaremur in quæstione voluntatis, sed imo magis versamur in quæstione potestatis, idenim maxime contendimus non potuisse testatorem, & si voluisset facere hoc legatum ablaticæ
54 eo animo † vt in legitimam filij imputaretur, quia ita sequeretur illatum grauamen in ipsa legitima quod fieri non potest vt supra ostendi, vnde arguimus testatorem id facere voluisse, quia scilicet nemo præsumitur velle, quod non potest.

Ad secũdam vero quod sicut testator hic noster
55 substituẽdo pupillariter † voluit disponere etiã de legitima filij, ita etiam censeatur voluisse declarare quod relictum ab eo nepti suę in legitimã filij imputaretur quia scilicet inde pateat testatorem vo. uisse bona sua minus diminui, quam sie possibile, & quia voa substitutio aliam declarat.

Resp. toto cælo distare exemplum pupillaris à casu nostro quia pupillaris substitutio reputatur testamentum filij, cui licuit taquam patri testari pro ipso, at hæc ratio non est applicabilis ad rem nostram vt patet cum loquamur de filio pubere, ergo.

Ad tertiam deductam iste illo verbo residuũ reliquum, & in totum.

Resp. reincidere in primam cui iam proxime suprafatis respondi.

Ad quartam quod testator est in casum natiuitatis aliarum ablaticarum restrinxit d. dotem lib. 60000. ad lib 36000. & in casum natiuitatis masculorum dotationem ipsam prorsus remisseit in arbitrium Alphōsi filij ponderando quod hinc appareat testatorem non fecisse hoc legatum simpliciter contemplatione eiusdem D. Brigidæ ablaticæ suæ, sed quia vnica esset, & sic personas masculorum principaliter su s̄ contemplatas.

Resp. inductionem hanc non concludere quia scilicet compatibile est testatorem voluisse relinquere ipsi Brigidę ablaticę suę d. lib. 60000. ipsius tantum contemplatione plus tamen vbi vnica esset quam vbi habuisset fratres vel sorores sicut legatum relictum alicui extraneo, non ideò minus dicitur relictum ipsius tantum cõtemplatione quòd sub cõditione illi fuerit relictum, si primus honoratus decesserit sine filijs.

Ad quintam quod eligenda sit via per quam
56 testator vtriq; casui potuerit satisfacere, † & sic quod testator censeatur voluisse fieri imputationem per quã prouideretur nepti, & fideicõmissario.

Resp retorquẽdo, quia scilicet ita non remaneret prouisum filio in sua legitima, cuius causa
57 † debet esse potior causa fideicommissarij.

Ad sextam quòd res in dubio pręsumi debeat
58 facta eo modo prout vtilius † est facienti.

Resp. retorqueri quia scilicet vtilius est prouidere suę posteriori tati quam extraneis.

Ad septimam quod per dictam imputationem agamus de liberanda hæreditate pro qua Pronio-
59 res esse debemus † quam pro illa oneranda.

Resp. Proniores non esse debere pro conseruanda legitima indemni ab onere, quam hęreditate, cum illa sit multo fauorabilior quam hæc vt omnibus patet.

Ad octauam quòd testator hoc legatum fece-
60 rit Brigidę ablaticę, vt lites euitaret † vt ex pręambulis testamenti colligitur ideo faciendam esse imputationem.

Resp. neq; testatorem id in specie dixisse derelicto lib. 60000. neque etiam si ita dixisset inde inferri ad animum imputandi in legitimam patet intelligentibus.

Neq; demum refragatur alia consideratio per
61 eundem D. Cauagnol. allata nu. 45. † quod nisi fieret ista imputatio ad nihilum ferè reduceretur hoc fideicommissum.

Quia resp. quod factis omnibus deductionibus per nos prætensis adhuc remanet summa lib. circiter supposita d. fideicommisso, quæ summa non solet reperiri super cęsis vt vulgo dicitur, & ideò conqueri non debet pars aduersa, quia ꝙ habitura erit, id totum ex gratia erit, & sat est amico in aliquibus subuenire. l. si pupilli. §. videamus, de neg. gest. Pręcipuè verò quia testator hic non fecit perpetuum fideicommissum inter descendentes D. Ludouici patris, sed tantum inter descendentes suos vt ideo dici minimè possit ex constitutione perpetui fideicommissi constare de voluntate ꝙ illud per quam maxime amplũ, & honorificum esset quasi quòd exiguum fideicommissum iure sit perpetuo conseruabile.

Prout etiam non obstat illa pars testamenti in versic. Item dico, & protestor vbi protestatus est se esse creditorem Ludouici Falzoni nepotis sui de lib. 90000. in circa, & velle eas implicari in aliqua proprietate idonea ad beneficium hæredis sui quæ remaneret obnoxia infrascripto fideicõ-
62 misso. Ponderando † ita mentis suæ fuisse fideicommissum remanere pingue, & magnificum.

Quia colligitur de infrascripto fideicommisso perpetuo facto inter suos descendentes, quo casu

ostēdit voluntatem suam enixam circa conser-
uationem d. fideicommissi non autem in casum
deffectus descendentiæ, quo casu non curauit de
tali perpetuitate, & magnificentia fideicommissi
quippé tūc magis diminuendo suam hæreditatem
varijs, & pinguioribus legatis, & simpliciter in
residuo substituēdo d. Ludouicū quod intelligi-
tur deducta legitima debita Alphonso filio cum
illi expressè non fuerit derogatum necnon dedu-
ctis alijs legatis.

Hæc eadem voluntas vel ex eo maxime colli-
gitur quia idem testator alijs eius nepotibus pa-
riter ex patre in d. casu deffectusque descenden-
tię non reliquit nisi libr. 6000. pro singulo quare
non est quod conqueratur, imò quod gaudeat
Ludouicus pariter nepos, & si forte aliquantisper
plus d. cęteris nepotibus á testatore prædilectus
quod consecutus sit plus quam d. lib. 6000. & est
credibile quod testator sciens vires sui patrimo-
nij, & nollens inducere inter suos nepotes nimis
excessiuam inęqualitatem legauerit d. lib. 6000.
singulis alijs suis nepotibus residuū verò d. Lu-
douico aliquantisper, & forte per dilectionem
præuidens tale de modico excessutū d. lib. 6000,

Præmissis tamen non obstantibus in promptu
sunt respōsiones ad tollendas eas coniecturas, &
ad sustinendas responsiones quas alias deduxim⁹
& coniecturas quibus substinuimus legatum de
dote per Falconum nepti suę factum fuisse intui-
tu Alphonsi filij. Et ad hoc vt disbrigata forent
bona fideicommissi, pro quorum comprobatio-
ne faciunt hæc quæ breuiter adducuntur.

Non obstat igitur coniectura primo loco de-
sumpta ex consideratione recompensationis in-
iurię, quā testator Auus fecisse dicitur nepti. Eam
63 excludendo propter masculos, & Agnatos, †
quod dictum iam memini fuisse Deciani in con-
silio 10. libr. 2. vt est videre in citata mea Decis.
consultiua 30. num. 44. quia honorando eandem
neptē in eo pluri, quod ei reliquit, vltra id quod
ex legitima patris potuisset consequi, non habeat
Vnde doleat, & iniuriam sibi factam fuisse suppo-
64 nat, nec tollitur ista responsio ex eo quod dictum,
sit aliud esse loqui de rigore † aliud de conue-
nientia, namque si bene perpendatur dispositio
testatoris præcipuam conuenientiam habebit. Si
nulla facta deductione legitimę, vel trebellianicæ
fuerit neptis illa contenta de sibi relictis, cui con
grue, & longe vltra mensuram legalem dicitur
esse satisfactum, & vbi testator excludendo filiam
constituta sibi ampla dote intentionē habuit ad
agnationis suæ conseruationem non est quòd illa
sit restringenda per imaginariam quandam con-
uenientiam, cui non accedit mens testantis.

Nec punctum ferit desumpta contemplatio
neptis ex nominatione ipsius, quia illa nomina-
tio non arguit pręcipuam dilectionem, sed solam
65 † demonstrationem, quod in ea causa dixeram
probari ex eo quia Auus inibi legat etiam incer-
tis, & incognitis neptibus nundum natis detra-
hendo eo casu de legato facto dictæ suæ nepti iam
natæ, quo casu sicuti dictum testatoris causa de-
66 monstrationis non restringit † ita non auget le-
gato l. cum certus ff. de tritic. vino, oleoq; le-
gatum. Bart. in l. Lucius num. 3. ff. de Aliment.
& cibar. legat. & ex his datur intelligi, quod Aui
fuit intentio disbrigandi bona ab eo onere quo
tenebantur pro dotationibus neptum ad coramo

dum substituti, vt colligitur ex illis verbis resi-
duum hæreditatis meæ, & ex verbo totum, & ex
prohibitione legitimæ, & trebellianicæ. Vt alias
dictum fuit in eadē Decis. consultiu. 30. faciunt
quæ dicit Magonius d. decis. Florent. 13. nu. 16.
& 17. Vbi dicit hoc argumentum desumptum á
nominatione esse falax.

Ad tertiam coniecturam respondetur non sub-
sistere, quia licet facta fuerit prohibitio. Aliena-
tionis, & substitutio in casum delicti, etiam &
expressa prohibitio deductionis legitimę vsque
ad certum tempus, non tameo datur illatio, quòd
noluerit testator dotem per eam constitutam oep
ti posse dessumi ab ipsa legitima, vt ait Cephalus
in dicto cons. 485. Quia responsio est, quod ista
67 † consideratio posset procedere, vbi tempora le-
gati concordarent cum temporibus quæ sunt adie
cta prohibitioni, quia tunt istę dispositiones essēt
ex integro seruandę, & starent simul, & mens di-
sponentis esset vniformis quoad omnia disposita
in ipso contractu secus est vbi dispositiones sunt
subordinatæ, quarū vna facta est in defectum alte-
68 rius, quia tunc non est vna, & † eadem determi-
natio respiciens diuersa determinabilia sed sont
diuersæ, quæ proinde diuerso iure censendę sunt
argumento á contrario sensu l. iam. hoc iure, ff.
de vulgar. & pupill. substit. & bene quadrat in
69 proposito quod á diuersis † minus recta sit illa-
tio l. Papinianus exuli ff. de minor. facit enim le-
gatum Auus nepti suæ in casum non existentium
masculorum quinimo vbi extarent masculi, &
fœminę, reuocatur legatum dotis, & hæredis ar-
bitrio remittitur dotium quantitas quo casu ne-
mini dubium est, qoin ex sua legitima potuisset
dotes decernere, & hinc patet erroneum esse fun-
70 damentum † Cæphali, in d. cons. 485. numero
44. lib. 4.

Ad quartam coniecturam desumptam ex Bar-
71 tol. in citata l. filio familias † la 2. ff. de donat.
causa mortis respoodetur quod ea procederet vbi
versaremur in legato quod esset factum per Auū
in qua facta fuerit mētio Patris, & Patrię potesta
tis, sed in casu nostro diuersa res est quia de præ-
missis nulla fit mentio, & ita debet intelligi Cæ-
phal. in casu suo. Nec admittitur alia considera-
tio quod per mortē Aui soluatur patria potestas,
quia tempus mortis non attenditur, ad perpen-
dendam mentem testatoris, dum enim agitur de
interpretando relicto per defonctum, non specta-
72 tur † tempus mortis, sed tempus factæ disposi-
tionis, quæ quoad executionem tantum vertitur
consideratio mortis. Nec Menochius in locis al-
legatis, loquitur in proposito factæ argumenta-
tionis, sed taotum dicit non posse censeri quid
esse relictum, alicui cōtemplatione alterius, quā-
73 do is cui relictum † est non dicitur esse in pote-
state illius, ita vt ei posset acquirere. Et si dicatur
vim argumentationis stare in morte patris Al-
phonsi. Iridem respondetur, quia quoad ipsam
contemplationē fit retrotractio ad tempus dispo-
sitionis, & hìc intrat conclusio quod a primordio
74 tituli posterior formatur euentus † vulgatis iu-
ribus, & ita non procedunt adducta per Menoch.
in isto cons. 151. num. 9. & 10.

Nec obstat deductio quòd versemur in condi-
tionalibus legatis, & quod conditio omnis de le-
75 gitima † reijciatur, d. l. quoniam in prioribus,
C. de inoff. testam. quia responsio est, prout supra
versiculo

versiculo, Ad obiectum quod vbi filius, & cætera,
dictum fuit quod hic tractatur de ea conditione
nuptiarum, & matrimonij quam lex dictitat, &
probat inesse legitimę filio debitę, quando cęte-
ra bona restituere grauatur.

Ad quintam, responsio est, non admitti quod
vbi contemplatione patris fuisset relictum lega-
tum, insurgeret consideratio quod ea neptis non
ab Auo, sed à patre diceretur legatum consequi,
& ideo diceretur quod pater sibi ipsi legauerit,
quod non est dicendum, quia nimis subtilis est
76 argumentatio, & ideo de facili rumpitur † quia
pater non sibi legat, sed Auus legando nepti, do-
tem videtur patris officium exercuisse, & de bonis
quę debita erant ei titulo legitimæ, neptem pro
filio dotasse, qui ex quo hęreditatem agnouit, cũ
oneribus, & honoribus non potest, aduersus di-
spositionem patris venire etiam quod in legitima
grauaretur, quando hęreditas est opulenta, &
longe plus consequitur filius quàm sit mensura
legitimę, vt alias fuit abunde dictum ad consiliũ
Menochij 57. est egregia sed non parum difficilis
num. 6. & infrà lib. 1.

Ad sextam, dicitur nil nocere quod legatum
non sit vniforme cum legitima, quia difformitas
77 † non tollit contemplationem patris, & impu-
tationem in legitimam, quod intelligitur pro-
portionabiliter, vt firmare videtur D. Alexander
Raud. de Anal. in appendic. 3. part. num. 37. &
Bertrand. in allegato consil. 138. num. 20. non
arguit ex difformitate, sed ab vniformitate, ita vt
non detur argumentũ à contrario sensu negatiuè.

Ad septimam coniecturam affectionis, & di-
lectionis, iam fuit abundè respõsum quod maior
fuit testatoris affectio ad agnationem conseruan-
dam quam ad ipsam neptem.

Ad octauam, & nonam dicitur, quod intentio
Aui fuit conseruandi bona in agnatione, & ideo
cessat cõsideratio cõtrarij effectus, & quod neptis
concurrat cum extraneis.

Ad decimã respondetur non esse attendendam
differentiam, ex eo quod testator non grauauerit
78 hæredem ad dotandum † sed ipse dotando dixe-
rit lego Brigidæ, quia idem testator non fidebat
de iuridica dispositione filij Alfonsi, quia prohi-
buerit ei ne alienaret, vsq; ad certum tempus suæ
ætatis, & ideo filij officium exercendo, legauit
dotem.

Ad vndecimam ea datur responsio, quod sicuti
causa reuersionis dotis datę per Auum, in patrem
oritur ex eo quod Auus contemplatione filij do-
tem legauerit nepti, ita per mortem patris con-
stante matrimonio, non dicitur cessare reuersio,
79 quia actus † semper regulatur à sua causa, &
mors patris nõ remouet causam originariam qua
motus fuit Auus ad legatum dotis, cum præser-
tim quia, quæ patris de medio sublata fuit perso-
na dicitur in hærede renouata præsertim quia ipse
80 filius, quodammodo dedisse videtur legatum †
ab Auo relictum, in tantum quod ad eum quan-
tumuis exhæredatum, reuertitur, & eius hęredes,
prout de exhæredato scribit, Iulius Pacius à Be-
riga legum conciliatarum, centuria, sub tit. de iure
dotium in fine, ex quibus aptè colligitur quàm
periculosa sit interpretatio quam tradit Decia-
81 nus † in citato consilio 10. num. 10. lib. 2. &
qui eum sequuntur ad l. Dedit, siue dotem quam
dedit.

Istis sic positis non obstant ea quæ ad tollendas
coniecturas quas dedimus alias in decisione con-
sultiua 30 siquidem replicando aduersus respon-
siones datas ad primam, & tertiam, coniecturam,
dicitur quod imputatio dotis quæ relicta fuit
82 nepti, non arguit restrictionem † legitimę, quã
supponimus debitam filio, ad summam cuius me-
minit legatum, quia aut relictum habet analogi-
am proportionis cum ipsa legitima, & tunc cessat
restrictio, ad notata in l. cum quo §. finali ff. ad
leg. falcid. iuxta quã dixit D. Alexander Rhau-
densis, quod testator assignans dùm viuit tantam
quantitatem quæ sit proportionabilis ad falcidiã
hęredi suo, sic videatur preuenisse, vt hęres qui in
vita testatoris habuit, teneatur in quartam impu-
tare, licet regula sit ea tantum imputari, quę iure
hæreditario perceperit, vt scribit D. Rhaud. in suo
tractatu de Analogis, in Appendice in 3. parte,
num. 36. & 37. aut relictum quid, pluris vel quid
minus habet legitima, & tunc proportionabilis
esse debet imputatio, nulla habita ratione ad id
quod obijcitur de grauamine imposito ad legiti-
mam, siquidem, ab ipsa lege iniungitur, vt supe-
rius dictu fuit, vnde testator in hoc legis minister
esse dicitur, vltra, quod dum filius agnoscit iudi-
cium patris ex quo maximum Lucrum consequi-
tur, quia hæreditas ei delata fuerit opulenta, non
potest conqueri de grauamine imposito super le-
gitima, iuxta l. ex qua persona, quis lucrum con-
sequitur, eius factum impugnare non potest ff. de
regul. iur. faciũt ea quę superius dicta sunt.

Responsio verò deducta ad secũdam coniectu-
ram nõ videtur sufficiens ad tam tollendam, quia
admittitur quod substitutio pupillaris differat ab
articulo imputationis in legitimam, sed per alle-
gationem istius diuersitatis non tollitur argumẽ-
tum, quod desumitur ex eo, quia sicuti testando
83 † & substituendo pupillariter, voluit pater pro
filio disponere, ita videtur argui, ab expressa vo-
luntate ipsius in eo casu ad casum nostrum quod
scilicet in eodem testamento dotando neptem
suam voluerit eum actum exercere nomine filij
sui. & ita dotem reliquisse nomine ipsius, iuxta
quę abunde dixi in citata decisione mea consul-
tiua. 30. num. 13. & sequent.

Minus etiam crediderim fuisse satisfactum,
coniecturę quarto loco per me eleuatę, ibidem
sub num. 37. & 38. quod testator Auus legando
84 nepti iam † natæ, & cœteris nascituris in causã
dotium, sic onus assumpsit pro filio, vt nomine
ipsius dotes constituisse videatur neptibus ipsis,
decernendo quod onus dotationis tunc demum
ad filium pertineret hæredem, si masculos susce-
pisset, dum enim dicitur in responsione, quod est
compatibilis contraria consideratio, replicatur,
per id non satisferi deductioni quod Auus sump-
serit onus dotandi pro filio.

Similiter non subsistit respõsio ad quintam, nõ
esse scilicet prouisum filio pro sua legitima, quia
iam dictum fuit satis aptè fuisse prouisum, & gra-
uamen iniunctum non pendere à iudicio testato-
ris sed ab ipsa l. finali C. de dot. promiss. quæ
mandat patrem teneri de bonis suis filiam dotare
itidem replicatur ad responsiones datas ad sextã,
& septimam coniecturam.

Quod verò pertinet ad responsiones circa octa-
uam de litibus euitandis, dicitur non subsistere
quia lectura testamẽti pronuntiat id ipsum quod

allegatur, nec dicatur per id non inferri ad legatũ factum contemplatione filij, quia vis argumenti consistit in eo, quod ad tollendas dubitationes nunquam relictam censeatur animo compensandi vel nè, plurimum iuuat protestatio disponentis, quod scilicet ad eam dispositionem deueniebat, vt lites tollerentur, & hinc deducitur contemplatio filij, vt post Afflictum, & alios scribit Rimin. iur. in conſ. 393. num. 44. quod allegaui in d. decis. mea 30. num. 43.

Responsio verò quę datur ad dicta per me ibidem sub num. 49. quod ad nihilum reduceretur fideicommissum non videtur admissibilis, quia infacto supponitur contraria.

Insuper alię responsiones ad id quod dicebatur de voluntate testatoris impinguandi fideicommissum facillimè tollũtur, siquidem ea ratio quæ adducitur inter fideicommissum perpetuũ inter descendentes ab eodem testatore, & agnationem suã transuersalem non facit, vt inducatur diuersa dispositio in vno potiusquam in alio casu, in his scilicet in quibus nõ fuit expresse prouisum, quinimo plurimum iuuat vna dispositio alteram, vt dictum fuit, & ita firma remanent ea quę in dicta decis. consulto 30. dicta fuerũt, causa autem prædicta dexteritate Excell. I. C. & Senatoris Meritissimi D. Io. Baptistę Trotti, cõposita fuit amicabiliter, & ita &c. Rolandus Cauagnolius.

Numero 18.

Versiculo quoad tertiam, reprobatur in resolutione quęstionis à Simone de Prætis, de interpretat. vltimarum volunt. lib. 4. interpræratione prima dubitatione 6. num. 54. folio 384. Iacob. Maynoldus.

Numero 29.

An filius institutus, & grauatus cum prohibitione quod non possit alienare donec venerit
85 ad ætatem 55. annorum an post † illud tempus possit alienare in prçiudicium substituti disputat Andreas Fachineus lib. 4. controuersiarum iuris cap. 75. Rolandus Cauagnolius.

Numero 34.

Ibi (responso 495. num. 6.) Peregrinus de fideicommiſ. artic. 40. nu. 64. in fine, est pagina 369. Iacob. Menoch.

Numero 38.

Ibi (vnde ait Decius post illud casus) debet legi post illud tempus Iacob. Menoch.

Numero 39.

Ibi (quod prohibitio facta à testatore ad tempus) vide Decianum in conſ. 78. & breuiter perstringam num. 15. lib. 3. Iacob. Menoch.

Numero 44. & 49.

Pro veritate, eorum quæ hoc loco dicit videnda sunt ea quæ, scribit idẽ Menoch. in conſ. 1228. propositæ consultationi nu. 17 & 18. lib. 13. vbi
86 dicit quod data facultas alienandi non tollit † fideicommissum, nisi sequuta alienatione. R. C.

Numero 45.

Ibi (eãdem opinionem probauit) vide Mantic de coniecturis vltimar. volunt. tit. 17. nu. 11. Decian. in d. conſ. 78. num. 36. lib. 3. Riminald. iunior. in l. qui se patris num. 139. Cod. vnde liberi Petra, de fideicommiſ. q. 44. dixi in consil. sequenti num. 60. & in conſ. 327. cum ex proposita nu. 108. lib. 4. 602. de prædifficili nu. 16. lib. 6. Surdus in consil. 294. præsens quæstio. lib. 2. Iacobus Menochius.

Eodem numero versiculo septimo quod hęredes prohibiti alienare certo, & limitato tempore possint lapso tempore alienare, probauit idem Menochius in conſ. 1267. de prima proposita nu.
87 3. vbi citat † hunc locum, & se ipsum in consil. 152. respondendum videbatur illi, num. 60. hoc eodem libro, sed contrarium defendit Menoch. in d. conſ. 1267. d. nu. 3. versiculo huic obiectioni respondetur, vbi decem, & septem Doctores concordantes allegat, & cõtrarietatem suam adducit mutando sententiam vt ibidem num. 5. & pro hac secunda opinione scribit Peregrinus in tractatu de fideicommissis articulo 40. heres grauatus purè, nu. 64. & sequentibus, cui sententiæ libenter subscribo, non obstãre quod Menochius asserat, eius opinionem magis cõmuniter recipi vt in conſ. eiusdẽ 379. respondendum est hac de proposita disputatione num. 1. Rol. Cauag.

Ad Consilium 152. Respondendum videbatur illi primæ dubitationi.

SVMMARIVM.

1 *Filij positi in conditione quando censeantur vocati.*
2 *Conditio fideicommissi adiecta in persona filiorum, si decesserint sine liberis, an cẽseatur repetita in substitutis.*
3 *Prohibitus certo tempore alienare, an lapso tempore possit distrahere.*

Numero 1.

IBi (positos in conditione) vide supra in conſ. 135 & infra in conſ. 173. Iacob. Menoch.

Numero 2.

Quod dicitur hic filios positos in conditione sub qualitate masculinitatis censeri vocatos dispositiue si testator excluserit proprios filios, voluit idem Menochius in conſ. 1242. de prima proposita dubitatione num. 5. lib. 13. pro materia an, & quando filij in
1 † conditione positi censeantur vocati, & per quas coniecturas vide quæ supra dixi ad consil. 135. respondendum videbatur proposite dubitationi, ad numerum primum hoc eodem lib. R. C.

Numero 24. & 56.

Ibi (quoad secundã dubitationem) pro materia articuli, an scilicet conditio fideicommissi
2 adiecta in persona filiorum si, decesserint sine liberis, euanescat, vel censeatur repetita in substitutis quando testator dixit, quod voluit bona sua conseruari in agnatione vide Andream Fachineũ lib. 13. controuersiarum iuris, cap. 25. conditio fideicommissi. Rolandus Cauagnolius.

Numero 38.

Ibi (Regis Catholici in commentarijs) legi debet Regij Catholici cõsiliarius in cõmentarijs Iacob. Menoch.

Numero 60.

Pro eo quod hic dicitur prohibitos certo tem-
3 pore alienare, posse lapso † tempore distrahere esto quod fint grauati per substitutionem reciprocam si decederent sine, filijs, vide eundem Menochium supra in consil. 151. prima proposita dubitatio, nu. 45. versic. septimo hoc eodẽ libro, & in conſ. 1267. de prima proposita dubitatione. num. 3. lib. 13. pro ueritate tamen vide ibidem Menochium paulo infra vbi in contrarium citat

decem

dotem, & septem Doctores, & propriam mutando sententiam contrarietatem suam allegar, vt ibi num. 5. articulum hanc benè examinat, Andreas Fachin. controuers. iur. lib. 4. cap. 75. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consilium 153. illa prima iuris dubitatio.

SVMMARIVM.

1 *Dos data filia, an sit imputanda in legitimam.*
2 *Dos, & donata propter nuptias, an sit conferenda quid in dote materna numero. 3.*
4 *Fructus dotis an sint conferendi.*
5 *Lex vbi disponit vnū, & alteram præsupponit non procedit dispositio nisi verificetur præsuppositum.*
6 *Iudicis decretum, an succedat loco assensus paterni.*
7 *Iudicis auctoritas debet esse cum causa cognitione.*

Numero 1.

1 DVm in ista consultatione quæritur an dotes habitæ per filiam sint imputandæ † in legitimam, cōtigit dubitari, num ista imputatio fiat, quando filia quæ habuit dotem, per statutum censetur exclusa, ita vt veniens demum, ad successionem non teneatur tamquam extranea conferre, quo casu plura solēt hinc indè deduci, quę congruentiori loco deducētur, interim pro opiniōe quod sit imputanda dos in legitimam scribit D. Cæsar Manentus, in eleganti suo cons. 13 in hac causa Dñorū, cū Manento stat arrestū Paponij 18. lib. 16. tit. 4. Crau. in cons. 219. licet datum nepoti, num. 2. & 2. lib. 2. Rolandus Cauagnolius.

Numero 8. & 9.

De conferenda dote, & donatione propter nuptias, verba facit Andreas Fachineus, controuersiarum iuris, lib. quinto cap. 78. quinta conclusi, vbi similiter loquitur, de dote data per Auās
2 an scilicet † conferrenda sit, quid autem de bonis mobilibus datis in dotem, quæ fuerint consumpta, an scilicet conferenda sint saltem quoad æstimationem, vide quę dicit Afflictus decil. 147. habuimus in consil. vbi dicit, quod non, de rebus donatis a patre tempore nuptiarum verba facit Andreas Gail. obseruat. 91. donationes inter coniuges lib. 2. & quod in successione materna
3 sit conferenda † dos quam mater consti tuerit notat Guido Papius quæstione 426. iudex non debet, & singular. 3. collatio dotis etiam in tantū quod ad diuisionem non admittitur soror nisi dotem conferat, Andreas Gail. obseruat. 46. procurator volens se num. 10. libro. 1. si tameo vertatur lis, super collatione facienda, non ideo retardabitur diuisio bonorum præstita fideiussione de conferendo, si fuerit ita pronuntiatum, ex Paponij Arresto 3. Par arrest. libr. 12. tit. 7. an autem in collatione facienda sit habēda ratio fructuum
4 ipsius † dotis, vide eundem Paponium, Arresto 5. si l'vn des, & 7. le droit lib. 21. tit. 7. Rolandus Cauagnolius.

Numero 31.

Ibi (idē sentit in simili casu, similia scrip si in cons. 655. non possum non mirari lib. 7.

Numero 34.

Dùm hoc loco dicitur, non fuisse adhibendam causæ cognitionē an iusta vel iniusta fuerit patris recusatio circa contractū filij, habet in contrariū
5 dispositionē iuris, quando lex, disponit vnum † præsuponendo non procedit dispositio nisi verificetur præsuppositū, glos. in verbo aduocādū ad l. mancipia C. de seru. fugit. & Fulgos. Castr. & Salicet. Rom. in cons. 489 hæc sequestratio pretij, & ideo isto casu crediderim quod causa recusationis examinari debuisset, ad effectū vt loco assen-
6 sus paterni potuisset † succedere iudicis decretum, alias statuto minimè dicitur satisfactum, nō tamen inficior, quod vbi fuisset proposita recusationis causa, & ea posthabita iudex decretum cōcesserit, valet contractus, dummodo non appareat post modum de iustitia recusati consensus, & quod dictum fuit de cognitione causæ, requisita ampliа vt procedat etiam si statutū de ea mentionem non fecerit, quia vbicumq; requiritur
7 auctoritas iudicis semper intelligitur † cū causæ cognitione, ita notat Simoncell. de decretis, lib. 2. tit. 3. num. 32. Rolandus Cauagnolius.

Ad consil. 154 interrogatus respondit superioribus mensibus.

SVMMARIVM.

1 *Datum filia quando habeat vim assignationis.*
2 *Donatio in dubio non præsumitur.*
3 *Donatio præsumitur potius quam delictum.*
4 *Pater, an, & quando possit donare filio existenti in potestate.*
5 *Iuramentum validat donationem.*
6 *Donata cum iuramento, an imputentur.*
7 *Pater donando in causam legitima, dicitur debitum ante diem soluere.*
8 *Data inter viuos ob causam, an imputentur in legitimam.*
9 *Transactio facta per filium de bonis aduentitijs, an valeat in præiuditium patris habentis vsumfructum.*
10 *Pater in bonis aduentitijs filij, an possit propria auctoritate vsumfructum capere, & resistentem coercere.*
11 *Quæsita per vxorem an sint propria ipsius.*
12 *Confessio dotis facta per maritum, an præiudicet creditoribus.*

Numero primo.

1 IBi (cum nullū verbum donationis) ergo vim assignationis habet † quod datum est in legitimam vt innuere visus est Andreas Fachineus, controuersiarum iuris lib. 3. cap. 79 si pater filio versic. huc accedat. Rolandus Cauagoolius.

Numero 10.

2 Quod donationis titulus † non præsumatur facit l. cum de indebito §. 1. ff. de probationibus presertim in muliere, quæ dicitur esse de genere auarissimo, glos. in l. Nesennius in verbo ex cōtrario, ff. de negot. gest. Menoch. in cons. 482. de multis his peregregijs nu. 25. & 26. lib. 5. quod procedit vbi alia coniectura sumi potest, l. elegāter §. qui reprobos, ff. de pignor. act. idem Menoch. in cons. 451. propositæ huius dubitationis, num. 1. & 2. lib. 5. fallit tamen ad euitandum
3 delictum, quia tunc donatio † potius, quam delictum præsumitur. Menoch. in cons. 412. cum falsi crimeo nu. 6. lib. 4. reliqua vide in anatomia iuris

iuris ad d. l. cum de indebito. Rol. Cauag.

Numero 3.

Ibi (cum pater donare non possit filio filiæ ve
4 † in potestate existentibus, nisi intercedat iura-
mentum) bene loquutus fuit Menochius, quod
in tantum procedit, vt nec etiam teneat donatio
facta pro legitima portione debita filio, ita ex
Aretino, & Menochio tenuit, Andreas Fachineus
d. cap. 79. vbi dicit hoc limitari in donatione fa-
cta ex causa studiorum Claud. Batt. Anel. de legi-
tima articulo 12. nu. 23. & 28. item etiam fallit,
5 vbi adest iuramentum, tunc enim † valet dona-
tio, quia in his, quę ad animæ salutem pertinent,
non est habenda ratio patriæ potestatis vt scribit
idem Fachineus, dicto lib. 3. cap. 77. versic. re-
sponde vbi, eo tamen casu donata cum iuramen-
6 to † non imputantur in legitimam, Cuccus de
legitima, num. 41. sub rubrica data inter viuos;
vbi dicit de communi. Rolandus Cauagnolius.

Numero 4.

Ibi (cum vim relicti habeat) & ideo donata
non sustinebuntur vt eo tempore donata, quia
donatio non valuit, vt aduertit idem Fachineus
d. lib. 3. cap. 79. vbi respondet ad l. si non mor-
tis, ff. de inoff. test. & l. si quando §. generaliter
C. eod. tit. vbi dixerunt nonnulli ex scribenti-
bus, hoc ideo sustineri donationem, quia dum
7 pater in † causam legitimæ donat. videtur po-
tius debitum ante diem soluere quàm donare.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 5. & 6.

8 Quod data inter viuos, ob causam † impu-
tentur in legitimam. voluit idem Cuccus de legi-
tima, sub rubrica data inter viuos, num. 2. Ro-
landus Cauagnolius.

Numero 8.

Tenet hoc loco Menochius, valere transactio-
nem factã per filium, de bonis aduentitijs in qui-
9 bus † pater vsumfructum habebat, sed aduersus
eum facit, quod vbi pater habet vsumfructum
in bonis filij, de eis filius libere agere non potest,
Boerius decis. 61. & præsuppono quod pater, &
prius decis. 7. Bart. in l. si postulauerit num. 13.
Afflic. decis 141. quidã Franciscus Ozas. decis.
94. damnato filio fam. Mysinger obseruat. 10.
regulare est, & valde centuria 6. Capella Tholo-
sana q. 2. quod in tantum procedit, vt pater au-
10 ctoritate propria † possit eundem vsumfructũ
capere, & aduersus resistentem filium seu nepotẽ,
exercebit pater vel Auus patriam potestatem,
Boer. decis. 199. & videtur quod num. 9. R. C.

Numero 10.

Tenat hoc loco Menochius patrem non posse
ob causam sui vsusfructus recuperare bona aduẽ-
titia quæ filius alienauit, siue filij consensu, sed
valde periculosa est ista conclusio, namq; nec l.
vltima in §. sin autem C. de bon. quæ liberis, nec
Corn. Salicet. & Cynus ac Angelus dicunt hoc,
sed loquuntur an pater possit sine filij consensu
adire hæreditatem filio puberi delatam, & eo
casu filij consensus desideratur, sed ob id non se-
quitur quod bona acquisita per filium, vti ei de-
lata, in quibus pater vsumfructum, & per
eundem filium alienata non possit pater vindi-
care absq; consensu filij respectu sui vsusfructus,
deducendo ex propria persona nullitatem alie-
nationis factæ sine eius consensu, qui videtur re-
quiri tam respectu proprij interesse ipsius pa-
tris quam etiam ad integrandum personam filij
vt notanter scribit Clarus in §. donatio quæstio-
ne 6. ferè per totam, alioquin vbi contraria deci-
sio statet, esset aperta via fraudibus; ad priuan-
dum patrẽ debito vsufructu, vt patet ad sensum.
Rolandus Cauagnolius.

Numero 12. & 14.

Non procedit indistinctè opinio relata per Me-
nochium, quod ad vxorem pertineant quæsita
11 per eam † ex sua industria, namq; distinguitur,
aut vxor habet dotem sufficientem ad se alimen-
tandam, & maritus similiter ad onera sustinenda,
& tunc nõ tenebitur operari viro suo aliàs secus,
Vide summam Syluestrinam in verbo vxor, nu.
2. vbi materiam explicat. Rol. Cauagnol.

Numero 19. & 20.

Dum istis in locis concluditur sustineri confes-
sionem dotis, in præiudicium creditorum, quan-
do lapsa sunt tempora opponendi exceptionem
12 † non factæ numerationis. Adde quod tantùm
eo casu operatur illa confessio, quantum vera &
realis numeratio, & habet dos confessata omnia
priuilegia, quę habet dos numerata. Afflict. decis.
402. Agitur causa in facto numero 10. vide Boe-
rium decis. 330. videtur quod sic, & Verallum de-
cis. 196. Confessio dotis receptæ parte prima, vbi
dicit hoc habere locum etiam quod confessio sit
facta constante matrimonio. Rol. Cauagnol.

Ad Consil. 155. Respondendum videbatur illi primæ dubitationi.

SVMMARIVM.

1 *Cephalus in consil. 463. lib. 4. comprobatur.*

2 *Riminaldus Iun. in cons. 295. lib. 3. non recipitur.*

3 *Mulier transiens ad secunda vota memoriam primi viri perdere dicitur.*

4 *Lex fœmina C. de secundis nupt. perpenditur, & declaratur, & num. 5.*

6 *Mulier secundo nubens, de licentia filiorum, non perdit proprietatem legati relicti a viro.*

7 *Consensus filiorum circa secundas nuptias matris operatur tam præstitus ante quam post.*

8 *Pœnæ secundo nubentium non sunt in odium matrimonij, sed fauore liberorum.*

9 *Pater transiens ad secunda vota succedit filio, seu filia prædefuncta quoad vsum fructum.*

10 *Pœna secundo nubentium habet locum in bonis, quæ ex liberalitate coniugis non ex legis dispositione proueniunt.*

11 *Consensus filiorum circa secundas nuptias ita iuuat tacitus, sicut expressus, & num. 16.*

12 *Consensus tacitus in filijs quo ad matrem transeuntem ad secundas nuptias ex quibus arguatur.*

13 *Consensus expressus in filijs respectu transitus ad secundas nuptias, quam fecit mater ex quibus insurgat.*

14 *Dos semel constituta, an possit minui.*

15 *Contractus correspectiuus vel in totũ approbari debet vel reprobari.*

17 *Caducitas non declarata per Dominum directum viuentem, an censeatur remissa.*

18 *Mulier secundo loco nubit impune si habuit licentiam à primo viro.*

Num. 1.

Numero primo.

1 CEphalus in cons. 465. † quamuis
consultatio lib. 4. huic responso
subscripsit, contrarium consuluit
2 Rimin. iunior, in consil. 295. †
Prima consideratione lib. 3. cuius
argumentum confutaui infrà in
cons. 308. respondi superioribus annis. Iac. Men.

Concurro libenter in sententiā Menochij, quicquid dixerit Riminaldus iunior, in contrarium
quibus aptè respondit idem Menochius in dicto
cons. 308. lib. 4. & ad eorum confirmationem faciunt quę ibidem dixi. Huic insuper opinioni fauet ea cōsideratio, quod maritus donans ex causa
meritorum cum iuramento confirmatorio, contractus promisit non reuocare donationem ex
quauis causa ingratitudinis. Vndè cum ad quandam speciem ingratitudinis referatur transitus
3 † vxoris ad alia vota cum viri memoriam perdere, seu lędere quodammodo dicatur vt passim
notant scribentes ad l. fœminę C. de secund. nupt.
& scribit Ias. ad l. ambiguitates nu. 3. C. de iud. viduit. toll. satis cōgruè dicitur illi renūtiatū. R.C.

Numero 6.

Ibi, (in donationibus simplicibus) benè qua-
4 drat ista declaratio, quia dispositio l. fœminæ. †
C. de secund. nupt. vere loquitur in habitis per
mulierem titulo lucratiuo, vt colligitur ex verbis
d. l. ibi, sponsalium iure, nuptiarum solemnitate,
mortis causa donatione, testamento iure directo,
aut fideicommissi, legati titulo, vel cuiuslibet
munificæ liberalitatis præmio, quę omnia sonant
in titulum lucrosum, & ita loquuntur Barr. &
Baldus. ibi Gabriel. in tit. de nupt. cōcl. 2. Ioseph
Ludouic. conclus. 33. Franch. decis. 428. Valas.
decis. 16. lib. 1. & Surd. decis. 99. & 100. de qua re
latius infra. Rol. Cauagnol.

Numero 10.

Ibi, (Cod. de pactis) & dixi supra in cons. 84.
hæc proposita dubitatio lib. 1. Iacob. Menoch.

Numero 12.

Dum restringit Menochius hoc loco l. fęminæ
5 C. de secundis nuptijs, vt locū † habeat in donatis causa nuptiarum, objicitur in contrarium stare verba dictæ legis, quæ nedum ius ipsa nuptiarum arguunt verùm etiam, & quod liberaliud ius
vt ibi mortis causa, & reliqua. Rol. Cauagnol.

Numero 13.

Materiam transitus quam facit mater ad secundas nuptias consentiente filio, vide quę latius explicaui in cons. 237. hac de proposita nu. 16. 17.
19. & 20. Gabriel. de quo infrà. Iac. Menoch.

Ad idem facit dictum Iasonis in l. ambiguitates nu. 4. C. de indicta viduitate tollenda, vbi ex
glosa, in auth. de non elligendo secundò nubentes col. 1. dicit quod mulier secundo nubens de
6 licentia filiorum † non perdit proprietatem legati relicti à viro, & quod filij vel à principio
7 consentiendo, vel ex post ratum † habendo
possint remittere talem iniuriam scribit Rol. in
cons. 95. ab hoc seculo migrauit nu. 4. & seq. lib.
1. in quo proposito, memini sic alias pro patre
qui ad secunda vota conuolauerat respondisse,
aduersus propositionem quod diceretur cecidisse
ab vsufructu bonorum dotalium, cuius responsi
tenor is est, pro eo quod punctum hunc ferit.

Respectu verò amissionis vsufructus bonorum dotalium, ob transitum ad secunda vota non
est videre qua lege ducatur eadem Domina Liuia
ad prętensionem prędictam. cum leges imponen-
8 tes pœnas, secundo nubentibus non in odium †
matrimonij sed fauore filiorum vt not. Afflict.
decis. 75. in fine Bart. in § prime quidem auth.
de nupt. num. 3. inducunt priuationem proprietatis non vsusfructus vt est textus, in l. fœminę
Cod. de secund. nupt. Cornet. in cons. 285. in
fine, & Doctores omnes in ista materia concludut
de sola proprietate non aūt de vsufructu, sit Boer.
in decis. 187. ex supradicta decis. q. 879. q. loquit
in patre transeunte ad secunda vota Rol. cons. 81.
vol. 1. vbi loquitur de matre transeunte ad secunda vota quæ priuatur proprietate bonorū filiæ
ad cōmodū alterius, & quidè non statim priuatur bonis sed statuitur patrem vel matrem teneri
seruare proprietatem filijs primi matrimonij vt
tex. dictæ l. fęminæ probat, & dicit Bart. in §.
verò, & in §. optimæ Auth. de nupt. & ne videatur vlterius desiderari decisio in terminis terminantibus adducitur Boerij 190. num. 2. vbi
9 dicit quod pater † transiens ad secunda vota
succedit filio seu filię defunctę post transitum prędictum quoad vsumfructum, & dicit communè.

Vlterius facit id quod iam alias memini vidisse penes quendam Gomez. Leon. decis. 4. in
vol. decis. diuersorum pœnas scilicet secundarum
10 nuptiarum † habere tantum locum in bonis quę
ex liberalitate coniugis non ex legis dispositione prouenerunt, & iste verus est sensus, & genuinus intellectus dictę l. fęminæ sed istum vsufructū
pater habet sola dispositione legis vt notatur in
l. cum opportet Cod. de bon. qui lib. auth. excipitur Cod. eodem auth. defuncto Cod. ad Senat.
Consul. Tertil. quare nec vsumfructum suæ prætensę portionis D. Liuia nec filię defunctę secundum iura prætendere potest.

Vel etiam non est silentio prætereundum, non
posse isto casu tractari de aliqua pæna ob transitū
ad ipsa vota quia interuenit nedum tacitus verū
11 etiam, & expressus cōsensus filiorū per ea † quæ
dicit Menoch. in cons. 155. num. 26. & sequentib.
vbi plures refert in proposito, & sequitur auctoritates de cōsensu tacito patet quia nullibi apparet
quod filiæ fuerint conquestæ Grat. cons. 83. num.
17. lib. 2. idem Menoch. loco relato.

Item ex eo quod nouercam honorauerint dilexerint, & cum ea habitauerint vt testes probant
12 quæ obsequia, & dilectio arguunt † consensum
vt not. Paris. cons. 29. num. 84. & 91. lib. 3. Rol.
cons. 81. num. 18. lib. 3.

Expressus itidè consensus insurgit ex eo quod
sæpius dixerint filiæ ipsæ maximopere desiderare
13 † quod D. eorum pater matrimonio iungeretur
vt haberent quę eas gubernaret quod maximi
faciendum est cum ista sit iusta causa etiā in minoribus prętan. consensum quod pater nuberet
per ea quæ dicit Angel. cons. 396. col. 4. qui omnino videndus cum etenim filiæ forent nubiles
vtiq; expediebat habere fidam mulierem quę eas
gubernaret, & bona disciplina indueret, & ita
tolluntur quę Surdus dixit decis. Mantuana 100.

Ad id verò quod dicitur dotem semel consti-
14 tutam non posse minui, † est aduertendum quod
hic non tractatur de minuenda dote constituta
sed de prohibendo quod augeatur cum damno
patris vt contraxit D. Liuia, & cum contractus
cum ea vel viro suo celebratus sit correspectiuus,
vtiq;

vtiq; vel in totum tenebitur filia approbare vel
15 in totū † spernere Bald. in l. peten. Cod. de pact. nulla habita ratione quod post modum decesserit altera filia, si quidem ex legis permissione habebat vsumfructum præfatum non ex iudicio mulieris, & vxoris defunctæ, in quibus solis terminis procedit d. l. fæminæ, & ibi glosa quę de patre loquitur, & ita ex angustia temporis pro D. Vallario salua potiori sententia censeo. Rol. Cauag.

Eodem numero, & ibi (in conf. 318. num. 6.) debet legi in conf. 317. num. 6. Iacob. Menoch.

Num eodem ibi (l. fœminarum) debet legi l. fœminæ, num. 29. Iacob. Menoch.

Numero 15.

Ibi (hoc in casu idem operatur tacitus consen-
16 sus, & approbatio quod expressus †) vide Cravett. in conf. 661. nobilis Antonius num. 5. lib. 4. Rimin. iunior. conf. 378. num. 38. lib. 4. Ant. Gabriel. lib. 7. communium, conclus. sub conclus. 35. num. 8.

Numero 17.

Ibi, (vel illis viuentibus nullam declarauit
17 caducitatē) † vide Corb. in tractatu de iure emphyt. in tit. de causis priuationis ob non solutum Canon. ampliat. 45. num. 19. & 25. dixi in lib. 3. præsumpt. 112. col. penult. & vlt. Iac. Menoch.

Numero 23.

Quod impunè nubat mulier secundo loco quā-
18 do a primo viro fuit data licentia dixit Ias. † in l. ambiguitates C. de iudicia vid. tol. probaui ego in casu in quo testator legat vxori firmiter, & irreuocabiliter, vt in decis. mea consult. 104. codicillando Camillus Crassus nu. 31. lib. 3. Rol. Cau.

Numero 29.

In versic. Nec hic obstat, ibi in conf. 41. voluit dicere 40. ibi tamen dicta congruentius huic loco possent adaptari quàm ad casum consultationis cuius in d. conf. 40. meminit, vt ibidè obseruaui. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consil. 156. Multis sanè rationibus, & argumentis.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta subsecuta recipiunt interpretationem à precibus.*
2 *Decreta status Mediolani anni 1567. sub oct. Iulij, & 1601. oct. aprilis, & anni 1607. 19. oct. derogantia priuilegijs immunitatum quomodo sint intelligenda, num. 3. & 4.*
5 *Origo in decretis semper est spectanda tamquam causa finalis.*
6 *Actus quilibet principio suo semper attribuitur.*
7 *Conuentio antiqua inter Ciuitatem Astæ, & homines ac vniuersitatē Annoni in materia onerū recensetur.*
8 *Transactio inter vniuersitatem, & priuatum valet.*
9 *Transactio inter vniuersitates sustinetur.*
10 *Restitutio in integrum non datur pro contractu inito inter vniuersitates.*
11 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum.*
12 *Sindici non possunt venire contra trāsactionem factam per vniuersitatem.*
13 *Singuli de vniuersitate tenentur ex contractu vniuersitatis.*
14 *Transactio facta de redubia, & lite incerta nudum seruanda est.*
15 *Transactio diu obseruata Rescindi non debet.*
16 *Contractus ab initio sunt voluntatis, & ex post facto sunt necessitatis.*
17 *Bonæ fidei nihil magis congruit, quam præstare id quod inter contrahentes actum est.*
18 *Penitentiæ locus non est in transactione.*
19 *Immunitates concessa ex gratia sunt reuocabiles secus vbi ex contractu.*
20 *Immunis propriè non dicitur, qui soluit onera certa, & cōuenta etiam quod solutio non respondeat oneribus ex omni parte num. 21.*
22 *Tempus celebrati contractus attenditur.*
23 *Vniuersitas an possit concedere immunitatē, & nu. 28.*
24 *Noua constitutio sub tit. de oneribus in §. communitates Collegia ve perpenditur, & declaratur nu. 25. 26. & 27. & 40.*
29 *Immunitatem concedere, an sit de reseruatis Principi.*
30 *Crauetta in consil. 294 lib. 2. comprobatur.*
31 *Maior pars nō potest reuocare gesta per vniuersitatē.*
32 *Mutatio dominationum non tollit contractus partium.*
33 *Mutanda non sunt quæ certā semper habuerunt interpretationem.*
34 *Transactio dicitur exceptio litis finitæ.*
35 *Transactio æquiparatur rei iudicatæ.*
36 *Res iudicata habetur pro veritate, & impugnari non potest.*
37 *Exemptio discussa in vno iuditio non potest in alio resfricari.*
38 *Deus non iudicat bis in id ipsum.*
39 *Constitutiones nouæ Mediolani quo tempore fuerint publicatæ.*
41 *Contractus an censeatur derogatum per non vsum.*
42 *Decius in consil. 335. perpenditur, & declaratur.*

Numero primo.


N hac materia exemptionis onerum intuitu conuentionis initæ plura alias dixi pro Equite Verasio & fratre, aduersus Annonēses, quę satis lucidant consultationis huius fundamēta, & quia etiam plurimum iuuant ad declarationem tutan dæ defensionis ab oneribus duxi inferius adijcere cum his quæ postmodum ad repetitam defensionem pertinent.

Diligenter vt decuit pro veritatis studio examinata substantia facti, quæ dicitur insurgere ex mutuis precibus quę pendent coram Perill. Magistratus ordinarij officio, in eam egor venire sententiam, quòd citra eiusdem veritatis offensam, nequeāt Annonenses prętendere quod de iure possit cogi ad onerum solutionem D. Verasius vltra formam conuentionum, & transactionum primo loco initarum inter eos, & vniuersitatem Ciuitatis Astę anni scilicet 1507. die 20. Maij, à qua veraciter potest præfatus D. Verasius ius suum metiri, & exinde inter easdem partes de anno 1556. 11. Ianuarij, sic enim Agentes sub colorato clypeo tuitionis iurium Cōmunitatis Annoni, tantum abest vt iura prędicta tueri dicātur, quòd potius ius gentium offendant plures sentētias, & res iudicatas infringere conantur, & contra propriam promissionem, & pactum iuratum veniant.

Verùm quia totius controuersiæ nodus, in eo stare videtur quòd sic permittant ordines Catholicæ Maiestatis, quibus immunitates quæ dicuntur concessę per Illustriss. & Excellentiss. q. Duces Medio-

Mediolani, ac Inuictissimum felicis recordationis Imperatorẽ Carolum Quintũ, & tandem per vniuersitates infringuntur, vel saltem quæ infringi non possunt eatenus suspẽduntur, quatenus cognitum fuerit de Iure subsistere vt latius videtur cõtineri in ipsis ordinibus datis sub 8. Iulij 1567. & 5. Aprilis 1561. vt reparentur ea quæ dicuntur obstare, Ere est, vt videamus nunquid versemur in casibus dictarum declarationum.

Et proinde nobis concludendum est, ordines ipsos nõ comprehendere casum D. Verasij, quod optimè colligitur, tàm ex ipsismet decretis, quã etiam ex tenore precum quæ præcesserunt ad ea decreta, & quæ tamquàm vehicula ad ea rescripta subsecuta veram tribuunt interpretationem,
1 † vt quandoque scripserunt Grammaticus, & Ozascus hic decis. 88. nu. 5. ille decis. 103. n. 103.

Siquidem primus ille ordo, qui legitur sub 8.
2 Iulij 1567. † loquitur tantum de immunitatibus concessis ea priuilegio ab Illustriss. Mediolani Ducibus maioribus, & ab antecessoribus suis cuius priuilegij intuitu suspendebantur solutiones, & ideò cum hic non agatur de aliqua exemptione concessa ex priuilegio, potest aptè dici, quod sicuti casui nostro non conueniunt verba ordinis, ita nec ordo ipse procedit, l. 4. §. totiens, ff. de damno infect. Felin. in cap. nonnulli extra de rescriptis, l. si seruum §. non dixit, Prætor, ff. de acquiren. hæredit. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim. & hoc est expeditum.

Secundus itidem ordo qui legitur in ista ma-
3 teria sub die 8. † Aprilis anni 1601. cum tendat solum ad executionem ordinis antecedẽtis intra suos limites, & sic intra primos terminos immunitatum concessarum ex Priuilegio Principis, cũ ad eosdem se referat, casum hunc nostrum non attingit, quia virtute relationis idem est cum primo, l. asse toto ff. de hæredib. instituend.

Tertiùs verò ordo sub 29. Octobris 1607. nul-
4 lo modo complectitur casum † de quo agitur: habet enim principaliter duo capita, quorum Primum reperit exemptiones concessas à Principibus quas cognoscendas remittit Excellentiss. Senatui, vtrum scilicet ex titulo lucratiuo, vel oneroso processerint, non retardata interim solutione onerum, iuxta ordines diei 8. Iulij 1567. & 5. Aprilis 1601.

Alterum vero caput, in quo fortassis D. Aduersantes Achillem suum, vt aiunt, constituunt, respicit immunitates concessas ab Vniuersitatibus medio pretio vel ob benemerita, & hoc idem caput duo disponit.

Primum est, quod earum immunitatum cognitio ordinario Magistratui Regio Ducali sic competat, vt non alteri.

Secundum est, quòd dùm pendet cognitio validitatis ipsarũ nullatenus retardetur solutio onerũ, & collectarum, & hoc idem est, quod preces præambulę ad ordines prædictos enunciarunt.

Modo videndum restat, nunquid Domini Verasij causa in aliquo istorum duorum capitum videatur contineri, & isto casu resoluendum est negotium similiter negatiue, namq; sumendo ar-
5 ticulum à prima origine, † quæ semper, est spectanda l. si ob causam, & ibi Bartol. & alij Cod. de Euict. l. 3. §. Scio ff. de minor. l. tutor. ff. de fideiuss. l. nouissime ff. si fals. tut. auct. Decius in cap. licet causam num. 30. iuxta finem extra de
6 probat. vbi dicit quòd quilibet actus † semper principio attribuitur, præsuponendum est, quòd vertente antiquissimis temporibus vsq; scilicet de anno 1506. lite inter agentes Comunitatis Annoni, & Agentes Ciuitatis Astæ pro bonis quæ tenebant Astenses in finibus Annoni, & vice versa pro bonis quę possidebant Annonẽses in finibus, & territorio Ciuitatis Astæ occasione talearum & onerum, ac collectarum, vnanimiter tandem ad sedandas lites, & differentias ad communem concordiam, & mutuam transactionem deuenerunt solemniter, per quam inter cætera pepigerunt, & conuenerunt, quòd Ciues, & habitatores
7 Ciuitatis Astę, & eius districtus † possidentes, & habentes bona in finibus Annoni, & qui in futurum habebunt cuiusuis qualitatis bona ipsa fuerint, non possent in plus collectari pro quibuscunq; taleis, & oneribus tàm ordinarijs quàm extraordinarijs, siue realibus, siue personalibus siue mixtis, & tàm impositis, quàm imponendis omni anno, & in perpetuũ quã sit valor vnius grossi Sabaudiæ de moneta currenti tempore fiendarum solutionum in ciuitate Astę pro singulo iugere terrę cultiuę scilicet, pratiuę, & vineatæ, & vnius dimidiati grossi in singulum modium Boscorum, & Gerbidorum, repetito pacto quòd ad nil aliud teneantur possessores Astenses, qui proinde media solutione prædicta sint liberi ab alio quouis onere, & sicè conuerso conuentum extitit pro Annonensibus possidentibus bona in finibus Ciuitatis Astę, vt latius apparet publico instrumento transactionis factæ inter ea loca vicina de anno 1507. die 10. Maij.

Hac igitur transactione attenta duæ se offerunt inspectiones prima est, an sic potuerint loca ipsa ministerio suorum agentium transigere, secunda est, dato quòd valeat transactio, an possit ob onerum excrescentiam reuocari.

Quod ad primam inspectionem pertinet satis
8 est certum transactionem ipsam valere, etiam † quod res esset inter vniuersitatem, & priuatum, vt est text. in l. præses prouinciæ, & ibi notant Doctores Cod. de transaction. & permittunt iura legitimis administratoribus vniuersitatis, etiã absq; mandato speciali super rebus eiusdem vniuersitatis transigere, vt de communi testatum facit Andreas Gaillius lib. 2. obseruat. 72. nu. 15. quod proinde eo magis permissũ censemus, quo res fuit inter vnam, & alteram vniuersitatem,
9 † quibus permissum est liberè de proprijs rebus statuere, sic ex Bartol. in l. omnes populi num. 6. ff. de instit. & iur. Barbat. cons. 29. col. 4. lib. 3. & Ruin. in cons. 109. nu. 2. & 3 ac 10. lib. 4. scriptum reliquit Menoch. cons. 28. est Grauis nu. 20. vol. 1. vbi dicit neminem isto casu dissen-
10 tire, † & cum agatur de mutuo iure vniuersitatum, non est quod inter eas cadat restitutionis in integrum consideratio, ad notata in l. finali ff. quibus ex causa maior, in quo proposito faciũt scripta per Castrens. in cons. 37. vt bene attingatur
11 num. finali vol. 2. quia scilicet † priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur aliquo priuilegio.

Quinimo cum sindici solemniter constituti ne dum per consilium Annoni, verum etiam, & per singulas personas dicti loci solemniter se obliga-
12 uerint, tantum abest vt valeant illi † contrauenire, vt potius ad obseruantiam possint compelli

Z 2 Bartol.

Bartol. in l Ciuitas nu. 5. ff. si cert. petat. imò ex eodem consensu, pactum, & obligatio resurgit sic efficax, vt infringi postmodum nequeat, & ad obseruandum compellantur non solum in vniuer-
13 sum omnes, sed etiam omnes † vt singuli, vt signanter scribit Guid. Pap. decis. 631. in quadam causa nu. 21. & huc intrat secunda inspectio.

In cuius comprobationem illud addendum putamus. quod cum sit facta transactio de re dubia,
14 & lite incerta † nundum finita obseruanda est, & nullo modo rescindenda venit l. si quis maior C. de transact. nec etiam pretextu lœsionis vltra dimidiam, considerata æstimatione dubij litis euentus Afflict. decis. 220. Grammat. decis. 66. nu. 20 & seq. & num. 61. ac decis. 101. num. 54. & cum pluries fuerit obseruata, & sit de tempore antiquissimo, & plures venerint sententiæ iudicũ
15 † ad illarum confirmationem, vt in facto supponitur, illęq; fecerint transitum in iudicatum eam reuocare nequeant Annonenses, dum enim reclamantibus Annonensibus responsum fuit per Iudices, non esse vexandũ D. Verasium Astensem præter formam conuentionis, & transactionis idipsum pronuntiasse videntur. Quod sequitur, si-
16 cuti initio libera potestas † vnicuiq; est habendi vel non habendi contractus, ita renuntiare semel constitutę obligationi aduersario non consentiente nemo potest; Qua propter intelligere debetis, voluntarie obligationi semel vos nexos, adhuc non consentiante altera parte, cuius precibus fecistis mentionem, minimè posse discedere, sic cantat textus in l. sicut de action. & obligation. quem nunquam fallere dixit Gallia. in consil. 2. nu. 10. Porrò cum nihil magis bonæ fidei cõgruat
17 † quàm id præstare quod inter contrahentes actum est, l. Ex empto §. cum enim ff. de act. empt. omnino repellendi sunt Agentes Communitatis Annoni cum expensarum iactura, cum habeant contra se nedum transactionem ipsam reciprocã, in qua nulla datur exceptio lęsionis, cum tantundem valeant prætendere sibi obseruari pro bonis, quæ tenent in finibus Ciuitatis Astæ, sed etiam exceptionem rei iudicatæ, non quidem ex sola natura transactionis, verùm etiam ex pronuntia-
18 tionibus subsecutis, ita vt nullo modo † sit locus pęnitentiæ ex notatis per Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 18. num. 38. & 42.

Istis ideò sic positis non obstant modo, quę longo, & elleganti verborum structura obijciunt Annonenses, quibus licet ex præmissis satis opportunè videatur posse responderi, Attamen vt magis ad indiuidua deueniatur singulis obiectionibus quo res clarius fiat respondendo dicimus.

Primò non obstare ordines S. E. & Excelsi Cõsilij, quia loquuntur de immunitatibus habitis ex priuilegio gratuito, & sic de eis quæ reuocabiles sunt, vt in terminis extat singulare consillum
19 Castrensis 317. † viso, & examinato puncto nu. 4. & per totum vol. 1. vbi interpretando Decretũ Dominij Veneti, quo mãdabatur cogendos forè quoscumq; habentes priuilegium, & immunitatem, ad registrandum eorum bona concludit per illud non comprehendi eos qui ex pacto, & conuentione sunt exempti.

Cuius rei ratio ea est quià sicuti immunes ex pacto, & conuentione non subiacent facultati quã Princeps habet reuocandi vbi essent ex gratuito priuilegio, vt latius ibidem probat, facit l. quod semel. ff. de decret. ab ordin. faciend. Bartol. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. in d. l. semel, ac in l. 2. ff. de iur. immunit in l. vacuatis C. de Decurion. lib. x. Marc. decis. 102. num. fin. vol. 1.

Porrò in casu nostro duo obstant, primùm est quòd vbi possint Domini de Verasijs dici exempti, hanc prærogatiuam habent ex pacto, & titulo oneroso cum Ciuitate Astę in qua degunt, sustinent illud onus quòd non soluunt Annonenses, si quidem quod ab eis intuitu conuentionis non exigit Ciuitas idipsum proportionabiliter pręstant.

Secundùm est, quòd propriè D. Verasius non potest dici exemptus, & immunis, cum teneatur soluere onera conuenta in grossum vnum pro singula Iornata terræ, prati, & vineæ, & dimidiatum grossum pro Iornata boscorum, & zerbidorum, &
20 proinde qui † soluunt onera, non possunt dici exempti, & consequenter non dicuntur comprehendi sub dispositione dictorum ordinũ minusq; etiam sub Noua Constitutione Status Mediolani sub titulo de onerib. in §. Communitates, collegiaue prout infra latius.

Nec dicatur censeri immunitatem in ea parte
21 in qua solutio non respondet † oneri. Quia respondetur non esse spectandum tempus præsens,
22 sed tantummodo tempus cõtractus † l. id quod §. finali cum l. sequenti. ff. de constit. pecun. glos. in l. Item §. 1. in verbo exierit ff. eodem, licet .n. ex post creuerint onera satis tamen est quòd contractus fuerit inesse productus antequam casus excrescentiæ superuenerit, quia tunc nõ vitiatur aliquid licet in eum statum veniat a quo incipere non poterat, vt ibidem glosa prædicta animaduertit.

Nec obstat quod Communitas ex dispositione
23 recitatæ Non. Constitur. non valuerit † immunitatẽ cõcedere, quia respondatur multipliciter.
24 Primò quod illa constitutio † non intelligitur de iam concessis, & verba illius satis sunt clara, & casum iam sequutum non comprehendunt, & lex regulariter oculos non flectit retro, & in nostris terminis scripsit Lancellotus Gallia. in cons. 44. ad duo alternatiuè num. 44.

Secundò respondetur Constitutionem non lo-
25 qui de immunitata concessa † per contractum, vt in casu nostro, sic probat Gallia. loco relato, & militant quæ superius dicta sunt.

Tertiò non procedit in casu reciprocę conuen-
26 tionis factæ super † exemptione inter oppida vicina, hic enim tamquàm casus omnissus censetur relictus sub dispositiona iuris communis. l. commodissimè ff. de lib. & posthum. & per istam intelligentiam minus corrigitur iuris communis dispositio Cęphal. consil. 451. multa excitantur nu. 332. vol. 4. vbi conuentionem onerosam vocitat quando est reciproca.

Quarto loquitur tantùm de immunitate, &
27 exemptione † quæ propriè intelligitur de omnimoda, verba enim semper capienda sunt in potentiori significatu l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager. vectigal. vel emphyt. l. filiusfam. §. fin. ff. de donat. nos autem versamur in sola taxatione oneris soluendi, & non in exemptione.

Minus obstat quod in obiectionibus tactum fuit, scilicet communi prohiberi Communita-
28 tes immunitatem † concedere, quia hoc est contra veram Doctorum sententiam, iuxta quã dicimus

dicimus Communitatem congregatam per capi-
ta domorum pront in casu nostro dicitur congre-
gata posse quoad sui præiudicium immunitaté
concedere, cum illud nó sit de reseruatis Principi
29 † vt multis probat Loscus de iur. Vniuersit. p. 3.
cap. 10. nu. 1. Præsertim vt superius dictum fuit
vbi certa quantitas onerum taxatur, & citea hoc
sunt plures casus a Doctoribus decisi, vt videre est
30 penes Crauetr. in cons. 294. † verba transactio-
nis per tot. vol. a. vbi discutitur, & probatur con-
nentio facta inter Vniuersitatem Somani, & Cō-
munitatem Ruddini, per quam fuit conuentum,
Somanenses teneri tantum ad quartos quinque
monetæ Sauoœ pro qualibet Iornata terrę, quã
tenerent Somanenses in finibus Ruddini, & non
vltra. Item & penes Menoch, cons. 21. vbi propo-
nitur conuentio inter Piperagnum, & Cuneum,
& in cons. 156. vbi loquitur de connentione inita
inter Rauigliascum, & Chetium post Bartol. in
cons. 59. lib. 1. vbi verba facit de conuentione in-
ter Ciuitatem Spoleti, & Montem Francum, &
Neuiz. in cons. 66. vbi loquitur de conuentione
facta inter Albenses, & homines de Corngliano,
& Montisello, & ibi multis probat valere conces-
sionem.

Ad obiectum quòd in immẽsum excreuerint
onera, satis fuit responsum. Quibus addnutur ea
quę lato calamo dixie Crauet. in citato cons. 294.
vbi dicit, & multis probat, nullam deberi habere
rationem dictæ excrescentię, & declarat tenentes
contrarium vt Corneum, & alia iura discutit, quę
hic non repetuntur, licet plurimum conueniant
actui de quo agitur, cum adsint verba vniuersalia
quibus probat alia grauamina, non posse addi,
etiam quod obuenerit tempus belli.

Ad impugnationem factam de laudo Panizo-
ni respondetur iniustam esse omninò quærimo-
niam, & quicquid sit respectu eius capitis, quòd
Vniuersitas Annoni nollit acquiescere, negari nó
potest, quin ttet antecedentibus conuentionibus,
& primæ præsertim quam maior pars non potest
31 reuocare cum gesta fuerint † per totam vniuer-
sitatem nemine discrepante Capic. decis. 4. nu. 5.
Crauet. cons. 145. Homines S. Andreæ vol. 1.

Nec est attendendũ quod loca Dominũ muta-
uerint quia per hoc cõtractus priuatorum, & vni-
32 uersitatum non abrogantur † sed firmi in suo
robore manent, itaut minus opportunè potuerit
dici Nouum Pascha, nouę leges. Quia potius cō-
uenit dicere quod bona transiuerint cum onere
suo, vel aliud non veni soluere legem, sed pacta
33 seruari curabo, cum minimè sint mutanda † quę
certam semper habuerunt interpretationem, l.
minimè, ff. de legib.

Ex quibus omnibus intrepidè censeo D. Vera-
sium non posse compelli ad aliqua onera ultra ex-
pressa in conuentionibus quas nullo iure subia-
cere ordinibus in contrarium adductis vera iuris
censura credit, non solum respectu bonorum ac-
quisitorum, sed & etiam acquirendorum cum sa-
tis sit, quòd per eos uti, cohabitatores ciues Astẽ-
ses acquirantur, & ita saluo grauiori iuditio con-
cludo. Rolandus Cauagnolius.

Sed quia præmissis pars nó acquieuit, sequun-
tur responsiones ad obiectata.

Conuentiones initas inter ciues Astenses, &
Homines Annoni, ac inter eosdem Homines, ac
Dominos Verasios iure sustineri iam alias dixi-
mus, itaut qui aduersus eas veniunt, nedum per
34 exceptionem transactionis, † quæ dicitur esse
litis finitæ, l. eleganter §. si quis post, & ibi Bar-
tol. ff. de condict. indebit. & pœnitentiam non ad
mittit, glos. in l. pri. in princip. de iure iur. facit
textus in l. pri. in princip. fratris, & in l. Quam-
uis C. de tranlact. repellendi sint, verum etiam,
& per exceptionem rei iudicatæ, non solum ex
eo quod dictę transactiones eandem vim obtine-
ant, quia quoad lites fiendas rei iudicatę soleant
35 † equiparari, ad notata in l. non minorum C. eo.
Verum etiam, quia super ipsarum validitate fue-
rit pluries iudicatum in contradictorio iudicio
inter easdem partes, quæ adeo vehemẽtem iuris,
& de iure præsumptioné habẽt pro se, vt omnino
36 pro † veritate habendæ sint, & impugnari non
possint, nec vllo modo valeant aduersus eas par-
tes ipsæ venire, l. ingenuum ff. de stat. homin.
Grammat. decis. 24. nu. 6. Afflict. decis. 13. nu.
28. Abbas in cons. 77. lib. 1. num. 2. esto etiam
quod per diuersos Iudices latę fuerint sententiæ
prędictæ, vt putà per ordinarios, & arbitros sic
post Felin. Alex. Cels. Vgo, Deciũ, & Bursatum
not. Ioseph. Ludouic. Decis. Lucens. 14. num. 4.

Et isthæc eo magis vidẽtur procedere ad repel-
lendum Annonenses cum expensarum Iactura,
quo super eisdemmet exceptionibus, quæ nunc
proponuntur fuerit pronuntiatum per Iudices,
qui diligenter eas examinarunt, quo casu sicuti
in ipsis iudicijs, & exceptionibus succubuerunt,
legibus cautum est quod iterum proponi non pos
sint, textus est in l. Quod in diem §. si rationem
ff. de compensat. & in l. si autem §. si quocunq; ff.
de negot. gest. vbi notant omnes, quod exceptio
37 † discussa in vno iudicio, non potest in alio refri-
cari, & satis reprobatæ dicuntur exceptiones,
quando eis non obstantibus in contrarium fuit
pronuntiatum, vt inter alios animaduertit Bart.
in d. §. si quocunq; præsertim, quia noua dedu-
ctio ipsarum tendit ad eundem finem, vt conside-
rat Bartol. in l. vindicantem ff. de euiction. &
in l. Iulianus num. 10. ff. de condict. indeb.

Quod autem in facto id ita sit, planum est ex
actis, & sententia per Ill. Magistratus Ordinarij
anni 1569. 10. Iunij, quæ exinde confirmata fuit
in iudicio appellationis, vt in sententia Senatoris
Aresij, in quibus iudicijs illæmet exceptiones,
quæ nunc adducuntur, allegatæ fuerunt, vt serio-
sius continetur in summario iurium Equitis Ve-
rasij.

Quare ex isto solo capite repulsandi sunt An-
nonenses per eundem per Ill. Magistratum, qui
nullo modo potest reijcere exceptionem transa-
ctionis, & rei iudicatę, vt bene considerat Meno-
chius de Arbitrat. iudicum lib. 2. cas. 439. Quia
38 nec etiam Deus bis † iudicat in id ipsum, & vbi
proferetur sententia contraria recitatæ sententiæ
anni 1569. dubio procul nulla esset omnino, l.
pri. Cod. quando prouocar. nõ est necess. Bartol.
& alij in l. si diuersa C. de transact. Corn. in cons.
216. multum interest lib. pri.

Nec obstant præmissis, quæ nomine dictę Cō-
munitatis videntur obijci de noua constitut. Cę-
sarea sub tit. de oneribus in §. Communitates,
& in §. oneribus, quia ex latè deductis in priori
consultatione, illę dispositiones nullo modo pro-
cedunt, cum non comprehendant, casus prȩteri-
tos, & taxationes factas ex tit. transactionis inter-

vnam, & alteram vniuersitatem, & loquuntur de immunitatibus, & exemptionibus, quæ non considerantur in casu taxati oneris, vbi enim non cõueniunt verba, nec congruit dispositio l. 4. §. totiens ff. de damn. infect. cum alijs.

Nec valet obiectio, quod Nou. Constitut. sub titulo de oneribus compræhendat casum transactionis factę de anno 1507. sub eo prętextu, quòd ea fuerit post editas nouas constitutiones, quę fuerunt editę de anno 1490. vt in § Ne beneficiorum sub tit. de feud. quia respondetur, quod immo
39 dictæ constitutiones fuerunt promulgatæ † de anno 1541. & declarata obseruantia ipsarum de anno 1542. primo Calend. Ianuarij, vt in fine libri dictarum Constitut. Quare textus in recitato §. ne beneficiorum loquitur non de Nouis Constitut. Cœsareis, sed de alijs antiquioribus, in quarum differentiam istæ nouę solent appellari, & istius rei veritas patet ex cõtentis in litteris nuncupatorijs ad Illustriss. & Excellentiss. Principem Alfonsũ Anolum Marchionem Vasti tunc Gubernatorem status Mediolani pro Inuictissimo Cæsare Carolo Quinto quod fuit eo tempore 1542.

Non obstat quod ille contractus transactionis sit inualidus, cum ex iam deductis, & allegatis appareat de illius validitate, tanto magis quòd fuit iudicialiter approbatus, prout etiam ex aduerso præsuponitur in productione sentẽtiæ anni 1545. in qua remanet confirmata transactio anni 1507.

Aduersus quam cessare debet obiectio, quòd parum pro nihilo reputatur, quia vltra quòd non probatur ista paruitas, super qua fundamentum constituit Vniuersitas Annoni, prout erat probãda iuxta l. Ei qui C. de probat. & l. actor quod asseuerat ff. eod. illa regula non habet locum in contractibus præcise initis sub ea summa in quibus, quod conuentum est attenditur l. pri. de pact.

Itidem obijcitur replicationem quod noua cõstitutio in tit. de oneribus in §. Communitates habeat locum etiam in cõuentionibus reciprocis, sub eo prætextu quod sic suadeant vniuersalia
40 verba dictę Constitut. † quia respondetur quod ea verba quouis modo nullo iure compræhendũt. transactionem mutuam, & reciprocam inter Vniuersitates confinantes, per quam onus collectæ reducitur ad quandam vniformitatem, & certitudinem, quia principalis dispositio vt dictum fuit, loquitur de totali exemptione, & immunitate, quare tantum abest, vt immunitatis titulus congruere possit casui de quo agitur, vt potius dicatur Vniuersitas Annoni actum exercuisse pro compellendis Astensibus ad solutionem onerum.

Nec valet obiectio facta quod per Astenses cogatur Emanuel de Blandrate ad solutionem onerum, quia nullibi constat de allegatis minusq; quod iste Blandratus sit de loco Annoni, neutiq; refragante ea attestatione quæ dicitur producta, vt pote quia sit scriptura informis, & priuatissima, & consequenter nullius fidei digna, & vbi etiam constaret non videtur nocere consideratio, non constito quod ipse voluerit vti beneficio dictæ conuentionis, & huc intrat conclusio non pos-
41 se dici derrogatũ contractui per non vsum † vbi in contradictorio non fuit pronuntiatum.

Nec tolluntur ea quæ in proposito adducta fuerunt ex mente Crauet. in cons. 294. ad tollendum obiectum factum super excrescentia onerũ cum fundamenta illius doctoris optime quadrent casui de quo agitur ob verba vniuersalia, quæ legũtur in dicta conuentione, ibi quod omnes, & singulæ personæ ciues, & habitatores dictę Ciuitatis Astę, & eius districtus qui habent, tenent, & possident, & qui in futurum habebunt, tenebunt, & possidebunt bona, & prędia cuius vis sint super finibus dicti loci Annoni teneantur, & obligati sint ad soluendum dictæ Communitati Annoni pro quibuscunq; taleis, & oneribus, tam ordinarijs, quam extraordinarijs, & tam realibus, quam personalibus, & mixtis, & quibusuis alijs oneribus impositis, & imponendis in ipso loco Annoni omni anno in perpetuum tàm solitis, quàm insolitis, grossũ vnum Sabaudiæ monetę longæ de moneta currenti in Ast tempore cuiuslibet solutionis fiendæ pro singula iornata pratorum, & vinearum, quæ, & quas habent, & habebũt Astenses super finibus Annoni, & dimidiũ grossi pro singula iornata boscorum, & Zerborum, & quod mediantibus dictis pecunijs singulo anno soluendis dicti Astenses non teneantur ad aliquas alias taleas, seu ad aliqua alia onera ordinaria, seu extraordinaria, realia aut personalia, seu mixta, nec possint taleari ipsi Astenses, seu aliquibus alijs oneribus onerati.

En igitur quam sint generalia ea verba transactionis, quę omni iure ad quodcũq; genus collectarum etiam insolitum ex vera ratione sermonis trahi debent, vt iam dictum fuit in prioribus allegationibus, & consului Crauetta loco relato.

Quibus etiam attentis non est quod fiat distinctio inter personalia, & realia onera, cũ vtrunq; genus vel species ipsorum expresse sit nominata.

Quod autem dicitur de mandati deffectu tollitur ex lectura transactionis prædictæ, in qua apparet precessisse tractatum premeditatum, & consensum cuiuslibet capitis domorum licet ex aduerso fortassis per errorem negetur.

Nec alicuius roboris est fundamentum quod de tempore conuentionis vtraq; Vniuersitas Astensis scilicet, & Annonensis fuerit sub vno eodemq; Principe, quia hoc nihil facit ad rumbũ cum illud Dominium non dederit causam contractui, nec admittitur quod de eo tempore Annoni locus esset de districtu Ciuitatis Astæ, cum semper fuerit separatus ab eo Comitatu, & tunc demum fortassis esset attendenda, mutatio status si conuentio processisset ex mero priuilegio, seu mero beneficio Principis quod reuocabiliter sta-
42 re solet, & in istis terminis consuluit Decius in † consil. ex aduerso allegato 335.

Ad obiectum quod super sententia Panizoni respõdetur, quod debita præcessit generalis adunantia populi per capita domorum, vt patet ex lectura, sententię, & instrumenti.

Rursus non obstat obiectio conuentionem non trahi ad onera imponenda per Principem, cum verba generalia, quę superius fuerunt relata omnem casum comprehendant.

Nec tollitur sentẽtia Domini Clari, quia cum se referat ad conuentionem sicuti, & aliæ sententiæ Magistratus dubio procul eandem probare dicuntur, præsertim cum fuerint opposita eademmet, quæ ad præsens vidẽtur obijci quicquid ex aduerso negetur.

Nec subiacet conuentio anni 1556. Nou. Con-

ab alia

stitur. per iura iam allegata quę non repetuntur præsertim, cum habeat ea conuentio originem, ab alia conuentione anni 1507.

Et dum negatur bona, quę nunc tenet Eques Verasius esse illa met, quorum me minit conuentio prima, secunda, & sententiæ superinde emanatæ, ac laudum Panizoni repellitur ex lectura actorum, in quibus registrata sunt bona prędicta, & præsertim in ipso laudo, vltra quod præsumptio iuris stat pro D. Equite, non solū ex eo quod reperitur in quasi possessione soluendi tantū grossum ipsum, & dimidiatum respectiue, sed etiam, quia tamquam ad præsens possidens præsumatur olim possedisse, & ex auditio maiorum suorum de Verasijs eadem habuisse.

Ex quibus patet concludenter Agentes Annoni nullum fouere ius, nec etiam respectu eorum statuti, quod tamquam disponens circa personas forenses non tenet ad tradita per Bartol. in l. vnic. C. de mulier. & in quo loc. & ita &c. R. C.

Numero 18.

De veritate eius quod hoc loco dicitur de Surdo in consilio 140. videas per me notata ad eundem Surdum in obseruationibus ad dictum consil. Rol. Cauagn.

Ad Consilium 157. Propositæ primæ dubitationi Respondendum.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non est capax iuris decimandi post consilium Lateranense.*
2 *Ius decimandi translatum in Laicum reuocatur non obstante transactione.*
3 *Legitimatus non est capax feudi Ecclesiastici.*
4 *Feudi mere hæreditarij capax est legitimatus.*
5 *Princeps potest tollere ea, quæ sunt iuris positiui.*
6 *Principis potestas omnis est à Deo.*
7 *Deus non dedit iurisdictionem peccandi*
8 *Facultas auferendi quod alienum est non datur à Deo.*
9 *Princeps censetur obligatus ad id, quod religio cogit non quod ipse velit.*
10 *Feudum concessum pro se, & hæredibus an sit hæreditarium.*
11 *Legitimationes non debent de facili concedi per Principes.*
12 *Clausula ad habendum tenendum, & possidendum posita in diuisione, quid operetur.*

Numero primo.



Gitur in ista consultatione de perceptione decimarum cōcessa Laico de Anno 1444. & 1456. sed aduersus eam concessionē facit consideratio desumpta ex cap. cum Apostolica, de his quę fiunt à Prælatis, & latè traditis per D. Alexand. Moneram Clericum Regularem S. Pauli in doctissimo eius tractatu de decimis, cap. 5. num. 68. vbi dicitur
1 quod post consilium † Lateranense, factu n sub Alexandro III. Pontifice, anno 1179. inuitè laici possidere decimas, & regulariter Episcopus non potest ius percipiendi decimas laicis concedere an peruenit, p. q. 4. D. Monera loco relato num. 59. vbi plures auctoritates allegat. & ita vidi reuocatam fuisse quandam concessionem quæ fuerat facta in familiam de Besutijs de quodam iure decimandi, in contractu in quo plura alia continebantur, siquidem die Lunæ 21. Februarij 1600. pronuntiatum fuit per Rotam in hæc verba. Conclusum fuit Ecclesiam potuisse dicere de nullitate huius transactionis, non enim oritur ex sola indiuiduitate volontatis contrahentium, sed etiā
2 ratione subiectæ materiæ † nempè iuris decimandi, in transactione deducti, cuius Besutius erat incapax, cap. Prohibemus, extrà de decimis, & fuit in hac causa decisum, sub die 21. Maij 1597. Rol. Cauagnolius.

Tractatur itidem hoc loco materia legitimati ex rescripto prętendentis admitti ad successionē feudi Ecclesiastici, quo casu regula stat contra le-
3 gitimatum, vt latè probat, & differit Henricus Rosentalis in Synopsi feudali, cap. 7. conclusione 19. ob materiæ coniunctionem, per totam, qui cum plures, & ferè infinitas dicat auctoritates sat est, quod pro omnibus allegetur, & est materia in text. in §. naturalis si de feudo defuncti fuerit controuers. Quando tamen feudum esset mere hæredi-
4 tarium † tunc nemini dubium quin legitimatus admittatur, vt idem Rosentalis probat loco citatonum, 34. Rol. Cauagnol.

Numero 11. & 12.

Dicitur hic quod ea quę sunt iuris positiui pos
5 sunt † à Principe tolli verùm caue quòd plenitudo potestatis, quę datur in Principe non debet extendi ad aliorum iniuriam. Borcolten. defeud. cap. 7. num. 55. Cardin. Mediolan. in Clement. Pastoralis de re iudicata. Crauetta consilio 241. numero 19. libro 2. Bartol. in l. fin. num. 2. in fin. C. si contra ius vel vtilitatem publicam, vbi dicit
6 quod sicuti omnis potestas in Principe † à Deo data est iuxta id q legitur in sacris paginis non haberes potestatē, nisi data esset desuper, & Deus
7 non dedit iurisdictionem peccandi, † ita non comprehenditur in ea potestate facultas auferendi † quod alienum est, quia vnà cum potestate data iungitur fides ab eo Principe prętita per
9 quam † non quid ipse velit, sed quid lex, & religio cogat, habeat cogitare. Rol. Cauagnol.

Numero 18.

Ibi, (cum fuerit concessum pro se, & hæredibus,) ex hac forma verborum, putat Menochius
10 posse dici feudū hæreditarium † itaut ad illud admittatur filius legitimatus ex rescripto, sed hanc sententiam non probat Henricus Rosentalis, in loco iam allegato, sub eodem nn. 34. & contra legitimatum fuisse pronuntiatum affirmat in Burdegalensi parlamento. Rol. Cauagnol.

Numero 31.

Ibi, (quia tunc nulla est differentia inter legitimationem factam à Principe laico) vide quę dixi infrà in cons. 181. ex proposita num. 21. hoc eod. lib. 2. Iac. Menoch.

Quod in legitimationibus non debeant esse
11 nimis prompti Principes, & multo minus † qui ab eis auctoritatem habent, in concedendis legitimationibus in preiuditium vocatorum, scribit Rosentalis in locis iam relatis, num. 34. Rolandus Cauagnolins.

Numero 32.

12 An ex diuisione, & clausula ad habendū † &c. censeatur derrogatum fideicommisso, plenè dixi in obseruationibus meis ad consilium Menochij 87. lib. 1. Rol. Canagnol.

Ad Cons. 15.

Ad Consilium 158. Tametsi hęc Iuris Quæstiones.

SVMMARIVM.

1 *Feudum concessum in titulum nobilis antiqui, auiti, & paterni pro se, & filijs ac descendentibus masculis, & de legitimo matrimonio lineaq; masculina natis, & in eorum deffectum in eum ex suis hæredibus quem nominabit, an sit mixtum.*
2 *Bossius in titulo de Principe num. 308. deffenditur ab impugnatione Menochij,*
3 *Verbum hæredibus in materia feudali quomodo intelligatur, & nu. 13.*
4 *Feudum ex pacto, & prouidentia difficilimè transit in hæreditarium, vel mixtum.*
Ipse dictio hæc personalitatem designat.
6 *Assensus Domini super alienatione feudi strictè debet intelligi.*
7 *Licentia concessa feudatario in materia feudali, non extenditur de vno casu ad alium.*
8 *Assensus super alienatione facienda Titio in materia feudi non operatur, si facta fuerit alienatio in Sempronium.*
9 *Facultas concessa testandi vsq; ad certa tempora vltra ea non extenditur.*
10 *Quilibet potest rei suæ legem imponere quam voluerit.*
11 *Interpretatio semper ea fit per quam minus lædatur ius commune, quàm fieri possit.*
12 *Nemo præsumitur iactare suum.*
13 *Prima natura feudi verosimiliter non immutatur.*
15 *Perseuerantia animi semper præsumitur.*
16 *Principi congruit dicere quæ processerunt de labijs meis non faciam irrita.*
17 *Pluralitas quando resoluatur in singularitatem.*

Numero primo.



Ititur Menochius contra Bossium sustinere quod feudum Soncini, concessum in nobile antiquum,
1 paternum, & auitum † pro se, & filijs, & descendentibus suis masculis, & de legitimo matrimooio lineaq; mascli oa natis, & in eorum defectum in eum ex suis hęredibus quem nominabit, dicatur mixtum hoc est nempè ex pacto, & prouidentia simul & hæreditarium, quod mihi ipsi diligenter huius opinionis fundamenta intuēti persuadere non possum, siquidem ea forma sonat in feudum ex pacto, & prouidentia, quia reperitur cōcessio facta sub nomine filiorum, & descendentium, vt aduertit Petrus de Gregorijs de cōcess. feud. p. 2. q. 8. nu. 7. & ibidem Apostillator in littera B. & in par. 6. q. 15. Nec me torquet illa consideratio quod datum sit pro hærede nominando à primo inuestito, qoia per hoc feudum non mutat naturam suam, quia illud verbum in vnum ex hæredibus, non est respectu naturæ feudalis, sed ad restringendum facultatem elligendi quam dederat Imperator primo inuestito de transferendo feudum in alium qoam in nominatos, in defectu scilicet propriæ prolis, vt aptè ad suęq; loca demonstrabitur. Rol. Cauagnol.

Numero 4.

Ibi, (absolutè hęredi hæreditarium) delendū est verbum hæredi. Iac. Menoch.

Numero 6. 7. 8. & 9.

Argumentatio quam facit Boss. in tit. de Prin-
2 cipe, numero † 308 noo ita facile diluitur, quia feudum concessum alicui sub forma feudi ex pacto, & prouidentia pro seipso, & vno ex suis hęredibus per eum nominando non assumit naturam feudi hęreditarij, quia tale non habebat is cui concessa fuit facultas elligendi alium ad successionem in feudum, noo enim in electum potuit transferre feudum Soncini sub alia lege quam ipse habuerit, vt notatur in cap. 1. de leg. Conrad. & dictum fuit supra in obseruationibus ad consil. 148. Menochij hoc eodem lib. si quidem illa verba, & ex suis hæredibus quem elegerit, stant demonstratiuè quoad personas quas cogebatur eligere, sed ab ipsa nominatiooe, & electione non pendet natura feudalis primaria. Et hoc est quod inouit Bossius loco relato in primo fundamento dum inquit verba Cęsaris consistunt in sola nominatione, & ideo adde nō in tribuenda, seu verius alteranda natura feudi.

Nec ad rem pertinet responsio Menochij sub
3 num. 9. quod verbum hæredibus † intelligitur de liberis, quia isto caso non dispotatur de vi istius nominis hæredis, cum non sit positum in natura feudi, sed in electione facienda per inuestitum, qua facta statim est ei quęsitū ius in feudo quo poterit gaodere in vim feudi ex pacto, & prouidentia, noo mixti nec hæreditarij.

Ad cuius rei comprobationem illud ipsum mihi visum fuit facere quod illa facultas concessa primo inuestito, habet vim cuiusdam assensus præstiti per Imperatorem de alienando feudum ipsum oon obstante quod ob defectum lineæ remaneret caducatum. Porrò fingamus quod primo loco inuestitutus, voluerit feudom sibi concessum alieoare in certam personam oon cōpræhensam in inuestitura, & ad Principem reuerteodo obtinuerit licentiam, & consensum non
4 propterea feudum prædictum alias ex pacto, † prouidentia fiet mixtum vel hæreditarium, esto quod translatio, & alienatio ipsius facta fuerit in eum qui fuerit hæres alienatoris qui sub alia lege noo potuit feudum in alium transferre.

Hinc dicimus non esse maioris efficatię, & virtutis assensus præstitus in constitutione feudi, quàm post constitutum feudum. Quod hoc sit verom patet ex eo, quod si finita linea acquisitoris, voluerit vltimo loco admissus illud transferre in hęredem suum non compræhensum non aodietur, quia facultas concessa primo iouestito fuit personalissima, vt patet ex verbis concessionis ibi quem ipse intra annum eligendum du-
5 xisset, † namq; dictio ipse personalitarē enuntiat. Ias. in l. si quis filius familias. §. fin. ff. de acquir. hæreditate. Socin. senior io cons. 250. io causa, versic. Tertio non dicit, lib. 2. & in cons. 57. in causa, lib. 3. facit etiam quia assensus Domini su-
6 per alienatione † feudi, ac etiam licentia esto, quod à lege fuerit inducta strictè debet intelligi,
7 vt non extendatur † de vno casu ad alium, nec de vna persooa ad aliam, vt not. Isern. in cap. Imperialem de prohibita feud. alienat. per Lothar. cum quo dicit Sigismundus Lofredus, in consi. 9. si Pater qui filio. num. 18. & 19. quòd si concessus
8 fuerit assensus super alienatione † feudi faciēda Titio, sic restringitur vt ad alienationem faciendam alteri quàm Titio non extendatur, ex quibus datur iotelligi, quòd assumeodo facultatem ipsam strictissimo modo non mutabitur prima

natura

natura feudalis.

Nec valet responsio ad secundum argumenta-
tionem Bosij, quod scilicet posit dari intelli-
gentia de hęrede ab intestato, quia ista restrictio
non est attendenda, præsertim ex eo quod trans-
ferre potuerit primo loco inuestitutus in eum,
qui non fuisset successurus ab intestato, sed ex ta-
bulis suis.

Minus nocet secunda responsio, quia iussus te-
9 stari intra certa tempora, † & hæredem facere,
pro certo potest dicere restrictam sibi fuisse facul
ratem quam liberam habere debet, nec dicitur
admissibile licuisse Cæsari ita agere, cùm in re
10 sua † posit vnusquisq. legem imponere, qnia
omni casu posset istud procedere, vbi alio modo,
& quidem rectius non posset intelligi dicta con-
cessio namq; vbiq; sęper ea fieri debet interprę-
11 tatio per quam † minus læditur ius commune
quàm fieri polsit, Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2.
casu 199. num. 9 R.C.

Numero 16.

Per responsionem quam hoc loco addneit Me
nochius ad tertiam argumentationem Bosij,
non videtur satis aptè euacnari obiectũ, namque
dum dicitur præsumendum esse, quod Cæsar ele-
gerit eam viam qna dispositio non potuerit sub-
fierti, & sic noluisse facere feudum mixtum hoc
est partim ex pacto, & prouidentia, & partim hę-
reditarium, quia si contingerit hæredem nomi-
natum videre hæreditatem damnosam posset re-
pudiare, & ita priuare se feudo, non tollitur obie-
ctio, ex eo quod licet hęreditas sit damnosa, non
est verosimile quod eam repudiasset timore am-
missionis tam magni feudi, quia posset replicari
quòd fortassis tantum æris alieni potuisset repe-
riri in bonis defuncti quod satius ei foret repu-
diare feudum, si majoris summæ esset æs alienum
quam sit valor feudi prædicti, quia nemo præsu-
12 mitur † velle iactare suum l. cum de indebito.
ff. de probation. R. Cau.

Nec iuuat secunda responsio, quia per rationẽ
à Bosio consideratam non tollitur forma feudi
mixti, sola enim est disceptatio, nomquid id de
quo agitur sit tale. Rol. Cauagnol.

Numero 17.

Negat hoc loco Menochius feudum Marchiæ
deferri iure electionis, & affirmat hodie iure
successionis deferri, sed licet ista negatiua
astringat se ad præsentia tempora vt colligitur
ibi, (Attamen hodie ex consuetudine) non ta-
men tollitur quominus Cæsar voluerit intellige-
13 re verbum hæredem eo modo quo secundum †
ius commune vsi sunt interprętes nostri, præser-
tim cum ipsum ius succesionis verificetur ma-
gis in succesore sanguinis q̃ bonorũ, vt cõgtuũ
est exemplu Beroi in cons. 106. nu. 24. lib. 1. R.C.

Numero 18.

Stringit mediocriter argumentum Bosij, ex
declaratione facta per Cęsarem, confirmantem
translationem feudi in Hermetem nominatum,
etiam quod hęres non extitisset primi inuestiti,
cui non resistit responsio Menochij, quod ista
verba fuerint prolata ex abundanti, & ad signifi-
candam enixam Cęsaris voluntatem, quia per
hoc non tollitur fundamentum Bosij, pro quo
14 facit, non esse verosimile † quod primam feudi
naturam voluerit Cęsar corrigere, qoia mutatio
voluntatis non pręsumitur, l. eum qui. ff. de pro-
bation. Alciat. de præsumpt. regula 2 pręsumpt.
16. etiam quod esset iniusta. Zucardus ad l. Post-
humo. num. 14. C. de bonorum possess. contra ta-
15 bulas. sed præsumitur † animi perseuerantia, l.
cum hic status § 1. in fine. ff. de donat. inter vir. &
vxor, tum præsertim in Cęsare, cui congruit dice-
16 te quæ processerunt † de labijs meis non faciã
irrita, Decius in cons 287. Rolan. cons. 13. lib. 3.
quod eo magis in casu nostro procedit cum alte-
rando naturam feudi, vbi fuisset mixtum, dicere-
tur pręiudicare creditoribus, decernendo quod
Hermes admittatur, etiam si hęres non extiterit,
cap. mutare de regul. iur. in sexto, Bart. & alij in
l. edita. C. de edendo. Rol. Cauagnol.

Numero 46.

Ibi, (supra satis copiosè explicatio) ista ver-
ba sunt delenda, & loco ipsorum legendum est
dicemos infrà num. 71. Iac. Menoch.

Numero 54.

Ibi, (pluralitatem tunc in singularitatem re-
solui quando extat ratio vt ità resoluatur,) pro
17 materia quando scilicet pluralitas resoluatur †
in singularitatem latè disputat D. Io. Petrus Bi-
mius in cons. 297. quoniam nihil est, num. 61. &
soq. lib. 3. in materia fideicommiss. dixi resolui,
iuxta l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebb. R.C.

Ad Consil. 159. Tres iuris conclusiones.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet esse conformis libello.*
2 *Consequens, qui vult admittit antecedens, & e contra.*
3 *Sententia lata inter agnatos, & fœminam in materia feudali, in qua dictum fuerit nullum ius competere agnatis an dicatur fœmina declarata feudi capax.*
4 *Actor videtur pronunciatus dominus rei ex eo quod reus fuerit condemnatus ad restitutionem rei.*
5 *Sententia declarans aliquem debitorem censetur eum condemnare ad soluendum.*
6 *Sententia declarans bona esse hippotecata dicitur condemnare possessorem ad eorum restitutionem.*
7 *Sentẽtia declarans Titium commisisse furtum videtur eum condemnare ad pęnam statuti.*
8 *Sententia quãdo continet vnum, ex vi attractiua illud producitur ad aliud sine quo illud vnũ super quo lata fuit sententia nõ posset effectum sortiri.*
9 *Effectus subsequens declarat actum præcedentem.*
10 *Effectus sententia trahitur ad consecutiua.*

Numero primo.

PRo materia istius Consilij videnda sunt quæ dixi in meo Theatro criminali lib. 3. sub tit. de hæreticorum pœnis Gazarorum, ac paganorum quæst. 6. num. 10. & pluribus seq. vbi diffusè tractatur ista materia confiscationis bonorum. R.C.

Numero 5.

Ibi, (vt sit conformis libello) Adde Vantium
1 de nullitatibus ex † defectu processus, titulo 13.
num. 96. & 97. vbi reddit rationem, & dicit quod
alias fatuus est Iudex. Rol. Cauagnol.

Numero 6.

Dicitur hic quod etiam in sententia procedat conclusio qui vult consequens † vult etiam antecedens, & è cõtra, vide Aretinum, in cons. 155. Diligenter visis num. 6. Crauet. in consi. 341. num. 9.

num.8. & in cons. 427. Iam scripsi in causa Illust.
num.9. & per istam rationem dixi, quod si in sen-
tentia inter agnatos, & fęminam in materia feudi
fuerit dictum nullum ius competere Agnatis qui
feudum petebant, & fœminam non esse molestan-
3 dam in necessarium consequens † declaratum
censetur ad fœminã feudi capacem feudum per-
tinere, quia aliàs nõ fuisset necesse dicere, Agna-
tis nullum ius competere, facit in proposito do-
ctr. Bart. in l. vbi aũt §. ex diuerso nu. 2. ff. de rei
4 vindicat. si quis fuerit vbi condemnatus † ad rei
restitutionẽ. Videtur tacitè pronuntiatum Acto-
rem esse Dominum rei, quod dictum etiam com-
probauerat Ludouicus Morotius pro D. Claudio
Bellono in eadem materia feudi sic arguens cum
Crauetta, in cons. 886. argutè magis, & cumulatè
num. 1. & Ias. in §. actionum nu. 140. Hinc etiam
dicebatur, quòd cum Iudex (vt alias memini di-
5 xisse,) declarat quem esse debitorem, † cense-
tur eum condemnare ad soluendum debitum.
6 Rursus si declauerit bona esse hyppothecata †
dicitur condemnare possessorem ad eorum resti-
tutionem iuxta naturam hypothecariæ, quia
prædicta omnia veniunt consecutiuè ad declara-
tionem Iudicis, ita arguit Socinus senior in con-
silio 134. visa petitione recursus colum. penult.
versic. Si ergo diceremus lib. 1. Crauet. in consil.
79. quondam Catherina Albertæ num. eodem,
vbi post Crottum idem dicit de sentẽtia Iudicis,
7 qua dixit Titium † furtum commisisse, quia
ex verbis illis censetur condemnare Titium ad
pœnam impositam à Statuto pro furto. Hinc di-
cebat Angelus in cons. 257. exordiente inter ca-
pitula col. penult. circa finem, vers. Contrarium
8 dico. Quod quando sententia vnum continet †
ex vi attractiua indistinctè, illud producitur ad
aliud sine quo illud vnum super quo lata fuit sen
tentia non posset effectum sortiri, per textum in
l. fin. C. de vsuris. Et hoc mirificè facit ad ea quę
hoc loco notat Menochius. Rol. Cauagnol.

Numero 7.

9 Ibi (ita effectus subsequens declarat actum †
præcedentem.) Hoc idem probat Castrensis in
cons. 207. in facti præsenti col. fin. lib. 1. & Crauet.
in cons. 751. hæredes Magistri Petri circa finem,
10 lib. 5. vbi dicit quod effectus sententię † trahi-
tur ad consecutiua. Rol. Cauagnol.

Ad Consil. 160. Laudare, ac non nisi summopere extollere.

SVMMARIVM.

1 *Feudum non mutat naturam si fuerat ex abondanti pe-tita inuestitura per fœminam in casu in quo creditur quod feudatarius sit moriturus sine masculis.*
2 *Feudum non mutat naturã quando in inuestitura adest confirmatio primaua natura feudalis.*
3 *Errare in facto quando quis dicatur.*
4 *Interpretatio nulla melior est quam ea qua ducitur ab obseruantia.*
5 *Recognoscens feudum per errorem sibi nõ praiudicat.*
6 *Confessio erronea etiam quod sepius sit iterata nõ nocet.*
7 *Inuestitura erronea dicitur quando reperitur facta cõ-tra primam.*
8 *Recognitiones relationem habentes ad primam inuesti-turam quomodo sit intelligenda.*
9 *Feudi natura originalis debet attendi, & in suo statu conseruari.*
10 *Feudum magis inspicit stipitem suum quasi formam su-am quam dominum feudi.*
11 *Feudi renouatio dicitur facta potius ad cõfirmationem quam derogationem.*
12 *Inuestitura vbi discordata prima non debet attendi sed prima spectatur.*
13 *Prima inuestitura dicitur radix, & principium feu-di sine quo non.*
14 *Recognoscens feudum dicitur in dubium recognoscere secundum formam primę concessionis.*
15 *Feudum an probetur ex confessione partis, & quomo-do num. 16.*
17 *Error in recognitione feudi quomodo probetur.*
18 *Princeps faciendo nouam inuestituram diuersam à pri-ma præsumitur ductus obliuione.*
19 *Donatio liberè facta, an assumat naturam feudalem.*
20 *Natura rei donata, an immutetur per erroneas reco-gnitiones.*
21 *Recognitio in feudum ad hoc, vt rem feudalem faciat qua requirantur.*
22 *Princeps non potest mutare tenorem prima inuestiturę in praiuditium vocatorum.*
23 *Montisferrati feudum non fuit effectum nouum ex eo, quod fœmina successeris.*
24 *Feudum concessum iure antiqui feudi, non dicitur feu-dum nouum.*
25 *Feudum, quando habetur ex successione alterius dicitur antiquum, non autem nouum.*
26 *Feudum nouum dicitur quod non fecis transitum ad de-scendentes.*
27 *Feudum datum pro se, & hæredibus masculis, an sit hę-reditarium.*
28 *Feudum mixtũ quomodo differat à feudo ex pacto, & prouidentia.*
29 *Hæredis Appellatione in materia feudali quis veniat.*
30 *Feudum mixtum, an veniat in petitione hęreditatis.*
31 *Feudum mixtum, qui pratendit, an debeat esse hæres primi inuestiti, vel vltimo loco defuncti.*
32 *Feudum concessum pro se, & hęredibus masculis ex se de suo corpore descendentibus, an sit ex pacto, & pro-uidentia.*

Numero primo.



Duersus hanc Menochij consulta-
tionem simul etiam ad alias tres
consultationes subsequentes fa-
ciunt plura notabilia reportata in
obseruationibus ad primum con-
silium Menochij. Rol. Cauag.

Numero 4.

Ibi, (Quod exclusus à bonis, & hæreditate pa-
tris,) Declarat Decianus in consil. 14. quæritur
ergo num. 60. lib. 1. Iac. Menoch.
Eodem numero, ibi, (cõsequi voluit hoc feu-
dum tanquàm apertum) non admittitur hæc
propositio Menochij, quia talis inuestitura fuit
1 petita, & concessa † ad abundantem cautelam.
Et ad comprobationem iurium quę fęminæ com-
petebant ad successionem feudi, nullis extãtibus
masculis, & ex notatis per Afflictum in ex aduerso
citata decisione 292. fuit supplicatum Regi, n. 5.
& 6. colligitur Imperatorem potuisse inuestitu-
ram de feudo facere in eum qui successurus erat,
quinimò ex quo loquitur de eo qui non erat de
comprehensis in inuestitura multo magis dicta
per eum procedunt ad fauorem mulieris quæ fue
rat vocata ex inuestituris prout alias dicitur con
tigisse

tigisse in ipso feudo Montisferrati, à cuius natu-
ra non fuit vllo modo recessum, vt patet ex eo
2 quod confirmata reperiuntur quęcumq; † pri-
uilegia, & hom. iam aliàs concessa antecessoribus
Ducissę Margaritæ, quo casu dicitur opportunè
quod sicuti antecessores ipsius habuerunt, & pos-
sederunt feudum ipsum in titulum primogeni-
turę, satis concludenter dicitur corruere ea om-
nia fundamenta facta per Menochium, hic & in
tribus responsis sequentibus. Rol. Cauagnol.

Numero 8. & 9.

Duo supponit hoc loco Menochius, primum
est, quod recognitio facta per Ducissam Marga-
ritam de feudo Montisferrati non fuerit per er-
rorem facti, sed iuris. Secundò quod non excusat,
subdens quod ob id sibi, & posteris suis præiudi-
cauerit. Verum vbi dari posset quod eadem in-
uestitura suscepta de anno 1531. concessa per In-
uictissimũ Imperatorem Carolum V. fuerit præ-
iudicialis, ex eo quod feudum inde habuerit, vt
deuolutum ad Cęsaream Maiestatem, non autem
ex iure inuestiturarũ antiquarũ. Negari non po-
terit, quia per errorem, & quidem facti, id conti-
gerit: dum enim, quia ab alio rem propriã capit
eo animo, quod res ipsa concedentis sit, negari
3 non potest quin error in facto, † non in iure
dicatur, vnde per similem errorem iam dixeram
aduersus Reg. Duc. Fiscũ Status Mediolani, non
obstare recognitiones, quas fecerũt successores
Galeotti Carretti in feudum de tertia parte vallis
Stellanelli, quæ in allodium fuerat eidem cõcessa
de anno 1428. per Ducem Philippum Mariam
Vicecomitem, dicebat enim tunc Fiscus.

Ea quę subsecuta sunt, optimè hanc concessio-
nem feudalem fuisse, interpretata fuerunt, cum
nulla melior interpretatio adduci possit, quam
4 subsecuta † ipsa obseruatio, etiam si agatur de
priuilegijs, sicuti prætẽditur, l. minimè ff. de leg.
Gabr. cons. 66. num. 24. lib. 2. At in casu nostro
multi actus subsecuti fuere, & facti ab istis domi-
ni de Carretto, veluti in anno 1454. inuestituræ
petitę, & recognitiones factæ in feudum à Duce
Mediolani; & à Duce Galeatio Maria Sfortia in
anno 1467. & à Ludouico Francorum Rege vtã
à Duce Mediolani 1500. in anno 1534. à Fran-
cisco Secundo Sfortia Duce Mediolani, & in an-
no 1529. N. à Ferrando Gonzaga Gubernatore
in Statu Mediolani pro inuictissimo Imperatore
Carolo Quinto.

Sed ipsis recognitionibus esto quod adsint, plu-
ra obstant, quod scilicet erroneæ fuerint, & quod
per eas nõ potuit immutari prima cõcessio facta
nedum Galeotto, sed hæredibus, & successoribus
suis, prout abbundè dixit Præstantiss. I.C. D. Sci-
pio Casanoua suis allegationibus, sub num. 35.
vers. 3. minus obstat, & infra, quibus addi posset
quod qui recognoscit rem aliter, quã in prima in-
uestitura continetur, nisi sciens, aliter cõtineri id
fecerit Bald. in cap. 1. de alien. feud. patr. & in
cap. 1. num. 1. qualiter iur. deb. vasall. secus si per
5 errorem † recognouerit Bald. in cap. 1. §. fin.
vers. Quare quis dicatur. de feud. guard. Castald.
Castrens. in cons. 142. lib. 2. Alba cons. 568. nu-
mero 11. Alex. cons. 55. nu. 20. lib. 4. Menoch. in
cons. 1. à num. 40. vsq; ad num. 115. & num. 118.
Bursat. cons. 46. nu. 4. Idem Menoch. præsumpt.
9. lib. 2. Alba cons. 160. nu. 26. Rosental. cap. 6.
concl. 69. nu. 14. & in apost. in littera R. vbi mul-
6 tos citat: confessio enim erronea † etiam, quod
sæpius sit iterata non nocet, vt ibi sub littera S.
Scrad. de feud. cap. 2. nu. 38. & infrà, & quod er-
7 rore † in dubio facta dicatur, quando fit cõtra
primam. Schrad. vbi supra, Borcholten. cons. 1.
num. 116. vltra quod etiam relatum extitit, ipsas
8 recognitiones relationem habere † ad primam,
quo casu nihil pluris dicitur posse pro iure con-
tinere, quam in prima contineatur, quia si age-
9 retur de feudo, originalis ipsius feudi forma †
deberet attendi, & in statu conseruari, in quo for-
mam, & originem assumpsit, quia feudum magis
10 † inspicit stipitem suum, quasi formam suam
originalem, & naturalem, quam respiciat domi-
num feudi. Bald. in l. 1. in vlt. col. versic. Item su-
per eo. C. quando non petent. part. cum quo in-
quit Petrus de Georgijs de concess. feud. p. 3. q.
11 10. num. 1. & 2. quod renouatio † videtur facta
ad confirmationem, non autem ad derogationẽ,
cum sua causa, suisq; vitijs secundum primęuam
naturam feudi, in tantum vt ipsemet Petrus de
Georgijs ait, ibidem & Mastrillus in addit. quod
12 si sequentes inuestituræ † discordant à prima,
standum sit primæ, quia est radix, & principium
13 sine quo non, & omni casu recognitiones in du-
14 bio, secundum tenorem, & modũ primæ † con-
cessionis factę censeãtur cap. 1. & ibi Aluarot. per
quos fiat inuest. cap. 1. & ibi Glos. Bal. & alij de
vassal. decrep. ętat. Rossent. de feud. cap. 6. quib.
mod. feud. acquir. conclus. 69. num. 4. & ibi in
apostilla, & quod diximus de relatione ad pri-
mam inuestituram, video verificari ex visione, &
lectura ipsarum, ibi in omnibus, & per omnia se-
cundum formam antiquæ inuestituræ. Schrad.
cap. 2. nu. 35. Paris. cons. 22. num. 9. & cons. 23.
nu. 66. lib. 1. Rosentall. vbi supra nu. 5. & in lit-
tera D. multo magis in casu nostro, in quo nullũ
penes concedentem remanet dominium dire-
ctum, quod facilius posset operari in vtile domi-
nio, & ita nihili faciendæ sunt recognitiones pre-
suppositæ, quæ ducuntur à causa erronea, &
quæ vocat is ad ea bona, non præiudicant, prout
nec etiam præsuppositæ confessiones factę, quod
ipsa bona sint feudalia, super quo Fiscus dubitat
vt infra.

Decimò quia per confessionem partis proba-
tur feudũ, dum illi de Carretto pluries, ac diuer-
sis temporibus nouas petendu inuestituras à Du-
cib. Mediolani feudum confessi sunt, sane ex cõ-
15 fessione † partis feudum probari asserit Guid.
Pap. quest. 272. Mascard. de probat. conclus. 268.
num. 2.

Namq; respondetur, quod omni casu illa con-
fessio posset operari, vbi non apparet de veritate
in cõtrarium, cum enim relatio fiat ad terminum
primordialem, qui omnino contrarius est confes-
16 sioni, reuocanda erit confessio, † nec nocebit,
nisi tunc demum, cum datur consensus super mu-
tatione facta, vt scribit. Natta in consil. 505. iam-
pridem num. 17. vbi cum Alex. in cons. 55. per-
spectis his, quę in themate versic. circa aliud du-
bium lib. 4. dicit non esse curandum de posterio-
ribus inuestituris, quæ per errorem videtur ema-
nasse, & in specie de recognoscente rem, quam
primus habuit in allodium, quod sibi non præiu-
dicet si deinde precedẽti titulo appareat illam fuis-
se in allodium tãtum traditam, quia per errorem
facta præsumitur, qui error ex eo solo probari

dicitur, quod constat maiores suos in allodium
17 tenuisse † Bald. in cons. 327. lib. 1. Menoch. cons.
191. num. 43. & 45. & 46. lib. 2. vbi dicit quod
non efficiuntur feudalia Ross. cap. 6. conclus. 69.
& 7. & in apostil. Schrad. de feud part. 5. cap. 5.
num. 10. etiam quod recognitio fuisset repetita
pluries Rossent. loco citato nu. 9. facit decis. Alex.
18 Ambrosini 19. in hoc anno num. 12. par. 1. quod
Princeps faciendo nouā inuestituram. diuersam
à prima dicitur ductus obliuione ex Burs. Ruino,
Paris. Bero. Neuiz. Tiraquel. & alijs, & hoc quo
ad decimam obiectionem videamus modo vndecimam cujus tenor est.

Vndecimo etiam si parti concedatur, quod donatio fuerit, attamen permultas recognitiones factas, & inuestituras acceptas de feudo pro dicta
tertia parte, ea verè feudi naturam sortita est. Ro-
19 sentāl. de feud. cap. 2. † conclus. 14. tom. 1. sed
pro responsione faciunt superius adducta quod
erroneæ recognitiones non sunt attendendę.

Rursus hoc vndecimo fundamento non obstāte vera conclusio firma manet donationem non
feudum fuisse contractum factum inter Ducem
Mediolani, & Galleottum Carettum, nec eius
20 naturam potuisse mutari † per recognitiones
erroneas vt superius dictū fuit, quæ tunc potuissent feudalitatem operari, quando non continerent errorem. Nec Rosentalis in loco citato id
mihi probat loquitur enim ibi, quod feudi natura non potest mutari per eos, qui feudum constituendi non habent auctoritatem, & loquitur ibi
de Prelato, qui non potest feudum nouum concedere iure antiqui feudi benè vidi eundem Rosentalem sentientem aliter in cap. 6. concl. 6. &
concl. 68. n. 22. & 24. dum inquit quod ad hoc, vt
21 recognitio † in feudum faciat rem feudalem
tria requiruntur. Primò certa scientia ipsius recognoscentis, quod res quam recognoscit ipsius
allodialis, & propria sit. Secundo quod recognitus sciat non esse suam nam ex dominij translatione scientia, & animus tam transferentis, quā
dominium acquirere volentis exigitur. Tertio
verba clara, & manifesta, ex quibus constet hanc
esse vtriusq; certam scientiam recognoscentis
quod rem suam dominio subijcere, & quod Dominus ista conditione, seu modo acquirere voluerit, quæ omnia cum non interuenerint in casu
nostro tantum abest quod super recognitione
possit fieri aliquod fundamentum, quod potius
reuocandæ, & annulandæ sint vt plenè superius
fuit consideratum per multa iura, quib. etiam ac-
22 cedit, quod princeps non potest mutare † tenorem primæ inuestituræ in preiudicium vocatorū
ex ea quibus non nocent secundę inuestiturę, &
recognitiones diuersæ à prima Bald. in l. vnica
col. penul. C. quando non peterēt part. & in cap.
pri. §. si verum in iure de successione feud. & in
cons. 82. lib. 1. & in cap. 1. §. vltimo vers. Quęro
quis dicatur, de feud. Guard. Menoch. cons 103.
num. 57. lib. 2. Gail. lib. 2. obseruat. 49. num. 2.
Borellus cons. 2. num. 119. Schrad. de feud. p. 5.
cap. 1. num. 38. Menoch. d. cons. 191. num. 44.
Rolandus Canagnolus.

Numero 12.

Supponit Menochius feudum Marchiæ nunc
Ducatus Montisferrati, fuisse effectum feudum
23 nouum † ex noua inuestitura Caroli Quinti, verum aduersus eum sonant verba dictæ inuestiturę
ibi in feudum nobile Antiquum, paternum, &
auitum cum suis cōsuetudinibus, & obseruantijs
quemadmodum Io. Georgius, & sui Antecessores
possiderunt, quo casu tantum abest, quod feudū
fuerit nouum, vt potius, in omnibus, & per omnia
24 † dicatur sortiri conditiones, & qualitates feudi
antiqui, ita post Alex. in cons. 29. perspectis lib. 5.
ad litteram scribit Petrus de Gregorio, de concessione feudi par. 5. q. 3. istam questionē reperio.
num. 11. & 12. vbi etiam loquitur de ista diction.
quemadmodum siue prout, vbi refert in facti cōtingentia sic fuisse decisum, hinc in feudo Salæ
pro D. Claudio Bellono dicebam feudum nouum
nō censeri in persona eius cui concessa fuit inuestitura in augumentum antiquarum inuestiturarum, & ad confirmationem ex traditis à Baldo in
l. 1. nu. 31. C. quando non petentium partes. Dec.
in cons. 53. placet mihi hoc enim semper absolutè
25 verum est, quod quando feudum † habetur ex
successione alterius de feudo prius inuestiti non
dicatur in persona successoris nouum, sed antiquum, vt consuluit Decius in consil. 445. in casu
ad me transmisso num. 4. idem tradit Ias in cons.
180. circa primum dubium nu. 2. lib. 2. Intriogl.
de feud. q. 23. num. 2. Et ideo dicebat Leonardus
inter consilia Brun. cons. 114. in causa, & causis,
nu. 143. & seq. lib. 1. qui loquitur etiam in feudo
26 materno, illud dici feudum nouum † quod non
fecit transitum ad descendentes, vbi vero cępit in
descendentes ambulare effici antiquum, & paternum. Rol. Canagnol.

Numero 16.

Socinus iunior in cons. 42. præsupposito quod
nihil, lib. 3. non dicit quod feudum Montisferrati
sit nouum, vt perpendit Menochius, sed articulū
ab eo propositum examinat in vtramq; partem
ad demonstrandum quod successor in feudo non
tenetur ad onera defuncti. Rol. Canagnol.

Numero 29.

Ibi, (qui non possunt in feudo antiquo præiudicium adferre filius ipsius,) Adde infrà in consilio sequenti, nu. 57. Iac. Menoch.

Vide similiter quæ pro veritate istius conclusionis ibidem annotaui. Rol. Canagnol.

Numero 38.

Ibi, (Nam hę dicuntur clausulæ) vide Francum in decis. 6. Iac. Menoch.

Numero 40.

Ibi, (cum in materia feudali de hac clausula
pro hærede) vide latissimè Pistor. in lib. 1. quæstionum iur. cap. 3. Iac. Menoch.

Numero 46.

Ibi, (Multi asserunt feudum censeri hęredita-
27 rium, quando est datum pro se, † & hęredibus
masculis,) eiusdem sententię fuisse reperio Ludouicum Morotium in causa Bellona pro feudo
Salæ, dicentem quòd feudum istud sit hæreditarium mixtè, propter verbum hæredibus, quod
adest in inuestitura antiqua, sub cuius commemoratione D. Bartholamęa fuit inuestita, non recedo ab opinione mea quā retuli in responso 83.
quod feudum huiusmodi dicatur mixti hęreditarium, licet adsint illa verba, masculis legitimis
descēdentibus ab eo quam nouissimè approbat,
& magis communem ostendit Peregrinus in cōs.
13. num. 12. versic. Tertiò respondeo, Surd. cons.
382. nu. 29. Cæphal. cons. 657. sed cum ob id nō
desinat esse ex pacto, & prouidentia, vt dixi in di

cto

cto respon.83.& tradit Peregr. in præcitato lo:o, æque inalienabile est, sicut feudum merè ex pacto, & prouidentia, † discrit in hoc tantū ab alio, 28
quia volēs succedere in eo debet habere qualitatē hęredis q̃ in D. Claudio reperitur, & hic est aduertendū quia nō est necesse ipsum esse heredem D. Octauij vltimi possessoris feudi, qui voluit instituere filias feudi incapaces, & excludere agnatum proximiorem, & legitimum successorem in feudo, sed sufficit, quod per ipsum non stet quin sit hæres quodq; in re hac culpa careat, vt concludunt communiter Feudistæ in cap. 1. an agnat. vel filius, quos refert, & sequitur Rol. in cōs. 53. lib. 3. in conf. 48. nu. 50. in conf. 90. nu. 46. lib. 3. & plures huius feut. refert Surd. in conf. 63. nu. 24. Io. Bapt. Surd. in repetit. cap. 1. an agnat. vel fili. nu. 24. Camil. de Curte in tractat. diuerf. iur. feud. nu. 75. fol. mihi 50. alias etiam solutiones attulit Dominus Beccarius causę patronus, quas non recenseo, sed hanc vti peremptoriā amplector neq; enim in facultate possessoris feudi, seu agnati defuncti esse debet excludere agnatum legitimum successorem à feudo ex pacto, & prouidētia mixto hęreditar in instituendo alium hæredem.

Ego autem in ista materia considerabam, quod
29 in feudis appellatione hæredis † venit solum hæres sanguinis non autem extraneus c. 1. §. & si clientulus de alien. feud. Alex. Coru. Soc. Iaf. Dec. Crau. Rol. Crot. Ofasc. Cephal. Bero. Rub. & Clar. quos refert, & sequitur Surd. conf. 63. nu. 10. lib. 1. & ideò si feudum alicui conceditur pro se, & hæredibus, in eo nō succedunt hæredes extranei, vt post Bart. Bald. Dec. & alios habetur per
30 Surdum ibi nu. 11. & huiusmodi feudum † non venit in petitione hæreditatis, nec in restitutione fideicommissi, quia de eo iudicatur tanquam de feudo ex pacto, & prouidentia, eo excepto, quod, qui vult. in huiusmodi feudo succedere deder esse hęres, vt scribit Surd. in d. conf. 63. num. 12. & seq. sufficit tamen, quod sit hæres vel primi inue-
31 stiti † vel vassalli vltimo loco defuncti vt ibidem trad. Surd. nu. 21. qui omnia præmissa latius repetit, & confirmat in conf. 108. eodem lib. 1. & in ea forma feudi non potest agnatus repudiare hęreditatem, & feudum retinere vt per Pinell. in l. 1. par. 3. num. 89. in hoc C. de bon. matern. sed quando verbo hæredibus in acquisitione feudi adijcitur masculis ex se, vel ex suo corpore de-
32 scendentibus, † vt in casu nostro, tunc verbum hæredibus exponitur pro filijs masculis, vt est text. in c. 1. ibi (sine hærede masculo, quod in feudis intelligitur sine filio masculo) de alien. feud. & tradunt Bart. Bald. Ang. & alij quos refert, & sequitur Surd. d. conf. 108. nu. 14. ac pro inde feudum remanet absolutè, ex pacto, & prouidentia, & hęc est verior, & magis communis opinio, vt testatur Pinell. in d. l. 1. par. 3. nu. 88. vbi adducit in hanc sententiam Decius, Parisius, S cinus, Brunus, Afflict. Rubeus, Gozad. Franc. Lanc. Bellon. Bald. & Crau. & hanc partem confirmat iuribus, & rationibus eandem sententiam probant, & tuentur Natt. in conf. 127. in princ. conf. 128. num. 1. 2. & 3. conf. 130. num. 4. Rol. à valle conf. 67. nu. 24. & seq. lib. 1. Bero. conf. 68. nu. 71. & seq. & conf. 69. nu. 4. vol. 1. & dicit in specie Afflict. in c. 1. num. 11. an agnat. vel fil. quod, & si sacrum consilium iudicauerit pro contraria parte, tamen illi, qui iudicarunt nesciebāt nauigare in profundo mari, idem dicit in cap. 1 num. 266. ex quibus cauf. in poss. eatur, ad idem adducuntur Alciat. Rimin. Beret. Bertaz. & Pancirol. quos refert Surd. in conf. 305. nu. 6. lib. 3. ita vt quicquid dicant aliqui in contrariū relati appareat hanc esse veram, & receptam opinionē, a qua non est recedendum, neq; enim aliquid facit, quod dicunt Crau. & alij quos refert, & sequitur Ofasc. decis. 161. alias allegata sub nu. 1. dum conantur sustinere contra communem opinionē de qua supra, quod feudum concessum sub ea forma pro se, & hæredibus masculis censeatur hæreditarium mixtum, ac si solum de hæredibus dictū fuisset sine aliqua adiectione ea ratione, quod in casu de quo in c. vnico de eo, qui sibi, & hæredibus suis masculis, & fœminis, & in cap. 1. & de duob. frat. à cap. inuest. fiat mentio de hæredibus masculis, & tamen ex communi interpretatione tex. illi intelligantur loqui, & procedere in feudo hereditario, quia respondetur, quod imò feudum receptum pro se, & filijs masculis, & fœminis, vt in casibus dictorum capit. censetur ex pacto, & prouidentia vt in fortioribus terminis cōsuluit Soc. iun. in conf. 72. nu. 27. vol. 1. vbi inquit, quod si dictum fuerit in inuestitura pro te, & hæredibus vtriusq; sexus de tuo corpore legitimè descendentibus quod ex verbis clarè constat, quod verbum hæredibus fertur ad liberos qui dicuntur vocari ex pacto, & prouidentia concedentis, vt tradit Fulgo. in conf. 218. & ideò feudum nō dicitur hereditarium, vt concludit Dec. in conf. 595. nu. 8. & latè prosequitur Rol. à Valle in præalleg. conf. 67. nu. 30. & 32. dum autē Crau. & alij per Ofasc. adducti dicunt, quod illud verbum hęredibus non debet esse superfluū, respondetur non esse superfluum cum de liberis iuxta sententiam Bart. Bald. & aliorum, per Surd. adductorum, vt dictum est, & ratio superfluitatis posset considerari si dictum fuisset pro se, & filijs hæredibus masculis, vel pro se, & filijs, & hęredibus masculis, quia cum de filijs facta esset mentio frustratorium remaneret verbum hæredibus, & cum nullum verbum debeat esse superfluum, & sine virtute aliquid operandi, vt inquit Crau. videtur, quod eo casu feudum censeatur mixtū, ita vt volens succedere in huiusmodi feudo debeat habere hęreditarium qualitatem, in quo tamen articulo non desunt, qui etiam isto casu tenent contrarium, vt videre est apud Rol. d. conf. 67. n. 32. vers. Imò plus voluit, sed in casu nostro cum de filijs facta non fuerit mentio, retorquetur ratio superfluitatis, nam cum verbum hęres in materia feudali ad extraneos non porrigatur, vt dixi supra nu. 31. atq; in feudo concesso pro hæ-
33 redibus in eo † non succedat, quia intelligitur de hęredibus masculis, vt pass. im habetur in vsibus feudi, & in specie per Rol. à Valle d. conf. 67. num. 25. frustra diceretur appositum verbum masculis in inuestitura D. Bartholameæ. Ne ergo verbum masculis superfluum remaneat, & sine misterio aliquid operandi dicendū est, quod veniat ad declarationem illius verbi hæredibus nam sequentia declarant præcedentia, & sic videtur feudum cōcessum ex pacto, & prouidentia pro filijs, vt per Rol. vbi supra. Retenta itaque communi opinione, quod feudum alicui concessum pro se, & hæredibus masculis ex eo descendentibus censeatur simpliciter, & absolutè ex pa

ſto,& prouidentia, prout ſi dictum fuiſſet pro filijs maſculis infertur, quod in feudo noſtro filius & alius ſucceſſor poteſt repudiare hęreditatem defuncti, & feudum retinere, vt in terminis ſcribit Natt, d. conſ. 127. nu. 3. & eſt magis cõmunis opinio, vt per Oſaſch. deciſ. 162. nu. 4. vbi infinitos cumulat. Addo Pinell. alios referentem, & de magis recepta opinione pariter atteſtantem in d. l. 1. par. 3. nu. 84. verſ. ſed cum in feudo conceſſo alicui.

Sed ſi filius aliuſnè agnatus hæreditatem adeat in hac ſpecie feudi pro ſe, & hęredib. maſculis ex ſe deſcendentib. (quicquid ſit in feudo meró hæreditario, de quo habetur per Alex. conſ. 28. num. 18. lib. 5. & per alios per Pinell. relatos in d. l. 1. par. 3. num. 93. & quicquid ſit in feudo hęreditario mixto de quo per Surd. d. conſ. 108. num. 24. & ſeq.) Admittitur ad reuocandum feudum alienatum ſaltem confecto inuentario, & eſt veriſsima, & magis communis opinio vt in indiuiduo tradit Pinell. vbi ſupra num. 94. verſ. ex eiſdem infertur ad caſum imò præſuppoſito,
34 quod feudum ſub ea forma † pro ſe, & hęredibus maſculis conceſſum ſit ex pacto, & prouidentia admittereretur etiam non confecto inuentario, ſecundum Oſaſc. deciſ. vltim. circa fin. vbi dicit hanc concluſionem veram eſſe, & indubitatam, ſed Pinell. vbi ſupra tenet feudum, ita conceſſum eſſe ex pacto, & prouidentia, vt dixi, & tamen ex communiori, & veriori opinione dicit inuentarium eſſe neceſſarium d. verſ. ex eiſdem infertur ad caſum ſed, & expræſſe in feudo ex pacto, & prouidentia hoc ex magis communi tradit ibi nu. 93. licet demum num. 96. verſ. infertur 9. contra omnes concludat quod feudo, in quo deſcendentes, vel agnati vocantur ſiue, vel cum nomine hęredum ſuccedens, & hęres alienantis etiam non facto inuentario reuocare poſsit alienationem adducens rationem quia (inquit) ius ſucceſſoris
35 † non pendet ab inuentario, ſed ab alijs, quæ militant etiam non facto inuentario, quod dicit eſſe nouum dictum. Rol. Cauagnol.

Numero 48.

In eo viſum eſt mihi Menochium Hallucinari, dùm putat immutatam fuiſſe naturam feudi Marchiæ Montisferrati ex eo quod in ſolos primogenitos fuerit dictum eſſe feudum ipſum tranſmiſ-
36 ſibile † cum ſemper fuerit indiuiſibile, & tranſitorium ad primogenitos, vt patet, ex his quæ dicta ſunt infra ad conſ. 163. vnde fuiſſet immutata natura ſi dictum fuiſſet feudum tranſitorium eſſe ad quoſcunq. & reſtitutorium ad omnes exiſtentes inæquali gradu, quia repugnat, & hoc cõſuetudini longeuæ, ac diutinæ. Rol. Cauagnol.

Ad Conſil. 161. Dubitatio nunc iſta ex propoſita.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſſallus alienando feudum, an poſſit præiudicare ſucceſſoribus.*
2 *Feudorum natura, & origo, quæ fuerit, & quibus concedebatur.*
3 *Pater in feudo nouo non ſuccedit.*
4 *Feudum ex pacto, & prouidentia non poteſt alienari in præiudicium vocatorum.*
5 *Pater, an poſſit aſſignare vni filiorum duas partes feudi & alteri filio tertiam.*
6 *Feudum acquiſitum à patre ex pacto, & prouidentia, an poſſit per eum alienari.*
7 *Donatio inter viuos facta per patrem filijs exiſtentibus in poteſtate non habet effectum niſi poſt mortem patris.*
8 *Feudi ex pacto, & prouidentia alienatio non tenet etiã quod ad ſit conſenſus domini.*
9 *Pater, qui nihil de ſuo erogauit in feudo acquiſito, an poſſit prçiudicare filijs.*
10 *Pater poteſt ſtipulari filijs emancipatis.*
11 *Tertius cui facta fuit donatio cum hoc, quod poſt certum tempus eſſet eiuſdem Eccleſiæ, an poſſit pendente termino remittere illud pactum.*
12 *Mater, an poſſit ſtipulari filio in materia feudali.*
13 *Ius acquiſitum tertio ex meo contractu auferre non valeo.*
14 *Rationes ponderandæ ſunt, non autem numerandę auctoritates.*
15 *Feudum finita inueſtitura ſtatim quod transfertur, an retineat primam naturam.*
16 *Feudum nouum conceſſum iure antiqui. & paterni feudi aſſumit naturam non noui, ſed antiqui feudi.*
17 *Pater, in feudo, an poſſit errigere primamgeniturã.*
18 *Inueſtitura facta de feudo in præiudicium eorum ad quos feudum erat peruenturum, an ſuſtineatur.*
19 *Caſus Mantuæ in conſ 45. à num. 10. vſq; ad num. 40. perpenditur, & non admittitur.*
20 *Mater, non poteſt vni ex filijs feudum donare in præiuditium alterius.*
21 *Feudum ad omnes filios æqualiter pertinet.*
22 *Emphyteuſis, & feudum per patrem acquiſitũ, an poſſit alienari.*
23 *Caſtrenſis in conſ. 179. lib. 1. declaratur.*
24 *In feudo ex pacto, & prouidentia conſideratur ius deſcendens á Munificentia Principis.*
25 *Conceſſum per principem ab alio tolli non poteſt.*
26 *Menochius in conſ. 151. lib. 2. non recipitur.*
27 *Princeps, qui declarauit reſeruatum eſſe ius tertij reſtringit reſcriptum.*
28 *Feudum eſt odioſum fœminis.*
29 *Feudũ nouum ex quibus cognoſcatur à feudo ex pacto, & prouidentia.*
30 *Feudum, quod obuenit ex commemoratione antiquarum inueſtiturarum non poteſt cenſeri nouum.*
31 *Infeudatio, quæ fit ſub relatione alterius non dicitur noua infeudatio ſed potius executio veteris inueſtituræ.*
32 *Renouatio antiquæ inueſtituræ non inducit feudum nouum.*
33 *Obligationis qualitas, & conditio non mutatur ob mutationem perſonę.*
34 *Ferretus in conſil. 87. num. 18. perpenditur & declaratur,*
35 *Feudum, quod obuenit iure ſucceſſionis non poteſt cenſeri nouum.*
36 *Fœmina ſuccedens in feudo ex ſententia Iudicis non dicitur habere feudum ex gratia.*
37 *Sententia facit Ius immutabile.*
38 *Sententia confirmata per Principem dicitur ſententia Principis.*
39 *Sententiæ ratio non eſt inueſtiganda vbi tranſitum fecit in rem iudicatum.*
40 *Fœmina admiſſa ad portiones feudi per patrem acquiſitas non dicitur habere feudum nouum.*
41 *Nouus actus dici non poteſt, qui fit in executionem prioris.*
42 *Mater non poteſt ſuccedere feudo in quo ſucceſſit in*

prçiudi-

praiuditium filiorum.
43 *Actus omnis pendet à potestate agentis.*
44 *Euictio non habet locum si feudum vni ad indicatum reuertatur ob incapacitatem successoris.*
45 *Euictio non debetur quando prouenit ex natura rei.*
46 *Euictio non debetur quando prouenit, ex pacto eius, cui promissa fuit.*
47 *Fœmina, an possit habilitari per principem in praiuditium agnatorum masculorum.*
48 *Princeps non potest auferre ius quæsitũ ex inuestituris.*
49 *Curtius iun. in conf. 1. arguitur de contrarietate.*
50 *Cautus, quis esse debet in consilio.*
51 *Iustus quilibet esse debet in inditio.*
52 *Fidelis quilibet esse debet in patrocinio suo.*
53 *Parisius in consil. 4. lib. 1. num. 42. reprobatur.*
54 *Bccius in consil. 56. num. 42. non recipitur.*
55 *Alciatus in consil. 190. num. 3. non recipitur.*
56 *Cephal. in consil. 694. num. 50. lib. 5. non recipitur.*
57 *Decius in consil. 269. non admittitur.*
58 *Menochius in consil. 925. lib. 10. non recipitur.*
59 *Crauet. in consil. 135. non admittitur.*
60 *Menoh. in conf. 975. est contrarius hijs, quæ dixit in consil. 925.*
61 *Princeps non potest tollere ius feudale in praiuditiũ agnatorum.*
62 *Princepi præsumitur nolle praeindicare tertio.*
63 *Principis rescriptum reductum ad terminos iuris secundum illud debet intelligi.*

Numero primo.



Rticulus est an, & quando Vasallus in feudo posſit successoribus
1 præiudicare † alienando, vel illud vni filiorum legando, vel donando satis est confusus, & inuolutus, ex eo quia scribẽtes ipsi admodum confusè loquuti sunt, & ideo pro faciliori intelligentia articuli bonum duxi recensere ea quæ alias in simili facti contingentia deductafuerunt in eadem causa Bellona de feudo Salæ, cuius iam in obseruationibus ad præcedentem consultationem meminimus tres igitur ad constituendum veram iuris resolutionem distinguendi sunt casus principales.

Primus est, quando feudum spectat ad successores ex sola prouidentia legali nempè consuetudinis feudorum.

Secundus quando feudum spectat ad successores ex pacto, & prouidentia inuestientis, & inuestiti, & continet beneficium ex parte vtriusque, quia scilicet inuestitus aliquid exposuit de suo pro obtinendo feudo.

Tertius casus est, quando feudum est ex pacto, & prouidentia, sed continet simplicem gratiam, & merum beneficium concedentis, & vasallus nihil dedit de suo. Sciendum est enim quo ad primum casum, quod feudorum ea erat ab initio na-
2 tura, † quia tradebantur fideli puta Titio nulla facta mentione successorum, & poterat Dominus ad eius libitum feudum vasallo auferre, deinde factum est, vt non auferretur, nisi post annum, & mox vt duraret vsq; ad vitam fidelis postea statutum est, vt nõ finiretur in vita fidelis, sed fieret progressus in filios quibus vellet dominus confirmare, vnde non habebant filij quicquam ex successione, sed ex noua Domini confirmatione, exinde stabilitum fuit, vt ad omnes filios æqualiter feudum pertineret. Demum statutum est, vt ne dũ filij in feudo succederent, sed ẽt nepotes ex filijs, & quod etiã frater succederet fratri sine legitimo hærede defuncto in feudo, quod cõmunis patris fuisset, si autem fuisset proprium ipsius decedentis, id est fuisset apud eum nouum feudũ
3 † tunc frater in feudo fratris non succederet, nisi in casibus, qui notantur in cap. vnico de benefic. fratr. & qual. frater fratri succed. Et ista fuerunt feudorum initia, & progressus, vt patet in c. 1. §. & quia vidimus, & §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poss. & habetur per Angel. in consilio 287. colum. 4.

Si igitur quęritur an isto casu posſit pater prę-indicare filijs alienando, aut aliter disponendo, dico quod non, quia cum prouidentia legalis,
4 siue consuetudinis feudorum, † prestet hoc priuilegium filijs, vt æqualiter omnes succedant, vt dictum est, non potest priuilegium ab alio auferri §. sin autem, auth. de nupt. l. si arrogator. ff. de adop. probatur in cap. 1. in princ. de success. feud. ibi, (nulla ordinatione defuncti in feudo valente, vel manente) & in c. 1. §. donare, qual. olim feud. pot. alien. per quæ iura ita expresse determinat Andr. de Iser. in d c. 1. in princip. de suc-
5 cess. feud. dicens, quod pater † non potest assignare vni filiorum duas partes feudi, & alteri filio, tertiam, & Aluar. dicto cap. 1. §. & quia vidimus colum. 1. in fine in 2. not. dicit, quod filij æqualiter succedunt in feudo, etiam si sint per patrem inequaliter instituti, & dicit Bald. in c. Imperialem in princip. col. 3. versic. quæro vtrũ pater posſit de prohib. feud. alien. per Feder. quod pater non potest asſisignare feudum vni filiorum etiam si sua probitate illud acquisiuit, & etiam si benemerito asſignet, refert, & sequitur alijs additis Iacob. de Sancto Georg. in sua inuestitu. in gl. & cum pact. quod de ipso post princ. Et in terminis huius casus non est quærendum, an alius pręter patrem posſit feudum legare, vel assignare, quia quęstio potest solum esse in patre, nam non datur feudum nouum, quód ad alios pertineat ex prouidentia legali, scilicet consuetudinis feudorum, nisi ad filios, vt in d. c. 1. §. & quia vidimus, de his, qui feud. dar. poss. Bene verum est, quod in feudo paterno, & antiquo posset habere locum quæstio, sed de hoc dicã inferius.

Circa secundum casum principalem, quando scilicet acquirens aliquid exposuit de suo ad ob-
6 tinendum † feudum, videtur distinguendum, quia aut loquimur in patre recipiente feudum pro se, & filijs in potestate, aut in matre, vel fratre, aut alio recipiente feudum pro alijs, qui non sunt in eius potestate, & sic etiam in patre recipiente pro filijs emancipatis. Primo casu dicendũ est, quod posſit pater filijs præiudicare, conferendo feudum in alterum ex eis, vel etiam alienando, quia videtur illa acquisitio tacita quædam donatio, & siue censeatur inter viuos, siue causa mortis potest reuocare, nam donatio inter viuos
7 facta filijs in potestate † non habet effectum, nisi post mortem patris l. donationes quas parentes vbi Bart. C. de donat. inter vir, & vxor, & licet morte confirmetur, tamen quando pater aliter de re donata disponit, videtur eã reuocare, quod facere potest, vt ibi, si autem censetur donatio causa mortis, idem est, quia talis donatio potest reuocari l. 2. C. de inoff. donat. Alex. cons. 28. num. 3. lib. 5. Secundo autem casu videtur, quod

non

non posſit vaſſallus acquirens, in feudo præiudi-
care alijs, quibus acquiſiuit, ſi non ſunt in eius
poteſtate, quia tenet donatio irreuocabiliter, &
ſic ceſſat aſsignatio, ita Bal. in l. 1. in fi. C. per
quas perſonas nob. acquir. & in auth. ſi quas rui-
nas, col. 4. verſ. iuxt. hoc quæro vtrum pater C.
de ſacroſanc. Eccl. & hanc Bald. ſententiam ad-
miratur Natt. in conſ. 475. num. 5. dicens quod
doctrina Bal. in d. l. fi. apud eum erat maximi
ponderis, & quod maturè loquutus fuit, eandem
determinationem Bal. ſequitur Aret. in l. idem
Iulianus §. ſiquis alicui ff. de leg. 1. & intelligo
8 quod quando non poteſt ſucceſſoribus † præiu-
dicari procedat concluſio, etiam accedente con-
ſenſu Domini in illis autem caſibus; in quibus
poteſt præiudicari, requiratur conſenſus Domini,
de quo tamen latius infra dicam.

In tertio autẽ, & vltimo caſu quando ſcilicet
vaſſallus, nihil dedit de ſuo pro feudo obtinendo
concludendum eſt abſq; diſtinctione inter patrẽ,
& filios in poteſtate ipſius exiſtentes, & emanci-
patos, aut inter matrem, & alios, quod non poſſit
per acquirentem præiudicari filijs, nec alijs ſuc-
ceſſoribus neque per alienationem, neque per
aſsignationem in vnum ex ipſis filijs, & ſucceſſo-
ribus, vt determinant Bald. Aret. & Natt. in præ-
alleg. locis, quibus accedunt Corn. & alij, quos
refert, & ſequi videtur Surd. in conſ. 305. nu. 36.
& 42. lib. 3. Rationum autem diuerſitatis inter
præcedentem caſum, & iſtum, quoad patrem,
quia ſcilicet in hoc caſu, pater, nec alius poteſt in
feudo præiudicare ſucceſſoribus, pro quibus re-
ceptum eſt, in caſu autem præcedenti contrarium
deciditur in patre per Curt. iunior. in ſuo tract.
de feud. part. 4. num. 131. verſic. quid ergo con-
cludemus poſt Aret. in d. §. ſi quis alicui, quia
ſcilicet in caſu præcedenti, filij dicuntur habere,
ius in feudo ex tacita donatione patris, vt dictum
eſt, ſed in iſto vltimo caſu capere feudum ex me-
ro beneficio concedentis mortis cauſa capione
reſpectu patris, vt declarat Bar. in l. ſi mihi, &
Titio ff. de verb. oblig. & in l. mortis cauſa capi-
tur ff. de donat. cau. mor. Ruin. conſ. 47. num. 5.
lib. 1. & ideo ius, quod filij habent ex perſona
alterius non poteſt pater eis auferre, ita ibi Curt.
iun. & per iſta declaratur illa communis conclu-
ſio, de qua per Gabriel. tit. de iure emphyt. con-
cluſ. 2. num. 6. vbi firmat quod in feudo recepto
per patrem, pro ſe, & filijs, pater non poteſt filijs
præiudicare illud vni totum legando, vel aſsi-
gnando, nam intelligenda eſt, vt procedat, quan-
do pater nihil dedit de ſuo pro feudo, alias enim
9 ſi aliquid † de ſuo errogauit, videtur, quod cum
cõſenſu domini poſsit præiudicare ſed dicet quiſ-
piam quare cum conſenſu Domini pater non præ-
iudicat, tam in præſenti, quã in præcedenti caſu?
Reſpondeo, quod ſpectat ad filios beneficio Do-
mini, & licet ius fuerit ex ſtipulatione patris quæ-
ſitum filijs, attamen pater non poteſt auferre l.
cum à ſocero C. de iur. dot. ſed nec poteſt pater
præiudicare ex iure Domini, quia ius eſt quæſitũ
filijs irreuocabiliter, nam per ſtipulationẽ patris
quæritur ius filijs, etiam ſi effectus ſtipulationis
confertur in tempus exiſtentiæ ſui iuris, vt per
Bar. in l. quod dicitur num. 5. ff. de verb. oblig.
ſed quando pater dedit aliquid pro feudo, tunc
præiudicat iure proprio, nõ tamẽ in iure aliunde
quæſito, vt in d. l. cum à ſocero, ſed in iure ab
ipſo proueniente reuocando tacitam donatio-
nem, quam fecit filijs, quod facere poteſt, vt
dicebam, pater verò filijs emancipatis nullo
caſu præiudicat, quia in præcedenti caſu donatio
tenet irreuocabiliter, & in præſenti, filij nihil ab
eo conſequuntur, & ſic iure proprio, non præiu-
dicat, quia donatio tenet irreuocabiliter, & non
poteſt præiudicare in iure quæſito ex ſua ſtipula-
tione d. l. cum à ſocero, ſed nec præiudicat iure
Domini, quia eis eſt quæſitum ius irreuocabili-
10 ter, nã pater poteſt ſtipulari filijs † emancipa-
tis in omnibus caſibus, in quibus ſtipulatur exi-
ſtentibus in poteſtate, vt per Bart. in d. l. quod
dicitur num. 7.

Quod verò ad matrem, fratres, & alios, an ſci-
licet cum conſenſu Domini poſsint huiuſmodi
perſonæ præiudicare ſucceſſoribus pro quibus
feudum receperunt, in hoc videtur dubium per
Doctr. Bart. in l. qui Romæ §. Flauius ff. de
11 verb. oblig. vbi dicit, † quod ſi Titius donauit
ſeio fundo cum hoc, quod poſt certum tempus
eſſet cuiuſdam Eccleſiæ poterit Titius pendente
termino remittere illud pactum ſeio in præiudi-
tium Eccleſiæ, vel tolli pactio de conſenſu vtriuſq;
Breuiter ego dico, quod quando aliquis ex præ-
dictis puta mater ſtipulatur feudum pro ſe, & fi-
lijs, non poterit poſtea etiam cum conſenſu Dñi
filijs præiudicare, quia deciſ. Bart. in d. §. Flauius
non habet locum, quando ſeius, vel notarius ſti-
pulata eſt nomine Eccleſiæ, nam tunc Eccleſia in-
telligitur contrahere per miniſtrum, & ſic non
habet locum penitentia, ita limitat Iaſ. ibi nu. 19.
& licet in notario res videatur habere difficulta-
tem, quia alij renuerunt ex illius ſtipulatione nõ
acquiri ius abſenti irreuocabiliter, niſi ſequuta
ratificatione, quæ opinio videtur magis commu-
nis, vt per Gabr. tit. de verb. oblig. concluſ. 1. nu.
100. & 102. Theſau. deciſ. 70. num. 5. tamen in
ipſo donatario ſine dubio procedit limitatio Iaſ.
tum ex rationibus ibi per eum adductis, tum ex
alijs, quæ in propoſito conſiderari poſſunt, præ-
ſupponendo, quod licet alias nemo poſsit alteri
ſtipulari l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verborum
oblig. niſi ſtipuletur exiſtenti in ſua poteſtate l.
quodcunq; §. 1. & l. quod dicitur ff. de verb. ob-
12 lig. & quia mater non habet † filiũ in poteſtate
ei ſtipulari non poſsit, vt per Bart. in d. l. quod
dicitur num. 8. attamen in feudo, & emphyteuſi
mater poterit filijs ſtipulari, vt etiam ſentit Bart.
ibi in fine cuius rei ratio eſt, quia etiã extraneo,
quis poteſt ſtipulari ſuper re, quæ eſt ipſius ſtipu-
lantis l. penult. C. ad exiben. l. publia in princip.
ff. depoſit. dominium autem vtile feudi, & em-
phyteuſis futurum eſt ipſius matris, & ideo poteſt
filijs ſtipulari intelligendo, quod mater recipiens
ita feudum vel emphyteuſim videtur recipere
ordine ſucceſsiuo, id eſt primo pro ſe donec, vi-
uat, & poſtea pro filijs poſt mortem ipſius ex not.
per gl. in l. Gallus, §. quidam recte ff. de liber. &
poſthum. & ſic confert ſtipulationem in tempus,
in quo res erit ſua, & ideo valet ſtipulatio, &
quæritur ius filij huc vult dicere Bart. quem ſe-
quuntur Abb. in C. in præſentia nu. 24. verſ. ſed
aduerte, q̃ a reperio, de probat. & Iaſ. in d. l. quod
dicitur num. 46. cum alijs relatis per Gabr. d.
concluſ. 1. num. 129. de verborum obligat. &
tradit in ſpecie Iacob. de S. Georg. in ſua inueſt.
in gl. Nobiles Agaſi verſ. limitabitis. Non ergo
præ-

præiudicabit mater in feudo recepto pro se, & filijs iure proprio, quia si aliquid dedit pro feudo donatio tenet irreuocabiliter si autem nihil dedit, nec præiudicabit filijs in iure eis quæsito ex sua stipulatione, quia ius acquisitum tertio ex
13 † meo contractu, non possum illi auferre l. 1. & 2. de stip. seru. demum nec præiudicabit iure Domini ex illius consensu, quia filijs est quæsitũ ius irreuocabiliter per prædicta.

Ex ipsa igitur iuris ratione probatũ est, quod pater, mater, & alij in feudo recepto pro se, & filijs, aut alij a non possunt successoribus præiudicare etiam cum Domini consensu, sed quia hodie non ponderantur rationes, sed pœnes nonnullos
14 numerantur authoritates, † quod tamen mihi ipsi numquam placuit adduco ad comprobationem eorum, quæ dicta sunt, Pinell. in d. l. 1. par. 3. num. 97. C. de bonis mat. vbi pro hac parte citat. Afflict. Alex. Siluã. Curt. Iun. Iaſ. Soc. Loffred. & alios, & restatur hanc esse magis receptã Doct. opinionem, & sic resultat conclusio in primo dubio ad fauorem D. Claudij, quod scilicet D. Bartholomea nõ potuerit transferre feudum, de quo agitur in Dom. Octauium maximè cum principis consensu non accesserit ad ipsius D. Claudij præiuditium, vt infra dicam, & profecto in hoc non video locum dubitandi, qui si D. Claudius dicitur habere ius in feudo falæ ex mero beneficio principis, & non a matre, cum ipsa nihil de suo exposuerit, cur dicatur ipsam potuisse auferre ius, quod aliunde fuit Domino Claudio quæsitum? & si vassallus in feudo, paterno, & antiquo non potest successoribus præiudicare ea ratione, quia eis conseruanda sunt iura incolumnia, quæ beneficio concedentis in descendentes ipsos protrahuntur, vt infra dicam, cur idem non erit dicendũ in feudo isto falæ, quod Domino Claudio quæsitum fuit beneficio concedentis defuncti, sed quid plura circa hoc, cum in persona dictæ Dominæ Bartholamææ feudum prædictum repucandum sit paternum, & antiquum? considerandum enim est, quod si prima inuestitura
15 † finita alius inuestitur, quia de eodem sit subrogatio loco antiquæ censetur facta, & feudum censetur antiquum apud ipsum inuestitum maximè si appareat pro vt in casu nostro ne aliqua relatione ad veterem inuestituram, vt per Aret. inst. si mihi, & titio ff. de verb. oblig. refert, & sequitur Duen. in reg. 323. in fi. vbi ad idem adducit Alex. & Alber. Brun. Iurisconſ. celeberrimum, Secundo considerandũ est, quod D. Bartholomeæ fuit concessum feudum istud ob benemerita patris, & quicquid datur filio ob benemerita patris profectitium est l. sed si plures §. in arrogato ff. de vulg. & pupil. l. fi. cum ibi notatis per Doct. C. de vsufructu, & tradit in specie idem Aret. in l. idem Iulianus §. si quis alicui in fine ff. de leg. 1. & deducit Natt. in conſ. 504. sub nu. 4. tertio adducitur quod feudum etiam nouũ
16 concessum iure † paterni, & antiqui feudi assumit naturam, & qualitates feudi paterni, & antiqui Alex. conſ. 50. num. 7. lib. 1. Dec. conſ. 187. nu. 8. Iacob. de Sancto Georg. in gl. nobiles Agati in fine Gabr. conclus. 1. de feud. vbi in finitos allegat, quibus addo Natt. conſ. 467. num. 6. & Surd. alios referentem in conſ. 15. num. 22. lib. 1. sed D. Bartholomeæ ita fuit concessum feudũ prædictum ergo &c.

Et præsupposito, quod feudum ipsum in persona D. Bertholameç fuerit, & censendum sit paternum, ac habeus naturam, & qualitates feudi paterni constat, quod non potuit transferri in Dominum Octauium in præiuditium D. Claudij quia in feudo paterno omnes conueniunt, quod vassallus non possit filijs suis præiudicare illud alteri ipsorum donando, vel legãdo ita Alex. conſ. 106. col. fin. lib. 4. vbi dicit, quod licet aliqui voluerint patrem in feudo nouo recepto pro se, & filijs posse alijs præiudicare feudum alteri ipsorum applicando, attamen quod filij postea apud quos feudum dicitur paternum idem possint facere nemo ausus est dicere refert, & sequitur Natt. conſ. 163. num. 14. cuius conclusionis ratio redditur, quia filij non habent ius ab vltimo vassallo in feudo paterno, & ideo non potest præiudicare C. de success. feud. idẽ Natta conſ. 501. num. 22. Iaſ. conſ. 56 nu. 9. lib. 3. & dicit Ozasc. decis. vlt. num. 20. quod filij, & agnati in feudo paterno, & antiquo dicuntur habere ius radicatum, & formatum in inuestitura ex persona propria, & ex iure habito à concedente, non autem ex persona vassalli, alienantis, & ideo ea, quę nõ à vassallo, sed à principe, prouenitunt debent filijs ipsis, & agnatis remanere incolumnia ita ibi Ozasc. post Iser. Alex. Dec. Barb. Soc. iun. Parisi. & alios per eum adductos, addo Surd. su prealleg. conſ. 108. num. 16. vbi scribit patrem non posse etiam inter filios disponere de feudo paterno, & antiquo, nec inter viuos, nec in vltima voluntate, quia est Dominus, solum dum viuit, & ideo dicit Rub. in conſ. 133. viso casu proposito, quod pater
17 in huiusmodi † feudo non potest erigere primogenituram in præiuditium filiorũ idem voluit Paul. de Castr. conſ. 374. visis omnibus punctis col. 2. verſ. cum, ergo ista Domina Ioanneta lib. 1. ad idem adducitur Bald. in C. imperialem in principio colum. 4. verſ. quæro vtrum pater de prohibit. feud. alien. per Feder. procedunt quam præmissa etiam si accedat consensus Domini, quia etiam cum consensu Domini non potest vassallus præiudicare filijs, nec alijs successoribus ad quos aliquando feudum est recasurum vt per Clar. in §. feudum quæst. 41. verſ. & hæc quidem, vbi post alios per eum relatos dicit hanc esse verisimam, & ab omnibus approbatam opinionem, addo Alex. conſ. 15. num. 15. lib. 5. Dec. conſ. 445. num. 22. post principium, & dicit idem Dec. in conſ. 185. in fine quod concessio, & inuestitura facta de feudo † in præiuditium eorum ad quos
18 erat peruenturum post mortem vassalli non valet & dicit Aluar. post Bald. in cap. 1. §. filia, per illum tex. verſ. nota quod Dominus etiam de expresso de success. feud. quod Dominus cum cõsensu vassalli non potest facere gratiam filię ipsius in præiuditium agnatorum, & quod si vassallus fecerit inuestire filiam in præiuditium agnatorũ. feudum per agnatos reuocabitur post mortem vassalli, & de hoc, quod feudum paternum non possit alienari in præiuditium agnatorum etiam consentiente Domino est text. expressus in cap. 1. in princip de alien. feud. pater, & alienatio est prohibita etiam si fiat in agnatos, qui tamen sint remotiores, & ideo per proximiores reuocatur C. Titius si de feud. defunct. fuer. controu. sed & si fiat alienatio in vnum ex pluribus agnatis proximioribus existentibus scilicet in pari gradu.

ljn alij agnati reuocant alienationem pro eorum
parte Iac. de S. Georgio in sua inuestitura in gl.
& tum pacto de non alienando col. 9. in princ.
verf. in ista mareria alienarionis, & col. 11. in
princ. versic. ex præmissis elicio, idẽ habetur per
Surd. alios referentem in conf. 382. nu. 33. lib. 3.
Sed quia aduersus istas propositiones ex dia-
metro faciunt notata per D. Cæsarem Manenũ
19 I. C. ceulatissimum, vt pater in eius consil. †
45. exordiente quamuis sæpius scripserim à nu.
1. vsq; ad nu. 40. è re est vt ipse scias obiectio-
nes ad ea fundamenta, quibus tenui pro contra-
ria sententia. Dum igitur partem affirmatiuam
sustinet, in eo sl z. quod mater potuerit vni ex fi-
20 lijs donare feudu, acquisitũ ẽt † pro alijs, mouet
per textum in l. fœminæ C. de secund. nupt. l. Ge-
neraliter in §. negotium, & l. in quibus in fine.
C. eod. ex sententia Castrens. in magistrali cons.
179. in causa, quam mag. lib. 1. quam declarat,
& sequitur Natta, in consil. 475. ardua, & diffici-
lis lib. 3. sed veritas est in contrarium, quia pro-
positio ex aduerso deducta non est simpliciter ve
ra, qui enim de ea verba fecerunt cum maximis
distinctionibus loquuti sunt, nempe quod ea con-
clusio nõ procedat in feudo antiquo, & ex pacto,
& prouidentia, quale est feudum Salę, de quo agi-
tur, per ea iura, quæ in alijs nostris responsis ad-
duximus; pro qua opinione stant Baldus, Alua-
tor. Prępos. Affl. & Iacob. de Sancto Georg. Curt.
iun. Ias. Rayner. de Forliu. Alexand. Clar. Dec.
Bertran. Brun. Socin. iun. quos refert, & sequitur
Crass. in §. legatũ q. 14. nu. 19. de success. vbi ex
Ruin. in consil. 9. volum. 5. communem dicit,
quibus addendi sunt Corn. Craue. Bursat. & Me-
noch. relati per Herman. Vulteũ de feud. lib. 1.
de mod. fend. acq. c. 9. nu. 77. addendi sunt Petr.
de Gregor. par. 3. quæst. 9. nu. 15. quem sequitur
Francis. Milanens. decis. Regn. Siciliæ 8. nu. 39.
hoc est, quod voluit Bald. in cap. Imperialem.
de prohib. feud. alien. per Feder. nu. 15. vbi ad
quæstionem, quam formauit vtrum pater possit
assignare feudum vni filiorum, dicit quod non,
quia lex feudorum dictitat feudum ad omnes fi-
21 lios æqualiter † pertinere, citat text. in §. cum
hoc, qui feud. dar. poss. & notata ad tit. de suc-
cessione feud. & in l. libertæ quæ. C. de oper. li-
bert. & in l. item videndum. §. finali. ff. de petit.
hæred. cuius rei ratio ea est, quia quod feudum
fuit ab antecessoribus acquisitum non ex benefi-
cio patris, sed maiorum, habent filij, & iuxta hãc
rationem moti sunt nonnulli Doctores, quod
22 feudum, † & emphyteusis per patrem acquisita
possit ab acquisitore, Domini cõsensu accedente,
nedum in vnum ex filijs exclusis, sed etiam in
omnium filiorum præiudicium alienari, vt ex
Natta, Cęphal. Bec. & alijs, qui multi sunt, dixit
Crass. loco citato nu. 21. præsertim, quando pe-
cunia patris fuit feudum, vel emphyteusis com-
parata, secus quando per partem fuit facta acqui-
sitio, nam tunc ob pecuniam, & pretium, contẽ-
platione patris, & acquisitoris, non filiorum fuit
facta concessio feudi, sic articulum hunc declarat
Natta in dicto conf. 475. nu. 24. inferens è con-
uerso, quod vbi feudum pater habuit pro se, &
descendentibus ex se, in quo nihil de suo acqui-
rens erogauerit, filij dicuntur illud habere ex
mero beneficio concedentis, itaut nihil dicantur
habere ab ipso patre, & ita quod habent ex per-
sona alterius pater non potest eis auferre, sic Nat.
loco citato num. 11. Ad locum autem Castrensis
23 de fœminam, & sim. concordantibus † satis apte
respondet Menochius cons. 161. dubitacio nunc
ista num. 44. & sequentibus lib. 5.
Nec dicatur quod sicuti pater à principio po-
tuit acquirere feudum pro vno ex filijs suis, ita ex
post facto poterit vni tantũ conferre cõsentiente
Domino, vt ex Alexandro in cons. 55. Prospectis
his quę in rhemate nu. 17. versic. si ergo à princi-
pio pater lib. 4. firmat D. Manenr. ind. cons. 45.
nu. 35. quia responsio est, istud dictum posse pro-
cedere, quando ius ipsum, quod pater reuocare
intendit ab ipso solo patre penderet, secus vbi
ab alio, vt perpendit Menochius in d. cons. 161.
nu. 43. in emphyteusi, & feudo. Nec dicitur esse
verum, quod pater à principio potuisset non ac-
quirere pro filijs, quia Princeps vel dominus di-
rectus aliter non contraxisset.
Quod autem feudum hoc, de quo agitur sit an-
tiquum, & ex pacto, & prouidentia plenè edocui-
mus in antecedentibus responsis, quorum dicta
non repetimus, ne vnum, & idem in subiecta ma-
teria replicare videamur.
Quinimò in fortioribus terminis dicimus, da
to, & non admisso, quod vbi etiam versaremur in
feudo nouo concesso in vim antiqui, & ex pacto,
& prouidentia, vtique matri non licuisset feudũ
ipsum alienare, & vno excluso filio vocato in al-
terum transferre per eam præcipuam rationem,
quod vbi feudum fuit datum pro se, & filijs, seu
24 ab † eo descendentibus, vtiq; ipsorum contem-
platione concessum esse dicitur, itaut Princeps
concedendo feudum, eam habuerit mentem, vt
illud feudum transiret successiuè in descendentes
vassalli, ad quos affectionem habuit Dominus, &
illorum contemplatione videtur disposuisse, sic
post Aretin. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui.
in fine. ff. de leg. 1. & Præpos. in cap. Imperialẽ.
de prohib. feud. alien. per Federicum. num. 7.
dixit Menoch. in cons. 151. prima proposita du-
bitatio. nu. 15. & 55. vol. 2. quod etiã probauit,
lib. 3. præsump. sub præsump. 28. nu. 16. Conces-
sio enim, vt ait Præpos. loco relato emanat à Do-
mino principaliter, & cum eo res gesta est, & eius
factum attenditur plusquam patris stipulantis, &
recipientis, & ita, quod mihi per Principem con-
25 cessum est, ab altero tolli † non potest, idem
Menoch. cons. 161. dubitatio nunc ista per tot.
& præsertim num. fin. volum. eodem per totum,
faciunt notata per Cęsar. Fiumag. ad l. in quar-
tam ff. ad leg. falcid. num. 460. vbi communem
dicit, & Clar. Boss. & Plot. qui dicunt in proposi-
to, feudum nouum concessum in antiquum, cen-
seri in omnibus antiquum.
26 Nec latet nos Menoch. in locis præcitatis †
differentem, feudum datum pro se, & filijs suis
descendentibus, non censeri contemplatione fi-
liorum cõcessum, prout animaduertit Hartman.
Pistor. lib. 2. quæst. feud. sub quæst. 4. num. 89.
quia respondetur improbationem hanc non su-
stineri, quando scilicet nulla intercesserunt me-
rita acquirentis, nec pecunia ipsius, vt diligen-
ter animaduertit Fiumag. loco citato num. 456.
& sequen. citat Angel. Dyn. Castrens. Alexand.
Boss. & Plot. ad cons. Martin. Laudens. & de magis
communi affirmat: ratio patet, quia vbi nulla
alia causa potuit in concedente feudum conside-
rari,

rari dubio procul dicendum est, quod tradendo feudum pro se, & descendẽtibus ex se, prospexit ad posteritatem vassalli, specialiter per pactum illi prouidendo, hinc est, quod approbando Menoch. Rosentalis in dicta conclus. 66. num. 52. dixit quod sine consensu Domini concedentis feudum in præiudicium vocatorum alienari non potest, cui opinioni, vbi etiam inhærendum foret nemini dubium, quin etiam, & pro nostra staret sentẽtia, cum nullus interuenerit Principis assensus in prę iudicium Domini Claudij, prout aliàs dictum fuit ex clausula salutari adiecta in inuestitura concessa Domino Octauio ibi (citra præiudicium iurium cuiuscumque tertij.)

26 Nec dicatur, quod nullum fuerat ius quęsitum Domino Claudio per Principem, cum illud potuerit reuocari, quia respondetur, quod immo quæsitum erat, & dato quod potuisset reuocari

27 Princeps reseruando † ius tertij, noluit illud tollere, & sic frustra agimus de potentia cum negatur voluntas. cap. cum super. extra de offic. deleg. l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi, & hinc tolluntur obiectata, quod Domino consentiente mater disposuerit.

Nec facit consideratio iustæ causæ, quia vt dictum fuit, non permittitur alienatio ex quauis causa in præiudicium vocati, siue fuerit feudum antiquum ex pacto, & prouidentia prouenit, vt notant Doctores supra relati, siue nouum ex pacto, & prouidentia, vt optimè probauit Menoch. contra Bal. Alexan. Ias. Curt. sen. Natt. & alios in citato cons. 271. nu. fin. tanto fortius, quod in omnem casum etiam in vim antiqui concessum dicitur Rolandus Cauagnolius.

Insuper etiam ad aperiendam veritatem articuli non est quod silentio prætereamus Egregium consilium excellentissimum viri Ludouici Morotij, quod in eadem causa compilauit pręsertim quia typis non fuit impressum, & magistraliter loquutus fuit in ista materia tenor igitur illius est.

Visis consilijs, clarissimorum Iurisconsultorum Casalensium D. Andreæ Beccarij, & Rolandi Cauagnolij, libenter subscripsi eorum sententiæ, quæ fauet masculo ad exclusionem filiarum

28 quarum causa in feudalibus odiosa est, & † regulariter patitur exclusionẽ c. finali de his qui feud. dare possunt, & in tit. de successio fratrum versic. ad filias autem, & alibi passim præcipuè verò in concursu cum masculis c. 1. de eo, qui sibi, & hæredib. c. 1. §. filiæ vero de successio. feudi etiam in feudo materno, siue fœminino c. 1. de feudo fœminæ, & ibi scribentes Castr. in cons. 176. num. 2. lib. 1. Curt. iun. in tract. de feud. parte 3. prio. regula prima vers. secundo singulariter limita, & in cons. 181. nu. 2. Crot. in cons. 399. nu 24 lib. 3. Crau. in cons. 779. nu. 3. Soc. iun. in cons. 109. num. 7. lib. 2. Clar. in §. feudum q. 73. num. 4. Rol. cons. 67. nu. 10 lib. 2. Menoch. cons. 331. nu. 2. & ex communi nouissime Rosental. de feud. c. 7. de fœmi. successio. ab intesta. conclus. 35. vbi alios cumulauit, & sanè inspecto tenore antiquarum inuestiturarum quæ vocãt masculos dumtaxat fœminarum exclusio difficultatem non habet sed cum D. Bartholomea mater D. Octauij, & Claudij anno 1546. fuerit inuestita de quibusdam portionibus acquisitis à D. Ioanne Vicentio eius patre quas postea donauit D. Octauio Cardo consultationis præcipuo versatur in hoc vt videamus, an aliquo modo mutata fuerit feudi huius antiqua natura, & nouata in persona ipsius mulieris ita vt potuerit de eo disponere in D. Octauium, & D. Claudium excludere vocatum ex inuestituris.

In qua re dicendum videtur primo aspectu feu-

29 dum hoc fuisse nouum † in persona D. Bartholomeæ, siquidem cum fuerit fœmina admissa quę ex antiquis inuestituris erat exclusa in persona eius feudum nouum efficitur, vt tradit Sali. in l. final. nu. 17. C. de iure emphyteuti cuius dictũ notabile dicit Ias. ibi nu. 41. Zas. de feud. part. 3. nu. 9. Iacob. Franciscus in præludijs feudorum nu. 94. & in cap. 1. nu 36 de his, qui feud. dare possunt, vbi loquitur de habilitatione filię non vocatę in antiquis inuestituris quod in eius persona feudum dicatur nouum post Iserniam, quẽ allegat in cap. 1. post nu 9. versic. iure isto de nata successio. feudi idem tradit Afflict. in c. 1. quẽadmodum feud. ad fœmi. pertineat numer. 11. Gozad. in cons. 65. nu. 2. Tho. Mari. de feud. tit. 3. num. 7. in fine Amede à Ponte quæst. 10 laudi in prin. Cęph. in cons. 27 nu. 19. & in cons. 301. num. 118. Surd. in cons. 353. num. 9 & quoad descendentes ab ipsa fœmina incipit esse maternũ vt ait Zas. in prædicto loco Rui. cons. 1. num. 17. lib. 1. ponte dicta quęstio. 10. num. 6. Menoch. in cons. 331. num. 6. Cæphal. d. cons. 301. num. eodem Peregr. in cons. 24. num. 34 & ideo cum feudum illud sit nouum consequenter dicendum de eo potuisse disponere D Bartholameã illudq; donare D. Octauio filio ob benemerita, & ob causas in donatione expressas vt Bald. scribit in l. qui se patris nu. 9. C. vnde liberi, & in cons. 276. circa principium lib. 5. Lotred. in cons. 52. num. 1. Bello. in cons. 33. num. 9. Natta in cons. 501. nu. 17. Cla. in § feudum q. 41. & locupletissimè ex magis communi Surd. in cons. 351. num. 24. & tradit latissime Menoch. in cons. 161. vbi plures casus distinguit.

Sed prædictis non obstantibus prout verè non obstant, vt mox dicam adhuc, contrarium respondere tutius existimaui negando absolutè feudum nouam assumpsisse naturam ex admissione fœminæ, vt in contrarijs dicebam siquidem D. Bartholomea fuit inuestita de portionibus prædictis eisdem modis, & formis quibus fuerunt inuestiti sui progenitores, & prædecessores, & alij vassalli condomini ejusdem feudi salæ, tam ex antiquis, quàm ex nouis inuestituris ad quas habetur relatio, & ideo licet eius persona fuerit admissa ad istud feudum tamen eius admissio fuit restricta, & limitata ad antiquam naturam feudi, igitur non potest dici in eius persona feudum nouum, cum fuerit captum sub commemoratio-

30 ne antiquarum † inuestiturarum nihil addito, nec mutato vt Aret. scribit in l. si mihi, & titio ff. de verbor. obligat. & in cons. penul. col. 3. vers. sed ad hoc latius Alex. in cons. 30 num. 3. lib. 1. & in cons. 2 nu. 5. lib. 5. Bru. videndus in cons. 78 num. 2. & alijs seqq. & in cons. 143. col. 2. versic nec obstat Curt. Sen. in cons. 49. num. 89. Cra. de antiqui tempo. part. vlt. nu. 26. ferret. in cons. 87. num. 2. Gozad. in cons. 84. num. 6. hęc enim inuestitura antiquarum commemoratiua ab eis regulatur, & eius naturam sequitur absq; vlla nouatione l. lucius §. filiã ibique Bart. ff. ad

trebellianũ, & ideo perinde est; ac si antiquarũ in-
uestiturarum diceretur facta confirmatio, quia
nihil aliud est noua infeudatio, quę fit sub com-
31 memoratione, & relatione alterius, † quam
exequutio primeuæ infeudationis relatæ, &
commemoratæ, vt inquiunt Curt. & Bru. in
prędictis locis, ideoq; dicebat Bald. in §. insuper
de prohi. aliena. per Federic. vnico verbo rem es-
se concludendam vt executio feudi veteris non
sit nouum feudum, nisi noua forma sit addita, &
idem repetit. in l. 1. quæstio. 4. ad finem ff. de
rerum diuis. subdens ibi, inuestituram nouam
non dici, quæ veterem conseruat, & sequitur Pa-
ris. in cons. 5. num. 11. lib. 1. Amade. d. quęstio.
laudini 10. versi. renouatio, etiam vbi ait reno-
uationem antiquę inuestituræ, seu executionem
32 veteris † non facere nouum feudum, nisi noua
forma adderetur. Nec aliquid facit hac in re
mutatio personæ quia conditio rei feudalis non
mutatur mutatione personæ vassalli c. 1. de vas-
sallo, qui arma bellica depo. & in specie ad exclu
sionem feudi noui ita scribit sola ad Decis. yolãt.
glo 4. post num. 14. versic. sed ego crederem, &
seq. Surd. in cons. 440. post num. 6. idem voluit
Brun. in cons. 78. num. 4. vbi inquit quod muta-
33 tione personę hęredum qualitas, † & conditio
obligationis non mutatur l. 2. §. final. ff. de præ-
to. stipulatio Ideoq; videmus feudum emptum
non mutare naturam in persona emptoris, sed
primeuam retinere, nec desinere esse antiquum
nisi noua forma detur inuestituræ, vt tradit locu-
pletissimè sola in prædicto loco post Bero. in
cons 77. num. 45. lib. 1. & seq. Surd. in d. cons.
440. post nu. 49. vers. dici etiam potest, vt idem
dicimus quando feudum de vna in aliam familiã
transit, quod nihilominus retineat primeuam
34 naturã vt consuluit Ferretus in cons. 87. † nu. 18.
vbi hoc deducit ex Ancha. in cons. 174. dum in
casu suo admittit Agnatum natum ex filio Mar-
garitę nuptę in aliena familia, & absq; dubio cum
inuestitura prima alterius familiæ est relatiua ad
antiquas primę familię, nam tunc nihil censetur
immutatum de antiquitate feudi in familia no-
ua, vt tradit idem Ferret. ibi nu. 19. vbi id probat
ex duob. consilijs Castr. quę in antiquis sunt in
libro meo sub num. 155. & 157. Itaq; stante com-
memoratione antiquarum inuestiturarum con-
cludo nos esse in casu claro.

Secundo nouum feudum non potest dici in
persona D. Bartholomeę hac ratione, quę dili-
genter est ponderãda nam D. Bartholomea vnica
filia D. Io. Vicentij acquisitoris non fuit admissa
ex gratia, & libera voluntate domini directi ad
feudum, neq; ex dispositione habilitata, sed cum
mortuo patre absq; filijs masculis agnati feudum
peterent, & ipsam vellent excludere causa fuit
remissa decisioni Pręsidis illius status, qui sua
sententia declarauit D. Bartholameam capacem
35 bonorum feudalium quę alio iure † quam suc-
cessionis vigore primę inuestiturę obuenerũt pa-
tri ipsius filię, & ab illis portionibus exclusit
agnatos, & sic ipsa filia nõ fuit admissa ex aliqua
noua causa extra inuestituras veteres voluntariè,
& ex gratia Marchionissæ, tunc dominę directę
36 † sed ex antiqua, & ex necessitate, ita cogente,
& impellente iustitia, vt apparet ex sententia, &
declaratione dicti Pręsidis quę postea fuit confir-
mata ab Inuictissimo Imperatore Carolo Quin-
37 to, & à dicta Marchionissa, & quę hodie † facit
ius immutabile l. ingenuum ff. de stat. hom. l.
res iudicata ff. de regul. iuris, & est tantę poten-
tię vt faciat de albo nigrum, & è contra, & vin-
cula naturalia sanguinis mutet, & falsum in verũ
non estimabilem sed quoad effectum, vt tradit
Crau. in cons. 79. nu. 1. Rol. à valle in cons. 83. nu.
14. lib. 1. cũ pręsertim fuerit confirmata ab Impe
ratore, & à Marchionissa, ac proinde dici possit sẽ
38 tentia Principis, † & Imperatoris cũ robur acci
piat à cõfirmatione eorũ §. fin. ibi glo. institutio
de tutel. l. adoptio. ibiq; Angel. ff. de adoptio l. le
gata inutiliter ff. de adimend. legat. Barto. in l.
more nu. 5. Ias. nu. 3. ff. de iurisdictio omni. iudi.
quæ planè habet vim legis Addent. ad Bartol. in
l. nemo C. de senten. & interlocut. omni. iudi. l.
finali vbi Bart. Cod. de leg. Ozas. decis. 1. num.
44. Abbas in cap. afferte de pręsumptio. & ideo
querẽdum hodie non est quomodo id contigerit,
& fieri potuerit, & quo iure quaue ratione fuerit
ipsa filia ad feudum admissa exclusis agnatis, &
pręsertim à filijs, & descendentibus ab ea, sed
39 sufficit † dicere ita fuisse iudicatum, & postea à
domino directo confirmatum, & approbatum,
vnde cum ipsa fuerit admissa ad feudum ex reli-
quijs inuestiturarum paternarum non volũtariè,
nec ex gratia, sed ex necessitate, & via iuris, &
iustitiæ, non potest considerari in ea noua causa,
& consequenter feudum nouum dici nequit ita
in specie consuluit Deci. toto ferè cons. 53. &
præsertim col. 1. versic. secundo hæc confirmatur
vbi ita scriptum reliquit. Secundò hoc confir-
matur, quia ista concessio feudi non fuit facta ex
libera voluntate monasterij concedentis, sed ex
necessitate pro implemento conuentionis, & con-
cordię præcedentis, quæ concordia fuit facta ad
sedandum controuersiam, quæ erat inter dictum
monasterium, & dictos nobiles de Boschetis pro
iure antiquarum concessionum in emphiteusim
de dictis bonis; cum ergo ex tali necessitate dicta
concessio feudi facta sit, non reputatur noua ac-
quisitio, & sic nouum feudum dici non potest; &
idem etiam sensit Ruin. in cons. 15. post num. 11.
lib. 4. sola in d. glo. 4. ad decr. yolant. versic. iam
allegato, sed ego crederem vbi allegat. Deci. in
prædicto consilio Surd. in d. cons. 440. post num.
51. versic. similiter quod inquit Deci. cum ergo
40 fuerit admissa filia ad feudi † portiones ex ac-
quisitionibus, & inuestituris paternis eius ad-
missio quæ fuit facta in executionem præceden-
tium inuestiturarum paternarum non dicitur
41 nouus actus, † sed idem cum prioribus l. si hę-
res ff. de actio. empti Crau. in cons. 223. num. 10.
& ideo causa illa præcedens, & antiqua, à qua
eius admissio, & vocatio originem trahit spectari
debet vti prima, & originalis l. qui id quod in
pt in. ff. de donation. l. tutor datus ff. de fideiusso.
Deci. in cons. 88. post num. 3.

Quibus sic stantibus infertur peremptoriè ad
decisionem casus nostri in odium istatũ filiarum
triplici ratione, prima est, quia sublata nouatio-
ne inuestituræ, & feudi huius in persona Do-
minæ Bartholomeę vocatę, & admissę vi
inuestiturarum paternarum cessat facultas quę
tribuitur ei qui feudum nouum recepit, & acqui
siuit disponendi de eo, vt in contrario dicebam
hęc enim facultas non conceditur illi, qui
succedit in feudo antiquo, in quo agnatis acqui-
titur

ritur ius ex prima inuestitura quod eis auferri
nequit aliqua dispositione vassalli possessoris feu
di, nec vni filiorum ex antiquis inuestituris voca-
torum prælegari, aut donari, in odium alterius,
vt tradit Iserni. in cap. 1. §. filius num. 1. si de
feudo fuerit controuersia inter domi. & agna. alua
Prępo. & Afflict. in cap. 1. de alien. feudi, nec
etiam accędente consensu domini vt respondet
Ias. in cons. 7. lib. 3. Natta in cons. 501. nu. 23.
Soci. Iun. in cons. 160. nu. 44. lib. 2. vbi loquitur
de pręlegato vni filiorum facto cum consensu do-
mini, quod non teneat, & plures huius sententię
refert Menoch. in cons. 161. num. 1. & in specie
ita declarat Surd. in cons. 305. post num. 39. vers.
non igitur repugnat. Secunda est ratio, quia dato,
& numquam concesso quod istud feudum esset
nouum in persona D. Bertholameę, tamen cum
fuerit inuestita tamquam de feudo antiquo vi re-
lationis factę ad antiquas inuestituras, & comme-
morationes earum vt dixi latè superius, quę qui-
dem commemoratio ęquipollet clausulæ iure
antiqui feudi vt in specie scribit Alex. in cons.
29. num. 13. lib. 5. Thesau. decis. 147. Brun. in
d. cons. 78. nu 8. & ex antiquis inuestituris ap-
pareat feudum istud esse rectum ex pacto, & pro-
uidétia vti captú per masculis hęredibus quáuis
mixtum propter verbum hęredibus; vt latè ego
probaui ex magis communi in responso 83. vtiq;
feudum eiusmodi non subiaceret regulę prędictę,
vt de eo posit vassallus disponere, & vni filiorú
donare aut pręlegare vt consuluit Rui. in cons. 9.
num. 16. lib. 1. Paris. in cons. 5. num. 11. & alijs
seqq; libro. 1. Differre Bossi. in tit. de Princip.
num. 312. Menoch. in cons. 161. num. 57.

Tertia est ratio, quia hic non agitur de feudo
quod meritis aut sumptu D. Bartholomeæ fuerit
tunc comparatum quo casu ęquum videtur vt pri
42 mus acquisitor, qui sua † pecunia, aut labore,
seu meritis feudum acquisiuit æque possit de eo
disponere ad præiudicium illorum pro quibus
fuit stipulatus Bald. in l. 1. in fi. C. per quas per-
sonas nobis acquiritur Aret. in l. apud Iulianum
§. si quis alicui col. penul. ff. de leg. primo Curt.
de feud. parte 4. nu. 132. & plures huius sententię
refert Menoch. in d. cons. 161. Surd. d. cons. 305.
num. 36. sed de persona istius mulieris ita iudi-
candum est; quod, aut ipsa continuauit successio-
nem in feudo isto paterno vigore inuestiturarum
patris sic admissa, & confirmata per sententiam
D. Pręsidis, vt verè continuauit, quo casu non
dicitur feudum nouum in ea ita vt posit de illo
disponere vt ante dixi, aut planè fatendum est
hoc feudum fuisse concessum domini beneficio ac
mera munificiétia eius ipsi quidem mulieri prin-
cipaliter, at successiuè eius etiam filijs hæredi-
bus masculis dum taxat iuxta tenorem antiqua-
rum inuestiturarum sub quarum commemora-
tione ipsa fuit inuestita, quorum hęredum mas-
culorum appellatione veniunt dum taxat filij, &
alij masculi descendentes cap. 1. §. & si clientulus
de alienat. feud. Isern. in cap. 1. §. sed quia post
num. 15. vers. item quod d. Soc. Iun. in cons. 72.
numero. 27. libr. 1. Surd. in cons. 63. numero. 10.
& cons. 108. num. 14. & seq. Thesaur. decis. 147.
num. 1. & isto casu ęque concludendum est nullá
omnino habere facultatem disponendi de feudo
in pręiuditium masculorum descendentium, qui
habent feudum ex beneficio Principis, non etiam
ex facto, & stipulatione matris, vt declarat Bald
in d. l. 1. in fi. C. per quas personas nob. acquir
& tradunt communiter DD. in l. apud Iulianum
§. si quis alicui ff. de legat. pri. Dida. variar. re-
solutio. lib. 2. cap. 18. versic. tertia conclusio.
Menoch. d. cons. 161. nu. 11. & Surd. d. cons. 305.
nu. 36. in fine. Itaq; concludo ex isto capite qua-
tenus arbitrantur filię D. Octauij posse ad feu-
dum admitti supposita, donationis validitate
factæ ipsi D. Octauio eas hallucinari, à quo nihi-
lominus pédet resolutio istius causæ, nam sublata
potestate disponendi de dicto feudo via donatio-
nis in odium domini Claudij vocati ex antiquis
inuestituris frustra quæritur de effectu inuesti-
turæ D. Octauij, & deinceps de alijs articulis
qui diligenti animaduersione, & cura fuerant à
prædictis consulentibus enucleati; omnis namq;
43 actus † ab agentis potestate pendere solet cap.
cú super de offi. deleg. l. nemo pót ff. de leg. 1.
ideo sublata radice ad quam Bald. noster dicebat
semper accedendum esse, reliqua ruunt, Quædam
nihilominus addere libuit ad confirmationem
eorum quæ ipsi consulentes doctè scripserunt. Et
deueniens ad articulum diuisionis paucissimis
rem absoluo, nam si verum esset, quod in diui-
sione, & laudo super ea sequuto non fuissent
compræhensa hęc bona feudalia quæ prius dona-
uit mater domino Octauio, & pro quibus ipse
iam fuerat inuestitus à domino directo, ita vt nó
esset opus illorum rationem habere in diuisione,
quæ fortè eo tempore non erant in controuersiam
viuente adhuc matre, vt plenè ostendit D. Ca-
uagnolius in suo responso vtiq; otiosum esset
agere de effectu ipsius diuisionis, quia non entis
nullæ sunt qualitates; sed admisso pro nunc, citra
præiuditium veritatis bona prędicta fuisse ęquè
cópræhensa in diuisione, & adiudicata D. Octauio
super captiosa euictionis promissione adhuc di-
cimus id non obesse D. Claudio, quo minus eue-
niéte casu successionis in feudo ob morté domi-
ni Octauij absq; filijs masculis, vt euenit ipse D.
Claudius admitti debeat exclusis filiab. quę nó sút
cópręhésę in inuestituris hoc in terminis decidút
Bald. & Salic. in l. si familiæ quęstio. vlti. Cod.
famil. Herciscund. vbi formant quęstionem in fra
tre, qui succedit in feudo quod in diuisione per-
uenerat ad alium fratrem postea defunctum re-
licta filia feudi incapace, vt proprie contingit in
44 casu nostro, quod ipse patruus, qui promiserat †
de euictione volens feudum vendicare non exclu
datur exceptione l. vindicantem ff. de euictio:
& idem consuluit Alex. in cons. 21. lib. 5. Ruin.
in cons. 42. nu. 19. & cons. 146. nu. 3. lib. 1. Cran.
in cons. 211. num. 6. vbi loquitur, etiam in eui-
ctione promissa scienter in eo qui rem feudalem
acquirit, quód talis esset Aret. in cons. 3. Gaball.
de euictin §. 5. numero 33. Menoch. in tracta. de
præsúpt: lib. 3. præsumpt. 115. num. 14. & præ-
sumptio. 118. post nu. 11. & in cons. 87. num. 84.
Rol. in cons. 51. nu. 9. lib. 4. & ego responso 83.
tota dubitatione 2. & præcipue nu. 16. Subden-
tes rationem, quia isto casu res non euincitur, sed
potius reddit ad agnatum, ex defectu lineæ, &
45 ex † natura rei, & procedit hęc opinio citra du-
bitationem hoc casu vbi hæc diuisio fuit simplici
ter facta absq; clausulis, & verbis importantibus
facultatem alienandi, & disponendi de feudo in
diuisione vni addicto, quo casu diceretur partium

conuentione alterata rei natura ideoque debe-
retur euictio etiam hoc caſu promiſſa, vt in caſu
ſuper quo Ripa libro. 1. reſponſo. cap. 1. numero
63, quando res feudalis data eſt libera cum facul
tate alienãdi ex clauſula, & quibus dederit, quod
tunc debeatur euictio, & in ſpecie noſtra ita de-
clarat Menoch. in dicto conſ. 57. nu. 88. Surd. in
conſ. 15. hic enim ceſſant iſta, quia, vt dixi, hæc
diuiſio, quatenus in ea ſint comprehenſa bona
feudalia, non ſolum fuit abſq; conceſsione alie-
nandi, verum etiam ſine refutatiooe ipſius feudi,
& tamen videmus in fortioribus terminis mutuã
feudi refutationem inter agnatos factam in diui-
ſione non excludere illos quo minus inuicèm ſibi
ſuccedant, vt eſt tex. in c. 1. de eo, qui finem fecit
agnat. & io cap. 1. § fin. ſi de feud. fuerit contro.
Præpoſit. Afflict. & Alua. ita notanter tradit
idem Bart. in emphiteuſi in l. qui Romæ §. duo
fratres queſt. 10. Aretin. Alex. Rip. & alij com-
muniter ibi ff. de verb. oblig. & alij quos retuli
in d. reſponſo 83. nu. 15.

Rurſus reſpondeo, & dico animaduertendũ eſſe
quod illo caſu res euincitur non ſolum ex natura
rei quę agnatum alienantem, ſeu diuidentem nõ
46 excludit, verum etiam ex facto † proprio ipſius
D. Octauij, qui ante diuiſionem iam fuerat inue-
ſtitus pro filijs maſculis deſcendentibus ab eo,
modis tamen, & formis quibus D. Bartholomea
eius mater fuerat inueſtita, & prout in inueſtitu-
ris per ipſum D. Octauium recitatis, & relatis in
prędicta eius inueſtitura continetur ex quibus ap
paret feudum eſſe rectum, & antiquum, & cum
ſub commemoratione, & relatione earum fuerit
inueſtitus, clarum eſt ipſum fuiſſe inueſtitum tam
quam de feudo antiquo, vt aote probaui, in quo
ſuccedunt non ſolum deſcendentes ab ipſo inue-
ſtito, verum ẽt collaterales, deficientibus deſcen-
dentibus vt tradit Aluaro in præm. feudorum.
Verſ. ſexta concluſio Curt. de feud. part. prima
q. 8. prin. num. 7. Clar. in §. feudum quæſt. 8.
Crau. de antiqui temp. part. 5. ou. 16. & in conſ.
509 numero. 6. Rol. io conſ. 60. lib. 1. Natta in
conſ. 468. Surd. conſilio. 5. numero. 22. Gail.
Pract. obſeruat. libro ſecundo obſeruat. 50 & eſt
tex. in cap. 1. de ſucceſſio fratrum, & in cap. 1.
de natural. ſucceſsio. feud. & in caſu no-
ſtro maſculi tantùm, cum ex antiquis inueſtituris
nec non ex inueſtitura matris maſculi dumtaxat
ſint vocati, & ſint excluſæ fœminæ, quæ etiã abſq;
reſtrictione ad maſculos cenſerentur excluſæ in
feudo recto quale eſt preſens Zaſ. in conſ. 11. nu.
8. lib. 1. etiam quod feudum eſſet maternum in
concurſu cum maſculis, vt dixi in principio re-
ſponſi, cum ergo inueſtitura D. Octauij quatenus
de ea aliqua eſſet habenda conſideratio, quod ta-
men non arbitror per ea quę dixi de inualiditate
donationis, vocet etiam D. Claudium fratrem
vtiq; admittetur ipſe ad feudum ex facto etiam
proprio ipſius D. Octauij ad excluſionem filiæ, &
ſic paruifacienda eſt diuiſio, & euictionis promiſ-
ſio in ea facta, cum acquiratur feudum ipſi Clau
dio etiam facto Domini Octauij ita in terminis
conſuluit Surd. dicto conſilio 15. vbi rem hanc
locupletiſsime probat, & exornat, cuius rationes,
& auctoritates, quibus mouetur non tranſcribo,
vt effugiam prolixitatem, ſed loquitur pro
veritate.

Succedit nunc articulus reſcripti dominicalis,
quo habilitare fuerunt filiæ D. Octauij, an huiuſ-
modi habilitatio fieri potuerit in præiuditium
47 D. Claudij agnati vocati ex † inueſtituris ad
excluſionem filiarum in quo poſt alios conſulen-
ter breuiter concludo tam ex deffectu poteſtatis,
quam voluntatis Sereniſsimum Ducem non ab-
ſtuliſſe ius quæſitum in ſpe competens huic agna-
to ex inueſtituris, ex deffectu inquam poteſtatis,
quia receptiſsima ſit ſententia Principem non
poſſe ius agnatis in ſpe conſiſtens, quia nundum
ad eos feudum peruenerit, auferre, quaſi de eo in-
diceretur, ac ſi re, & effectu quæſitum fuiſſet, cum ſit
radicatum in contractu, & inueſtituris vt conſul-
uit Caſtrenſ. in conſ. 164. libr. 2. Dec. in conſil.
498. Rol. in conſ. 10. nu. 57. lib. 3. Crau. in conſ.
649. nu. 14. Socin. iun. in conſ. 108. nu. 3. lib. 2.
locupletiſsime Molina de Hiſpa. primog. lib. 4.
cap. 3. & præſertim nu. 15. qui loquuntur de iure
quæſito ex primogenitura, ſed de iure agnatis
48 quæſito ex † inueſtituris quod illud princeps
auferre nequeat, conſuluit Signo in conſ. 15. dub.
2. vbi loquitur de filia quod in ea inueſtiri ne-
queat à Domino in prę iuditium agnatorum, quã
ſequitur Curt. ſen. in conſ. 49. nu. 95. vbi atteſta
tur de communi Rui. in conſ. 7. num. 29. 30. 31.
lib. 1. in conſ. 69. nu. 21. & ſequenti lib. 3. Rub.
in conſ. 130. ou. 8. Cephal. in conſ. 23. num. 47.
vbi plures allegat, & in cons. 186. nu. 38. Burſat.
in conſ. 129. num. 98. lib. 2. Emilia in conſ. 311.
& in ſpecie Afflict. lib. 3. conſtit. rubr. 24. nu. 6.
Tiraq. de retract. ligna §. 32. num. 42. Pariſ. in
conſ. 22. nu. 49. lib. 1. vbi dixit Principem non
poſſe nocere eis, qui ex inueſtitura vocantur quã
uis contrarium dixiſſet in conſ. 4. num. 42. lib.
1. Socin. iun in conſ. 65. nu. 3. & ſequenti lib. 1.
& tradit Bald. in l. vni. oum. 31. C. quando non
peren. part. & in conſ. 215. lib. 2. vbi idem præ-
ſupponit licet de auctoritate Principis non loqua
49 tur, & ideo cauendum eſt à Curt. iun. † qui in
conſ. primo contrarium conſuluit, & iniquè ſuſti-
nuit poſſe Principem fœminam habilitare ad feu-
dum in præiuditium agnatorum maſculorum cu-
ius conſilium ſi habuit effectũ vt atteſtatur Surd.
in conſ. 308. num. 8. qui eum incautè ſeq. vti-
que feudum illud ſuper quo conſuluit à poſſeſ-
ſoribus indebitè tenetur, & poſsidetur, & in exe-
cutionem iniquæ ſententiæ, & ipſe Curti. non eſt
tutus in conſcientia, qui fortè prudens conſuluit
contra veritatem vt inſeruiret cauſæ, & nos de-
bemus in conſulendo vti veritate, quia vt inquit
50 ſpeculator noſter Iuriſcõſultus cautus in cõſilio †
51 eſſe debet in iuditio iuſtus. † & in patrocinio
52 † fidelis, quia de talento rationem reddere debet
& quamuis Curt. habeat Sectatores nempè Pariſ.
53 in dicto conſilio 4. † numero 42. libro primo
54 Becc. † in conſilio 56. num. 42. Alciat. in conſ.
55 190. numero. † 3. Cephal. in conſilio 694.
56 † num. 50. & eiuſdem ſententię fuerit etiam
57 Dec. † io conſilio 269. Menoch. in conſilio
58 † 925. Gozad. & alij quos refert Crauet in con-
59 ſilio † 135. & Becc. in prę citato loco, tamen ab
iſtorum opinione peſsima quæ poſtmodum fuit à
grauiſsimis auctoribus reprobata omninò cauen
dum eſt, ſiquidem, vt modò dixi, contrarium te-
nuerunt Bald. & alij quos ante retuli, qui recep-
tiorem ſententiam faciunt Curt. vero in ſpecie
confutauit Dida. libro. 3. variar. reſolut. cap. 6.
Arius Pinel. in rubr. C. de reſcind. vendit. part. 1.
cap. 2.

cap. 2. num. 18. vbi ait Curt. iniquè, & cauilose
respondisse Fernand. Vasqui libro. 1. de testan.
poten. §. 1. nu. 30. & 31. Bursat. dicto cons. 129.
numero 93. Paris. vero, & Cephal. sibi ipsis non
constiterunt, & Cephal. frequentius hanc partem
amplexus est in consilijs supracitatis, & contra
Meno. in casu adoptionis super quo ipse consul-
nit in d. cons. 925. iudicauit Senatus me sedente,
& Prędidente, siquidem ipse D. Menoch. contra-
60 rium etiam respondit in cons. † 975. vbi post
Iasonem, & alios tenet contra Curt iun. & susti-
61 net Principem non posse hoc ius feudale tollere
in præiuditium † agnatorum, & per expedito
habuimus Principem non posse legitimare neq;
adoptnui consentire, neq; alio modo agnatis vo-
catis ex inuestituris pręiudicare, & quempiam
suo iure succedendi ex inuestituris in feudo pro-
prio priuare, quia vltra auctoritates præallega-
tas stat dispositio consuetudinis feudorum quæ
prohibet Principi, & domino directo ne vassallū
feudo priuet absque eius culpa cap. 1. de feud. sine
culp. nō amitt. c. 1. de successio. feud. Rurs. quia
quęsitū sit ius agnatis ex antiquis inuestituris tāq̃
ex contractu, & in vim pacti, & conuentionis taci
tę à qua Princeps recedere nequeat in præiuditiū
ipsorum agnatorum. Vt in puncto isto respondit
Socin. iun. in cons. 95. nu. 33. lib. 3. Accedit po-
stremò, quia si hoc admitteremus facile destrue-
rentur omnes inuestituræ antiquæ feudorum ad
nutum Principis, & in facultate Vassalli esset po-
situm feudi naturam antiquam cum consensu
Principis mutare, & alterare, & isto modo de feu-
do disponere in præiudirium agnatorum, & nor-
mam succedendi in feudo subuertere, quod est
absurdissimum, & contra vlns feudorum notis-
simos vt in cap. 1. de alienatio feudi paterni cap.
2. §. hoc quoq; de successio feud. cap. 1. § hoc
autem notandum de his, qui feudum dare possūt
cap. 1. de gradibus succed. in feudo, & alibi pas-
sim. Ex deffectu voluntatis ęquè dicendum est
Principem id noluisse, & hoc diserte colligitur ex
tenore rescripti vbi Serenis. Dux restringit cōces
sionē suā ad id, quod ad eum pertinet, illis verbis,
saluo seu excluso iure Vassalli ad quem feudum
pertineat de iure, cum inclusio iuris sni ad quod
rescriptum restringitur sit exclusio iuris aliorum
l. cum præter ff. de Iudic. l. maritus C. de procu-
ratoribus c. noune de pręsumptio ita arguit in
casu simili Crau. in cons. 411. num. 53. vbi ad-
mittit iura non expressa in translatione cuiusdā
Dncatus censeri exclusa ab ipsa translatione, &
retenta, & exclusionem eiusmodi argui ex eo
quod plura alia iura fuerint expressa in ipla tran-
slatione ex quibus arguitur retentio, & exclusio
non expressorum, per regulam prædictam, & ista
exclusio est etiam verisimilis, nam si voluisset
Princeps aguatis præiudicare, vtiq; id expræssis-
set, & vsus fuisset clausulis derogatorijs, sed cum
totum oppositum fecerit, & concessionem suam
restrinxerit ad ius suum hoc est quatenus feudum
fuisset ad eum deuolutum, vt interprętari debe-
mus ex hoc colligimus Principem noluisse agna-
tis præindicare, & ita etiam de iure pręsumitur
62 quippe Principem nolle iuri alterius † præiu-
dicare nisi id exprimat, & vtatur clausula dero-
gatoria vt Bald. consuluit in cons. 24. ius abba-
tialis versic. nono lib. 2. Crau. in cons. 353. nu.
8. Nam Princeps non præsumitur iuri alicuius
velle derogare l. 2. §. merito, & §. si quis à Prin
cipe ff. ne quid in loco pub. c. licet de constit. c.
super eo de off. delegati, & probat pulchrè Crau.
in cons. 387. nu. 9. vt cęteros de industria omittā
in re hac passim recepta Rursum cum Ser. Dux
hoc postea declarauerit suo decreto de eiusmodi
63 rescripto exinde redacto ad terminos † iuris,
idem iudicandum est quod de ipso iure commu-
ni, vt dixit Bart. in repeti. l. Cæsar. num. 23. in
fi. ff. de publ. & vectigal. Geminia. & Francus in
cap. 1. de constitutio. in 6. Mandos. in tract. de
hiuibitio quæstio 82. num. 3. & cum de iure com-
muni hoc Principi non permittatur in præiuditiā
agnatorum vt latè superius deduxi, res clara vi-
detur pro Domio Claudio, & frustra quæritur de
potestate Principis qui noluit eam exercere in
damnum tertij Ludouicus Morotius I. C. Mini-
mus, & Senatus Pedemontani primus præses sub
censura.

Numero 1. & 2.

Ibi (primus est casus) latissime de his Hartman. Pistor. in quęstionibus feudalibus in 2. parte quæst. 3. & 4. Iacob. Menoch.

Num. 5. ibi (secundus est casus quando feudum nouum) Pistor. d. quæst. 4. & q. 3. nu. 58. Iac. Menoch.

Eodem num. ibi (Duo fratres num. 14. ff. de verbor. obligat. & ibidem num. 143.) debet legi duo fratres ff. de verborum obligat. num. 142. & 143. Iac. Menoch.

Num. 13. ibi (Nam hę censentur duę vide infrà in consil. 304. cum hęc num. 12. lib. 4. Iac. Menoch.

Numero 15.

Dum (seqnitur distinctionem Aretini) pro materia videndus est Ronchegallus in l. eadem in priucipio num. 136. ff. de duobus reis. Iacob. Menoch.

Nnmero 33. 34. 35. & alijs.

Dicta per Menochium istis in locis improbantur per Hericum Rosentalem in sinopsi feudali cap. 9. membro 2. conclus. 66. num. 34. parte 1. quod ista consnltatio cum duabus sequentibus sit eronea vide infra notata ad consilio. 162. Duæ nunc enucleande. Rolandus Cauagnolius.

Numero 41. 43. & tribus sequentibus.

Pro his quæ pertinēt ad Castrens. consil. 179. faciunt notata per D. Cœsarem Manentum in dicto cons. 45. verum pro responsione ad fauorem Menochij pro eo quod ad punctum pertinet in articulo an possit vassallus prelegare feudum vni tantum ex filijs vide quæ dicta sunt superius. Rolandus Cauagnolius.

Ad consil. 162. Duæ nunc enucleandæ.

SVMMARIVM.

1 *Feuda dignitatum maximarum non diuiduntur.*
2 *Montisferrati Marchia nunc ducatus semp fuit indiuisibil. & semper ad primogenitos ambulauit & n. 3.*
4 *Aledramus Saxonus fuit primus Marchio Montisferrati.*
5 *Feudum ex diuisionibus ad nihilum reducitur.*
6 *Successiones non dantur per saltus.*
7 *Dignitates regales non diuiduntur.*
8 *Acceptans legatum debet illud acceptare cum omni onere suu.*
9 *Legatarius tenetur adimplere mentem testatoris.*

10 *Lega-*

10 *Legatarius dicitur tanti aßimare onus iniunctum legato, quanti valet legatum ipsum.*
11 *Feudum licet dependat à Cesare, attamen eius natura non immutatur.*
12 *Recognoscens rem suam liberam per erorem, sibi non prætudicat.*
13 *Ius debet aplicari facto per consulentem non autem factum iuri.*

Numero 1.


Sra consultatio minus vera visa-
fuit, prout etiam duę aliæ an-
1 tecedentes, feuda enim † digni-
tatum tum præcipuè maximarũ,
qualis semper fuit nobilissima,
& antiquissima Montisferrati
Marchia, nunc merito decorata titulo ducatus
non diuiduntur, sed semper ad primogenitos
trasmittuntur iuxta primæuam eiusdẽ feudi na-
turam, semper enim ambulauit feudum prędictũ
2 † de primogenito in primogenitum vnde hæc
sola consuetudo frigida fuit, & ieiuna quęcumq;
fundamenta, quæ hoc loco facit Menochius, qui
licet conetur respondere huic fundamento quod
in cons. sequenti 163. ex eadem facti specie, nihil
tamen adducit quod feriat punctum, & tollat anti
quissimam, & diu ac continuis temporibu obser-
natam feudi prædicti vnitatem per quam solus
3 primogenitus † fuit admissus exclusis fratri-
bus minoribus pro vt idem Menochius fatetur in
facti specie quę pręcedit eius cõsultationem 160.
in versic. anno 1494. Maximilianus Imperator
inuestituram concessit Bonifacio primogenito, &
vbi altius repetendum sit negotium Historia Be-
neuenti è Sancto Giorgio proditum est Guidonẽ
Saxonem in solidum possedisse Montisferrati sta-
tum eadem trasmisisse in Gullielmũ filium a quo
4 descendit Aledramus qui primus † Marchionis
Titulo honoratus fuit qui licet duos filios susce-
perit Bonifacium scilicet, & Gulielmum in Boni-
facium tamen vti primogenitum obuenit Mar-
chia, quo defuncto sine filijs in Gulielmum do-
minatio peruenit, & sic gradatim in primogeni-
tos descendit Montisferrati Marchia, vt facilime
calculari potest ea sequutis successionibus quas
peruertere, & ad diuisionem redigere nihil aliud
5 est quam † tollere ipsa iura succesionis, & mu-
tare ea que certam semper habuerunt interpræ-
tationem cõtra tentum in l. minime ff. de legibus,
6 & per saltus † dare successiones quod omni iure
prohiberi certum est l. 1. §. quibus, & §. sed vi-
dendum ff. de success. edicto l. octaui ff. vnde co-
gnati §. placebat institut. de legit. agnat. success.
in cuius rei fidẽ cõferũt notata in cap. 1. §. præte-
rea Ducatus de prohibita feud. alienat. Nec fa-
ciunt ea quæ dicit Alea. in cons. 55. prospectis
his. nu. 18. lib. 4. quod scilicet in italia, & cæteris
partibus Alemaniæ, & terrarum prouinciarum
7 dignitates legales † diuiduntur, vt Ducatus
Marchionatus comitatus, & similia ex Io. Andrea
ad speculat. in tit. de feud. in rubrica versic. non
ommittam quia respondetur quod ibidem dicta
non procedunt in casu in quo particularis extat
consuetudo quinimo cum dictum sit regulam in-
duidui non dari in dignitatibus regularibus, vt-
que dicitur e acepta hæc Marchia tamquam ha-
bens dignitatẽ regalem, vt dixit Bald. in cap. in-
nuit. num. 18. de testib. eatran in puncto Gozad.
consil. 8. & primo concessio facta numero. 45. &
licet in hoc etiam articulo varia sit doctorum sen-
tentia vt videre est penes Sebastianum Neuium,
in suo systemate, ad titulum de his qui feud. dare
poss. §. sed quia versic. sed eum hoc iure, attamen
in casu nostro res est expedita ob inueteratam
consuetudinem transmittendi feudum ipsum in
solos primogenitos. Rolandus Cauagnolius.

Numero 9. 10. & 11.

Pro his quę dicta sunt hoc loco, vide eundem
Menochium in consil. 1241. de prima proposita
dubitatione num. 26. lib. 13. Rol. Cauagn.

Numero 13.

Ibi, (dũ vult acceptare legatũ, debet acceptare
8 cũ oĩ suo onere † & cõditione,) Per istã rationẽ
dixi, quód vbi testator obligat legatarium, ad
certum quid præstandum statim atque legatum
agnouerit, tenebitur legatarius testantis mentẽ
9 adimplere, † esto quod minus sit in legato, quã
in onere iniuncto ab eodem testatore, quia per
10 agnitionem legati legatarius dicitur † tantum
æstimasse legatum, quanti valet onus iniunctum,
l. Imperator. §. si certum. ff. de legat. 2. Ruynus
in cons. 79. viso elleganti consilio num. 6. lib. 2.
quod autẽ onus iniunctum fuerit per testatores,
patet, namq; in tabulis Ducis Federici dictũ fuit
pro omni eo, & toto &c. & in tabulis Ducis Fran-
cisci, & Ducissæ Margaritæ legitur legatum factũ
cum exclusione legatarij à successione Ducatus,
& Marchiæ, vt latius infra patet. Rol. Cauagn.

Numero 26.

In versiculo sexto hoc magis, ibi (sed debitum
ex concessione Cœsaris) hie ad est fallacia, super
qua fabricata fuit consultatio, quia verũ est quod
11 feudum dignitatis cuius † agitur pendet ab im-
perio, sed ita pendet vt iuxta consuetudines feu-
dales, & inueteratum morem sic admittatur pri-
mogenitus, vt cœteri secundogeniti sint exclu-
si, vnde minus apte dicitur, quód secundo ge-
nitis viuentibus primogenito, & descendentibus
primogenitis ipsius, admittatur vt superius di-
ctum fuit, & longęuus vsus edocuit. R. C.

Eodem numero, & ibi, (& propterea non in-
ducitur compensatio, nec voluntate testatorum,
nec voluntate D. Ludouici,) Respondetur ad-
uersus hanc propositionem, obstare præcisa verba
testatorum, namq; si agamus de testamento Du-
cis Federici verba sunt hęc? pro quo introitu Du-
catorum octo millium, (quæ leganerat D. Ludo-
uico tertiogenito) consignando vt supra voluit,
iussit, & mandauit ipsum Illustriss. D. Ludouicũ
fore, & esse tacitum, & contentum de omni eo, &
toto quód petere, habere, & consequi posset in
bonis, & hæreditate præfati Illust. D. Testatoris.
Instituto postmodum hærede vniuersali in Du-
catu Mantuę, & Marchia Montisferrati, Illustriss.
& Excellentiss. D. Francisco eius primogenito.
Si vero agamus de testamento Ducis Francisci,
legitur, factum legatum fratribus suis, & ita dicto
D. Ludouico de scutis bis millibus annuis insti-
tuto hærede primogenito in prædictis Ducatu,
& Marchia. Si autem res fuerit pro testamento
Illustriss. Ducissæ Margaritæ, itidem est, quia
præcisa verba sunt de legato annuo scutorum bis
mille ad commodum D. Ludouici, & facta insti-
tutio de primogenito tunc viuente, eidem substi-
tuendo eundem Illustriss. Ludouicum vbi decef-
sisset institutus sine filijs, Hinc bene dignoscitur

voluntas

volunras testantium non admittendi eum ad feudum prædictum, prout etiã mens colligitur eiusdem D. Ludouici acceptando legata, & acquiescendo voluntatibus testantium. Rol. Cauagnol.

Numero 29.

Ibi (qui rem suam liberam per errorem tan-
12 quàm feudalem ab altero † recognouit sibi non
præiudicasse) vide quæ dixi supra ad Consilium
Menochij 160. laudare nu.8.& 9. Rol. Cauagn.

Numero 33.

Ibi, (cum Illustrissimi Testatores non disposuerint de feudo vt ab eo excluderent D Ludouicum, nec iuris dispositione excludere potuerint) contrarium euidenter apparet ex serie facti, & lectura testamentorum qua D. Testatores disposuerunt, vt abundè fuit dictum supra, vnde cõcluditur quod isti se casibus voluit Menochius appli-
13 care factum † iuri, non ius facto. Rol. Cauagn.

Ad consil. 163. ex eadem facti specie.

SVMMARIVM.

1 *Montisferrati feudum semper ad vnum solum fuit delatum.*
2 *Feuda italiæ an ex consuetudine diuidantur.*
3 *Feudum vxoris, an dicatur diuidi ex eo, quod maritus & vxor simul inuestiuntur de eo.*
4 *Illatio non fit ex diuersis.*
5 *Feudum concessum pro descendentibus intelligitur ordine successiuo.*
6 *Marchionatus dignitas indiuisibilis est.*
7 *Marchionalis dignitas Montisferrati semper prima fuit in italia.*

Numero primo.



Redditur ista consultatio satis dubia ex suprà notatis ad tria responsa præcedentia, ad quæ recurrendum est. Rol. Cauag.

Numero 5.

Ista prima ratio ducta ab antiqua obseruatione eo modo quo per Menoch. deducitur satis est fallax,
6 præsertim in casu Marchiæ Montisferrati † quæ
semper deuenit in vnum solum non in plures, vt
videre est penes Beneuenutum de S. Georgio, &
res ipsa satis est notoria. Vnde quod ad probationem suæ opinionis deducit Menochius cõmodè pro contraria sententia retorquetur. R.C.

Numero 7.

Ibi, (ex consuetudine Italiæ feuda diuidũtur,)
2 dicas contrarium ex notatis per me † supra ad
Consilium 162. ad numerum primum, & sub nu.
quibus addendi sunt auctores longa serie relari per Henricum Rosentalem, in Synopsi feudali, cap 9. membro primo, conclus.5. nu.1.& in apostill. sub littera A. Rol. Canag.

Numero 8.

Versic. Nec huic, Ibi, (imò contrarium re ipsa obseruari, sicuti legi debet imò contrariũ re ipsa obseruari videmus, sicuti &c. Iac. Menoch.

Numero 15. 16. 17. & 18.

Arguit diuisionem feudi Marchiæ Montisferrati hoc loco Menochius ex eo quod maritus, & vxor fuerint inuestiti ambo, quasi quòd quilibet coniugum fuerit inuestitus pro dimidia, sed non aduertit dari considerationem illius nodi matrimonialis, per quem maritus, & vxor censentur duo in carne vna, & quod persona mariti fuit ad-
3 missa † contemplatione vxoris, quæ omni casu
pro vita sua potuit præiudicare sibi non primogenito successuro. Quod hoc sit verum, ecce quod tenor inuestiturę meminit obseruantiæ, & consuetudinum feudi prędicti, secundum quod primogenitus eorum iugalium admissibilis est ad successionem. Vnde ex hoc iure particulari non bene infertur ad diuisionem feudi in succes-
4 soribus, & ita in diuersis † personis à superi' ex-
pressis. l Papinianus exul. ff. de minor. Nec iuuat consideratio desumpta ex verbo descendentibus, quia illud intelligitur secundum subiectam materiam, l. si vno anno ff locati. & vbi fiat uis super pluralitate sermonis, aduertatur quod illud ver-
5 bum descendentibus intelligendum est ordine †
successiuo, & solum pluralitatem graduum repræsentat, non personarum vno, & eodem tempore, existentium, ad nor. in l. falsa §. vltimo ff. de Condit. & demonstrat. ad l. hęredes mei § cum ita ff. ad Trebbel. & l. non est sine liberis ff. de verborum significat. Rolandus Cauagnolius.

Numero 21.

Ibi (& vni vna iurisdictio, & pars castrorum, alteri altera assignari potest) aduersus ista facit,
6 quia Marchionatus est, dignitas † indiuisibilis
vt suprà dictũ fuit alias ad nihilũ reduceretur, etiã in perniciem Domini directi cui minus rectè satisfit, dicendo quod duo erãt Marchiones, quia non cogitatur. quid iuris fuerit, si ambo Marchiones decessissent relictis pluribus filijs, & ex eis inde contingat oriri, & alij descendentes, nonne in frusta diuideretur principalis hęc dignitas Marchionatus, quę vt historijs proditum
7 fuit † prima semper fuit in italia. Rol. Cauagn.

Ad consil. 164. non caret mea quidem sententia.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus, an, & quando faciat deficere conditionem si sine filijs decesserit ad excludendum substitutum.*
2 *Legitimatus excludit substitutum quando fuit expresse cautum quod in defectũ legitimorum succedat.*
3 *Legitimatus, an dicatur excludi per substitutum ex dignitate testatoris.*
4 *Dispositio vbi verificanda est in casu vero, an habeat locum in filio legitimato.*
5 *Statutum excludens fœminas propter masculos, an habeat locum in legitimatis.*
6 *Legitimatus, an admittatur ad retractum rei alienata extra familiam.*
7 *Legitimatus, an dicatur conseruare familiam sicut legitimè natus.*
8 *Legitimatus ex magis recepta sententia doctorum excludit substitutos.*
9 *Hæres alienans partem bonorum suppositorum fideicommisso contra voluntatem testatoris non priuatur tota hæreditate.*
10 *Trebellianica, an possit prohiberi in liberis primi grad.*
11 *Trebellianica, an possit prohiberi, quando fideicommissum relictum fuit impersonaliter, & affertur sententia Senatus Mediolani Pedemontani, & Montisferrati.*
12 *Trebellianica prohibita, an possit pretendi per hæredem qui probauerit testamentum.*
13 *Hæres ob non confectum inuentarium, an perdat trebellianicam.*

Nume-

Numero 1.

DIſcutitur hoc loco materia, an, &
quando legitimatus faciat defice-
1 re † conditionem ſi talis deceſſe-
rit ſine filijs, & ſic etiam an exclu-
dat ſubſtitutum, in quo propoſito
plura ſcripſit Io. Baptiſta Lu-
pus, in ſuo tractatu de illegitimis, & natalium
reſtitutione, cōmentario 3. §. 2. fere per totum,
contra legitimatum hoc loco concludit itidem,
& in conſil. 173. reſpondi ſuperiore anno num.
76. infra eod. libro ſed pro legitimato conſuluit
in conſil. 266. memini me ſuperiori anno, lib. 3.
in conſil. 459. dubitationes nouiter excitatę lib.
5. & demum fuſius in conſil. vltimo lib. 13. Ro-
landus Cauagnolius.

Numero 8.

De duabus coniecturis excludentibus legiti-
matos agit hoc loco Menochius, primo quando
ſubſtitutus eſt filius, ſecundo, quādo fuit expreſſe
2 prouiſum quod filij legitimati ſuccedant † in
defectum legitimorum, de prima verba facit idē
Io. Baptiſta Lupus de illegit. dicto §. 2. num. 20.
vbi hanc coniecturam, & Menochij locum appro-
bando declarat vſq; ad num. 22. de ſecunda fit
mentio per eundem, ibi nu. 23. & ſequenti ſed
aduerſu eam coniecturam concludit, cum Man-
tica lib. 11. tit. 10. nu. 28. non ſufficere, niſi appa-
reat quod teſtator cogitauerit de qualitate legiti
mationis, & ea non obſtāte uoluerit illegitimum
ponere ſub conditione. Rolandus Cauagnolius.

Numero 9.

De coniectura non admittendi legitimatum
3 ad excluſionem ſubſtituti deſumpta † a digni-
tate teſtatoris, plura verba facit Io. Baptiſta Lu-
pus in cōmentario 3. de illegitimis, & de nat.
reſtitut. §. 2. num. 8. vbi eam declarat pluribus
modis, & hunc Menochij locum probat. Rolan-
dus Cauagnolius.

Numero 11.

Quartam hanc coniecturam contra legitima-
tum, perpendit idem Lupus loco relato num. 28.
& ſequentibus vbi dicit probandum eſſe commu-
nem hunc vſum, & tradit modum probationis,
iſtius coniecturę memor fuit Menochius in conſil.
266. memini me ſuperiore anno num. 63. lib. 3.
ſed eum impugnat, prout & in conſ. 459. dubita-
tiones nouiter excitatę. Rolandus Cauagnolius.

Numero 15.

Argumentum quod hoc loco facit Menochius,
quod diſpoſitio teſtatoris, de filio legitimo cum
4 poteſt verificari in caſu vero, & in ficto † potius
eſt verificanda in caſu vero quām in ficto, ad ex-
cludendum legitimatum, improbatur ab eodem
Menochio in iam citato conſ. 266. nu. 36. & ſe-
quentibus, lib. 3. Rolandus Cauagnolius.

Numero 17.

Ibi (non eſt tuta) vide Mſinger. centur. 3. ob-
ſeruat. 26. Albam ad Bart. ad l. Gallus § & quid
ſi tantum ff. de liber. & poſthum. Cephal. conſil.
278. Deceſſit Comes nu. 1. Paſctus. conſ. 71. pro
ſolutione dubiorum Pancirol. conſ. 59. orta iam
alias num. 69. Iacob. Menoch.

Eodem numero (nam ab eo diſſentiunt infini-
ti) ſed Menochius alibi non diſceſſit ab iſta opi-
5 nione quod ſtatutum excludens † fœminas pro-
pter maſculos habeat etiam locum in legitimatis
vt in dicto conſil. 266. num. 9. lib. 3. Rol. Cau.

Numero 18.

Ibi (non inquam ſatis eſt tuta) eam tamen
opinionem quod legitimatus admittatur ad re-
6 tractum rei † alienatę extra familiam, probauit
idem Menochius loco ſuperius annotato, ſub nu.
10. lib. 3. vbi refert plures auctoritates Doctorū,
qui reijciunt opinionem Decij, & Tiraquelli. Ro
landus Cauagnolius.

Numero 19.

Ibi (cum verius ſit legitimatum non conſerua-
7 re familiam vt conſeruat † legitimè natus) con-
trarium voluit idem Menochius in ſoepius allo-
gato conſil. 266. num. 16. lib. 3. Roland. Cau.

Numero 20.

Ibi (& multi etiam ſcripſerunt legitimatū nō
excludere ſubſtitutū) ſed Menochius alibi dixit
8 contrariam ſententiam † eſſe magis receptam,
vt in citato conſilio 266. num. 20. lib. 3. vbi dicit,
& verè hęc eſt recepta ſententia, & ſi ab ea diſcen-
tiant Baldus Salicetus &c. Rolan. Cauagnolius.

Numero 22.

Quod hæres alienans partem bonorum ſuppo-
ſitorum fideicommiſſo contra voluntatem teſta-
9 toris, non priuetur † tota hæreditate ſed parte
alienata, contra Angelum, in citato conſ. 168.
teſtator in omnibus late defendit Viucentius
Hondedeus, in conſ. 58. ſuperiori anno num. 71.
& pluribus ſequentibus lib. 1. & præſertim num.
vbi probando hunc Menochij locum, dicit hanc
ſententiam eſſe probabiliorem, & magis receptā
dubium tamen ego crediderim eſſe, ſi teſtator di-
ſpoſuerit velle quod omnia bona ipſius, reſide-
rent, & conſeruarentur, ſemper integra, & ſine
diminutione penes vocatum. Rolan. Cauag.

Numero 24.

Ibi (quod in ſpecie ſcribunt permulti,) Pet. in
tractatu de fideicom. quæſtione 15. nu. 153. Iac.
Menoch.

Numero 24 & 25.

Quod trebellianica poſsit prohiberi per te-
10 ſtatorem, etiam in liberis † primi gradus, notat
Vicentius Hondedeus in conſil. 59. plures ſe offe-
runt dubitationes nu. 37. lib. 1. qui multas aucto-
ritates adducit, & inquit, hanc opinionem eſſe
veriorem, & à doctoribus magis communiter ap-
probatam, & eſſe canonizatam in Rota Romana,
& omni caſu contrariam ſentētiam quod ſcilicet
11 in filijs primi gradus † non poſsit prohiberi, de-
clarat non procedere quando imperſonaliter fuit
relictum fideicommiſſum vt putà quòd hęreditas
reſtituatur, vel deueniat, vt ibi num. 38. & pro
affirmatiua quòd poſsit prohiberi, etiam in filijs
primi gradus vltra doctores allegatos per Honde
deū facit idem Menoch. in conſ. 271. 277. nu. 10.
lib. 3. poſt Bartol. in auth. ſed cum teſtator C. ad
leg. falcid. Ludouic. Rom. ſingulari 195. Dec. in
conſil. 480. num. 12. vide eundem in conſil. 495.
Gaill. obſeruatione 138. nu. 15. lib. 3. & Gaſpar
Caball. milleloquio 464. verum contra hanc Me-
nochij ſententiam, tenet Ludouicus Morotius in
conſil. 67. viſis teſtamentis Magnificorum num. 2.
vbi dicit pro negatiua fuiſſe pronuntiatum, ad
fauorem filiorum primi gradus per Senatum Pe-
demontanum, & ex Rolando a valle, per Senatū,
Montisferrati quicquid hoc loco dixerit Meno-
chius, pro cuius tamen ſententia ſtat obſeruantia
Excellentiſsimi Senatus Mediolani. Rolandus
Cauagnolius.

Nu-

Numero 26.

Ibi(verum etiam in filijs primi gradus institutis, & grauatis) petra vbi supra scripsi infra in consil. 271. sententia quam Excellentissimus lib. 3. Iacob. Menoch.

Numero 27.

Pro eo quod dicit Menochius hoc loco faciunt quę in simili proposito scribit idem Menochius, in consil. 1210. prima dubitationum. 25. lib. 13. Rolandus Cauagnolius.

Numero 28.

Ibi (nam hanc potest testator prohibere) petra in dicta q. 15. num. 162. versic. tertius casus Iac. Menoch.

Numero 29.

Ibi (Gabriell. pag. 8.) delenda sunt ista verba & ibi verè legendum est viro. Iac. Menochius.

Eodem num. ibi (videtur) debet legi videtur (& ibi Decius consil. 257. col. 2. præterea etiam, &) ista verba sunt delenda in totum. Iac. Menoch.

Tenet Menochius hoc loco quòd Trebellianica prohibita per testatorem à filio prætendi non potest vbi fuerit approbatum testamétum pater-
32 num † per aditionem hæreditatis tacitè, sed cótra eum stare communem Doctorum sententiam scribit Peregrinus in consil. 67. in causa diu controuersa nu. 6. vbi dicit opinionem Menochij stare in causam factæ expressæ probationis testaméti paterni, pro materia vide quę dixi in annotomia iuris ad l. quoniam in prioribus Cod. de inoff. testam. vide eund. Menoch. in cons. 1234. nu. 10. & infra lib. 13. Rolandus Cauagnolius.

Numero 32.

An hæres ob non confectum inuentarium am-
33 mittat Trebellianicá valde controuertitur, † & Michael Grassus receptatum sententiarum, in §. Trebellianica q. 7. iuxta prædicta dicit hunc passum esse arduum, distinguit tamen, vt ibi. Rolandus Cauagnolius.

Ad consil. 165. dicendum videbatur hos hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Pater acquirens ciuilitatem censetur etiam acquirere pro filys.*
2 *Ciuitas, an prosit post delatam hæreditatem, & ante aditam.*

Numero 1. & 6.



1 Quod pater acquirens ciuilitatem censeatur acquirere etiam †. pro filijs dicitur hic per Menochium sed pro veritate istius cóclusionis videas notata per me sub decis. consult. 57. in pendenti causa per totum, & num. 76. num. 4. faciunt etiá tradita in obseruationibus legalibus, & iuridicis ad eam. Rolandus Cauagnolius.

Numero 9. & 16.

Pro veritate istius conclusionis, ciuilitatem
2 prodesse dummodo fit concessa post delatam † sed ante aditam hæreditatem videda sunt ea quæ dicit ad hoc propositum Horatius Carpanus ad Nou. const. in tit. de pœnis cap. collegijs, sub litteris triumę cc. nu. 229. & sequentibus. R. C.

Ad consil. 166. multę sunt rationes, & argumenta.

SVMMARIVM.

1 *Donec dictio hæc cuius sit potentię.*
2 *Qualitas collationis, & communicationis fructuum dotalium an, & quando censeatur repetita.*
3 *Dispositio subrogata assumit qualitates primæ dispositionis.*
4 *Repetito inducitur sumpto argumento ab absurdo euitando.*

Numero primo.

1 Hoc loco dicta de dictione donec conferunt per me † notatis in decis. mea consult. 19. dubitatur contra Dominam Strattonicam num. 4. ibi fit mentio de consimilibus dictionibus. Item in decis. 25. heredi agenti in allegationibus subsequentibus D. Marci Antonij Mori prȩsupponit D. Anna Inzaga num. 5. & 9. primo conferunt etiá quæ dixi in obseruationibus legalibus, & iuridicis ad eam decis. consult. 19. Rol. Cauag.

Numero 7.

Verum ex omni parte credidi conclusionem quam hoc loco fecit Menochius, quòd censeatur
2 repetita † qualitas collationis, & communicationis fructuum dotalium, præsertim ex eo. Secunda dispositio sit subrogata in omnibus, & per
3 omnia in locum primæ † dispositionis, itaut in non correctis dicatur assumere qualitates omnes primæuas, l. eum qui. §. iniuriarum. ff. si quis caut. §. fuerat. Institut. de action. & l. vnica. §. 1. C. de rei vxor. act. Rol. Cauag.

Numero 8.

Hoc eodem argumento ad absurdo euitando
4 ad inducendam repetitionem † vtitur idé Menochius, in cons. 215. diù ac multum anceps, nu. 186. lib. 3. Rol. Cauagn.

Ad Consil. 167. Consultationis huius dubitatio.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in dubio præsumitur factum contemplatione legatarij.*
2 *Legatum factum moniali ea intentione dicitur factum, vt monialis subueniat necessitatibus suis.*
3 *Error in causa finali institutionis vitiat ipsam substitutionem.*
4 *Error in causa finali concessionis priuilegij, vel legati vitiat ipsum priuilegium, vel legatum.*
5 *Priuilegium concessum ratione professionis, vel officij, ita demum sustinetur si fiat professio, vel officium.*
6 *Priuilegium finitur finita causa ipsius.*
7 *Lex si pater C. de hæredibus instituendis declaratur.*
8 *Legatum factum filiæ vt moniali non habet locum si monialis non fuerit effecta.*
9 *Legatum factum propter tutellam gerendam, non habet locum si tutelę onus non fuerit agnatum.*
10 *Legatum factum ob ingressum religionis non habet locum, nisi quis realiter ingressus fuerit religionem.*
11 *Testamentum minus solemne quoad legata, an valeat.*
12 *Scriptura manu propria testatoris, an faciat fidem pro relictis ad pias causas.*

Ccc *Filius*

13 *Filius familias, an possit testari cum consensu patris sui ad pias causas.*

Numero 3.



1 Ro materia eorum quæ hoc loco scribit Menoch. dicendum est legatum in dubio præsumendũ esse factum † contemplatione legatarij nisi aliæ adsint coniecturæ, idem Menoch. in conf. 421. num. 11. & 52. lib. 5. Rol. Cauagn.

Numero 4.

Conclusionem quam hoc loco facit Menochius iuridicam esse censeo ex omni parte quia causa finalis qua motus fuit pater ad legandũ Moniali,
2 † ea fuit vt subueniret necessitatibus illius, cum enim Monialis emittat votum paupertatis, merito subuenir consanguineus per legatum annuũ, quod etiam vidimus caueri ex Sacrosanctis Concilijs. Ad hanc rem faciunt conclusiones quod
3 sicuti error † in causa finali institutionis vitiat institutionem l. si pater. C. de hęred. instituend. & ibi notant scribentes, ita error in causa finali con-
4 cessionis † priuilegij, vel legati vitiat priuilegium vel legatum, facit textus in l. maximarum, C. de excus. mun. lib. 10. & ibi tradita per Bartolum dicentem, quod priuilegium concessum ra-
5 tione † professionis, vel officij, itá demùm sustinetur, si fit professio, vel officium l. qui sub prætextu. C. de Sacros. Eccles. l. semper. ff. de iure immunit. & vtrobiq; Bart. Adde etiam l. scriniarios C. de testam. milit. faciunt tex. in cap. Abbate, Sancti Syluani, de verbor. signif. in cap. ex parte, & cap. licet, extrá de decimis Can. ita nos §. fin. 25 q. prima, & in casu proposito adest fortior ra-
6 tio nam si finita causa priuilegij finitur † priuilegium, l. titia §. vsuras ff. de legat. 2. l. cura §. desficientia de muner. & hon. l. generaliter C. de Episcop. & Clericis cum multis alijs ita á fortiori deficiente á principio causa inductiua priuilegij, vel legati, cessabit ipsum priuilegium, l. Patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alien. Iur. cap. ad Apostolicam de regularibus, cap. penult. de Clerico non residente facit etiam textus in l. si
7 pater † C. de hæred. instituend. qui licet loquatur in institutione hæredis, habet tamen etiam locum, in legatis, vt perpendit Ioannes, de Lopis in repetitione dictæ l. si pater, num. 115. vers. ex præmissis habes, quod autem fuerit erratum per testatorem in causa finali inductiua dispositionis, & legati, ex eo apparet quod illi vti Moniali, testator reliquerat etiam ad opus fabricæ vnius cellæ, pro ea, vltra quod legatum dirigitur in con
8 sanguineum non vt cõsanguineum simpliciter, † sed vti monialem professam, & effectus est contrarius, quia numquam fuit talis, hinc dici potest legatum factum fuisse filię vt continuaret in religione, & claustro, & ita ob certam causam, qua cessante cessat legatum, & est in proposito quód
9 legatum factum alicui propter † tutelam gerẽdam, si tutelę munus non agnouerit non consequetur legatum, textus est in l. si legatarius in secundo responso C. Commun. de legatis dixi, in decis. mea consultiua. 36. in eadem causa, num. 12. lib. 1. & hæc ipsa in tantum procedunt, quod si factum fuerit legatum ob ingressum religionis
10 non habeat locum nisi ille † talis perseuerauerit, quia conditio sub qua concipitur legatum nõ impleretur per simplicem ingressum sed perseuerantiam, ita post Bald. Salicet. & Iaf. in l. si quis hæredem C. de Iustit. & substitut. numero. 12. & Angel. in consil. 153. scribit Leonardus Galganetus de cond. & dem. parte prima cap. 48. si ingrediatur, Rolandus Cauagnolius.

Numero 20. & 21.

11 Pro materia an testamentum minus solemne † quoad legata relicta ad pias causas valeat, vide Boerium decis. 93. Clar. in §. testamentum q. 5. 6. & 7. Rot. Auen. decis. 187. & de legato pio natu facto, verba facit Capella Tholosona q. 89. num. 4. & de dispositione ad pias causas, quando valeat licet videatur imperfecta, & non probetur per legitimum numerum testium, videndus est Decius in cons. 559. quid quando reperitur scrip-
12 tura manu † testatoris scripta sine clausula denotante perfectionem, & sine testibus, an valeat fauore pię causę videas eundem Menoch. in cons. 224. lib. 3. faciunt similiter notata per Guid. Pap. quæstione 381. vbi dicit quod venientes ab intestato obligantur adimplere relicta ad pias causas in testamento minus perfecto, & ea præstãda sunt etiam herede non adeunte, Capell. Tholosona, dicta q. 89. & Francisc. Marc. q. 446. parte prima quia rigor. iuris non seruatur in relictis ad pias causas, Rot. decis. 1. de donat. in antiquis, Vincenr. de Franch. decis. 156. num. 3. parte prima vbi legata ad pias causas, vti caduca non remanent penes heredem, quinimo in tantum non attenditur rigor. vt, etiam filius familias cum
13 consensu † patris sui posit testari ad pias causas, Guid. Pap. singul. 930. Rolandus Cauagnolius.

Ad consil. 168. Hac de controuersia respondendum.

SUMMARIUM.

1 *Filia dotata quę per statutum iubetur esse contenta, an possit agere ad supplementum legitimæ.*
2 *Statutum excludens filiam propter dotem, non habet locum in dote tenuissima.*
3 *Dotium congruitas, quòmodo consideretur.*
4 *Pater præsumitur bonum consilium capere pro filia.*

Numero primo.

1 Vòd filia dotata quæ per statutum iubetur † esse contenta, dote sibi data non possit prętendere legitimę supplementũ, & quod ideó possit præteriri dixi in obseruationibus ad decreta Montisferrati lib. 2. decreto 73. §. 16. lib. 2. Rol. Cauag.

Numero 7. & 30.

Versiculo sexto, & vltimo, ibi, (vt deinde dos sit tenuissima,) quia tunc statutum non procedit
2 vide † quæ dixi ad decret. Montisferrati 73. de filiabus dotat. §. nono, nu. 10. & seq. lib. 2. R. Cau.

Numero 13.

Versiculo tertio cõprobatur hæc sententia, quan-
3 do, & quomodo consideretur † congruitas dotium. Vide quæ dixi in decis. mea consult. 6. primum caput petitionis, nu. 31. lib. 2. vbi latè dixi ex quibus congruitas dotium arguatur. R. Cau.

Numero 14.

4 Ibi, (Patrem sumere bonum † consilium pro filia,) idem in proposito dixi in obseruat. ad Mon-

Mont isferr. decret. 73. §. 9. nullum amplius habeat regressum, nu. 3. lib. 2. Rol. Cauagnol.

Ad Consil. 169. Respondendum multis argumentis.

SVMMARIVM.

1 *Conditio si nupserit habet locum etiam in matrimonio spirituali.*

2 *Testatoris voluntas ambigua declaratur ex declarationibus factis per ipsum testatorẽ ante testamentũ.*

Numero 1.



Vestio cuius præsens meminit consultatio, vt perfectius possit resolui dicitur posita in duplici differẽtia namq; aut sermo simplex est vt pote quia de matrimonio simpliciter fuerit actum, aut sermo sic dicitur prolatus, vt expresse monasterium excludar, primo casu tantum consequitur legataria monasterium ingrediendo, quantum foret consequutura, si temporaliter nupserit, secundo verò casu nequaquàm, vt nouissime relatis opinionibus hinc indè determinat Leonardus Galganetus, in suo tractatu de condition. & demonstration. parte 1. cap. 8. multę sunt conditionum species num. 37. & pluribus sequentibus, ex quibus crediderim periculosam censeri decisionem quã hoc loco facit Menochius, ex eo quia satis concludenter non appareat de volũtate patris, & patrui legantis quod scilicet voluerint monasterium, &
1 religionem excludere, † & illud verbum cum nupserit, sic verificatur in matrimonio spirituali, sicut temporali. Rolandus Cauagnolius.

Numero 13.

Dicitur hic dubiam testatoris dispositionem capere intelligentiam ex consuetudine, vel more ipsius testatoris dicas ad idem facere conclusionem, quod ab antecedentibus, & subsequentibus dicta ambigua testatoris interpretationem sumit vt notat idem Menoch. in conf. 595. respondendum videbatur prima, vt dici solet nu. 8. lib. 5. quod ego dixi procedere etiam ex declarationi-
2 bus † quas fecit testator prius quam testamentũ condiderit, & post conditum vt late examinaui in decis. mea consult. cuius caput est, instructo processu inter Dominos fratres de capellis cuius intra memini, ad conf. 176. in quo casu extat cõs. laudatissimi viri D. Cęsaris Manenti Senatoris Mantuæ quod est 22. eo ipso quod Doctores omnes licet alijs iuribus casus fuerit quam ego dixerim loco citato, quando verò dicatur dispositio testatoris manifesta declarat idem Menoch. in cõs. 210. perplexa, & difficilis hæc consultatio nu. 31. lib. 3. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consil. 170. Respondi superioribus mensibus.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum regulariter reuocatur per secundum.*

2 *Legata facta in secundo testamento nullo, an sustineantur.*

Numero 1.



1 Vm tractatur materia reuocati primi testamenti per secundum dicas, quòd licet regulariter primum per secundum † reuocetur vt notant, scribẽtes omnes in l. si quis eum §. si suo testamento ff. de vulgari substitut. & probat Menoch. in conf. 1166. num. 18. lib. 12. quæri solet quid si secundum testamentum fuerit nullum, & quid inter extraneos institutos, & quid venientes ab intestato, vide eundem Menoch. in conf. 1137. num. 81. & 83. quid si nullitas sit ob pendentem spurij ligitimationem ibidem num. 84. R. C.

Numero 3.

Dicta hoc loco de reuocatione primi testamẽti, ex sola confectione secundi probat idem Menoch. in conf. 1875. propositę egregię dubitationi num. 6. lib. 13. Rolandus Cauagnolius.

Numero 15. & 16.

Conclusio quam hoc loco facit Menochius ad infriugenda legata facta in secundo testamento
2 † nullo, ita vt sustineri non possint ex clausula Codicillorum licet pro mea sententia vera sit in casu pręsentis consultationis nihilominus, quia satis est dubia si generaliter cõsideretur, hoc ideo transeo cum opinione quam tenet Fabius Turretus, in suo tractatu de effectibus, & defectibus clausulæ codicillaris q. 102. effectu 69. quęritur si testamentum num. 5. & infrà vbi dicit, quod quando ex testamento succedi potest, clausula codicillaris nihil potest operari. Rolan. Cauag.

Ad Consil. 171. Quę enucleanda mihi proponitur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum non datur vbi quoquomodo ex verbis non colligitur, vel expresse, vel tacite.*

2 *Casus quando dicatur omissus ita vt non sit comprehensus.*

Numero 1.



Ræsens consultatio satis est clara quia ex verbis dispositionis testamentarię non potest colligi, fideicommissum inter filias sed tantũ ad eorum fauorem, vbi nascerentur masculi, & hi post modum decederẽt sine filijs, nec datur fideicommissum, vbi
1 quoquomodo † ex verbis non colligitur, nec ex presse nec tacitè, ad tradita per Vincent. Hondedeum in conf. 78. Dominus Camillus de Elphãtutijs, num. 8. & pluribus sequentibus lib. 1. vbi num. 13. inquit in dubio pronunciandum esse fideicommissum non extare. Rolan. Cauag.

Numero 17.

Pro eo quod dicitur casum ommissum per te-
2 statorem dici eum † qui per testatorem expressim comprehensus non fuit, & quod proindè remanet sub censura iuris per l. commodissimã ff. de liber. & posthum. dixi ego in decis. mea conf. 112. verba dispositionis testamentarię per totum lib. 3. Rolandus Cauagnolius.

Ad consil. 172. Euenit nunc mihi hac de controuersia.

SVMMARIVM.

1 *Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 18. nu. 12. perpenditur, & comprobatur contra Menochium.*

Numero 1.



Ephalus in consil. 581. fideicommissum de quo quæritur lib. 4. idem hoc in casu respondit, & si Mantica de coniecturis vltim. volunt. pag. 201. dissentiat. Iacob. Menoch.

Hic locus Cardinalis Manticæ, qui per Menochium allegatur sub filio 201. in meo Codice reperitur sub pagina 363. secundum Impresionem
1 Lugdunensē, hoc est in libro † octauo de cōiect.
vltim. volunt. titulo 18. ex his autem num. 11. & pluribus sequentibus, qui sic exactè articulum declarat, vt nihil magis. Quinimò sic latè, & concludenter respondet. Huic consultationi, & fundamentis, prout etiam, & Consilio Cœphali 581. vt cogar cum eo sentire contra hos duos celeberrimos Iurisconsultos. Pro quorum consiliorum examine lectorem remittimus ad eundem Manticę locum. Rol. Cauagnolius.

Pro materia tamen istius Consilij optimè faciunt notata per eundem Menoch, in conf. 1228. Propositę consultationi numero 34. libro 13. Vbi hunc locum citat, cōferunt etiam notata per eundem in consilio 400. In iudicio possessorio lib. 5. in consilio 802. Permultæ sunt rationes, & argumenta numero 35. 37. & 70. lib. 9. & in consilio 977. Est His verbis excitata, & in cōmentarijs de præsumption. libro 4. præsumpt. 91. nu. 3. R.C.

Numero 12.

Ibi (si sine libetis decessisset, &c.) adde dubitatum fuit an, & ibi locus sit legendum est locum esse. Iacob. Menoch.

Eodem num. ibi (quod matre ipsa exclusa) vide Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 47. Decian. consil. 127. circa primum num. 15. lib. 3. Iacob. Menoch.

Numero 17.

Ibi (Non defecit) Crauet. in consil. 31. sub anno 1536. nu. 6. Iac. Menoch.

Eodem num. ibi (sed bene sufficit) legendum est sed bene deficit. Iac. Menoch.

Eodem num. ibi (si sumus in materia indiferenti Tiraquell. de iure primogen. q. 13. num. 6. dixi infra in conf. 802. Permultæ sunt rationes, & argumenta numero. 48. lib. 11. & in conf. 999. De peregregijs num. 30. libro decimo. Salon de Pace conf. 29. num. 81. Iac. Menoch.

Numero 19.

Ibi (Mascul. ex sua propria persona dixi in consil. 331. & si per multa num. 62. lib. 4. Iac. Men.

Eodem num. ibi (an specie probarunt) legendum est in specie probat. Iac. Menoch.

Eodem num. ibi (ex sua persona non succedūt) legendum est ex sua persona succedant. Iac. Men.

Numero 24.

Ibi (Appellatione descendentium masculorū) scripsi in consil. 328. in fine lib. 4. Iac. Menoch.

Numero 25.

Ibi (Atqui pronepotes isti testatoris nō dicūtur de suo genere dixi in consilio 400. successio feudi num. 52. lib. 4. Iac. Menoch.

Eodem num. ibi (censetur vocata linea) delendum est verbum linea. Iac. Menoch.

Num. eodem ibi (Socin. senior in consil. 69. num. 23. in fine libr. 3.) adde, & in specie idem sentit Capra in conf. 18. cum viso, & considerato ibi, & maxime si ipsa filia viuet. Iac. Menoch.

Numero 32.

Ibi (Ad Senatus consult. Tertyll. Angelus in §. reliqui, & Auten. de hærede ab intestat. venient, late Rimin. iunior in consil. 564. super quo articulo num. 89. lib. 5. Iac. Menoch.

Num. eodem ibi (quęst. 546. nu. 21. part. 1.) & late Ludouic. Molin. in libro. 3. de Hispan. primogen. cap. 5. num. 41. Iac. Menoch.

Ad consil. 173. respondi superiore anno.

SVMMARIVM.

1 *Exprimere aliquid nomine proprio, vel per demonstrationem, vel circam locutionem, vel circonspectiones paria sunt.*

2 *Institutio hæredis nominatim facta, similis est institutioni quæ fit per signum indubitatum.*

3 *Expressio erronea, siue sit in nomine cognomine, vel pronomine, nihil nocet.*

4 *Fideicommissum, an & quando inducatur ex coniecturis, & ex quibus.*

5 *Filij in conditione positi an censeantur dispositiuè vocati.*

6 *Lex cum prætor ff de indic. quando procedat in conclusione, quod vnius inclusio sit alterius exclusio.*

7 *Legitimatus per subsequens matrimonium, præsumitur legitime natus.*

8 *Legitimatus, per subsequens matrimonium succedit in feudo dignitatis.*

9 *De dictio hac significat causam immediatam.*

10 *Legitimatus an excludat substitutum.*

Numero primo.



Bi: (respondi superiore anno,) hoc est responsum 106. Hęc iuris consultatio, quod est primum in ordine, hoc eodē lib. 2. Rol. Cau.

Eodem numero, ibi (actus ponētis,) legi debet actus disponentis. Iacob. Menoch.

Numero 2.

Ibi (Altera est nominatio.) Ad regulam quòd
1 exprimere aliquid nomine proprio, † & exprimere per demonstrationem, vel circumlocutionem, vel per indubitatas circumspectiones paria sunt plura similia adducit. Iodochus Damhouderius in Enchridion parium, & similium, citat textum in cap. tuum extrà de consanguinit. & Affinitate, & Abbatem in cap. licet ex quadam extrà de test. & de institutione hæredis facta no-
2 minatim † vel indubitato signo facit l. iubenius C. de testam. l. Quotiens §. si quis nomen ff. de hæred. Instituend. ad quam rem pertinet, quod si fuerit aliquando erratum in nomine, vel cognomine, si ex verbis, aut circumlocutione verborū
3 constiterit, † erronea nominis, cognominis, vel pronominis expresio nihil erit nocitura l. si quis in nomine ff. de testam. Rol. Cauagn.

Numero 7. & 10.

Quod ex coniecturis inducatur fideicommis-

sum

4 sum, satis est certum cùm illę sunt † vel necessa rię, vel saltem valdè probabiles, vt scribit Manti ca de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 5. expo situm est, ex quibus nu. 14. Cœphal. in cons. 269. in fine, & Alciat. in cons. 44. lib. 9. nu. 3. Idem Menoch. in cons. 399 nu. 5. lib. 4. quem vna cum alijs in proposito citat Peregrinus de fideicom. art. 1 t. in fideicommissis, & generaliter, num. 39. & 40. dummodò tamen coniecturæ prædictæ colligantur ex his quæ testator disposuit in testamento, sic ex Baldo, Paris. & Socin. scribit idem Maotic. lib. 8. tit. 1. explicito tractatu fideicommissorum nu. 23. & licet Menoch. sub nu. 10. velit sufficere coniecturas leues, attamen hoc non admittitur namq; vt ipsemet ait ibi modo ex eis voluntas testatoris cōijciatur, nō erit leuis talis cōiectura ex qua percipitur volūtas testantis, quinimò erit vrgens, & concludens, quia tota uis stat in eo an testator velit, nec ne. Rol. Cauagnol.

Numero 49. & 50.

Dùm inquit hoc loco Menochius ex magis ve-
5 ra Doctorū sententia filios † positos in conditio ne cēseri dispositiuè vocatos. Vide quæ latè dicta fuerunt suprà in obseruat. ad cons. 135. respondendum videbatur propositæ dubitationi, ad numerum primum, vbi similiter proponitur cōiectura masculinitatis, cū pluribus alijs. Rol. Cauagnol.

Numero 58.

Ibi (regula l. cum Prætor ff. de iudic.) pro
6 materia istius legis datur declaratio, quod † procedat, quando pluribus propositis vnum admittitur, seu prohibetur, secus quando plura non fuerunt proposita sed dictum est tantum de vno quia tunc casus ommissus remanet in dispositione iuris communis, ita hûc textū declarat Ozasc. decis. Pedem. 46. numero. 12. Decius cons. 110. vers. 2. quod licet idem Ozasc. decis. Pedem. 85. nu. 12. & cum non præcedat, quando aliquo modo constat de contraria voluntate testatoris scribit Socin. iun. cons. 1. nu. 27. lib. 4. reliqua vide in mea Anatom. iuris. Rol. Cauag.

Numero 71.

Ibi (legitimatum etiam per subsequens matrimonium) contrarium determinat idem Menochius in consi. 799. Nulla est mea quidem sententia numero 12. 16. 17. & 20. lib. 8. vbi dicit, quod legitimatus per subsequens matrimonium
7 † præsumitur legitime natus, quia fingatur matrimoniū contractū priusquā copulę iungeretur vir, & vxor. Vnde concludit huiusmodi legiti-
8 matum posse succedere † in feudo dignitatis contra id quod prius dixerat Menochius in consilio 16. Quod iam non satis pridem nu. 8. lib. 1. R. C.

Numero 72.

9 Quòd ista dictio de significet causam immediatam † probatur ex l. Non distinguemus §. de officio ff. de arbitr. ex Baldo in l. ex Artali pacto C. de Act. Empt. & ex Iaf. in l. non dubiū C. de legibus num. 24. & est similis dictioni ex, Vide Petrum Rebuffum ad l. cognoscere instrumenta 62. §. liberorum appellatione. ff. de verbor. significat. folio mihi 290. Hinc dicebam, quod statutum Ciuitatis Casalis cuius meminit Rol. à valle in cons. 21. extat in patria mea lib. 1. in materia retractus in his verbis de Casali debet intelligi de originario. Rol. Cauag.

Numero 76.

10 Quod legitimatus non excludat substitutum. Vide quæ dicta sunt superius ad cons. Menoch. 164. ad numerum primum, & 8. Rol. Cauagn.

Numero 78.

Ibi, (& in cons. 120. num. 19. lib. 2. dixi infrà in cons. 181. ex proposita facti specie nu. 17. hoc eodem lib. Iac. Menoch.

Ad Consil. 174. Hæc quę discutienda proponitur.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex ea cum qua non poterat esse matrimonium, de tempore natiuitatis, an possit legitimari.*

2 *Illegitimè nati vel concepti à clerico patre existenti in minoribus ordinibus, & prouiso de beneficio Ecclesiastico an fiant legitimi ob subsequens matrimoniū.*

Numero primo.

1 AD id quod hoc loco dicitur natū ex ea cum qua non † poterat de tempore Natiuitatis esse matrimonium non posse legitimari per subsequens matrimonium dixi necessarium per rescriptum principis, vt abūdè tetigi in Decis. mea consult. ea est prima dubitatio elleuata, & alibi dixi posse omni casu dici dispensatum, vt in alia Decis. mea consultiua cuius caput est, Agnationem, quam in familia de Clusianis, de qua fiet mentio in articulo, an & quando legitimatus agnatorum nomine veniat. Rol. Cauagn.

Pro eo verò quod pertinet ad pręsentem consultationem Menochij An illegitimè nati vel cō-
2 cepti a Clerico patre existente † in minoribus ordinibus, & prouiso de beneficio Ecclesiastico fiant legitimi, ob subsequens matrimonium, Dicas articulum hanc valde controuersum, apud eos qui dixerunt, quod inspecto statu vel conceptionis, vel natiuitatis non poterat contrahi matrimoniū vt auctores sunt Bart. Ludouic. de Sardis Aut. Rosell. Martin. Laud. Io. Lup. Ioan. Brunell. Frācis. Sarmient. & plures alij relati per Io. Bapt. Lup. de Illegit. & de natal restitut. coment. 4. §. 1. nu. 8. sed pro sententia Menochij, quod fiant legitime, quia talis Clericus potest matrimoniū contrahere licet beneficium illico ammittat. scribit. Andreas Fachineus controuersiarum Iur. lib. 9. cap. 52. Affirmant Ioan. And. versic. sed priori. cui etiam adhęret. Io. Baptista Lupus loco citato num. 9. qui plures alios allegat. Rolan. Cauag.

Ad consil. 175.

SVMMARIVM.

1 *Præuaricatio, & collusio an differant.*

Numero primo.

IDem respondit hoc in casu Decianus in consilio 48. quod autem iustè libro tertio. Iacob. Menoch.

Numero 17.

Tertium hoc crimen collusionis, idem pro mea sententia est cum crimine pręuaricationis, à quo sicuti nō distinguitur, ita pro vno, & eodē crimine censendum est, non enim aliò tendit collusio quam ad diuersionem à quærela proposita, & ad iuuamen quod quærelato porrigitur, quod ex omni

1 omni parte congruit † preuericationi, vnde, & preuericator dicitur, is qui colludit cum reo, vt in proprijs terminis dixit Decianus in consl. 48. num. 9. lib. 3. Rolandus Cauagnolius.

Ad consil. 176. respondendum videbatur esse locum.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio directa an possit obliquari ex depositionibus testium quibus potest infecti.*
2 *Fideicommissum in dubio non præsumitur.*
3 *Fideicomissum allegans debet illud probare.*
4 *Fideicommissum conditionale, licet regulariter ad solos liberos transmittatur, quandoque tamen etiam ad nepotes transmittitur.*
5 *Voluntas in fideicommissis totum facit.*
6 *Iudex mentem testatoris, etiam tacitam inuestigare tenetur.*
7 *Coniecturæ in fideicommissis habentur pro expressa voluntate.*
8 *Substitutio vulgaris per aditionem expirat.*
9 *Relictum sub vna conditione sub contraria censetur ademptum.*
10 *Noua dispositione opus est, vbi nascitur noua qualitas, seu noua conditio.*
11 *Institutione facta de Titio fratre, vel filijs ipsius masculis legitimis, an filij possint venire tantū ex vulgari.*
12 *Fideicommissum non inducitur nisi per verba obliqua.*
13 *Clausula, & eis non extantibus an trahatur solummodo ad substitutionem vulgarem num. 25. & 41.*
14 *Lex verbis ciuilibus ff. de vulgar. & pupillar. substit. declaratur.*
15 *Substitutio directa, vbi semel habuit locum, non succedit fideicommissaria.*
16 *Substitio quæ vno tempore valuit iure directo, an possit deinde iure fideicommissi sustineri.*
17 *Clausula codicillaris concepta per verba futuri temporis an repræsentet fideicommissum.*
18 *Substitutio facta in codicillis etiam verbis directis trahitur ad fideicommissum.*
19 *Testator censetur approbasse clausulas positas in testamento vbi fuit vulgarizatum cum eis.*
20 *Testamenti pars vna, per alteram declaratur.*
21 *Substitutio qualis fuerit declaratur per institutionem.*
22 *Filij positi in conditione, quando censeantur dispositiuè vocati.*
23 *Subtilitati non debemus ita inhærere vt testatoris inditum violari permittamus.*
24 *Substitutio vulgaris, quæ verba tenet significantia mortem, faciliter transit in fideicommissariam.*
26 *Substitutionem fideicommissariam facit cogitatio mortis, & tractus temporis.*
27 *Geminata dispositio magis enixā voluntatē demonstrat.*
28 *Declaratio per testatorem facta attenditur.*
29 *Mutandi voluntatem qui potestatem habet, multo magis dicitur habere facultatem declarandi.*
30 *Declaratio actus habet laxiores habenas, quam noui actus constructio.*
31 *Declarans nihil de nouo facit.*
32 *Testes testamentarij possunt declarare verba ambigua testamenti.*
33 *Mulieres non possunt esse testes in testamentis.*
34 *Mulieres possunt declarare verba testamenti. (menti,*
35 *Testes singulares admittuntur ad declarationem testa-*
36 *Pauperum Doctorum mox est ambulare per regulas generales.*
37 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*
38 *Coniecturæ sunt sumendæ ab expressis in testamento.*
39 *Peregrinus de fideicom. artic. 28. nu. 22. perpenditur, & declaratur.*
40 *Illatio non fit ex diuersis.*
42 *Verborum obscuritas declaratur ex mente testatoris.*
43 *Interpretari pertinet ad eum qui condidit.*
41 *Testator vbi seipsum declarauit non quæritur alia interpretatio*
45 *Argumentū à sufficienti partiū enumeratione valet.*
46 *Verba sequentia post testamentum a testatore prolata ipsius voluntatem declarant.*
47 *Testator potest obliquare verba directa.*
48 *Ablatiuus absolutus eis non extantibus denotat tractum temporis, & ob id substitutio in fideicommissariam resoluitur.*
49 *Verba directa omnibus modis obliquantur.*
50 *Testes singulares probant, quoad coniecturandum mentem testatoris.*
51 *Testis vnius dicto statur quando dubitatur de dicto alicuius morientis.*
52 *Testes qui declarant voluntatem testatoris, probant licet non sint testamentarij.*
53 *Testes septem requiruntur in testamento quando agitur de probanda voluntate, de cuius substantia nihil apparet, sed duo sufficiunt quando agitur de declaratione voluntatis iam deductæ, & expressę.*
54 *Lex Diuus Traianus ff. de testam. milit. & §. planè Instit. eod. declarantur.*
55 *Argumentum à fortiori valet.*
56 *Verbum ex illo ens cum motu, verbum vero ex eo sine motu designat.*
57 *Verba, & eis nō extantib. interpretantur siue ante siue post aditam hæreditatem, & sic quandocunq; deficientibus seu nō extātibus institutis vel substitutis.*
58 *Roman. in cons. 56. defenditur.*
59 *Testatoris mens in vltimis voluntatibus est attendenda, & præferenda verbis, dummodo eadem mens colligatur aliquomodo ex verbis siue propriè, siue impropriè num. 5.*
60 *Sola voluntas disponentis dominatur præsertim in fideicommissis.*
61 *In fideicommissis etiam coniecturæ attenduntur.*
62 *Quando sensus testatoris colligitur numquam tantum valet interpretatio, vt melior eius existat, & is sensus testatoris dicitur qui ex coniecturis capitur, & congruit etiam significationi verborum num. 9.*
63 *Mens testatoris colligitur etiam per argumentum à contrario sensu.*
64 *In dispositione testatorū verisimilitudo potius quam verba, est attendenda in tantū quod expressio vnius casus non excludit alios habentes eandem vel maiorem rationem.*
65 *Casus habens eandem rationem, quam habebat casus consideratus per testatorem censetur comprehensus.*
66 *Extensio admittitur de casu ad casum dummodo non egrediatur personas comprehensas in dispositione.*
67 *Quoties idē sermo duobus modis intelligi potest, semper ille sensus præualet qui magis generalis est, & rei gerendæ aptior apparet.*
68 *Verba illa, & eis non extantibus habent tractum temporis futuri, & continent compendiosam, & fideicommissariam substitutionem, quia indefinitè posita sunt quoad tempus, cum non fuerit deductum quo tempore nō extabunt, & sic indeffinite, & per consequens vniuersaliter de omni tēpore intelligēda sunt.*
69 *Indefinita æquipolet vniuersali.*
70 *Testator prouidendo quod hæredibus institutis non ex-*

tantibus

tantibus admittantur filij ipsorum masculi legitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio nati in stirpes, & non in capita verisimile est quod cogitauerit mortem fratrum institutorum post aditam hæreditatem, & sic velint inducere substitutionem fideicommissariam.

71 *In successione filij repræsentant personam patris.*

72 *Materia repræsentationis nouissimè tractatur per D. Præsidem Morotium in primo eius responso lib. 1.*

73 *Per vulgarem substitutionem soli testatori succeditur.*

74 *Testator vocando filios hæredum institutorum vult etiã comprahendere nepotes hoc est filios filiorum, & sic plures gradus personarum, & consequenter plura tempora.*

75 *Datur alia intelligentia ad illa verba, & eis non extantibus.*

76 *Dictio eis est solutiua, & repetitiua præcedentium cũ suis qualitatibus.*

77 *Formula illa substitutionis in stirpes, & non in capita verificatur non solum in casu vulgaris substitutionis sed etiam in casu fideicommissaria.*

78 *Prælegata debent capi ab hæredibus.*

79 *Verbum instituo licet sit directum tamen ex mente testatoris potest trahi ad fideicommissum præsertim quanda adest clausula codicillaris.*

80 *Testes vbi concludant circa eundem rei finem, licet per diuersa media, & diuersas propositiones loquantur non dicuntur singulares, sed optime probant.*

81 *Testes non dicuntur singulares vbi in conclusione dicit vnus testis idem quod alius.*

82 *Testis vnius dictum quando coadiunat dictum alterius singularitas non infringit dicta ipsorum testium, & ibi exemplum.*

83 *Crauet. in cons. 79. num. 33. & in cons. 914. num. 16. defenditur.*

84 *Reijcitur interpretatio ad Castr. in cons. 395.*

85 *Ad id quod testes singulares admittãtur ad declarationem voluntatis testatoris vbi verba essent facti, secus vbi iuris, respondetur.*

86 *Testis vnicus sufficit ad probandam dispositionem testatoris, si eidem testatar voluntatem suam declarauit.*

87 *Testes duo probant declarationem testatoris circa hæredi institutionem.*

88 *Iudicis partes sunt nimiam subtilitatem reijcere, & paradoxa respuere.*

89 *Legista non dialecticant in verbis, sed rerum ponderant exitus.*

90 *L. qui res suas. §. Aream, ff. de solut. & liberat. declaratur.*

Numero 1.



IN hoc casu idem respõdit Cephalus in consil. 919. cum dictu fuit lib. 4. Iacob. Menoch.

Numero 3.

Ibi (est enim præsũptio) scrpsi etiam in tractatu de prosumpt. lib 4. præsump. 165. in fine Iacob. Menoch.

Numero 6.

Ibi (illa declaratio testatoris duobus testibus satis probari põt) per istã conclusionem dixi in causa Margaritæ Bauæ contra D. fratres de Ca-
1 pellis, declarari etiam verba directę † substitutionis concepta subformula hac. & eis non extãtibus ita vt inflecterentur, & proinde compendiosam, & fideicommissariam continerent, quo casu ex probationibus circa mentem testatoris, dixi de vna specie substitutionis dari transitum ad aliam, qui articulos diu fuit controuersus, & varijs agitatus legalibus considerationibus, quæ sicuti tendunt ad sustinendam probationem quæ fit ex testibus de mente testatoris iuxta hoc loco notata per Menochium ita placuit eas subijcere in studiosorum gratiam, & confirmationem propositionis Menochialis.

Instructo processu inter Dominos Fratres de Capellis, & D. Margaritam Banam res ipsa ad eum punctum reducta esse videtur nunquid opposita exceptio fideicommissi ad excludendos actores ab actione reali per eos instituta, in interdicto Saluiani vtilis super bonis de quibus est cõtrouersia, sit iustificata, in quo articulo plures doctissimi viri, & Iurisconsult. peritissimi scripserunt, qui multis insistentes coniecturis, & argumentationibus comprobarunt casum fideicommissi ad fauorem quon. D. Alexandri Bauæ filij quon. D. Antonij hæredis primo loco instituti, & grauati de restituenda hæreditate Reuerendi quon. D. Ambrosij Bauę fratris euenisse, ex quibus licet satis aperta sit probatio purificati fideicommissi itaut non esset opus alijs demonstrationibus: Requisitus tamen, vt notam faciam de hac re, opinionem meam, nolui tam iusto desiderio deesse, minusq; hoc scribendi munus reijcere, cum non minus laudabile sit, quam mihi semper iocundũ cooperari ad veritatem indagandam.

Considerato igitur diligenter testamento dicti quon. D. Ambrosij, & casibus inde subsequutis in eam venit inclinandum sententiam purificatũ censeri fideicommissum in personam dicti quon. nob. Alexandri, & illud tamquam agnitum trãsmissum in personam nob. Margaritæ matris.

Primo autẽ loco negotium distinguendo, quia
2 fideicommissum in dubio † non præsumitur, cũ sit quid facti. l. in bello. §. facti. ff. de capt. &
3 postli. reuers. & illud alleganti † incumbat onus probandi, iuxta regul. l. actor quod asseuerat. C. de probat. vbi negantis intentio, in sola negatiua consistit, illud idem præsupponitur probari ex eodem testamento l. titia cum testamento. §. caius seius l. Lucius titius. §. Lucius titius. ff. de leg. 2. in quo testator expressè declarauit intentionis esse, quod ipsius bona vadant in filios masculos, legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreatos quon. nob. Francisci, & Antonij fratrum ipsius testatoris, ex cuius testamenti verbis elicitur indubitata iuris conclusio, quod primo loco D. Ambrosius Baua dilexit fratres suos eosdem honorando, & instituendo, secundo loco dilexit filias dictorũm eius fratrum, ad quorum commodũ grauauit institutos hęredes ad eisdem restituendo bona hæreditaria, & integrè absq; detractione alicuius quartæ, ex quibus arguitur vrgens coniectura transmittendi istud fideicommissum in Nepotes eius masculos ex fratre, per ea quæ not. Bal. ad l. primam vers. quęro de tali quęstione C. de hijs qui ante apert. tabul. num. 10. ex cuius dictis colligitur quod licet fideicom-
4 missum conditionale † regulariter ad solos liberos transmittatur, per l. 1. §. sin autem C. de cad. toll. coniecturis tamen extantibus, & aliquibus inditijs resurgentibus ex quibus appareat testatorem sensisse de nepotibus, vt in casu vtique etiã transmittetur fideicommissum prædictum, esto quod versemur in transuersalibus sic ex Bal. loco relato, tenuit Rota Perusina decis. 102. Hieronymus

mus quondam num 6. part. 2. vbi plures auto-
titates cumulat, & repræhendit Cephal. in consi.
132. num. 6. lib. 1. & sequaces eius, qui contra-
rium tenuerunt subdens opinionem Ceph. esse
falsissimam, in cuius rei fidem facit irrefragibili-
ter textus in l. lucius la 2. ff. de hæredib. institnen.
vbi dicitur quod prudens consilium testantis, non
solùm prætulit fratrem, sed & liberos eius.

Punctus est in proposito videre numquid ver-
semur in inditijs, & coniecturis, quod bona ipsa
quoquomodo ob mortem institutorum perueni-
rent ad filios ipsorum, & isto casu negari non po-
test, quin talis fuerit voluntas tacita, † & expres-
sa eiusdem testantis, quæ in fideicommissis totũ
facit. l. cum vinum. C. fideicom. Rimin. iun. in
consil. 564. super quo articulo, num. 29. lib. 5. de
expressa sunt verba clara legis habentis disponat
testator, & erit lex. §. disponat. authent. de nupr.
& solet communiter dici, quod sicut venator le-
porem sequitur, ita Iudex mentem testatoris, de
6 tacita, † quæ ex coniecturis colligitur, facit l. cũ
proponeretur. in fine. ff. de leg. 2. faciunt notata
in l. cum auus. ff. de condit. & demonst. l. acutis-
simi. ff. eodem. l. licet Imperator, & ibi scriben-
tes. ff. de leg. 1. per quem text. Riminald. iun.
in consil. 37. Illustris, ac generosus, num. 19. lib.
1. dixit vna cum Durãte de arte testãdi, & Ceph.
7 quod coniecturæ in fideicommissis † habentur
pro expressa voluntate, quod etiã repetit in cons.
502 post quam consului. nu. 47. lib. 5. cuius opi-
nionem insequentes dicimus absque eo, quod fiat
aliqua distinctio inter tacitam, & expressam per
testatorem Banam vocari Dominum Alexandrũ
filium nob. Antonij. ibi, & eis non extantibus, fi-
lios masculos legitimos, & naturales, & ex legi-
timo matrimonio natos & procreatos eorundem
in stirpem, & non in capita, insuper etiam eosdé
nepotes substituit alteri ex fratribus institutis
decedenti sine liberis masculis, legitimis, & na-
turalibus, & ex legitimo matrimonio natis, in
casum alterius fratris non extantis, exprimendo,
quod enixa fuit voluntas eius, quod fratribus non
extantibus, bona sua vadant in filios dictorum
fratrum masculos legitimos, & naturales, & ex
legitimo matrimonio procreatos, integraliter,
& sine aliqua detractione, ex quibus omnibus
satis aptè mens fideicõmittentis colligitur, quod
tandem in omnem euentum bona sua transirent
in nepotes eius ex fratre, & ita in eundem nob.
Alexandrum, cuius conclusionis confirmationi,
quia consistit in solutione contrariorum, non ob-
stant ea quæ subtiliter quidem; sed absq; dubio
contra intentionem testantis possent obijci.

Prima enim obiectio quæ partem Banam of-
fendit ea est, quod scilicet in prima vocatione
Nepotum tunc demum sint vocari, vbi fratres in-
stituti non extarent, quod dicitur intelligendum
de tempore mortis ipsius testatoris, & cum ista
conditio non sit probata frustra ex capite dictæ
dispositionis prętendit admitti pars Bana. argui-
tur enim per ea verba substitutio vulgaris, hoc
est si fratres instituti hæredes esse non possent, eo-
rum filij masculi, legitimi, & naturales ex legiti-
mo matrimonio nati, hęredes sunto, sic in indiui-
duo videtur facere consil. Deciani primum, ex
prędicta ergo, nu. 191. & infra volum. s. porrò
tantum abest, quod sint filij prædicti vocati, vt
potius exclusi dicantur, vel quia hęredes ipsi a-
8 eundo hæreditatem † faciunt cessare substitu-
tionem vulgarem. l. post aditam. C. de impub. &
9 alijs, vel quia sub vna conditione relictum †
sub contraria censetur adeptum. l. si legatum pu-
rè. ff. de adimen. legat. l. quod purè. ff. quando
dies legati ced. l. aliquando. ff. de cond. & de-
10 monst. quando enim noua qualitas, † & noua
conditio insurgit, noua erit opus dispositione. l.
ius ciuile. ff. de iust. & iure. l. 1. §. si quis simpli-
citer. ff. de verb. obligat. in cuius obiecti compro
bationem stare videtur consil. Crauet. 744. nob.
Dominus Augustinus, per tot. vol 5. Addendus
est Lancell. Galliaul. ad l. gallus. in §. quidam
rectè. ff. de lib. & posthum. num. 22. vbi propo-
sita quæstione, quod quis instituerit Titium fra-
trem eius, vel filios ipsius masculos, legitimos, &
11 inquit filios posse tantum † venire ex vulgari
substitutione, non ex fideicõmissaria, quod etiam
probat longo sermone Rimin. iun. in consil. 535.
in præsenti causa, nu. 16. & infra vol. 5.

Sed obiectum non procedere dicimus, ex mul
tiplici iure, vel primo quia illa verba institutio-
nis primo loco expressa diuersam meo iudicio
capere debent interpretationem, quàm hactenus
viderim afferri, nempè vt tàm filij fratrum,
quam fratres ipsi fuerint instituti, sed or-
dine successiuo, vt primo loco fratres ipsi, secun-
do verò filij eorum, itaut non vulgaris tantum,
sed etiam fideicommissaria dicatur stare substi-
tutio, quare (liceat pro nunc certare cum Decia-
no in citato consil. 1.) non obstabunt illa verba,
& eis non extantibus, quinimò potius fideicom-
missariam omninò repræsentabunt substitutio-
nem, siquidem ex ordine affectionis loquutus fuit
testator, quia ex quo plus diligebat fratres tan-
quam magis coniunctos, quam liberos eorum,
voluit ideo fratres vocasse per prius, & eorum li-
beros per posterius, sic post Batt. tenuit Castrens.
omnino videndus in dicto §. quidam rectè, num.
9. vbi dicit, quod si dixero instituo fratrem meũ,
& liberos eius ordine successiuo censebuntur vo-
cati, altero scilicet ex duobus casibus, vel si frater
noluit acceptare, vel non potuerit, quod arguit
vulgarem substitutionem, l. cum proponas. de
hęredib. instituend. l. vt hæredibus. ff. de leg. 2.
l. iam hoc iure, & l. centurio. ff. de vulgar. &
pupillar. faciunt tradita in l. precibus. C. de im-
pub. & alijs, vel si acceptauerit, & postea moria-
tur, & sic liberi eius sunt vocati, & substituti vi-
dētur vulgariter, & per fideicommissum, in cuius
opinionis adiutorium insurgit Dec. in cons. 431.
pro tenui facultate mea, per totum, vbi optimè
concludit verba illa, instituo fratrem meum, &
post mortem illius filios inducunt primo loco
vulgarem, sed postmodum resoluuntur in fidei-
commissariam, & cum eo concordat Curt. iun. in
cons. 48 præsupponitur in facto, per tot. vol. 1.
qui in eadem causa cum Decio consuluit, quos
sequitur Alciatus in dicto §. quidam rectè. num.
35. 36. & sequen. & plures alij relati per Marzar.
in epitome de fideicommiss. cons. 12. num. 24. &
25. vbi impugnando contrariam sententiam, in-
quit quod temerarium esse ab hac opinione dis-
cedere.

Difficultas modò consistit in probando, quod
ista verba, instituo fratres meos, & eis non extan-
tibus, eorum filios masculos, legitimos etiam in-
ducant, & comprehendant substitutionem fidei-
commissa-

commissariam, siquidem repugnare videtur pri-
mo loco illud verbũ instituo, quod est directum,
12 & ciuile, & fideicommissum † non inducitur,
nisi per verba obliqua, casus est in l. verbis ciuili-
bus. ff. de vulgar. & pupill. substitut. Rimin. iun.
dicto consil. 535. num 16. citat. l. in substitutione.
ff. eodem. secunda difficultas est, quod ea verba,
13 & eis non extantibus, † videntur solum trahi
ad casum vulgaris substitutionis, per impotenti-
am, vt puta si non essent in rerum natura de tem-
pore delatæ successionis, vel mortis testatoris, vt
notat Decian. in dicto suo primo responso num.
191. sed ista remouentur ex pluribus.

Primò, quia ad conclusionem desumptam ex
dicta l. verbis ciuilibus, & concordantibus, respõ-
detur debere ea iura intelligi, quod post puberta-
tem frustra fit substitutio pupillaris, vt scilicet va-
leat iure directo, cum terminetur per aduentum
pubertatis, sed non prohibent, quominus substi-
tutio valeat iure fideicommissi, sic eum text. l.
14 verbis ciuilibus. † cum concordantibus decla-
rat Illustrissimus Cardinalis Mantica de coniect.
vltim. volunt. lib. 7. tit. 3. num. 9. vbi ex Imola
cõprobat hanc declarationẽ, dum ibidem tenet,
quod substitutio verbis ciuilibus facta ei, qui erat
pubes tempore facti testamenti valet in vim fidei-
commissi, subdens ad maiorem intelligentiam
illius text. quod vbi facta fuerit substitutio sine
præfinitione temporis post pubertatem valebit
iure fideicommissi, per l. precibus. C. de impub.
& alijs, & dum inquit lex frustra fieri conuenit
intelligentia fit de eius substitutione pupillari,
qui excedit decimum quartum annum, nam qui
directo substituit pupillariter vltra 14. annos ni-
hil agit, quia longius non trahitur minus, etiam
de fideicommissaria, quia non videtur disponens
voluisse fideicommissum facere, & ideo Doctores
qui extendendo conclusionem dictæ l. verbis ci-
uilibus, dixerunt per verba ciuilia directa non
posse fieri substitutiones fideicõmissarias ex sen-
su, & clausula dictæ legis ibi frustra fieri conue-
nit, maximopere allucinantur, siquidem ea ver-
ba deseruiunt casui tantum proposito substitutio
nis, scilicet pupillaris factæ de excedente annum
decimum quartum, non vlterius, vt post omnes
doctissimè fuit consideratum per Cardinalem
Manticam loco relato.

Nec vim faciunt considerationes, quod vbi se-
mel habuit directa substitutio locum hoc est, vbi
ab initio valuit, non est locus fideicommissariæ,
quia directa verba ciuilia † vbi à principio po-
15 tuerunt operari non obliquãtur, vt Imola, & ferè
omnes notãt in dicta l. verbis ciuilibus, quia re-
sponderur præmissa nõ procedere, vbi dari potest
consideratio in ipso testatore futuri temporis, &
mortis cogitatio, sic enim inibi conueniunt om-
nes, vt recitat Castr. & alij in dicto §. quidam
rectè, & ipsemet Rimin. iun. qui contrariã tuetur
sententiam hanc limitationem non improbat, &
ita loquuntur Dec. Cur. iun. Alciat. & alij in locis
relatis, vbi enim habuit testator considerationem
ad mortem ipsorum fratrum primo loco vocato-
rum, vtique erit extendenda, & obliquanda sub-
stitutio, & in fideicommissariam resoluenda, esto
quod verbis directis ciuilibus facta fuerit, qualia
sunt hæc, instituo, & hæredes siquidem, vt dictum
fuit, testatoris voluntas totum facit, & penitus
obseruanda venit, l. ex facto. §. Herum autem. ff.
de hæred. instit. Cardin. Mantic. loco relato aliàs
lex diceretur imposita verbis.

Vlterius addendum duximus non esse incon-
ueniens, quod substitutio vno tẽpore valeat iure
directo, & alio deinde valeat iure fideicommissi,
16 præsertim hodierno tempore, quo sublata † re-
manet verborum directorum, & inflexorum, seu
obliquorum differentia, vt opportunè traditur
in l. quoniam indignum. C. de testam ordinand.
vbi verborum subtilitas reijcitur, & sola testato-
ris voluntas attenditur, sic etiam scribit doctissi-
mus Philippus Massinius in commentario ad di-
ctam l. precibus. C. de impub. & alijs, num. 441.

Secundò respondetur naturam verborum di-
rectorum in casu proposito inflecti, & obliquari
ad inducendam fideicommissariam substitutio-
17 nem ob adiectionem clausulæ codicillaris † cõ-
ceptæ per verba etiam futuri temporis, quæ fidei-
commissum repræsentant, vt vno ore concludunt
omnes ad dictam l. verbis ciuilibus, Ripa in l.
centurio. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Dec.
in citato cons. 431. Curt. iun. dicto cons. 48. sub-
18 stitutio enim facta in codicillis † etiam verbis
directis trahitur ad fideicommissum. l. scæuola. ff.
ad Senatuscons. trebell. sic ex Bald. notat Ioan-
nes dilectus de arte testandi tit. 5. cautel. 12. nu.
13. tam præcipuè, quod vltra clausulam codicil-
larem reperitur adiecta clausula omnibus alijs
melioribus modis, via, iure, causa, forma, & effe-
ctu, sic in terminis notat Baldus in cons. 129. Do-
mina Francisca vol. 1. & demum ex Curtio scri-
bit Ripa loco præallegato num. 81. & seqq. vbi
respondet ad obiectum, quod aliqui faciunt ex
Bart. clausulas prædictas censeri appositas potius
ex stylo notarij, quàm ex voluntate testatoris;
Namque vltra, quod illa opinio communiter re-
probatur, vt meminit Rimin. iun. in præallegato
cons. 535. vbi testamentum fuit vulgarizatum,
19 † & lectum per notarium ipsi testatori, tunc ille
testator videtur approbasse clausulas ipsas, & per
approbationem perinde est, ac si principaliter de
ordine, & commissione ipsius fuerint appositæ, &
cum Ripa concordat Fabius Turret. in tract. de
effect. & deffect. claus. codicill. quæst. 4. effect. 4.
item & Vincentius Honded. subtilis Doctor in
cons. 33. dubium de quo quæritur. num. 46. lib.
2. dixi aliàs pro Domino Cæsare Ritio, contra
nob. Archangelam Monacham, in qua obtinui
coram Excellentissimo Senatu Montisferrati.

Istis sic stantibus, non recedendo à mente testa
toris, quod bona sua in eius nepotes masculos,
legitimos, & naturales, vt supra venirent, non so-
lum ex dictis clausulis omni meliori modo, vel
codicillari, quæ directas substitutiones inflectũt,
iterum dicendum venit, quod illa etiam colligi-
tur ex substitutionibus sequentibus. Namque
20 vna pars testamenti † per aliam declaratur. l.
qui filiabus, §. penult. & l. si seruus plurium. §.
fin. ff. de leg. 1. sic arguit Dec. in consil. præalle-
gato 431. num. 8. dum enim inquit testator, &
altero ex dictis suis fratribus hæredibus institutis
vt supra decedentibus sine filijs masculis, legiti-
mis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio
procreatis, substituit alterum superstitem, & eo
non extante, filios legitimos, & naturales eiusdẽ
masculos, & de legitimo matrimonio procreatos,
absque detractione alicuius trebellianicæ, quam
expressè prohibet, clare disposuit per fideicom-

missariam substitutionem, vt bona venirent in
dictos eius nepotes masculos, & consequenter in
prædictum Dominum Alexandrum Domini An
tonij filium legitimum, & naturalem, ex legiti-
mo matrimonio procreatum, in qua oratione li-
cet continuando dilectionem infratrem super-
stitem eum substituat per reciprocam, & fideicō-
missariam, addit tamen casum deficientium fra-
trum, & eo adueniente nepotes masculos vocat,
in quos finalis intentionis suę transit effectus, &
sic vna substitutio per alteram declaratur, quia
quę proximis copulata succedunt eandem tenent
naturam, quinimo in proposito qualis fuerit sub-
21 stitutio † per institutionem declaratur, l. cohæ-
redi, §. qui discretas. ff de vulgar, & pupillar.
Bald. consil. 38. super primo puncto, vol. 2. &
qualis præcessit institutio, talis subsequitur sub-
stitutio, Dec. in cons. 236. Crauet. cons. 22. quos
allegat, & sequitur Laderch. Imola cons. 80. duo,
sunt capita, nu. 2. Roman. cons. 56. in casu pro-
posito, num. 4 & 5.

Nec valent considerationes, quod filij sint po-
22 siti † in conditione, & consequenter non sint vo-
cati, ex gloss. in l. lucius, la secunda. ff de hæred.
Instituen. quia omissa pro nunc indagatione ve-
ritatis istius opinionis, quæ tamen pro parte af-
firmatiua stare debet concurrentibus, præcipuè
ne dum vna coniectura, quę sufficeret, vt ex Gra-
to, Zanch. & pluribus alijs, notat Laderch. Imola
in cons. 150 nolo nunc excutere, num. 2. & di-
ximus alias in causa Pagnana, in qua supplica-
tionis iuditium pendet, sed pluribus, vt puta:
masculinitatis legitimationis, tam personarum,
quàm matrimonij non potest verè dici in casu no-
stro, quod filij sint positi in conditione cum ex-
pressè, & dispositiuè sint vocati, vt pleuè pro ia-
uit I. C. Euander Guilerius acutissimi ingenij
Aduocatus licet pars aduersa conetur pro viri-
bus suis contrarium statuere.

Non obstant aduersus ea, quę diximus de re-
soluta substitutione vulgari in fideicommissariā
fundamenta, quę tractat, Rim. iun. in sæpè ci-
tato cons. 135. cum quo mihi visus fuit transire,
Laderch. Imola in cons. 92. viri plerique, nu. 15.
qui reticendo Rimin Dec. Curt iun. & Marzar.
improbat, quia in effectu concludit, quod plura
alia fundamenta in casu Decij, & Curt. iun. ac
Alciat. qui & nostræ sententiæ assecla fuit, mili-
tant, quo casu itidem dicendum veniret in pro-
posita nostra facti specie, in qua tot vehementes
coniecturæ, quinimò expressæ declarationes mi-
litant, vltra quod etiam adducta per eos iura, tan-
quam tendentia ad subtilitatem verborum, quæ
hodie sublata remanet ex citata l. quoniam indi-
gnum. C. de testamentis, non videatur attenden-
23 da, ne dum subtilitati sumus † intenti, violari
testatoris iudicium permittamus, quibus etiam
omnibus commodè faciūt probatæ declarationes
eiusdem testatoris, de quibus infra verba facie-
mus, & idē Rimin. fatetur, quod vbi adsunt verba
24 † mortem denotantia de facili vulgaris in fidei-
commissariam transit.

Interim verò secundam difficultatem obstare
minimè dicimus circa intelligentiā illius clau-
25 sulę, eis † non extantibus, ex Deciano in cons. 8.
& Crauet. in citato cons. 744. quia vera interpre-
tatio est, vt generaliter illa verba intelligantur.
si non extabunt, hoc est quādocunque morientur
Rom. in cons. 56. in casu proposito, vbi loquitur
in fortioribus terminis, vbi Salicet in præcedenti
dispositione erat adiecta dictio, tunc ita, vt posset
verosimiliter dubitari, an censenda foret reperita
quod etiam placuit Calcan. in cons. 103. contra
Reuerendissimum, versic. postremo paulò ante
finem, vbi in proposito casum nostrum enuncians
dicit verba illa non extantibus, Ioanna, & filia
intelliguntur quandocunque nō extabunt, quod
etiam probat eleganter non minus quam subtili-
ter Franciscus de Capitib. in cons. 105. vt respō-
deamus, versic. secunda ratione, inter cons. Cal-
can. vbi concludit resoluendum esse illum abla-
tiuum absolutum, non extantibus in clausulam
quandocunq; non extabunt, & sic in substitutio-
nem compendiosam, & fideicommissariam, &
horum dicta probat Laderch. Imola in cons. 10.
si diligenter, nume. 3. vbi plures istius opinionis
auctores recenset.

Data igitur hac veritate, quod ita sint intelli-
genda ea verba vtiq; resultat tractus temporis,
26 & cogitatio mortis, † quæ fideicommissariam
inducit, vt omnes scribentes admittunt in dicta l.
centurio, & dicto §. quidam rectè, & sic rema-
nent sublatæ omnes amaritudines appositę cōtra
deductam substitutionem per verba directa ciui-
lia, quæ ex supradictis inflexionem patiuntur.

Coadiuuantur præmissa fortiter ex probatio-
nibus factis, & resultantibus ex testibus exami-
natis, qui enunciant qualis fuerit testantis volun-
tas, qualis enim cuiusque fuerit ab initio animus
secuta declaratio probat, Bald. in cons. 17. Anno
Domini, nu. 2. volum. 3. testes siquidem ad in-
stantiam partis Baue examinati probant decla-
rationem animi quondam Reuerendi Ambrosij
testatoris circa prædicta, dum interrogati super
quinto articulo affirmant, quod intentio ipsius
fuit vocandi filios fratrum ordine successiuo, &
proinde Anna de Rinaldis examinata super eo-
dem articulo, deponit eundem Reuerendum so-
litum fuisse sic fari: Oh se Margarita facesse vn
poco vn figlinol maschio, quello facio lo farei per
lui, e ben mi affatico per miei fratelli, mà se Mar-
garita mi facesse vn maschio, mi sarebbe più prò
a lauorare, & dotarei le figliuole. En igitur, quod
intentio ipsius erat directa in nepotes eius mascu-
los, & dum inquit eadem testis: Et questo me
27 l'hà detto da quattro, cinque volte, magis † eni-
xam voluntatem disponentis demonstrat, iuxta
l. balista. ff. ad Senatusc. trebell. in idem reincidit
dictum nob. Fabritij Riuetæ, dum super eodem
articulo deponit; Hò vdito dire alle volte così ra-
gionando à tauola al detto M. Prete Ambrosio,
che hauerebbe voluto, che detta Madonna Mar-
garita, la quale non faceua se non figliuole femi-
ne, all'hora hauesse fatto vn figinol maschio, ac-
ciò che le potesse lasciare la sua robba.

Similiter accedit depositio nob. Ioan. Stepha-
ni Iopi, qui super eodem capitulo magis in indi-
uiduo deponit: Il detto fu M. Prete Ambrosio
mentre viueua, & staua alla seruitù delli già
Signori Conte Theodoro, & fratelli di San
Giorgio, ragionando con esso teste gli hà det-
to in Casale, & nel Palazzo de detti Signori,
& tanto auanti facesse esso M. Prete Ambrosio
testamento, quanto dopò, che la sua intentione
era, che la sua robba, & heredità dopò la sua mor-
te andasse à duoi suoi fratelli, quali la godessero

per loro vita, & dopò andasse, & si transferisse
nelli loro figliuoli maschi, perche il suo desiderio
era di mantener la sua casa in piede, subdens; è
si racorda, che detto M. Prete Ambrosio vn gior-
no, che l'andò à visitare per esser stato vn poco
amalato, gli disse, che haueua fatto il suo testa-
mento, & che haueua disposto della sua heredità
come sopra.

Comprobant hęc eadem Bassanus Vicecomes,
qui in substantia hoc idem affirmat, & nob. Ioan.
Stephanus Carrettus, ac nob. Ioan. Petrus Sila-
nus, & Dominicus Minutia, qui omnes sunt con-
testes, & optimè concludunt declarationem factā
ab eodem testatore circa intelligentiam suę di-
spositionis, in tantum quod nullo modo venit du-
28 bitandū. Namque declaratio † ipsa per testa-
torem facta attendenda venit, l. Paulus. ff rem
rat. hab. quinimo nulla maior est declaratio, quā
ea, quæ prouenit ab eodem fonte, Bart. in l. 1. §.
& parui. ff. quod vi, aut clam, qui enim habuit
29 potestatē † mutandi voluntatem, multo magis
habuit facultatem declarandi, sic Ias. in l. lucius.
num. 17. ff. de vulgar. & pupill. substit.

Nec obijciatur aliqua imperfectio, cum tracte-
tur de declaratione dispositionis, & vltimæ volun
tatis, quæ certis solemnitatibus est circumscripta.
l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de te-
30 stam. quia respondetur, quod declaratio actus †
habet laxiores habenas, quam eiusdem actus pri-
ma constructio, seu ratificatio. Bald. in l. sed, &
si quis stipuletur §. interdum ff. de vsufruct. qui
31 enim declarat † nihil de nouo facit, & ita non
censetur noua dispositio casus est rotundus, & pla
nus in subiecta materia, in l. hæredes palā n. in
§. 1. ff. de testam. vbi opportunè gloss. in verbo
posse, notat testatorem sine aliqua solemnitate,
& coram etiam duobus testibus posse declarare
testamentum suum.

Hinc patet dilucidè non obstare, quod soli te-
32 stes † testamentarij possint deponere ad decla-
rationem alicuius verbi ambigui, ex Old. in con-
silio 297. domina nu. 7. & Alexand. in cons. 54.
nu. 5. lib. 3. quia respondetur obiectum tanquam
superfluum & impertinens potuisse in puncto re-
ticeri, vel quia erroneum est axioma in iure, cum
etiam testes extranei admittantur, & sic declarat
Oldrad. in loco citato, vbi dicit, quod solæ con-
iecturæ loquutionis, & duo testes, & etiam mulie-
33 res admittuntur, quare cum in testamentis † mu-
lieres non possint esse testes. §. testes autem, In-
stit. de testam. ordin. cum concordantibus, illæ-
34 que † admittantur ex Oldradi, & sequacium
sententia ad declarationem necessario dicimus
admitti eo casu testes extraneos eos scilicet, qui
non sunt instrumentarij, vel etiam, quia erroneū
dicitur in facto; Namque testes non deponunt de
intelligentia verborum, de quibus in testamen-
to, sed deponunt declarationem voluntatis ipsius
met testatoris, tam ante scilicet, quam post factū
testamentum, & quod dicitur ad confirmationem
obiectionis de consil. Alexand. 54. ponderatis
verbis testamenti, sub num. 5. lib. 3. inane est, &
flocci faciendum, tantum enim abest Alexandrum
eo loco dicere, quæ presupponuntur, vt potius con-
trarium innuat, inquit enim, quod coram duobus
testibus tantum poterit testator declarare qualis
fuerit illius sententia, & dispositio facta.

35 Minus nocet, quod testes ipsi sint singulares, †
qui proinde non probant. l. iusiurandi. C de
testibus, cap. cum causam, extra de probation.
Roland. in cons. 95. si perspicere potuissem, nu.
18. volum. 4. quia vltra ex Crauet. in consil. 73.
num. 33. doctissimè allegata per Dominum Sur-
dum iuniorem, cuius dictis libenter subscribo,
36 præsertim, quia non ambulat in solis † regulis
generalibus, vt mos est pauperum doctorum, sed
specialibus decisionibus, quod optimi doctoris
proprium esse dixit Felyn. in cap. 1. de præscript.
num. 6. Angel. consil. 14. num. 3. respondetur
etiam cum Marsil. Corneo, & Bald. quos sequitur
Roland. in cons. 85. multiplici ex capite, nu. 45.
volum 2. quod sumus in actu reiterabili, quo ca-
su testes propriè non dicuntur singulares, sed ad-
mittuntur, cum non noceat singularitas respectu
loci, & temporis, vt declarando dict. l. iusiuran-
di, scribit Socin. iun. in cons. 90. abundè, & sub-
tiliter, nu. 8. & sequent. volum. 2. & omnium la-
tissimè probat Riminald. iun. in cons. 7. cum quā
dam inquireretur nu. 108. & sequent. vbi loqui
tur in criminalibus, & ita in fortioribus terminis.
& eum cum pluribus alijs sequutus fuit Farinac.
de testib. quęst 64. nu. 131. vbi dicit de commu
ni, & magis communi, quia sat est, quod vnus al-
teri testi adminiculetur.

Non etiam obest non induci fideicommissum
ex desiderio, quia hoc est verum, quando versa-
mur in solo desiderio, quod non fuit in esse dedu-
ctum, quia tunc potest bene obijci, quod propo-
37 situm † in mente retentum nihil operatur l. si
repetendi C. de condict. ob caus. sed in casu no-
stro veritas est, quod fuit illud desiderium in esse
deductum, & vbi verba non essent ita clara inter-
pretationem recipiunt ab expressa declaratione
dictæ l. hæredes palam. in §. 1. ff qui test fac. poss.
38 Non officit, quod coniecturæ † sint sumendæ ab
expressis in testamento, ex Alexan. Alba, De-
ciano, Burs. & Rustic quia respondetur, quod
aut obiectum respicit conclusionem, an filij in
conditione positi censeantur vocati, & inutile est,
quia vltra quod dispositiuè vocantur coniecturæ
etiam desumuntur ab expressis in eodem testa-
mento, aut respicit inualiditatem declarationis,
& illud est ridiculum, nec hoc vnquam senserunt
doctores allegati, quia nulla maior, vt dictum fuit
est declaratio, quam ea, quæ descendit ex primo
fonte, & nullus magis est informatus de voluntate
disponentis, quam illemet, qui disponit.

Quod itidem dicitur de solemnitate requisita
sublatum iam fuit ex supradictis, ex quibus de-
monstratur non esse nouam dispositionem, sed de
clararoriam primæ, quod optimè probauit Cra-
uet. in iam citato cons. 73. dicen. videretur num.
33. volum. 1. vbi ait valere testimonium singu-
larium testium deponentium, quod dici audiue-
rint à testatore, quod instituerit fratrem eo ani-
mo, vt hæreditatem alicui communicaret, & hoc
ad declarandam præsumptam voluntatem ipsi.

Reliqua autem obiectata, & repetita ex iurib.
superius allegatis tolluntur, & iura allegata non
seruiunt in proposito, ac longè distant à conclu-
sionibus deseruientibus casui nostro, si quidem
præsupponitur ab eo fuisse positos filios in condi-
tione, cum tamen sint etiam dispositiuè vocati, &
ipsemet Dominus Consultor de Philippis admi-
sit in vers. quinto quoties nu. 35. in sua consulta-
tione incipiente scire debet de qua infra.

Demum vbi dicit casum hunc decidi ab his, quæ dixit Peregrinus de fideicommiss. artic. 28. nu. 22. non mediocriter hallucinatur, si quidem illa formula † fideicommissi longè diuersa est ab ea, quę in puncto recitatur, ibi enim fideicommissum supponitur vltimo loco purificari in personam fratris superstitis existentis, quia sit facta substitutio in superstitum altero fratre decedente, sed in casu nostro cogitatum etiã fuit de morte amborum fratrum ad commodum ipsorum nepotum, & hoc patet, ibi transeant in alterum fratrem superstitem, & eo non extante, in eius filios masculos, legitimos &c. Quare non fit bona illatio de casu Peregrini ad casum nostrum, in quo, & primo loco, & sequentibus vocantur filij, seu
40 nepotes, & ita ex diuersis † non infertur. l. Papinianus exuli. ff de minor. iunctis pręcipuè probationibus, de quibus supra.

Quibus proinde sic stantibus iure merito opposuit Domina Margarita Baua exceptionem fideicommissi ad docendum, quod bona in præiuditium fideicommissarij non potuerunt censibus obligari, quæ propterea cum ius foueat, meritò prętendit in eius fauorem pronunciandum fore, per hunc Excellentissimum Senatum, cuius correctioni scripta hæc mea supponens, sic dico, & iuris esse partem Bauam consulo. Vide Rim. iun. conf. 163. vol. 3. Rol. Cau.

Consultationi iam aliàs per nos compilatę ad fauorem D. Margaritæ Bauæ, contra DD. fratres de Capellis obstare dicuntur, quòd declaratio facta per testatorem, & ante, & post testamentum nullius sit frugis, cum versetur circa ea, quæ iuris sunt, non autem circa ea, quæ facti esse dicantur, quasi inferatur, quod dispositio l. hęredes palam. in §. si quid post. ff. de testam. procedat tantum in obscuritate facti, vt cantat exemplum ibidem allegatũ in facta dispositione de sticho simpliciter per eum, qui plures stichos habuisset, cũ quod citur concordare tex. in l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutela. pręsuponendo sicuti, declarare, quod filij fratrum institutorum sint eis substituti per substitutionem fideicommissariam sit iuris, quia esset aliam substitutionem ex verbis testatoris minimè resultantem facere quòd non dicitur admittendum, nisi cũ ordinarijs solemnitatibus à iure requisitis, & sic coram septem testibus, quia noua vocatio, & dispositio dicitur, ad not. per Doct. in dicta l. hęredes palàm. in §. si quid post, facere enim de non vocato vocatum, non est declarare, sed de nouo disponere, vt optimè doctores considerant, ad eum text. in §. si quid post.

Secundo obijcitur, quòd ipsa declaratio non videtur attendenda, quia scilicet animo deliberato testator ad eam non venit, & ex quadam grauitate, sed potius iocosè, ad not. per fur. Consul. Florentinum lib. 10. instit. quorum tenor exprimitur in l. diuus Traianus ff. de testam. milit. & cuius conclusionis verba in proposito sunt; Cæterum si vt plerunq; sermonibus fieri solet, dixit alicui, ego te hæredem facio, aut tibi bona mea relinquo, non oportet hoc pro testamento seruari, & ista sũt repetita in §. planè. Instit. eod. vbi dicit Iustinianus, quod alioqui non difficulter post mortem alicuius testes existerent, qui affirmarẽt se audiuisse dicentem aliquem se relinquere bona sua, cui visum sit, & per hoc vera iudicia subuerterentur.

Verùm præmissis obiectionibus neutiquam obstantibus adhuc intrepidè dicendum venit declarationem ipsam omni iure fore, & esse attendendam ad sustinendam dispositionem, & iuslexionem substitutionis compendiosę, & fideicommissariæ, ibi (& eis non extantibus, eorum filios masculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos, & procreatos in stirpes, & non in capita.

Capiendo enim ea verba ablatiui absoluti,
41 ibi, & eis non extantibus, † vt facto accedamus, nulli dubium est, vt iam dictum fuit, quin possint resolui in ea verba, cum non extabunt, vel quando non extabunt, vt opportunè consulerunt Laderch. Imo. Laur. Calcan. Ant. Rosel. & Franc. de Capitib. in priori nostro resp. allegati, & isto casu fideicommissaria dabitur substitutio, vel aliàs dato quod aliter possint ea verba intelligi, hoc est, si non extabunt, videlicet si non potei int fratres, vel noluerint esse hæredes, vt placuit Decia. in citato suo 1. resp. Negari saltem non poterit quominus vna, vel saltem altera sumenda interpretatio dependeat à tacita voluntate defuncti, sicuti in simili dicimus de vulgari, & expressa substitutione in qua dubitaur an tacita pupillaris excludat matrẽ, & ita concessa omni casu duplici intelligentia, quę põt accomodari ad ea verba ablatiui absoluti, itaut vel vno, vel altero modo capta includatur, vel excludatur substitutio compendiosa, & fideicommissaria, erit inuitis dentibus admittendum, quod ista obscuritas, & perplexi-
42 tas verborum † lumen, & certitudinem capiet ab eiusdem testatoris voluntate, iuxta famigeratam dispositionem d. l. hæredes palam. in §. si quid post. declarata coram duobus testibus, vt ibid. not. glo. notab. & ordinaria ad d. §. si quid post. in verbo posse, quæ distinguendo dubitationem propositam in l. 1. C. de codicil. Cyn. probat, & firmat Alex. in cons. 54. Ponderatis verbis testamenti, nu. 5. volum. 3. inquit quod eam omnes Doct. sequuntur, confert cons. Oldr. 197. cuius iam aliàs meminimus, & quem circa interpretationem vltimæ voluntatis ambiguæ, sequitur Illustriss. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. nu. 10. & lib. 12. tit. 16. num. 1. & plurib. seqq. sed magis explicitè, & ex professo lib. 3. tit. 1. cum quo liceat nobis arguere in
43 proposito, quod sicuti testatoris † fuit disponere ita, & eius esse debuit interpretari. l. vltim. C. de legib. & vbi testator se ipsum glossauerit ad glossas legis non erit recurrendum, quia voluntas testatoris apertius declarari non potest, quam ex verbis ipsius, nec est opus alia interpretatione,
44 † vbi testator se ipsum declarauerit, vt multis iuribus, & auctoritatibus comprobat idem Mantica loco relato num. 1. post Bart. in l. 2. num. 4. vers. Quæro ex quibus prę sumatur, & vers. videamus ff. de vulgar. & pupill. substitut. Castrens. in l. precibus num. 10. C. de impub. & alijs subst. Corn. cons. 138. vol. 1. Alex. cons. 100. visa parte num. 11. vol. 4. Socin. cons. 37. num. 8. libro. 3. Ruin. cons. 192. nu. 5. lib. 2. Paris. cons. 79. nu. 2. vol. 1. & cons. 66. num. 80. lib. 3. quos omnes refert, & sequitur. Decianus in Responso 37. probata declaratur voluntas defuncti.

Istis sic stantibus, & quę nullatenus remoueri possunt, punctus est videre nunquid factę probationes de declaratione facta per testatorem concludant.

cludant, & sufficiant ad inducendam inflexionem
verborum directorum, (ibi, instituo hæredes fra-
tres meos, & eis non extantibus eorum filios,) &
arguendo, a sufficienti partiū enumeratione †
45 quod est validissimum in iure l. patre furioso. ff.
de his qui sunt sui, vel alieni iur. dicitur testes ip
sos probare respectu eorum dicti, vt plenius iam
aliàs annotauimus in prioribus iurium allegatio
nibus, & etiam respectu personarum.

Nec dicatur, quod testes deponant de verbis
extra testamentum ab ipso testatore simpliciter
prolatis; quia respondetur, quòd ea probant qua
lis fuerit intentio volentis testari, si de dictis an-
te testamētum loquamur, & eius, qui testatus fuit
si cadit sermo de verbis prolatis post testamentū
ex theor. Bart. in l. fideicommissa. §. si rem ff. de
legat. 3. & in l. 2. ff. de vulgar. & pupill. substit.
nu. 40. quam sequitur Cæphal. in cons. 144. circa
primum, nu. 29. vol. 1. Ruin. in cons. 192. quæritur
quis succedat, nu. 5. vol. 2. qui loquitur de dictis
extra, & ante testamentum, & eum sequitur Man
tica d. l. 3. & lib. 12. tit. 26. num. 2. vbi alios eius
dem sententiæ refert, & Afflict. in similibus dicit
46 decil. 44. num. 27. quod verba sequentia † post
testamentum à testatore prolata ipsius volunta-
tem declarant, per l. qui filiabus in princ. & l.
si seruus plurium §. fin. ff. de legat. 1. textus est
apertus in eodem §. si quid post. & cum in casu
nostro appareat de facta declaratione per testa-
torem ante testamentum, & post sicuti volebat
disponere, & quod tandem disposuit tali modo,
vt bona ipsius ad fratres quidem suos peruenirēt,
sed post mortem ipsorum ad eorum filios, siue te-
statoris nepotes cessare debet omnis scrupulus, &
dubitatio quę aliàs potuisset obstare ad impediē-
dam inflexionem illorum verborum, & inducen-
dam compendiosam, seu fideicommissariam sub-
stitutionem cum ex ipsis declarationibus factis
per testatorem pluries arguatur cogitatio dispo-
nentis ad tractum futuri temporis in capite insti-
tutionis resoluendæ in substitionem post mortem
ipsorum fratrum hæredum institutorum facit in
proposito decisio Docto, quę in indiniduo affec-
tur quod licet iuris interpretes inflectere, seu
obliquare nō valeant verba directa, quæ illo iure
47 potuerunt operari, eadem tamen testator † po-
terit deflectere, & obliquare, sic per l. cū quæstio.
in fin. C. de legat. dixit Mantic. d. lib. 3. titu. 1.
num. 10 allegat Castrens. in cons. 200. clarum
est. volum. 1. conferunt etiam quæ diximus de
virtute clausulæ codicillaris; Proinde cum vo-
luntas testatoris à testibus declarata fuerit, quod
post mortem institutorum fratrum bona perue-
nirent ad eorum filios negari non potest quin ille
48 ablatiuus † absolutus (& eis non extantibus)
denotet tractum temporis, qua ratione necessa-
rium est fateri, quod substitutio in fideicommis-
sariam resoluatur. Bart. & cæteri in l. 2. C. de
impub. in l. Lucius, num. 1. ff. de vulg. Pet. Ant.
Anguissola cons. 80. si testator, nu. 4. lib. 6. & in
49 terminis obliquandorum verborum † substitu-
tionis dicitur tribus modis induci obliquationē
vno ex communi vsu loquendi secundum quem
per verba aliàs directa inflectuntur: secundo ex
consuetudine loci villæ, vel Ciuitatis: tertiò ex
testatoris voluntate per ipsum declarata, prout
in casu nostro, sic docet Gulliel. de Benedict. in
cap. Raynutius. in verbo eidem impuberi succe-
derent, num. 25. par. 2. faciunt mirificè tradita
per Marcobrun. ab Anguillis in cons. 61 v. in te-
stamento, nu. 209. & plurib. seqq. vbi mirè etiam
inflexionis declarat.

50 Nec dicatur, quod sint singulares in dicto, †
quia vt iam fuit explanatum, probant ad conie-
cturandam mentem testatoris, ex Crau. & Castr.
quos allegat Mantic. lib. 12. tit. 16. nu. 18. tanto
magis quod agitur de interpretāda ambiguitate
sensus illius ablatiui absoluti, eis non extantibus
quo casu vnicus, & quantumuis singularis testis
probat, text. est in can. qui recedunt cum sequenti
26. q. 6. per quę iura dixit Specul. in titu. de te-
stib. sub rubrica de numero testium. § 11. Restat
de numero, nu. 9. quod vbi dubitatur de volun-
51 tate † alicuius morientis, vel obtumescentis di-
cto etiam vnius testis erit standum.

Nec respectu personarum est dubitandum eo
intuitu, quod sint extranei ab instrumento testa-
menti, quia, vt iuribus comprobatum fuit de ne-
cessitate non requiritur, quod testes qui decla-
52 rationem † afferunt sint testamentarij, vt bene
dictat Iurisconsul. in dicto §. si quid post. vbi sermo
fit de testibus, qui deposuerint post testamentum,
& probatur ex Oldr. in citato cōs. 297. vbi mulier
ad declarationem admittitur.

Nec dicatur, quod hic versemur in declaratio-
ne facti, quia ex superius enarratis patet nos ver-
sari circa interpretationem suæ voluntatis, &
ad elucidandam illam ambiguitatem, quæ
aliàs stare videbatur in verbis expressis, & huc
intrat ad comprobationem eorum, quæ superius
dicta sunt, & ad repulsandum obiecta, ea distin-
53 ctio sub qua transeunt omnes, † quod aut agitur
de declaratione voluntatis iam expressæ, sed per
verba ęquiuoca, & dubia, & tunc cum actus iam
fit in esse productus voluntas plenè probatur per
duos testes, aut tractatur de probanda voluntate
inducenda, & de cuius substantia non apparet,
& tunc septem testes requiruntur, sic nouissimè
post alios voluit Sucd. cons. 129. rectè egisse vi-
dentur. num. 29. volum. 1.

Et ex pręmissis insurgit fallacia conclusionis
in contrarium adductę, quod testator non
possit declarare ea, quæ sunt iuris, quæ
tamen nullo iure probatur: Namque videmus,
quod vbi conclusio se extendat in proposito ad
id, quod inflectere verba directa, sit iuris vtique
vt supra ostensum fuit, illud idem poterit testa-
tor, siue verbis declarando expressè quod obli-
quantur, siue per adiectionem clausulæ codicilla-
ris, ex citata l. cum quæstio. C. de legat. confert
etiam text. in l. quoniam indignum, C. de testam.
vbi subtilitati verborum voluntas testatoris non
cedit.

Minus obstat, quod dicitur de l. diuus traianus.
54 † ff. de testam. milit. & §. planè, Instit. eodem,
quia ea iura loquuntur, de noua prorsus disposi-
tione inducenda, quæ scilicet nunquam fuerit in
esse deducta, nos autem versamur in casu disposi-
tionis iam factæ, & declarationibus vtimur ad
tollendam ambiguitatis quęstionem, in tantum
quod cessant suspitiones, & timores subuersionū
de iudicijs hominum, quæ de facili fierent, non
data principali dispositione tanquam substantia,
quo casu non incongrua erit repetitio deducti
exempli per Crauet. in cons. 73. num. 33. & cons.
714. num. 16. quod singularibus testibus credi-
tur

tur dicentibus fratrem heredem scriptum fuisse eo animo, vt alteri fratri communicaret hæreditatē, quod si procedit vbi de iniuncto onere prędicto, aliter non apparet, quam ex singularium testium dicto, quanto magis procedet validitas ipsorum testium circa ea, quæ lectura verborum testamenti, vt in casu nostro, admittit, valet enim
55 huiusmodi argumentum à fortiori, † namque si de quo minus, & de quo magis, l. si quando. C. de testib. l. si non singuli. ff. si certum petat. Auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccles.

Erit igitur conclusio pro parte Baua fideicommissum censeri purificatum in personam dicti Alexandri eius filij, ex cuius persona ius suum metitur contra Dominos fratres de Capellis, & ita omnibus hinc inde diligenter pensatis: Salua potiori sententia iuris esse diudico. Rol. Cauag.

Quibus sic vt supra deductis non acquiescendo pars Actrix. plura alia in mediū adducens, causā dedit, vt ad extricandam controuersiam tertio responderem.

Quia sic abundè in ista causa Baua scriptū fuit & allegatum vt omnis fere dubitatio sublata remaneat ad tollenda ea quæ nouissimo loco obiectantur grauiori munere. hoc ideo non grauabor, quod enim pertinet ad distinctionem factam de ablatino absoluto concepto per verba negatiua, & de concepto per merè priuatiua, licet ista satis subtilis fuerit consideratio, nō est tamen eidem casui nostro nocibilis. Quia nodus controuersiæ stat in hoc nunquid scilicet illa verba, & eis non extantibus filios eorundem masculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreatos, in stirpes, & non in capita, habeant tractum temporis, ita ut fideicōmissariam contineant substitutionem. & isto casu dictum fuit tractum temporis fuisse ab ipso testatore cogitatum quicquid in contrarium dicatur.

Præsupponitur enim primo, verba eiusdem ablatiuij absoluti non esse illa quæ DD. Aduersantes dixerunt, scilicet eis nō existentibus, quia loco ipsorum leguntur, & eis non extantibus, & licet notis satis sit extare, & existere, ferè vnum & idem esse atramen verborum subtilitas vbi foret attendenda illud etiam certum esse dicetur, quod verbum existentibus facilius trahi potest ad antecedens verbum hæredes, quasi sensus fuerit, & eis non existentibus hæredibus facilius in quam verbum extantibus quod ad sensum circa defficientiam vitę magis accedit. Quo casu addu-
56 citur vulgaris illa Gramaticorum distinctio † quod verbum existoens cum motu verbum vero exto sine motu designat, vt docuit Valla libro 5. elegantiarum, in cuius rei testimoniū adducitur, quod dixit Cicero 2. de natura Deorum. Quicquid enim oritur qualecunq; est causam habeat à natura necesse est, vt etiam si præter consuetudinem extiterit præter naturam tamen non possit existere. Hac igitur distinctione attenta dum
57 inquit testator, & eis non † extantibus voluit inferre ad defficientiam institutorum, perinde ac si dixisset, & eis defficientibus, non quidē ante aditam hereditatem, sed solum etiam post additionem, & sic quandocunq; defficientibus siue nō extantibus, siquidem non extare dicitur qui fuit sed per mortem defecit, & proinde regulariter dicimus illud extare quod nondum intercidit, quare, & opus extare enūtiatur quod nō deperijt, vt fusius alias dictum fuit in subiecta materia & ne præmissa intelligentia videatur egere auctoritate fuerunt in hoc proposito adducta tria consilia Laurentij Calcanei, duo Francisci de Capitibus listę, vnum Antonij de Rosellis, & aliud Iacobi de Zochis de Ferraria, quę signātur in volumine consiliorum Calcanei sub num. 102. & sequentibus, item, & cons. Roman. 56. & Laderchij Imole. 10. Quorum sententiam veluti vltimo loco relatam amplexus est Doctissimus Peregr.
58 de fidiecom. articulo 18. nu. 17. post † Romanū in d. cons. 56. quibus auctoritatibus se opponentes DD. Aduersarij plurima obijciunt, quorum substātia resoluitur in id quod testator loquutus fuerit per verba directa instituo, & per ablatiuum absolutum indifinite quidem prolatum, sed per verba mere negatiua, quæ propriè non habent aliquem tractū futuri temporis, & quod proinde non appareat quod testator voluerit fideicommissariam facere substitutionem.

Et in præmissorum comprobationem adducūt quod locus Romani qui nobis visus fuit loqui in strictioribus terminis sic etiam comprobante Socin. Iun. in cons. 180. & presens consultatio num. 28. vol. 2. hoc ideo procedit, quia testator declarauit expresse in subsequentibus verbis substituisse Marcobinum vulgariter pupillariter, & per fideicommissum, ita vt non sit mirum, si illa verba, & vbi non extaret, importet fideicommissariam, veruntamen respondetur quod Romanus non ea met ratione ibi mouetur, sed pluribus alijs quæ ab eo recitantur, & demū illa ratio quā adducit Romanus de illa clausula vulgariter pupillariter, & per fideicōmissum ad demonstrandum quod mens testatoris fuit intelligere illud verbum non extare pro eo quod dicitur quandocunq; morietur Gulielmus non obstante quod in prima substitutione fuerit adiecta dictio illa taxatiua temporis tūc, & proinde arguendo cum eodem Romano dicendum est, quod datis coniecturis, & pręsumptionibus, quod testator in casu nostro voluerit fideicommissariam substitutionē facere æquum est vti Domini fratres capelli de ntmanus, & admittant fideicommissum resultare ad commodum Domini Alexandri, & consequenter D. Margarite Bauæ eius Matris.

Prima igitur coniectura ea est quod testator in pluribus gradibus substitutionum enixè demōstrauit mentis suæ fuisse quod bona in eius nepotes ex fratribus peruenirent finxitq; ad hunc effectum plures casus, qualis primus est, quem colligimus ex illis verbis, & eis non extantibus, eorum filios legitimos, & naturales masculos in stirpes, & nō in capita. Secundus est quod altero ex institutis fratrib⁹ decedēte sine filijs masculis legitimis, & naturalibus substitutus fuit frater superstes, Tertius est quod eo non extante, eius filij legitimi, & naturales masculi admittātur quorū graduū, & substitutionalium enumeratio, repetitioq; pluries facta de nepotibus masculis legitimis, & naturalibus operatur coniecturam vehementē, quod sicuti prouidit testator quod altero decedente venirent bona sua in nepores superstites, ita dicendū est, quod voluerit similiter prouidere quod ambobus fratribus decedētibus post aditam per eos hereditatem, essent bona ipsa restituenda nepotibus, siue filijs ipsorum fratrum
59 institutorum, & cum † in vltimis voluntatibus

mens

mens testatoris sit attendenda, & preferenda ver-
bis l. in cōditionibus primū locum ff. de Condit.
& demonstrat. l. eum quæstio. §. 1. & §. fin. Cod.
60 de legat. † dūmodo eadē mens colligatur aliquo
modo ex verbis siue propriè siue impropriè vt
dixit Alex. in l. si quis filium in fin. Cod. de liber.
preterit. & sola voluntas disponentis dominatur
presertim in fideicōmissis l. penult. ff. de legat. 1.
61 † in quibus etiā coniecturæ attendantur l. cū pro
ponebatur. ff. de legat. 2. l. 3. §. conditio ff. de adi-
men. legat. Barbat. in cōs. 55. in proposito videtur
62 nu. 1. vol. 2. vbi dicit † quòd quando sensus testa
toris colligitur nūquā tantum valet interpretatio
vt melior sensu existat per l. labeo §. idē tubeto. ff.
63 de suppellect. legat. & is sensus in proposito testa-
toris dicitur qui ex coniecturis capitur, & con-
gruit etiam significationi verborum l. licet. ff. de
legat. 1. & ibi Bart. quem citat Alba in cons. 234.
præsuppositis regulis nu. 2. vol 2. vbi ex Bald. in-
64 fert mentem † testatoris colligi etiam per argu-
mentum à cōtrario sensu, & alibi voluit Bart. vi-
65 delicet in l. non aliter. ff. de leg 3. quod † in dispo
sitione testatoris verisimilitudo potius quàm ver
ba sint attendenda in tantū quod expressio vnius
casus non excludat alios habentes eandem, vel
maiorem rationem vt quandoq; dixit Ias. in l.
certi condictio §. si nummos nu. 59. ff. si cert. pe-
tatur facit l. Gallus §. & quid si tantū ff. de liber.
66 & posth. vbi † casus habens eandem rationem
quam habebat casus consideratus per testatorem
censetur comprehensus. Hinc est quod in huius-
67 modi † extensionē admittunt Doctores de casu
ad casum, dummodo non egrediamur personas
comprehēsas in dispositione vt pro regula tradit
Aret. in d. l. Gallus §. & quid si tantum versic.
2. adde col. 3. cuius meminit Dec. in cons. 211.
& 218.

Non recedendo tamen à specie facti de qua
agitur dicimus mentem testatoris satis expressā
& euidentem insurgere ex pluribus iuribus iam
alias ad saturitatem adductis per quæ demonstra-
uimus verba illa, & eis non extantibus resolui in
sensum fideicommissariæ, & compendiosę substi-
tutionis id est quandocunq; morientibus quasi
quod dixerit testator quoad vixerint hæredes in-
stituti fruentur bonis meis itaq; post eorum mor-
tem censeantur grauati de restituendis eisdem
bonis eorum filijs.

Nec incongruit ista interpretatio, quia non
68 repugnat significationi dictorum † verborum
& ideo quoties idem sermo duobus modis intel-
ligi potest, semper ille sensus præualet, qui magis
generalis est, & rei gerendę aptior apparet l. quo-
ties idem sermo ff de regul. Iur. sed sic est, quod
sensus verborum de quo supra, magis generalis
est, & aptior rei gestæ iuxta mentem testatoris
& ita Grammatici etiam intellexerunt ergo, sic
arguit Alba. in cons. 790. nobiles de Bancis. nu.
29. vol. 4. & magis in indiuiduo Calcaneus in
alias citato cons. 102. versic. & pro hoc facit dum
69 loquit ea verba, † & eis non extantibus habere
tractum futuri temporis, & continere compen-
diosam, & fideicommissariā substitutionem quia
scilicet indiffinitè posita sunt quoad tempus,
cum non fuerit declaratum quo tempore non ex-
tabunt, & sic indeffinitè, & per consequens vni-
uersaliter de omni tempore intelligēda sunt quia
70 indeffinita † equipolent vniuersalibus l. si pluri-
bus in princip. ff. de legat. 2. cui fundamento nō
satisfacit Dominus Massinius in suis posteriori-
bus allegationibus qui licet dicat fauorem Piæ
causæ in casu Calcanei non tamen respōdet obie-
ctis, quę in quocunq; casu procedunt, & si bene
videatur Calcaneus non constituit solum funda-
mentum super fauore prædicto sed dicit amplia-
tiue quod ista interpretatio eo maxime capienda
venit in causa ipsa in qua tractatur de fauore piæ
causæ, & præcipuum fundamentū ipsius est, quod
ea verba, & eis non extantibus referantur ad per-
sonas fratrum, & ad quodcunq; tempus.

Insuper attendendum est quod prouidendo
testator, quod hæredibus institutis non extanti-
bus, admittantur filij ipsorum masculi, legitimi,
& naturales, ex legitimo matrimonio nati in stir-
pes, & nō in capita, verisimiliter etiam cogitauit
mortem fratrum institutorū post aditam scilicet
71 † hereditatem. Berous in quæstio 4. omnino vi-
dēda presertim quia vocādo ipsos filios in stirpes
& non in capita, voluit adherere cōclusioni iuris
quod in ipsa successione viderentur filij ha-
72 bere iura † reprgsentationis quod non posset
considerari, vbi fratres instituti, qui præsupone-
bantur parentes ipsorum filiorum, nō adiuissent
73 hereditatem de quo iure repræsentationis nouis-
sime verba fecit subtilissimus Preses Dominus
Ludouicus Morotius in primo eius responso lib.
1. & ista non est leuis consideratio, quia voluit te-
stator, quod isto casu ex iuditio ipsius succederēt
substituti heredibus institutis, quod non potest
74 verificari in sola substitutione vulgari † per quā
soli testatori succeditur ad notata per Doctores
Rubric. de impub. & alijs subst. & in l. iam hac
iure ff. de vulgar. & pupillar.

Vel etiam accedit quod vocando filios ipsorū
heredum institutorum, voluit etiam comprehen-
dere nepotes hoc est filios filiorum, & sic plures
gradus personarum, & cōsequenter plura tēpora
75 vt in proposito cōsiderat † idē Berous loco relato
nu. 4. vbi infert dari considerationem ad tractum
temporis futuri, & sic insurgere fideicommissariā
subdens, ex Bart. & alijs non esse inconueniens
quod in materia testamentaria filiorum appel-
latione veniant nepotes.

76 Vlterius datur consideratio quod illa verba, &
eis non extātibus aliter non debēt intelligi quā
de futura morte ipsorum post aditam hæreditatē
si quidem illa dictio eis referenda est nedum ad
fratres simpliciter, sed ad ipsosmet vt hæredes,
77 succedēt, hoc ex vi illius dictionis eis † quæ est
resolutiua, & repetitiua præcedentium cum om-
nibus qualitatibus, vt testis est Bart. in l. si quis
seruum §. fin. vers. sed quero quid si testator de
legat. 2. Ruin. cons. 101. num. 9. vers. quia autē
filij lib. 2. & in cons. 130. Paris. cons. 18. nu. 32.
lib. 2. sed qualitas relata ea est per quam heredes
nominātur ergo dicendo eis non extātibus idem
infertur ac diceretur, & eis hæredibus non extan-
tibus, hoc est morientibus ipsis hæredibus.

78 Nec dicatur formulam illam substitutionis in
stirpes, & non in capita verificari in casu vulgaris
substitutionis vt attestari visus fuit Peregrin. de
fideicommiss. artic. 18. num. 18. quia vt dictum
fuit ista verba sunt etiam de sui natura apta com-
prehendere fideicommissariam, & vlterius etiam
facit quia sic loquendo testator admisit ius ra-
presentationis in filijs heredum institutorū, quod

eo

eofortius ſuadetur, quia multa prælegata fecit te-
ſtator ipſis fratribus inſtitutis, & tamen ipſa præ-
legata voluit comprehendi, itaut veniant in caſu
quem repræſentant illa verba, & eis non extanti-
bus, ſi quidem conſiderando comprehenſionem
prędictam neceſſario cogitauit de morte ipſorū
inſtitutorum quos honorauerat in prælegatis poſt
aditam hæreditatem, quod eo fortius procedit
quo eoſdem grauauit poſt mortē ad præſtandam
Eccleſię Guarenę certam quantitatem frumenti.

Addatur opportunè quod ex quo ipſis fratri-
bus, & hæredibus inſtitutis plura prælegata fecit,
& deinde eos inſtituit nō cogitauit caſum impo-
tentiæ in hęredibus minuſq; defectum voluntatis
circa aditionem hæreditatis, quia prælegando
cogitauit exiſtentiam legatariorum, & ſic ipſorū
79 vitam, & voluntatem adeundi, quia † ab hære-
dibus debebant capere prælegata l. non dubium
de legat.

Nec quicquam nocere debet cōſideratio facta
80 de verbo inſtituo, † quod licet ſit directum, eſt
tamen in iure certum, quòd ex mente teſtatoris
trahi poteſt ad fideicommiſſum vt opportunè cō-
ſiderat Marcabrunus ab Anguil. conſ. 61. viſo te-
ſtamento nu. 206 præſertim quando adeſt clau-
ſula codicillaris, & tantum abeſt quod illud ver-
bum repugnet compendioſæ quod potius dicen-
dum ſit commode reſolui in verbum ſubſtituo
itaut perinde ſit, ac ſi teſtator dixerit inſtituo fra-
tres meos, & ſubſtituo filios eorum, vt per d. l. Gal
lus conſiderat Marcabrun. loco relato nu. 209.

Quę omnia licet fortiſsima ſint, omni tamen
prorſus dubitatione carent ex declaratione facta
per teſtatorem, de qua deponunt teſtes examina-
ti, quibus non obſtant obiectata, ſi quidem reſpe-
ctu ſingularitatis oppoſitę erit aduertendum mul
tipliciter ſatisfieri.

Primo quia reſpectu eorum teſtium qui ſingu-
lares enuntiantur, probatio remanet firma, ſi qui-
dem ipſa ſingularitas non eſt obſtatiua, ſed in om
nem caſum adminiculatiua, quia teſtes ipſi con-
cludunt in eundem rei finem dum affirmant ex-
tra dentes, quod Baua teſtator dixit teſtamētum
ſuum condidiſſe in quo bona ſua reliquit fratrib.
ſuis, itaut poſt mortem ipſorum deberent perue-
nire ad eorundem filios, quo caſu vnus adminicu-
81 lator alteri † vt docuit Bald. in Rubr. de contro-
uerſ. inueſtitur. & in l. de quibus circa finem, C.
de legib. & in l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod
intereſt, ex cuius ſententia dixit Curti. de teſtib.
82 concluſ. 46. † quod in nulla materia mundi te-
ſtes dicuntur ſingulares, vbi concluſiuè dicit vnus
teſtis idem quod alius. Hoc idem probat Cro:. &
Bald. & Caſtrenſ. in tract. de teſtib. nu 325. vbi di-
83 cit, quod † quando vnius dictum coadiuuat di-
ctum alterius, ſingularitas non infringit dicta
ipſorum teſtium, & ſubdit in exemplum quod
commodè caſui noſtro deſeruit quòd ſi vnus te-
ſtis deponit de confeſsione facta vno tempore vel
loco, & alius de reiterata confeſsione alio tempo-
re, & loco coniunguntur iſti duo teſtes, & faciunt
plenam probationem, allegans hoc eſſe ſingula-
riter menti tenendum.

84 Quibus ſtantibus non eſt, quòd improbetur
dictum Grauettæ I. C. peritiſsimi dum in conſil.
73. nu. 33. & in conſ. 714. nu. 16. dixit teſtes ſin-
gulares probare declarationem per teſtatorē fa-
ctam de contentis in vno teſtamento, cum aucto-
ritas ipſius maxima ſit, & fundata reperiatur le-
gum ſanctionibus, quia nempè vt dictum fuit,
ſingularitas adminiculatiua admittitur quando
in concluſione idem repreſentat, & ſola diuerſitas
loci, & temporis impediat, tanto magis quod
probationes concludunt declarationem volun-
tatis, & diſpoſitionis iam factæ, cui rei non nocet
85 interpretatio data ad Caſtrenſ in conſ. 395. quia
ſi ibidem vnus tantum teſtis admittebatur ad cō
probandam prę ſumptam voluntatem alicuius
quanto magis plures teſtes in caſu noſtro in quo
non leuis etiam cadit prę ſumptio declaratę vo-
luntatis quæ verbis conſcriptis non repugnaret
vt iam dictum fuit.

86 Non nocet replicatio, quod teſtes ſingulares ad
mittuntur ad declarationem prædictam, vbi ver-
ba eſſent facti, ſecus vbi iuris, per exemplum l.
hæredes palā §. ſi quid poſt ff. de teſtament. vbi fit
mentio de ſticho homine, quia iſta ſubtilis inter-
pretatio nō recipitur, vel quia nulla lege probatur
itaut poſſet obijci, quod erubeſcimus cum ſine le-
ge loquimur.

Quinimò vbi admitteretur diſtinctio, eſſet da-
re, quod lex eſſet impoſita verbis non menti
dum allegatur quod aliàs ſemper poſſet dicere
teſtator qualis fuerit voluntas ſua licet verbis ap-
tis non fuerit expreſſa, quis negat hanc veritatē,
non ne ſuperius dictum fuit abundè, & pars ipſa
admittit, quod in teſtamentis voluntas teſtatoris
primum locum obtinet, eſto milies, quod obliqua
ret verba directa, vel dirrigeret obliqua, teſtis mi
hi eſt Iuſtinianus Imperator in l. 2. C. Com-
munia de legatis. Dum inquit omne verbum ſi-
gnificans teſtatoris legitimum ſenſum legare vel
fideicommittere volentis vtile atq; validum eſt,
ſiue directis, ſiue pręcarijs verbis vtatur teſtator,
quo loci in eleganti ſua interpretatione dixit Ma
theus Gribaldus. Verba ad hoc inuenta fuiſſe.
vt menti deſeruiant non vt illi dominentur. Ex
cap. intelligentiam de verborum ſignificatione,
& ſubdit, quod ſœpe teſtatores, vel ſimplicitate,
& imperitia ducti, vel morbi Dolore affecti, vel
mortis cogitatione turbati verborum proprieta-
tem non ſequuntur, ſed vt voces, & nomina ſuc-
currunt mentem quouis modo ſuam declarant, l.
hac conſultiſsima §. cum humana fragilitas. C.
qui teſtam. facer. poſsint facit l. non aliter in §.
1. ff. de legat. 3. & l. Lucius Titius. Teſtamento
in §. fin. ff de legat. 3. Vbi Sceuola in ſubiecta
materia. Caſum facit in hæc verba. Lucius, Titi
hoc meum teſtamentum ſcripſi ſine vllo iuri-
ſperito rationem animi mei potius ſequutus quā
miſeram, & nimiam diligentiam, & ſi minus ali-
quid legitimè minuſuè peritè fecero pro verè le-
gitima haberi debet hominis ſumma voluntas, &
iuxta hunc locum, vt proſequendo notat Gribal-
dus. Dixit Bald. in conſ. 129. Domina Franci-
ſca vol. 1. Quod Imperitia teſtatoris, qui neſcit
quid ſit vulgaris, aut pupillaris ſubſtitutio non
debet officere veræ intentioni ipſius. Quare tunc
Iudex ex poteſtate per legem ſibi conceſſa ita de-
bebit vltimam voluntatem interpretari, vt po-
tius valeat quam pereat l. voluntate. C. de fidei-
commiſs. l. fin. de manumiſs. teſtam. & crudelis
eſt interpretatio, & à iuris, ac veritatis diſpoſitiōe
penitus aliena quę fit ad ſubuertenda iudicia de-
functorum. Quare, & ſi fideicommiſsi verba de-
ficiunt, tamen cum ſermonem pro fideicommiſſo

accipere

accipere debemus, l. vnum §.finali ff de legat.2.
Et proinde Baldus dicto loco inanem substitutio
nem factam pupillariter resoluit in fideicom-
missariam.

Veletiam,& fortius accedit, quod non solum
testes singulares in casu nostro probant, sed etiã
vnicus sufficeret, quando de eodem teste confi-
dens testator voluntatem suam ipsi declarauit,
non ne in promptu est textus in l. Theopompus
84 ff. de dote prælegata, Cuius meminit Gozadinus
in cons. 3. nu. 13. quinimo quod plus est testes in
facto, de quo agitur non sunt singulares, sed Con-
testes; videantur Dominus Petrus Silanus, &
Dominus Dominicus Minutius, qui allegat Sila-
num in Contestem in actu prædictæ declaratio-
nis, etiam nulli dubium sit, quin isti testes pro-
bent per ea quæ dixit Petra de fideicommiss.
quest. 9. num. 253. Guliel. de Benedict. in cap.
Raynutius versic. si absq; liber. More. num. 107.
de testament. Alex. cons 100. visa parte testa-
menti num. 12. lib. 4. Menoch. in cons. 176. Re-
sponden. videbatur nu. 6. vol. 2. vbi post Ruin.
88 & Gozadin. dicit † duobus testibus probari de-
clarationem testatoris circa hæredis institutionẽ,
Certe non video quomodo posit probabiliter du
bitari contra Dominum Bauam circa faturam de
cisionem obiectati fideicommissi coram hoc Ex-
cellentissimo Senatu, cuius partes sunt vna cum
Iustissimo Imperatore in l. Sancimus C. ad Senat.
Consult. trebell. nimiam subtilitatem ad perni-
ciem partis Bauæ reicere, & paradoxa respuere,
quia vt inquit. Bald. in l. 1. Cod. de furt. col. 5.
ibi tria consideret, legistæ non dialecticant in ver
bis, sed rerum ponderant exitus.

Ex quibus post habitam longam disceptatio-
nem, & re bene intellecta facta coram Excellen-
tissimo Senatu legali declamatione in contradi
ctorio quæ de censibus per Dominos Capellos
contra Bauam fuit actio instituta. Eiusdem Sena
tus iudicio oppositi fideicommissi censuram su-
stinuit. Referente. Doctissimo I.C. & Senatore
Domino Cæsare Manento.

Tenor sententiæ cuius supra memi- nimus talis est.

IN iudicio supplicationis vertente coram Se-
natu Montisferrati ad Instantiam nob. Mar-
garitæ Bauę. Vti matris, & hæredis q. Alexandri
eius filij à sententia lata per eundem Senatum
ad commodum D. Hortensij Capelli, seu Domi-
ni eius Curatoris, & prout latius ex actis Egregij
Cancellarij Mori Senatus ipse visis videndis.
Et super omnibus habita matura, ac diligenti con
sideratione. Censuit, & Pronunciauit ex nouiter
deductis, & probatis bene fuisse per dictum Bauã
supplicatum, & reclamatum, atq; ideo bona de
quibus contenditur tamquam fideicommisso su-
biecta, & supposita per Reuer. q. Ambrosium Ba-
uam ad fauorem prædicti Alexandri, vt ex instru
mento testamenti de quo in actis, & testibus exa-
minatis prædictę Margaritæ, vti hæredi dicti Ale
xandri relaxanda esse, & relaxari debere manda
uit dictumq; D. Capellum ministerio eius cura-
toris condemnauit ad ipsi bona in executione di-
ctæ sententiæ capta restituendum, & relaxandum
vnà cum fructibus perceptis iuxta eorum futurã
liquidationem a die tamen publicationis testiũ
infrà, & ita dixit. Pronuntiauit, & diffinitiuè sen-
tentiauit cõpensatis hinc inde expensis, & omni.

Ad consil. 177. Et si prima proposita iuris quęstio.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica, an, & quando prohiberi possit, & ob non confectum inuentarium amitatur.*
2 *Repetitio non censetur facta inter vnam, & alteram dispositionem quando adest ratio diuersitatis.*
3 *Repetitio non censetur facta, vbi materia est odiosa.*
4 *Repetito non intelligatur facta, quando dispositio redderetur inutilis.*
5 *Probibitio de non alienando restringitur ad personas cõprehensas in substitutione.*
6 *Prohibitio alienationis est accessoria principalis dispositionis.*
7 *Probibitio alienationis causa adiecta, vt bona conseruentur in agnatione, quomodo sint intelligenda.*
8 *Prohibitio alienationis strictè intelligenda est.*

Numero 1.



IN eodem met casu idem respondit
Decianus in consil. 34. quæritur
modo lib. 3. & Pancirol. in cons.
47. non reuoco in dubium. Iac.
Menoch.
An, & quando posit prohiberi
Trebbellianica, & an ob non confectum inuenta-
1 rium posit † ammitti, dictũ fuit suprà ad consi-
lium Menochij 164. non caret mea quidem sen-
tentia ad num. 24. & 25. hoc eodem libro. Ro-
landus Cauagnolius.

Numero 17.

Quod diuersitas rationis inter vnam dispositio
2 nem, & alteram impediat repetitionem † fieri.
voluit Menochius supra in cons. 171. nu. 23. hoc
eodem libro tunc enim ommissio, & expressio di-
uersam arguunt testatoris voluntatem Menochi
us, in cons. 585. num. 26. lib. 6. & in consil. 704.
num. 22. lib. 8. vbi dicitur tunc demum fieri re-
petitionem quando conuenit eadem ratio, Me-
noch. in cons. 215. diu, ac multum anceps, num.
198. lib. 3. Rolandus Cauagnolius.

Numero 18.

Ibi (atqui in materia, & dispositione odiosa
correctoria quæ qualitas exposita in vna parte nõ
3 censetur repetita vel relata † in altera parte)
probatur ista conclusio etiam per eundem Me-
nochium in dicto cons. 215. nu. 193. & sequenti-
bus, lib. 3. qui tamen num. 196. & 197. limitat
eam quando cõstat aperte de animo disponentis,
Rolandus Cauagnolius.

Numero 24.

Ad id quod dicitur de repetitione vitanda;
4 quando † inutilis redderetur dispositio confe-
runt ea quæ, dicuntur, de relatione non facienda
ne reddatur actus elusorius, ad notata per Meno-
chium in consil. 399. nemo est certi, nu. 48. lib.
4. Rolandus Cauagnolius.

Numero 27.

In argumentum propositionis quam facit hoc
loco Menochius adducitur quod sicuti prohibi-
5 tio de non alienando † restringitur ad personas
in substitutione comprehensas ita nec de casu ad

casum, Menoch. in cons. 327. nu. 72. & 103. lib. 4.
& prius in citato cons. 215. nu. 26. lib. 3. in cons.
315. num. 43. lib. 4. facit etiam quia prohibitio
6 alienationis † est accessoria principalis disposi-
tionis cui adijcitur, & declarationem ac restri-
ctionem recipit ab ea, idem Menoch. in cons. 376.
num. 49. lib. 4. in cons. 780. num. 5. lib. 8. & in
cons. 972. num. 22. lib. 10. quod dictum proce-
dit etiam quod in prohibitione sit adiecta causa
generalis, quia vult quod bona sua remaneant
apud hæredes, & descendentes, quia tunc etiam
restringitur ad fideicommissum præcedens, nec
illud ampliat Menoch. in cons. 348. num. 42. in-
telligi vt ibi numero sequenti lib. 4. & in consil.
760. num. 10. lib. 8. vbi prohibitio alienationis
7 causa adiecta † vt bona cõseruẽtur in agnatione
& familia intelligitur eueniente casu substitutio-
nis, vnde cessante causa prohibitionis semper ces-
sabit prohibitio, idem Menoch. in cons. 728. nu.
10. lib. eod. quod, & ego probaui, & obtinui in
casu in quo testator decernendo fideicommissum
in casum delicti, & excludendo fiscum, dixerat,
rationem esse quia volebat bona sua conseruari in
agnatione, & familia, vt in decisione consultiua.
67. post datas iuris allegationes num. 18. lib. 2. est
enim prohibitio prędicta res odiosa, & strictè in-
8 telligenda † vt in decis. mea consultiua 51. nu.
3. lib. 2. Hondedeus in cons. 58. superiori anno,
num. 44. lib. 1. Rolandus Cauagnolius.

Ad consil. 178. Respondendum videbatur multis rationibus.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de donando, an habeat vim donationis.*
2 *Promitens non contrauenire, ad quid censeatur obligatus.*
3 *Transactio non debet esse gratuita.*
4 *Promittere sub fide idẽ est, ꝙ promittere sub iuramẽto.*
5 *Princeps, qui deuiat à fide, dicitur delinquere.*

Numero 1.

1 QVando promissio de donando ha-
beat vim donationis † notat idẽ
Menoch. in cons. 961. de tribus
propositis, dubitationibus lib. 10.
num. 1. vide quę latè dixi ad cons.
primum consultatio hæc nu. 54.
lib. 1. Rolandus Cauagnolius.

Numero 10.

2 Quod clausula promittens non † contraueni-
re aliqua ratione vel causa, cuius hoc loco memi-
nit Menochius, comprehendat omnem modum,
etiam per quem indirectè contractui non statur,
scribit nouissimè Marta in tractatu de claus. par-
te prima clausula 99. Rolandus Cauagnolius.

Numero 16.

Ibi (cum transactio fiat) nota quod transactio
3 non est gratuita pactio, † & ideo ad validitatem
transactionis requiritur aliquid, dari, retineri,
vel promitti, Hartm. de Hartm. in tit. de pact. &
transact. lib. 2. & hæc solemnitas tamquam ex-
trinseca non præsumitur vbi scilicet pars defectũ
opposuerit alias secus, Andreas Gail. obseruat.
71. lib. 2. Rolandus Cauagnolius.

Numero 19.

4 Ibi (& idem est sub fide promittere † quod
sub iuramento) quod princeps promittendo sub
fide, & dignitati principali, perindè sit, ac si
promisisset cum iuramento scribit Misingerius
obseruatione 17. centuria prima, & Gaillius
obseruatione 59. lib. 2. ratio est quia si princeps
5 deuiat à fide † dicitur delinquere in ipso funda-
mẽto iustitię, vt latè discurrit Ludouic⁹ Peguerra
in suis decis. Crimin. Decis. 39. lege prouinciæ
cauetur per totam. Rolandus Cauagnolius.

Ad consil. 179. Respondendum videbatur D. Pagellam.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio minoris, an, & quando liberetur.*
2 *Collaudator fideiussoris, qui obligauerit se in solidum, quomodo censeatur obligatus.*

Numero 1.


Vm hoc loco fit mentio de obli-
gatione fideiussoria pro minore
non annullanda vbi minor per re
stitutionem in integrum fuerit
absolutus. Dicas idem quando
fideiussor promisserit de bonis
proprijs pro contractu celebrato a minore, quia
tunc etiam tenebitur esto quod minor ob nulli-
tatem contractus absoluatur secundum Menoch.
in cons. 866. Nulla est, vel ratio, vel æquitas nu.
13. lib. 9. pro veritate articuli an, & quando fide-
1 iussor † minoris liberetur solitus sum distinguе-
re quod aut fideiussor datus est in contractu
minoris, cui lex omnino resistit, aut in contractu
cui lex non assistit, primo casu sit nulla, secundo
vero casu nequaquam, quando fideiussor obliga-
uit se principaliter, & insolidum cum iuramen-
to, quæstionem tamen hanc omnium latissimè
examinat, Sfortia Oddus, in consil. 41. facta sic
proponitur per totum vbi Nattæ cons. 262. sub
nu. 14. in isto proposito perpẽdit, & declarat. R. C.

Numero 11.

Ad hunc articulum an, & quando collandator
2 fideiussoris, qui se † obligauerit in solidum te-
neatur latè dixi in decisione mea cõsultiua 109.
fideiussores dati, per totam lib. 3. Rolan. Cauag.

Ad consil. 180. cum grauissima huius controuersiæ diffinitio.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta interpretationem recipiunt à precibus.*
2 *Actoris electio est cumulandi petitorium, cum possessorio.*
3 *Legitimo, seu dispensato, an competat remedium nouarum constitut. de continuanda possessione defuncti.*
4 *Capitulum 1. §. inter filiam, si de feu. fuer. cont. inter dom. & agn.*
5 *Exceptio proprietatis, an sit admittenda, vbi agitur de fortalitio.*


1 Escripta recipiunt interpretatio-
nẽ à precibus † Osascus. decis.
88. num. 9. Gramat. decis. 107.
nu. 203. declaratur per Menoch.
hoc loco num. 11. in quo propo-
sito dicas declarationem dari de
re dubia super qua rescriptum non prouidit ex-
presse. Rolandus Cauagnolius.

Nume-

Numero 4. & 19.

Quod in materia cognoscendi, & diffiniendi causam tam in petitorio, quam in possessorio, fit
2 in electione actoris late † sustinui in causa comitissę ponderani, aduersus Comitem Octauium Bellum, de cuius rei materiam congruentiori loco verba faciemus. Rol. Cau.

Numero 35.

Idem tenni ego, quod Spurio legitimato, seu
3 verius dispensato non competat † remedium. Non. Constitut. de continuanda possessione defuncti, vt in Decisione mea Consultiua 99. filio naturali libro. 2. & decisione 102, pro fratribus Cisnusculis lib. 3. Rol. Cauagn.

Numero 52.

4 Ibi; (dicto cap. 1. §. inter filiam) † Idem Ego dicebam pro Comitissa Iulia Bella de Puteis pro feudo Grinzanearum, verùm quia repertum fuerat feudum ipsum per consignationes esse certum in suis finibus, & non transire ad fœminas fuit per Excellentissimum Senatum Montisferrati aduersus eam pronunciatum. Rol. Cauagn.

Numero 73.

5 Quod admittatur exceptio proprietatis † vbi agitur de fortalitio vide quæ dicit Menochius in cons. 2. Magni ponderis num. 202. libro primo & quæ ibi dixi in obseruationibus meis. R.C.

Ad Cons. 181. Ex proposita facti specie.

SVMMARIVM.

1 *Legitimationis deffectus, qui nam sint.*
2 *Legimatio an dicatur vitiari ex eo, quod non fuerint expressa omnia vitia natiuitatis.*
3 *Excommunicatus pluribus excommunicationibus ad obtinendam absolutionem debet singulas recensere.*
4 *Gratiã impetrans à Principe ob delictum debet omnes qualitates delicti recensere.*
5 *Clericus beneficiatus an possit matrimoniũ cõtrahere.*
6 *Beneficium, quod Clericus habet statim contracto matrimonio vacare incipit.*
7 *Potestatis plenitudo in Principe intelligitur de bona, & laudabili.*
8 *Princeps non dicitur posse nisi id quod de iure potest.*
9 *Princeps non dicitur posse illud quod fieri non potest citra peccatum.*
10 *Successor in dignitate tenetur seruare promissa sui antecessoris.*
11 *Feudum concessum pro se, & hæredibus, an dicatur hæreditarium.*
12 *Clericus an sit capax successionis feudi.*
13 *Seruitium feudale nihil refert quod præstetur, vel per substitutum ab eo, ad hoc scilicet, vt quis fiat, vel capax, vel incapax feudi.*
14 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
15 *Clericus in feudo nullo modo succedit.*
16 *Clericus est inhabilis ad iurandum ea quæ in sacramento fidelitatis continetur.*
17 *Clericus non potest Domino temporali, & sæculari præstare iuramentum personale.*
18 *Bonarum mentium est timere culpam, etiã vbi non est.*
19 *Clericus videtur excludi à successione feudi ex eo quia tenetur reuelare ea quę sciuerit tractari contra Dominum.*
20 *Clericus reuelans festinanter de vita proximi sui, dicitur agere contra terminos ordinatæ correctionis.*
21 *Correctio proximi quomodo sit facienda.*
22 *Clericis interdicitur accusatio criminis.*
23 *Mandans aliquem occidi irregularitatem contrahit, licet occisio non sequatur.*
24 *Malus non est contemnendus, sed illi subueniendum.*
25 *Deus solem facit oriri super bonos, & malos.*
26 *Misericors, quilibet esse debet tàm super iustos, quàm iniustos.*
27 *Inimici diligendi sunt.*
28 *Clericus vix potest militare seruitium, præstare Domino feudi quin proximi charitatem lædat, & nu. 39.*
29 *Clericus non potest adhortari aliquem ad sumendum arma, limita, vt ibi.*
30 *Canon si in morte 23. q. 8. perpenditur. & declaratur.*
31 *Clericus non est capax feudi sæcularis in quo seruitium militare præstandum est, nisi Pontificis auctoritas superuenerit.*
32 *Clericus, vel Monacus, an possit retinere feudum, quod ante clericatum habebat.*
33 *Miles Christi, qui factus est desinit esse miles sæculi.*
34 *Monasterium ingressus desinit esse Dominus rerum suarum.*
35 *Beneficium non pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.*
36 *Clericus non debet seruire Domino sęculari.*
37 *Conuersi in feudis non succedunt.*
38 *Lex, vbi est aperta frustra aduersus eam venimus.*
40 *Nemo potest duobus dominis seruire.*
41 *Militans Deo nõ debet implicare se negotijs sæcularib.*
42 *Arma militia Ecclesiasticę non sunt carnalia, sed spiritualia.*
43 *Episcopo, aut Ecclesiastica personæ non licet gerere bella, quæ ad sanguinis effusionem ordinantur.*
44 *Bellum an sit licitum, & necessarium ad bonum societatis humanę.*
45 *Destinatis ad bellica exercitia prohibentur negotiationes.*
46 *Armorum delatio prohibita est Clericis.*
47 *Clericus non potest submittere se iurisdictioni laicali.*
48 *Miles descriptus in albo militia non potest obligare se ad carceres.*
49 *Fidelitatem iurans dicitur fieri homo illius cui iuratur.*

Numero primo.

1 QVI sint legitimationũm defectus. † Vide superius annotata ad consilium Menochij 19. Hæc magni ponderis consultatio libro primo numero nono, & sequentibus. Rolandus Cauagnolius.

Eodem numero ibi (non constat quod esset eius filius idem dixi ad d. consilium 19. num. 10. & in Decis. mea Consultiua 102. Pro fratribus Cisnusculis nu. 25. lib. 3. Rol. Cauagn.

Numero 3.

2 Ibi (expressa non fuerunt † omnia vitia natiuitatis) ad idem facit, quod dicitur de excommunicato pluribus excommunicationibus, qui debet sigillatim omnes recensere, vt in terminis
3 † dixi in Decisione mea Consultiua 99. Filio naturali num. 24. lib. 2. facit quod in simili dicimus
4 Gratiam petentem à principe debere narrare † omnes qualitates delicti, quia non solum factum, Sed qualitas quęlibet exprimenda est. Menoch. in consil. 185. Dubitatio proposita num. 2. hoc eodem lib. 2. Rol. Cauagn.

Numero 4.

Ibi (existente clerico beneficiato non potest
5 esse matrimonium † intereum, & mulierem illam ex quo clericus retinendo beneficium dicitur esse in matrimonio spirituali cum Ecclesia.)

contrarium voluit idem Menochius in conf. 174.
Hæc quæ discutienda proponitur num. 10. Hoc
eodem libro vbi dicitur matrimonium posse con
6 trahere sed beneficiũ statim † vacare. Vide quę
ad dict. consil. Annotaui nu. 1. Rol. Cauagn.

Numero 17.

Ibi (sed potius dispensatio,) dixi infrà in con
silio 581. Cum hac de controuersia num. 3. lib. 6.
& in tractatu de pręsumpt. lib. 4. præsumpt. 79.
numero 24. Iac. Menoch.

Numero 49.

Dum dicit hoc loco Menoch. quòd Princeps
supremus non potest aliquem, siue causa iure suo
priuare, etiamsi de plenitudine potestatis agat
7 bene loquutus fuit, quia plenitudo potestatis †
intelligitur de potestate bona, & laudabili non
vituperabili, vel tyrannica quia non dicitur Prin
8 ceps supremus posse † nisi id quod de iure po-
test, & iustè. Crauetta consilio 196. Quæritur su-
per testamento lib. 2. & Rol. in cons. 7. Quoniã
rei satis demonstratę lib. 3. in fine. Hinc dicebat
Capicius in decis. 166. In causa Illustris. Domi-
norum num. 12. quod Princeps non dicitur posse
9 illud, quod fieri non † potest citrà peccatum,
alias vtendo potestate contraria sine causa contra
hominem qui sua absoluta tacta diudicare non
potest Deum habet vltorem. Rol. Cauagn.

Numero 60.

10 Ibi (successorem † in dignitate teneri ob-
seruare promissa sui antecessoris) pro materia
vide Capicium. decis. 121. In causa officij conser-
uatoris Francis. Marc. questione 87. Quæritur an
Princeps parte prima Natt. in consilio 122.
Eundem Menoch. in consil. 264. Interrogatus de
percellebri libr. 3. & 307. Illustris hæc controuer
sia libro. 4. pro limitatione videas quæ dixi ad
consil. eiusdem Menochij primum consultatio
hæc ad numerum 228. lib. 1. Rol. Cauagn.

Numero 61.

Ibi (Immò hoc feudum non est eo modo hære
ditarium. Vide superius annotata ad consilium
163. hoc eodem volumine. Vbi plura dixi de na-
11 tura feudi concessi † pro se, & hæredibus. R.C.

Numero 64. & 71. cum sequentibus.

Pro materia quęstionis, quod Clericus regula-
12 riter non sit capax successionis feudi. † Video
per feudistas sic distingui, nempè quod vbi ratio-
ne feudi teneretur, & obligaretur clericus perso-
naliter ad seruitium feudale incertum, & determi
natum non sit capax. Vbi verò seruitium posset
præstari, seu explicari per substitutum, secus esse
affirmarunt nonnulli, vt Iacob. de Bellouisu in
tit. An Mutus, vel aliter imperfectus feud. retin.
quod probat Clarus in §. feudum q. 28. vt refert.
Hartman. Pistor quæst. 33. nu. 26. lib. 2. quæst.
iur. feud. Concord. Andr. de Isern. in cap. 1. §.
qui Clericus in fine versiculi nu. 6. de controuers.
feud. int. D. & Agnat. & idem sentire visus fuit
Rim. iun. in cons. 796. Reuer. D. Leonellus nu.
68. volum. 7. post glos. in cap. 1. de feud. fœm. in
verbo succedere.

Verumtamen distinctionem hanc iuri scripto
feudorum contrariari semper fuimus arbitrati,
vnà cum pluribus alijs ex scribentibus, & preci-
puè cum Henrico Rosentali in Synopsi feudali
cap. 7. de success. descend. ab intestato conclus.
29. sexta mihi nu. 3. vbi crebriorem hanc senten-
tiam vocitat, & in littera A. in apostillis plures
istius sententiæ referuntur auctores quos sedulo
prętermittimus enarrare cum satis fuerit vnum
pro omnibus indicare nihil enim in subiecta ma-
13 teria diferre putamus vtrum per se ipsum, vel †
per substitutum domino directo seruire possit,
quia cum textus prohibentes Clericos admitti
ad feuda generaliter loquantur, & indistinctè fa-
cit conclusio quod generaliter intelligendi sint,
14 nec † debemus illos distinguere cum lex ipsa
non distinguit etiã quòd in vno casu esset maior
ratio quam in altero l. in fraudem in fine, ff. de
militar. testament. Dec. in cap. sedes nu. 12. &
13. extra de rescript. in l. seruum num. 53. Cod.
qui testament. fac. poss. l. ex testamento num. 5.
& 6. Cod. vnde liberi sic in proposito arguit Fa-
chin. controuersiarum iuris lib. 7. cap. 35. vers.
non est idonea.

Secundo adde quod textus prohibentes succes
sionem in feudo, locuti sunt per vniuersalé nega-
tiuam vt in cap. 1. de feud. fœmin. ibi nullo mo-
15 do Clericus † succedit, & ideo si nullo modo.
Ergo nec etiam ibi per substitutum seruire volue
rit quia alias aliquo modo in feudo succederet,
vt post alios diligenter considerat Curt. iun. qui
nostræ dicitur opinionis assecla in tertia parte de
feud. num. 22.

Tertio facit quia Clericus est inhabilis ad iu-
randum ea, quę in sacramento fidelitatis conti-
16 nentur, † quia ea sunt omnibus Clericis contra
ria, & interdicta, vt colligitur ex lectura cap. pri-
mi de noua forma fidelitatis, & proinde nulla in-
uestitura venit ei concedenda cap. 1. §. primo
per quos fiat inuestitura, & hoc genere argu-
menti vtitur Intrioglius de feud. centur. secunda,
Artic. 1. num. 128. & sequenti, & ideo non im-
merito cautum est quod iuramentum † fidelita-
tis tamquam quid personale per Clericum exhi-
beri non potest cap. 1. de forma fidelit. & cap. 1.
de noua forma fidelit.

Qua ratione videtur opportunè dicendum,
quod vbi Clericus dicto Sacramento fuisset ad-
strictus vix esse poterit quin dum studeret fidelis
esse Domino directo subalterno infidelis redde-
retur ipsi Deo quod sacri Canones abhorrẽt, & es-
set contra bonos mores incidere in ansam, & oc-
casiones delinquendi, cum statutum fuerit bona-
18 rum esse † mentiũ timere culpã etiã vbi nõ est.

Probantur isthęc omnia eo ipso quod vbi cleri
cus virtute iuramenti fidelitatis teneretur Domi
no releuare ea, quæ sciuerit tractari contra ipsum
Dominũ, in proximum suum peccaret, vel quia
19 de facto crimine † non leue damnum proximo
qui deliquerit insurgeret, & vt plurimum cum
iactura, & dãno vitę, quo casu irregularitatis no-
tam incurrit ex his, quæ tradit Maiol. de irregu-
larit. lib. 5. cap. 49. nu. 4. quem sequitur Vgolli-
nus de irregularit. cap. 15. §. 1. in fine vbi dicit,
quod hij omnes quacumq; ratione re aut verbis
interfunt vt homicidia, vel mutilationes sequan-
tur irregulares fiunt.

20 Insuper etiam, ac festinanter numando † com-
mitteret Clericus in legem Euangelicam omit-
tendo correctionem vt apud Matheum cap. 18.
cuius meminit Summus Pontifex in cap. Nouit.
21 extra de iudicijs ibi si autem peccauerit in te †
frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipsum
solum, si te audierit lucratus eris, fratrem tuum,
si autem te non audierit adhibe tecum adhuc

vnum,

vnum, vel duos vt in ore duorum vel trium stet
omne verbum, quod si non audierit eos, dic Eccle-
się, si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut
Ethnicus, & publicanus, & eo fortius ista proce-
22 dunt quo Clericis † expresse interdicitur accu-
sario criminis cum Sacerdotem q 7. latè Farinac.
de accusation. q. 12. nu. 12.

Quod si de seruitio præstando in bello pro de-
fensione Domini per substitutum agatur, si conti
gerit per substitutū in domini defensam homici-
dium pattari, vel mutilationem aliquam inferri
inimico Domini sui, Dicas quęso quomodo, pote-
rit Clericus euitare irregularitatis vitium, cum
interuenerit consensus cooperario, & præcesserit
fortassis exhortatio substituentis, vtiq; nō est vi-
dere per ea, quæ notantur in cap. si quis viduam
de homicid. Card. à Turre Cremat. in can. si in
morte 23. q. 8. Vgol. de irregularit. cap. 15. §. 2.
& in eodem cap. num. 3. vbi in fortioribus dicit
23 quod † solus mandans aliquem occidi licet oc-
cisio non sequatur irregularitatem contrahit.

Facit etiam quòd cuilibet præsertim Clerico
congruit dicere cum Gregorio Papa in citato can.
si in morte, quia Deum timeo in mortem cuiusli-
ber hominis me miscere formido, Quinimo plu-
ribus exemplis, & pręceptis, diuinis statutum est
24 etiam malos non contemnendos † sed illis sub
ueniendum fore, & ita passim docet Sacra Pa-
gina Deus solem suum oriri facit super bonos,
25 & malos † & pluit super iustos, & iniustos sic tu
26 esto misericors super bonos, † & malos. vt sis
similis Patri tuo, & Prouerb. cap. 15. in omni lo-
co oculi Domini contēplantur bonos, & malos,
27 & apud Lucam cap. 6. Diligite † inimicos ve-
stros, & benefacite hijs qui oderunt vos, & apud
Roman. dixit Paulus Apostolus cap. 12. Benedi-
cite persequentibus vos, & Paulo supra si esurie-
rit inimicus tuus ciba illum si sitit potum da illi
porrò si ista pręcipue Clerico conueniant. Quo-
28 modo poterit ea præstare clericus, & militare †
seruitium explicare pro Domino suo. Quin pro
ximi charitatem offendat?

Et vltra præmissa accedit quod non solum Cle
29 ricis prohibitum est, arma arripere † verū etiā
& alios ad arripiendum arma hortari non permit
titur nisi tūc demum cum de defensione Ecclesiæ,
vel Patriæ tractatur, quo casu adhortatio permit-
titur d. can. Quęcumq; cū pluribus seqq. 23. q. 8.

Sed aduersus pręmissa possent obijci quæ nar-
30 rantur in d. can. si in morte † in fine. Vbi dici-
tur quod Episcopi, qui non leuitica portione con
tenti sunt decimis scilicet, vel primitijs Prędia
illa Castella, & Ciuitates possident, ex quibus Cę-
sari debent tributa ad eorum pręstationem tenen
tur ex quibus videtur inferendū adesse Clericos
qui feuda tenent, vt ibidē glossa, & textus notum
facit. Sed respondetur tribus modis.

Vel primo quia nos non loquimur de feudo da
to Ecclesiæ: prout ille textus præsupponit, sed de
feudo alias laicis concesso, in quo vel clericos suc
cedere, vel quod acquirere de nouo intendit, &
quidem sibi non Ecclesiæ, & ita sumus in diuersis
casibus super quibus non cadit illatio vulgata l.
Papinianus exul ff. de minor.

Quod autem feudum dari possit Ecclesię pla-
num est, vt infra, & suo loco enuntiabimus.

Vel secundo accedit, quod ibi in can. si in mor
te tractatur de bello instituendo ad propugnaculū
fidei, & ad repellandam iniuriam, quæ fit Deo vt
explicat Cardinal. à Turre Cremata ibi.

Vel tertio quia in eo textu dicitur tantum de
tributo debito Cæsari in caussam feudi ad quod
Clericus, siue Prælatus pro feudo Ecclesię obliga-
tur, & sic versamur in vno ex casibus, in quibus
Clericus ad feudum admittitur quando certum
onus reale tantum debetur, etiam quod feudum
esset sui propriū, vt inferius suo enarrabitur loco.

Erit igitur ex pręmissis firma conclusio quod
etiam in feudo in quo seruitium militare possit
per substitutum præstari. Clericus non admitti-
tur, nec quoad successionem, nec quoad acquisi-
tionem, nisi tunc demum eum Pontificis superin-
31 de obuenerit auctoritas, † vel consensus.

His sic stantibus maior proponitur dubitatio
circa vassallū, qui dum feudum tenet effectus est
32 Clericus, vel Monachus, † an scilicet, eo casu feu
dum amittat, ita vt ad Dominum reuertatur in
quo articulo breuibus absoluendo negotium
concluditur feudum aperiri Domino suo secun-
dum textus feudales casus est in indiuiduo in cap.
1. De vassallo milite, qui belli arma deposuit.
Vbi miles, qui habitum religionis assumpsit con-
tendebat retinere feudum donec viueret, sed con-
tradicente Domino, vel agnato, dictum fuit con-
ditionem Domini, vel agnati fore potiorē. Quod
duplici ratione comprobatur ibi.

33 Prima est qui factus est miles Christi † desijt
esse miles sæculi, & proinde ingressus Monasteriū
34 rerum † suarum Dominus esse desinit quod
etiā notatur ex dicto Pauli Apostoli ad Timoth.
2. cap. 2. in cap. 1. Nec Cleric. vel Monach. & in
Can. repræhensibile 23. q. vltim. vt notat Osascus
decis. Pedemont. 27. probata sententia nu 1.

Altera ratio est, quia beneficium non pertinet
35 ad eum qui non debet gerere † officium. §. fin.
in quib. caus. feud. amitt. vt Clericus, seu Reli-
36 giosus † sæculari Domino seruire non potest, &
ita vasalli officium gerere, Ergo late de hoc Cra-
uetta in cons. 303. quæritur an Magnificus nu. 8.
vol. 2. vbi tradit regulam quod in feudo non suc-
cedit, qui feudo seruire non potest.

Item addendus est textus non minus explici-
tus, & Clarus quam sit iam allegatus, verba enim
illius sunt hæc. Qui Clericus efficitur, aut votum
religionis assumit hoc feudum amittit. Ad idem
facit textus in cap. vnico de feudo fœminæ, ibi ex
hoc illud descendit quod dicitur Clericum nullo
modo in beneficium paternum debere succedere
etiam si posteaquàm habitum religionis assum-
pserit postposuerit. Idem in omnibus, qui habi-
tum religionis assumunt, vt conuersi hi enim.
37 Nec postea in feudum † succedunt. Et si quod
habent perdunt, & ita hos textus secuti dixerunt
Bald. Marh. Afflict. Soliman. Iacob. de S. Geor.
Catellianus Cotta, & Ducēnas relati per Schrad.
de feud. parte 9. cap. x. num. 1. Rosental. in Sy-
nopsi feudali cap. 7. de successoribus descedent ab
intestato conclus. 29. numero. 1. cum quo placet
mirari, quod fuerint Doctores, qui, vel ingenij
acumine nimis elati, vel solo contradictionis
studio adducti contrariam sententiā contra aper
tas textuum decisiones, quibus viuimus, & iudi-
camus, affirmare ausi fuerint, quia vbi omnis lex
38 est aperta † superuacaneum omnino censemus
contra eam venire arg. l. ille, aut ille. ff. de leg. 3.

Quæstionem hanc late examinant supracitati
Docto-

Doctores,& ferè omnes, qui referuntur ab ei s,sed
elegãter,& plane pro more suo Hartman. Pistor.
lib. 2. quæstion. iuris feudal. quest. 33. per totum,
vbi confutata contraria sententia eiusdemq; fun-
damentis omninò destructis opinionem hanc, vt
Bart. ait in §. sed neq; . Authent. de sanctiss. Epi-
scop. textibus, & vsibus feudalibus congruam am
plectitur recensitis. Ampliationibus, & declara-
tionibus. Quas etiam repetitijt Rosental. loco
relato post dictũ Osach. in plena sua decisio-
ne 27. Pro quibus in hijs quę, quoquomodo iuri-
bus non repugnant Lectorem remittimus sicuti
etiam, & ad Cuttiũ Iuniorem de feud. 3. par. nu.
20. & seq.

Hoc ipsum tamen addendum putamus, quod
etiam post præsentem hanc cogitationem ab alijs
licet sobriè factum obseruauimus, quia Clericus
seruitium militare Domino suo, vt iam diximus,
vix poterit citra crimen irregularitatis, vt di-
39 xit Petrus † de Gregorijs de concess. feud. part.
4. q 7. nu. 11. & ideo bene dixit feudista in citato
cap. vnico de Milite vasallo, qui bell. arm. depo-
suit, quod desinet esse miles seculi, qui cœpit mi-
les esse Christi iuxta illud, quod notatur in cano.
Quicunq; ex clero 23. q. vlt. quia non possunt si-
mul Deo, & seculo militare; facit dictum Euan-
40 gelicum. Nemo potest † duobus Dominis ser-
uire Deo, & Mammonę, vt apud Mathęum cap. 6.
vbi datur ratio, quia duobus seruiens, aut vnum
odio habebit, & alterum diliget, aut vnum susti-
nebit, & alterum contemnet.

Quibus non inconcinne adduntur notata in iã
citato Canone repræhensibile ibi cum militum
Christi, sit Christo seruire, milites verò sęculi ser-
uiant sęculo secundum quod scriptum est, nemo
41 militans Deo implicet se negotijs sæcularibus, †
Quod si sęculi milites militię student quid ad Epi
scopos, & milites Christi nisi vt vacent orationi-
bus, facit etiam dictũ Euangelicum apud Matheũ
cap. 26. quo dixit Dominus Petro, Conuerte gla-
dium tuum in vaginã. Quinimò si contra inimi-
cos corporaliter vexantes non materialibus ar-
mis in propria persona vtendo, sed spiritualibus
iuxta dict. Diui Apostoli ad Chorintios. 2. cap. x.
42 arma militiæ nostræ non sunt † carnalia, sed
spiritualia, vt orationes, & ieiunia, & in Prælatis
monitiones, obligationes, & contra contumaces
excomunicationes.

Rursus non discedendo ab allegata auctorita-
te dicti Can. Repręhensibile valde dicimus per
eum textum comprobari sententiam hanc cleri-
cos scilicet non esse admittendos ad feuda, Sum-
mus enim Pontifex Nicolaus auctor d. Canonis,
iuxta sententiam Cardinalis Ioannis de Turre
Cremata ad eum textum voluit in ea dispositio-
ne compræhendere eos Episcopos, qui non con-
tenti de decimis, & primitijs, Prædia, Castella,
Villas, & Ciuitates possident, & qui proinde de-
bent tributa, & obsequia militaria iuxta dictum
Euangelicum apud Matheum cap. 22. Reddite
quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quę sunt Dei Deo,
quos ideo repræhẽdit quia tanquàm milites Dei
sæcularibus negotijs implicabantur, ex quibus
concludit idem Cardinalis, Quod nulli Episco-
43 pò, aut Ecclesiasticæ personæ licet † bella gere-
re quę ad sanguinis effusionem ordinantur, & bel
lare, ac Domino directo assistere in bello adeo
incongruum est, & indecens clerico, vt licet aliàs
negotium ipsum ex se dicatur licitum, & quodã-
44 modo † necessariũ ad bonũ societatis humanæ,
attamen respectu personæ illud est omnino pro-
hibitum, quę enim vtilia, & seu necessaria sunt;
non omnibus permittuntur, sed diuersa diuersis,
itaut ab vno expedientius melius, & congruen-
tius quàm ab altero agantur, & ideò Clerici cum
sint ad maiora deputati, quia scilicet ordinantur
ad Altaris ministerium, in quo sub sacramento
rapręsentatur Passio Christi Domini nostri me-
rito prohibentur minora exercere, namq; sicuti
humanis legibus interdicuntur destinatis ad bel-
45 lica † exercitia negotiationes, vt per Impera-
tor Constitutionem scribit Claudius Cotoreus
de iur. & priuileg. milit. cap. 8. Ita quinimò, &
multo magis ratione obiecti eadem bellica exer-
citia Clericis prohibentur, quę maximas inquie-
tudines habent, & impediunt, seu veriùs diuer-
tunt animum ab ipsa cõtemplatione diuinorum,
& laude Dei, & oratione pro populo quæ ad offi-
cium pertinent Clericorum.

Demùm ad comprobationem pręmissorum
omnium hæc ipsa cõsideranda putauimus, quod
passim sacris Canonibus, & Episcopis, & Cleri-
46 cis, quibuscumq; armorum delatio † prohibe-
tur, & in ea deferentes acriter inuehunt Summo-
rum Pontificum Constitutiones, sic colligitur ex
Can. de Episcopis, cũ pluribus seq. 23. q. 8. vbi di-
citur quod secularem militiam exercere, terram
deffendere de Pręlijs tractare, ac de armis, terre-
næ potestatis est. Quinimò quod omniũ Sacerdo-
tũ prior qui Christus erat, etiam pro seipso capi
arma carnalia prohibuit, & dum arguebatur Di-
ues Ambrosius quod arma non moueret contra
infestantes Ecclesiam Dei. Respondit non Pila
querunt ferrea non arma Christi milites, coactus
repugnare non noui, sed dolor fletus orationes
lachrimæ fuerunt mihi arma aduersùs milites, &
ideò in Tubertino conci. Statutum fuit, quod pro
Clerico qui in bello, vel rixa mortuus fuerit ora-
tio, & oblatio non offeratur, & vlterius Toletano
Concilio sancitum, Clericos voluntariè sumen-
tes arma damnandos esse in ammissionẽ gradus
clericalis, & detrudendos esse in Monasterium
ibidem perenniter permansuros. Quare milita-
ria arma sumentes contra Religiosos mores pe-
reant, & tamquàm sacrorum Canonum contem-
ptores, & Ecclesiasticę auctoritatis profanatores
condemnentur.

Proinde si armorum bellicorum delatio pro-
hibita est, prout etiam feudista determinat in ci-
tato cap. vnico de Millite vasallo qui bell. arm. de
posu. ex quo per assumptionẽ ordinis Clericalis
armorum depositio præsupponit, ut quomodo
erit possibile, quod ab eo militare seruitiũ præ-
stetur in feudi caussam, vtiq; non est videre.

Vel etiam & postremo loco obseruandum du-
ximus, quod cum persona alias laica, & diuino
cultui destinata est eo ipso ita eximitur à potesta
te laicali, vt spirituali, tantũ subsit, iuxta tradita,
& notata in cap. Qualiter, & quando extra de iu-
dic. in tantum vt iurisdictioni seculari nõ valeat
47 † se submittere, vt ibidem animaduertit glossa,
& proinde cum sit subdita Romano Pontifici non
est videre quomodo recipiendo, vel retinendo
feudum sæculare, valeat se subijcere potestati
laicali, & Imperio Domini directi absq; licentia
eiusdem Summi Pontificis, vt in simili videmus
quod

quod miles, qui passus fuerit scribi in albo militiæ ad commodum Principis, non poterit erga
48 tertium pro debito ciuili † obligari ad carceres, vt post Roman. & Ias. in l. ad personas nu. 1. dixit Borgnin. Caualc. de tutore, & curat. nu. 223. vbi vbi dicit militem non posse renuntiare capitulis bandarũ, etiã quòd ante eũ dixit Bertol. Cepola de priuileg. milit. nu. 268. per tex. in l. magisteria C. de iurisd. om. iud. quod & licet ibidem affirmauerit hanc conclusionem procedere, quia beneficium militi concessum sit considerandum fauore ordinis, & sic ipsi Collegio militum ex tex. in cap. si diligenti extra de foro competenti, nos tamen addendum putauimus, quod cum persona sit destinata ad seruitium Principis, ad cuius cõmodum reperitur ascripta militię non potest in illius incommodum arrestari, vel detineri. Quod si procedit in milite terrestris militię, quanto magis pręcedet in Clerico, qui cœlesti militię destinatur. Auth. multo magis C. de Episcopis, & Cleric. venit enim in acceptione feudi necessario, & fidelitas, & subiectio in alterum dominum, vt notat Ozas. decis. Pedemont. 27. Et fidelitatem prę-
49 stando dicitur fieri homo illius, cui fidelitatem † præstitit Aluarot. in prælud. feud. nu. 42. cap. 1. §. sed etiam, versic. Nulla, per quos fiat inuestiturę Cassan. in consuetud. Burgan. in Rubr. des fied. §. 3. in verb. teomagiũ, vbi hoc ideo dicitur homagium, quia fidelitas pręstatur Borcholt. de origin. feud. cap. 2. nu. 16. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consil. 182. Iure optimo pronuntiandum est.

SVMMARIVM.

1 *Principum edicta quomodo consideretur.*
2 *Vassallus duorum Dominorum, antiquiori seruire debet.*
3 *Vasallus debet credere Dominum suum bellantem iustam fauere causam.*

Numero primo.



1 E Edictis Principum, & Dominorum inferiorum, & quid decernere, & ordinare possint † ipsi Domini, scribit sola super constitut. Antiq. Sabaudiæ in proemio in glosa 3. Rol. Cauag.

Numero 10.

Dicitur Vassallum duorum Dominorum tene-
2 ri seruire antiquiori domino, † sed ista conclusio inter cęteras limitationes quas habet ea est præcipue quando scilicet antiquior Dominus iustam causam foueret Bellum gerendi, & in dubio
3 debet † credere Vassallus Dominum iustam habere causam, vnde limitationis conclusio erit in
4 bello notoriè † iniusto. Rol. Cauagn.

Ad Consilium 183.

SVMMARIVM.

1 *Cephalus in consil. 485. lib. 4. comprobatur.*
2 *Dos, quando dicatur aduentitia.*
3 *Dos per auum relicta nepti, an & quando censeatur relicta contemplatione filij.*
4 *Auus an teneatur dotare neptem filio viuente.*
5 *Creditor mortuo testatore censetur sibi ipsi soluere.*
6 *Solutio quæ fit per creditorem in bonis testatoris, quorum extitit hæres, an debeat fieri iuxta valorem currentē quo de tempore successit.*
7 *Hæres, & defunctus dicuntur vna, & eadem persona.*
8 *Actio, & passio, non dantur in eodem subiecto.*
9 *Lex finalis C. de euictionib. perpenditur & declaratur.*
10 *Rei incerta ratione loci, & Cota possideri non potest, declara num. 53.*
11 *Paulus de Castro in l. peculium autem. ff. de peculio, perpenditur, & declaratur. & nu. 54.*
12 *Successio an habeat vim solutionis, & exactionis, declara num. 55.*
13 *Menochius in cons. 183. nu. 37. perpenditur, & declaratur, & nu. 41.*
14 *Socinus Iunior in conf. 109. nu. 10. & 20. lib. 1. perpenditur, & declaratur num. 41.*
15 *Soluenti debitum alienum datur actio tantum ad repetitionem soluti, vel retentio pro tantumdem.*
16 *Aliud pro alio inuito creditori solui non potest.*
17 *Argumentum à contrario sensu valet.*
18 *Hæres grauatus de restituendo, an possit soluere æs alienum, & bona hæreditaria in solutum capere nulla facta intimatione fideicommissario.*
19 *Actus qui voluntate perficitur, vt venditio, an possit fieri sine consensu eius, ad quem res erat peruentura prout ad substitutũ, & an valeat irreuocabiliter.*
20 *Hæres grauatus dicitur quodammodo vsufructuarius.*
21 *Hæres grauatus tenetur instar vsufructuarij inuentarizare, & fideiubere de vtendo arbitrio boni viri, & restituenda proprietate.*
22 *Hæres grauatus sibi soluens, quid debeat agere.*
23 *Hæres adeundo hæreditatem contrahit cum creditoris hæreditarijs, & legatarijs.*
24 *Hæres personam defuncti representat tam quo ad debita, quam quoad credita.*
25 *Hæres grauatus, dum viuit dicitur verus hęres, non vsufructuarius.*
26 *Hæres grauatus non soluens debita hæreditaria patitur missionem in possessionem.*
27 *Lex finalis in §. & si pręfatam C. de iure deliberandi perpenditur.*
28 *Hęres soluendo æs alienum repertum in hęreditate retinet bona hæreditaria.*
29 *Testator præsumitur voluisse solui ęs alienum de bonis suis non obstante fideicommisso.*
30 *Testator pręsumitur magis diligere hæredem grauatũ, quam extraneum.*
31 *Verosimilis testatoris intentio, semper attendi debet.*
32 *Testator pręsumitur voluisse hęredem suum facere id quod ipse faceret, si viueret.*
33 *Cephal. in conf. 574. nu. 13. vol. 5. comprobatur.*
34 *Hęres est vice defuncti.*
35 *Hæres potest sibi ipsi soluere elligendo rẽ in qua vult sibi esse solutum.*
36 *Peregrinus de fideicommissis articulo 35. nu. 14. perpenditur, & comprobatur.*
37 *Solitus implicare pecunias in stabilibus pręsumitur soluisse æs alienum repertum in hęreditate animo retinendi bona, & sic emendi.*
38 *Aes alienum solutum deduci debet secundũ tempora solutionum.*
39 *Hęreditatis calculus refertur ad tempus mortis testatoris.*
40 *Bona non dicuntur, nisi detracto ære alieno.*
41 *Creditor debitori succedens, facit fructus suos.*
43 *Immaginaria emptio cadit in creditore, qui successit debitori suo.*

44 Aug.

44 *Augmentum ad eum pertinet, ad quem spectat diminutio, & damnum.*
45 *Prædia distracta per testatorem cum pacto de retrouendendo, & per hæredem grauatum recuperata spectant fideicommissarijs.*
46 *Causa fauorabilior est, in qua tractatur de damno euitando, quam ea, in qua tractatur de lucro captando.*
47 *Actio, & passio, quomodo non cadant in eodē subiecto.*
48 *Factum Iudicis habetur pro facto partis.*
49 *Actiones, & passiones, quomodo confundantur in creditore, qui successit debitori suo*
50 *Hęres, qui fecit inuentariū, duas personas repręsētat.*
51 *Inuentarij benefitium operatur, ne hæres in aliquo damno constituatur.*
52 *Actiones creditoris non confunduntur hæreditatis aditione cum benefitio legis, & inuentarij.*
53 *Petrus Antonius à Petra in tract. de fideicom. q. 15. nu. 4. & 5. ac nu. 212. non recipitur.*
56 *Ratio. vbi est eadem, ibi debet esse idem ius.*
57 *Solutio, an præsumatur, ob creditoris diligentiam.*
58 *Lex si pupilli in §. item quęritur cum §. sequenti ff. de negatijs gestis perpenditur, & declaratur.*
59 *Illatio non fit ex diuersis.*
60 *Lex secunda in § mutui datio ff. si certum petatur perpenditur, & declaratur.*
61 *Obligatio omnis tollitur solutione eius, quod debetur.*
62 *Lex res ante restitutam ff. de solutionibus perpenditur, & declaratur.*
63 *Hæres etiam in præiuditium fideicommissarij potest transigere.*
64 *Liberationes possunt fieri ab hærede grauato.*
65 *Creditores hæreditarij possunt agere aduersus hæredem grauatum.*
66 *Sententia proponitur pro hærede grauato retinente bona hęreditaria iuxta æstimationem currentem de tempore successionis reluctantibus fideicōmissarijs.*
67 *Tutor, qui fuerit creditor pupilli poterit sibi ipsi satisfacere.*

Numero primo.

IDem respondit Cephalus in cons.
1 485. † Magnifici Domini lib. 4.
Iacob. Menoch.

Numero 10.

Ibi contemplatione solius D.
Annæ non autem Domini atque
2 ita dos ista dici omnino † debet aduēticia scripsi
in tractatu de præsūpt. lib. 3. præsūpt. 17. Iac. Men.

Pro materia, vide quę latè dicta sunt suprà in obseruationibus ad Consilium Menochij 151. Prima proposita dubitatio.

Ad num. 4. 7. & 12. vbi habebis pro maiori par
3 te responsiones † ad ista fundamenta Menochij
quibus concludit dotem per auum relictam non censeri contemplatione filij pro materia, vide eundem Menochiū infrà in cons. 183. ex multis ppositis n. 3. 10. 21. 24. 28. & 32. hoc eod. lib. R. C.

Numero 14.

Dum inquit ad auum non pertinere munus do
4 tandi nepotem filio diuite † viuente probatur
per Andream Fachineum libr. 10. controuer. iuris cap. 4. vers. hęc est. Rol. Cauagn.

Numero 35.

5 Ibi (creditor sibi ipsi soluisse ex tot bonis te-
statoris) Pet. de fideicommiss. q. 15. nu. 4. scripsi infrà in cons. 245. Primę dubitationi in fine lib. 3. Iac. Menoch.

Eodem numero dum hoc loco firmatur conclusio quod hęres censetur mortuo testator sibi ipsi
soluisse ex tot bonis hæreditatis contigit dubitari
6 nunquid. Ea solutio † pręsumatur facta iuxta
valorem currentem de tempore quo decessit testator, vel de tempore quo fideicommissarius postulat sibi restitui bona in quo articulo faciunt sequentes considerationes quibus sic aperitur hic iuris articulus vt deinceps dubitandum non sit. Et ideo placuit subijcere, quia summopere hanc Menochij consultationem declarant.

Ex sententia lata per D. Prætorem Fabinarū de voto, & consilio q. Senatoris D. Antonij Calori in caussa successionis bonorū q. D. Dominici Martini inter cętera fuisse pronuntiatum apparet ex fideicommisso ad quod tanquam vna ex vocatis egit q. D. Eleonora Camanea prius deducendas esse dotes Dominæ Heleonoræ, ac omne æes alienum ipsius fideicommittentis solutum per Dominos Bartholomæum, & Florinam Iugales de Cauagnolijs communes parentes, Nobilissimi viri D. Pauli Cauagnolij pariter ex vocatis, in ipso fideicommisso. Modo contigit dubitari nunquid ista deductio dotium, & æris alieni debeat fieri habito respectu ad tempus factarum solutionum per ipsos Dominos Iugales in tot bonis dicti q. Domini Dominici ita vt censerentur ipsa bona de eo tempore data insolutum, an vero spectandum sit tempus factę interpellationis per ipsum D. Paulum, vel sententiæ latæ.

Insignis est quæstio ob varia iura quę hinc inde prima facię videbantur posse allegari, & ob diuersas opiniones scribentium in ista materia. Siquidem primo loco inuenio Petrum Antonium à Petra in tractatu de fideicommissis quæstion. 15. nu. 4. & 5, & infra, num. 212. tenuisse, quod spectandum sit tempus restitutionis fideicommissi, ita etiā dictę sententiæ fuisse adiuuent num est Paneirol. in cons. 98. nu. 7. Simon de Prętis de interpretatione vltimarum volūtatum lib. 3. dubit. 5. sol. 4. nu. 6. 22. & 23.

Et hanc de re opinionem colorant, & roborant doctores pręcitati qui dicant absurdum resultare ex contraria sententia, quia ex quo hæres, & de-
7 functus vna, † & eadem persona censentur auth.
de iure iur. a morien. præstito nullo modo potest dari, quod in eodem subiecto versetur debi-
8 tum, & creditum, & adsit actio † & passio l. Vra-
nius. ff. de fideiussor. Quinimo si ante hæreditatē fuisset hęres creditor testatoris illico, & ex eadem ratione per hæreditatis aditionem remaneret confusa actio l. deducta l. debitor ff. ad trebellianum l. debitori tuo Cod. de pactis l. Stichum §. Aditio ff. de solut. Et si fuerit hęres grauatus de restituendo quandiù hæres extiterit eatenus in suspenso remanebit actio quæ facta restitutione hęreditatis fideicommissario aduersus ipsum tamquam hæredem representantem personam fideicommittentis poterit exerceri Abb. in cons. 503. Pręterea num. 27. vol. 3. ita tamen vt pro credito suo liceat bona retinere ex l. Secunda §. primo ff. de hæreditat. vel action. vendit. Bart. in dicta l. debitori nu. 2. quem citat. in hoc proposito Petra de fideicommissis quęst. 15. nu. 5.
9 Nec obstat l. finalis Cod. de euict. † vbi actiones
possunt ipso iure proponi etiam nulla facta restitutione hęreditatis, quia per exceptionem tolli possunt l. Seia ff. de euict. l. venditrici Cod. de Reb. alien. non alienan. Alba in cons. 492. si verum est nu. 3. vol. 3.

Se-

Secundo adducunt non posse considerari, quod
pendente restitutione fideicōmissi, & hæreditatis
non potest dici, quod hæres sibi soluat; quia im-
possibile est, quod constet quam rem possideat de
10 bitor, ex eo quod res sit incerta ratione † loci, &
quotæ facit text. in l. 3. § Incertā ff. de acquiren.
possessione in tātum quod illius ꝑ incertitudinē
nemo potest esse dominus rerum, nec fructuum,
possessor l. traditionibus ff. de pact.

Nec verum est quod ex Bartolo inquiunt, qui
partes aduersas tuentur, quod creditor satisfece-
rit ex omnibus bonis hæreditarijs, quia hoc vide-
tur impossibile de iure maxime si creditum sit
modicum, & hæreditas opulenta.

Adducunt insuper non posse pro opinione con
11 traria allegari casus, & decisio Pauli de Castro †
in l. peculium autem ff de peculio, vt puta quia
ibi nihil debuisset vxor restituere quę omnia bo-
na sibi soluerat, & tamen admittit Castrens. vxo
rem solum creditum suum vna cum fructibus pos
se retinere, vt bene inquit D. à Petra, quia resi-
duum cum fructibus citra omnem dubitationem
restituere tenetur ex l. 3 §. mulier ff. de dote prę-
legata.

Et consequenter aiunt non fore recipiendum
Bartol. quod in omnibus bonis censeatur facta
solutio, & dum dixit ad l. si ei cui in § si is qui ff.
12 de euict. quod successio habet vim † solutionis,
& exactionis procedere inquiunt vbi non debet
fieri restitutio, & ita in cohærede, qui non est
grauatus.

Ad Argumentum verò quod facit Menoch.
13 in ista materia in consil. 183. † ex multis nu. 37.
vers. quoad credita volum. 2. post Socin. iun. in
14 cons 109. nu. 19. & 20. † quod scilicet diligen-
tia hæredis in soluendo de proprijs pecunijs ex
quo poterat tot bona insolutum dare creditori-
bus hęreditarijs, vel ea ad præmissum effectum
alienare non debet esse nocibilis, & damnosa.
Respondet Petra loco citato, quod ex quo hæres
soluendo ęs alienum de suo fuit in caussa ne tot de
bonis hęreditarijs venderentur, non datur conse-
quentia, quod propterea censeantur. ea bona ip-
si data insolutum, vel vendita. Et ita in simili
15 videmus quod soluenti debitum meum † datur
actio tantum ad repetitionem soluti, l. si pupilli
§. Item queritur cum §. sequenti ff. de negotijs
gestis, & vbi detur retentio ea competit pro tan-
tundem l. si quid possidere, & ibi Albericus nu. 2.
ff. de petit. hęredit.

Nec est isto casu habenda ratio alicuius inte-
resse quia nulla pręcessit interpellatio contra fi-
deicommiss. l. acceptam vbi Bald. & alij Cod.
de vsuris.

Hæc sunt fundamenta quibus insistit Petra in
ista materia, & alij citati quę fuerunt hoc ideo ad
verbū relata, vt sigillatim appareat de respōsione

Sed vltra pręmissa videbatur etiam mihi in hoc
proposito posse adduci quod sola pecunia est in
obligatione restitutionis sicuti enim ex l. secunda
§. mutui datio ff. si certum petatur certū est aliud
16 pro alio inuito creditore † solui non posse ita
è conuerso sumpto argumento à contrario sensu,
17 quod in iure † valet l. 1. §. Huius autem studij
ff. de offitio eius l. qui testamento §. mulier ff. de
testam. dicendum est, quod ex quo hæres soluit
in pecunia non potest fideicommissarium consti-
tuere debitorem in specie, sed tantum in ea quan

titate ita enim ratio æqualitatis seruandæ inter
debitorem, & creditorem dictitat, & contrariorū
suadet disciplina l. finali §. si filius ff. de legat. 3.
l. penult. §. fin. ff. si vsusfructus petatur l. penult.
ff. de rerum diuisione cum multis alijs.

Addo insuper ad comprobandam sententiam,
de qua supra iniquum videri, quod hæres graua-
tus de restituendo possit æs alienum soluere, &
18 bona hæreditaria insolutum capere † nulla facta
intimatione fideicommissario qui fortassis inter
pellatus potuisset pecunias offerre, & bona reti-
nere. Bart. ad l. in diē addicto. ff. de aqua pluuiæ
arcendæ vbi dicit quod in actu, qui voluntate per
19 ficitur, † vt venditio sine consensu eius ad quē
res peruentura erat prout ad substitutum non va-
let irreuocabiliter secus si iuditiali actu l. filius fa-
milias §. Diui in vltimo responso ff. de legat. 1.
l. nihil §. omnibus ff. eod. tit. l. peto §. prædium
ff. de legat. 2. Vnde ad euitandam iniquitatem
hanc venit concludendum non licuisse dicta bona
insolutum capere, onus enim legatorum ad fidei-
commiss. spectat l. 1. l. fin Cod. ad Trebellia-
num, & ibi doct. l. 1. §. si is qui quadraginta, &
l. Marcellus in principio ff. ad trebell. & ibi glo-
sa, & doctores facit ad propositum, quia hæres
20 grauatus † dicitur quodammodo vsufructuari'
quia proprietatem substituto, & fideicommissario
seruare tenetur, & ideo æs alienum primo loco
erit detrahendum per ipsum substitutum argu-
mento l. finalis ff. de vsu, & vsufructu legato, quod
autem assimiletur vsufructuario patet, quia hęres
21 grauatus tenetur instar † vsufructuarij inuenta-
rium conficere, & fideiubere de vtendo, & fruen-
do arbitrio boni viri, & de restituendo proprieta-
tem, & bona fideicommissi Bart. in l. in ratione
§. quod vulgo ff de vsu, & vsufructu legato nu. 2.
Vnde solet dici quod hęredes grauati debent esse
cauti de non dissipando, nec male vtendo bonis
subiectis restitutioni, quia de dilapidatis ratio-
nem reddere tenentur.

Vltimo loco adduco, quòd vbi admittatur fi-
cta illa solutio non potest negari quin præsuma-
tur quòd sit facta ipsi hæredi venditio per ipsum-
22 met iure creditoris, quo casu tenebatur saltem †
inuocare officium Iudicis vt substitutus qui Do-
minus dicitur ratum haberet contractum aliena-
tionis argumento eorum quę notantur in § si vnū
de prædictis versic. in huiusmodi vero auth. vt cū
de appellat. cognoscitur.

His tamen omnibus in contrariū non obstanti-
bus verior, & magis ęqua, & cōmunis opinio est
posse hæredem grauatum deductionem facere in
tot bonis ad valorem temporis quo facta fuit so-
lutio, pręsupponitur enim primo quòd ipsi D. Iu-
gales de Cauagnolijs tamquam hęredes instituti
ex testamento q. D. Dominici Martini tenebātur
ad restitutionem dotium D. Helenę, & solutionē
ęris alieni quòd erat hęreditati iniunctum, siqui-
23 dem hæres adeundo censetur cū † creditoribus
hęreditarijs, & legatarijs contrahere per text. in
§. hæres institut. de obligat. quæ ex quasi contra-
ctu nascuntur, ita enim in omnibus quoad debita
24 & credita hęreditaria hæres defuncti personam †
repræsentat. Vt sicuti pro credito hæreditario
agere potest, ita, & è conuerso creditoribus hære-
ditarijs satisfacere tenetur, l. cum à matre, C. de
rei vendicat. cap. fin. extra de solut. Quod proce-
25 dit etiam in hærede grauato qui in vita † sua

verus eſt hęres nõ vſufructuarius, ita not. Mathę
Politianus conſ.45. nu.4. inter conſil. vlt. volunt.
vol.1. prout infra latius deducetur, in ſolutione
contrariorum in fine in tantum quod vbi ſoluere
neglexerit poterunt contra eum exerceri reme-
26 dia iuris etiam † per miſsionem in poſſeſsionem
prout meminit Bart. ad l. ſi finita. §. idem Iulia-
nus ff. de damno infecto.

Præſuppoſito igitur, quod D. hæredes p̃dicti ſa-
tisfacere tenebantur creditoribus hæreditarijs
prout negari non poteſt. Sequitur alia concluſio
quòd etiam potuerunt creditoribus quantitatis
poſtquam apparet ex inuentario confecto nullas
fuiſſe repertas pecunias in hæreditate res hæredi-
tarias pro pecunijs inſolutum dare ad eorum e-
27 lectionem. l. fin. §. ſi præfatam † C. de iure deli-
berandi ibi ſatisfaciant ex hæreditate defuncti,
vel ex ipſis rebus, vel ex earum forſitan venditio-
ne. Natura enim illius dictionis alternatiuæ, vel
operatur q̃ electio eſt ipſius debitoris, l. plerũq; ff.
de iure dotium, ita eum textũ interpretatur Bart.
& poſt eum Marcus Angel. de Peruſio. in conſ. 84.
nu.5. & 6. conſil. vltim. volunt. vol.1.

Hoc ſecundo medio admiſſo in propoſito no-
ſtro cadit etiam alia concluſio, quòd ex quo in
creditores hęreditarios potuiſſent Domini Iuga-
les de Cauagnolijs bona alienare, non videtur
poſſe eleuari aliqua ſaltim ſufficiens conſideratio
quominus potuerint ex proprijs pecunijs ipſis
28 creditoribus ſatisfacere, & bona † hæreditaria
retinere ita vt eo caſu ficta ſaltem, & imaginaria
cenſeatur emptio inducta. Videtur in terminis
probari concluſio poſita ſiue perſona defuncti,
cui dicti D. Iugales ſucceſſerunt ſpectanda ſit, ſiue
conditio ipſorum hæredum grauatorum atten-
denda veniat namque primo caſu cenſendũ eſt,
29 quòd teſtator non obſtante fideicommiſſo † vo-
luerit æs alienum perſolui de bonis hæreditarijs
juxta not. ad l. filius familias §. Diui, de legat.1.
Atqui veroſimile eſt, quòd teſtator maluerit bo-
30 na remanere in perſona hęredum grauatorum †
quàm in extraneis ſi euim ſaltem tacitam vide-
tur dediſſe facultatem hæredib⁹ grauatis, vt in ex
traneos alienent bona hæreditaria pro ſolutione
æris alieni, multo magis cẽſetur diſpoſuiſſe, quòd
vbi hæredes voluerint de proprijs pecunijs ſol-
uere ſibi ipſis ſatisfaciant in tot bonis hęreditarijs
quę alias fuiſsẽt diſtracturi; magis enim dilexiſſe
præſumitur hæredes ipſos quàm extraneos, arg.
tex. in l.3. in princip. ff. de tutelis. gloſ. in l. 1. C.
de curat. furioſi, & in l.1. in verbo curatorem. ff.
eod. l. ſcripto. ff. vnde liberi. l. cum auus. ff. de cõ-
dit. & demonſtr. l. cum acutiſs. C. de fideicõmiſ.
l. generaliter. §. cum contra C. de inſtitut. & ſub-
ſtitut. ſemper enim ſpectamus ad quod veroſimi-
31 liter teſtator † interrogatus reſpondiſſet. l. Ti-
tius, §.1. ff. de lib. & poſthum. faciunt notata per
Alex. conſ. 66. vol.2. Cephal. conſ. 530. num. 11.
volum.5.

Conferi, & nõ mediocriter ad hoc propoſitum
quia quod fuiſſet facturus ipſe teſtator ſi viueret
32 cenſetur voluiſſe hęredem † quoque ſuum face-
re. l. quod ſeruus, ibi, Nam & ſi viuus. ff. de condit.
& demonſtrat. atqui ſi viueret teſtator vtiq; ſi pe-
cunia ſibi fuiſſet per ſolutionem fiendam in eis
bona propria quodammodo recuperaret, & exi-
mendo ab obligatione emeret nimirum ergo eſſe
non debet id ita licere hæredi inſtituto hoc eodẽ
33 genere argumenti vtitur Cephalus in † conſil.
574. nu.13. vol.5. facit ad hoc propoſitum tex. in
l. hęredem. ff. de regulis iuris. l. ſi is qui pro em-
ptore ff. de vſucap. verſic. Vice perſona fungi vbi
34 dicitur quod hęres † eſt vice defuncti.

Nec videtur extra propoſitum allegata con-
cluſio quandoquidem voluit Bald. ad l. fi. §. in cõ-
putatione C. de iure deliberandi nu.4. & in l. de-
bitori de pactis, quòd hęres poteſt ſibi ipſi ſoluere
35 † eligendo rem in qua vult ſibi eſſe ſolutum pro
debito per textum ad l. creditor. arbitris. ff.
de diſtract. pignor. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad
Trebell. ita in hoc propoſito hunc text. allegat Pe-
regrinus de fideicommiſsis artic.35. licet in meo
36 Codice legatur ſub artic. 31. † propter errorem
impreſsoris n. 14. Hondedeus in conſ.58. nu.27.
Rol. de confect. Inuẽtarij par.4. in x. vtilitate n. 7.

Quod etiam ex perſona dominorum hęredum
grauatorum pręſupponẽdum ſit ſolutionem per
eos factam fuiſſe non animo recuperandi ſolam
pecuniam à fideicommiſſarijs, ſed animo capien-
di tot bona hæreditaria inſolutum, ſuadetur quia
in facto mihi fuit præſuppoſitum factas fuiſſe con
cludentes probationes quod de tempore ſolutio-
num factarum ſoliti erant ipſi Iugales pecunias
37 implicare in tot bonis ſtabilibus † itaut veroſi-
militer etiam eo tempore fuiſſent dictas pecunias
implicaturi, valet enim argumẽtum à ſolitis l.2.
§. merito. ff. ne quid in hoc publ. fiat l. certi condi-
tio. §. ſi nummis. ff. ſi certum petatur. Bart. in l. ſi
librarius. ff. de reg. iuris.

His omnibus fundamẽtis ſic peractis cadit ſub-
38 ſequens concluſio, quòd deductio æris alieni †
ſoluti fit in bonis hæreditarijs ſecundum tempo-
ra ſolutionum non autem reſtitutionis fideicom-
miſsi, ita voluit in indiuiduo Peregrinus loco ci-
tato ſub nu.12. vbi dicit quod quęſtio hęc ſæpiſ-
ſimè contigit in magnis cauſis fideicommiſſarijs
Patauij, & obtentũ fuit quo ad credita propria
hæredis grauati ſpectandũ eſſe tẽpus mortis, quo
verò ad ſoluta creditorib. hęreditarijs obſeruãda
eſſe tempora ſolutionum, & nu. 20. ſubdit quod
ſententia contraria communi intentioni ex ratio
nibus prædictis non eſt recipienda, inquiens
iterum ſecundum primam ſententiam fuiſſe in-
dicatum.

In hanc eandem ſententiam veniſſe reperio
Caſtren. ad l. peculium autem ff. de peculio, & in
conſ. 77. vol.1. Vincentium Hondedeum in conſ.
58. nu. 28. Illuſtriſs. Cardinalium Manticam de
coniecturis vltimarum volunt. tit.7. nu. 15. Socin.
iunior in conſ.109. num.19. & ſeq. vol.1. in conſ.
170. num.5. & ſeq. vol.2. & poſt eum D. Menoch.
in conſ.183. nu.35. & 37. vol.2. quam ſententiam
comprobat in conſ.292. nu. 20. vol. 3.

Plura ſunt iura, & rationes quibus communis
hæc opinio fundatur, & tanquam magis ęqua, &
veridica ſuſtinetur, & inter cęteras conſideratio-
39 nes ea prima eſt, quia hæreditatis calculus † re-
fertur ad tempus mortis teſtatoris ſiue cum hære-
de falcidio agatur. l. quantitas ff. ad l. falcidiam. §.
quantitas inſtit. eodem ſiue de detractione tre-
bellianicę agatur l. qui ita §. ſi damnum. ff. ad tre-
bel. Bart. ad l. ſi hęres pecuniam. ff. eod. Peregri-
nus loco citato num. 13. Hæreditas enim, & bona
40 non dicuntur niſi detracto † ęre alieno l. ſubſi-
gnatũ §. bona ff. de verbo. ſignif. Paulus de Caſtro
ad l. ita tamen in §. ſi ex trebelliano. ff. ad trebel.

&

Et propterea dixit idem Castrens. in l. ab omnib.
in §. fin. ff. de legat. 1. quod detractio quam facit
hęres grauatus de bonis defuncti pro suo credito
non facit minus restitui vniuersale fideicommis-
sum, præsumitur enim ex voluntate testatoris, q
tale æs alienum detrahatur, & propterea dixit
Socin. Iunior in citato cons. 109. num 19. quòd si
fuerit relictus alicui vsusfructus poterit proprie-
tarius æs alienum in hęreditate relictum de pro-
pria pecunia soluere, & tot bona testatoris inso-
lutum capere, & illorum fructus percipere, ita vt
non dicatur diminutus vsusfructus ea potissima
ratione quia consideratur hęreditas de tempore
mortis testatoris ære alieno deducto, & ideo in
proposito dicitur, quod fideicommissarius non
grauatur si talem recipiat hæreditatem qualem
habuisset tempore mortis defuncti.

Secundo consideratur in proposito per Socin.
41 Iuniorem in allegato consilio 109. † nu. 19. &
sequenti vol. 1. quem refert, & sequitur Meno-
chius in dicto cons. 183. nu. 37. quod cum potue-
rint hæredes grauati vendere partem bonorum
hæreditatis pro solutione legatorum, ac dotium,
æris alieni per l. filius familias §. Diui ff. de lega
tis primo, & non vendiderint sed ex suis pecunijs
proprijs soluerint eaq; bona conseruauerint se-
quitur quod hæc ipsa hęredis diligentia eis detri
mento esse nō debet, prout esset vbi ita pecunias
suas inutiliter erogassent quare dicendum est ip-
sos hęredes ita soluendo, emisse quodammodo
bona hæreditaria cum prætium quo itent credi-
toribus satisfactum numerauerint.

Tertio cogitabam dum ab initio fuit mihi quæ
stio proposita ita fore concludendum licet post-
modum reperuerim fundamentum hoc tactum
per eundem Menochium loco paulò ante citato
sub num. 36. ex ea Doctorum decisione quod cre
42 ditor debitori succedendo † regulariter facit
fructus suos vt puta quia eos ex re quę fingitur in
solutum data percipiat vt not. Socin. in locis præ
allegatis. Alciat. in responso 572. ad finem, ergo
dicendum videtur quod statim consequitur cre-
ditor partem illorum bonorum iuxta æstimatio-
nem illius temporis alias male fructus suos fecis-
set. Cui negotio plurimum conducit Doctrina
Bart. ad l. si ei cui in §. si is qui ff. de euict. dum
inquit quod successio vim solutionis, & iuditialis
exactionis habet ex quo datur intelligi quod præ
43 sumitur in creditore imaginaria † quædam em
ptio, prout fussius demonstrabitur in solutione
primi contrarij.

Quarto loco adducit Menochius fundamentū
pro ista opinione quod multum stringit, dum di-
cit quod ad eum pertinet augumentum ad quem
44 pertinuisset diminutio, † & damnum vulgata l.
secundum naturam ff. de regul. iur. l. sed si quid,
& l. miles ff. de euictionibus cum ergo bonorū hæ
reditariorum si fuisset diminutus valor periculū
damnumq; pertinuisset ad hæredes grauatos vt
puta quia eorum culpæ esset ascribendum quod
de eo tempore tot de ipsis non vendidisset, & sibi
ac cęteris satisfecisset, dicendum est similiter con
tingens argumentum ad eos spectare.

Addo ego pro comprobatione præmissorum,
quod isti Domini hæredes grauati habent illam
parté bonorū non ex prima caussa, & ita ex testa-
mento sed ex proprio eorum facto, vnde ad illo-
rum restitutionem non tenentur argumento eo-
rum quæ not. Bartol. ad l. in diem addicto. ff. de
aqua pluu. arcenda. Decius in consil. 238. num. 4.
& Grat. responso 160. in finalibus verbis lib. 2.
vbi dicunt prędia alias distracta per testatorem
45 † cum pacto de retrouendendo per hæredem gra
uatum recuperata hoc ideo spectare fideicommis
sarijs, quia ad hęredem grauatum venisse dicun-
tur ex caussa prima.

Vlterius adduco quod qn̄ res proposita in casu
nostro sic se haberet, quod tn̄ nō est firmandū ad-
huc decisio deberet fieri pro hęredibus grauatis
non fideicōmissarijs, ea potissimū ratione quod
46 ipsi D hæredes tractant † de damno vitando, &
fideicommissarij de lucro captando, magis enim
succurrendum fore tractantibus damnum euitare
quàm lucrum facere iuris dogmata dictitant l.
errore ff. de iuris, & facti ignorantia l. finali C.
de codicillis. Ripa ad l. 3. nu. 12. ff. de Damno
infecto.

Præmissis igitur sic stantibus reliquum est, vt
obiecta tollantur, & propterea dicendum est, cum
Peregrino loco citato non obstare, quod primo
loco dicebatur de l. Vranius ff. de fideiussoribus,
quod actio, & passio non possint cadere in eodē
47 subiecto ita vt hæres sit eodem tempore, & in ea-
dem caussa debitor, & creditor. Actor, & reus, ita
vt dicantur actiones confusę. Vel secundum ali-
quos extinctę in tantum quod facta restitutione
hæreditatis reuiuiscant. Quia respondetur multi
pliciter. Et primo quod imo, quod stante con-
clusione de qua supra statim quod hæres sit credi-
tor hæreditatis lex fingit ex necessitate solutio-
nem quandam breui manu sibi ipsi per hæredem
factam iuxta Doctrinā Bart. quod successio vim
solutionis, & iuditialis exactionis vices obtinet,
vt not. ad l. si ei cui § si is qui ff. de euict. Bartol.
Imol. & Castrens. ad l. Stichum §. Aditio ff. de
solution. Vnde infero quod ex quo lex fingit ea-
dem dicitur operari, & perinde censetur, ac si lex
animata, vt puta ipse Iudex insolutum daret, &
consequenter ipsa pars debitrix cum factum Iu-
48 dicis † habeatur pro facto partis l. si ob caussam
Cod. de euictionibus, & propterea dum inquiunt
49 doctores actiones confundi, † & seu extingui ip
simet declarant hoc procedere pręsumptione so-
lutionis ita Doct. ad dictam l. Stichum in §. Adi-
tio, & Socin. Iun. in citato cons. 170. nu. 5. vol. 2.

Secundo adduco quod in casu nostro in quo mi
hi pręsupponitur fuisse per D. Iugales de Caua-
gnolijs aditam hęreditatem dicti q. Dominici
non potest considerari actio, & passio in eodem
subiecto, hæres enim, qui inuentarium confecit
50 duas personas representat † suam videlicet, &
defuncti testatoris. Rol. de confectione inuenta-
rij in 4. parte vtilitate 10. post num. 7. vbi dicit
quod ideo respectu personę defuncti non dicitur
sibi ipsi soluere sed hæreditatem sibi debere facit
text. ad l. fin. §. in computatione Cod. de iure de
liberandi, & subdit hoc comprobari, quia bene-
ficium Inuentarij. (Et hæc est optima ratio) ope
51 ratur ne hęres † in aliquo damno constituatur
dicta l. fin. §. & si pręfatam, & propterea sua actio
non pręsumitur extincta Bart. in dicto §. In com-
putatione vers. quero quid si defunctus, Beneficiū
enim Inuentarij quoad omnes effectus in quibus
aliqualiter potest hęres grauari prodest Angelin.
cons. 209. nu. 2. vers. Illud tamen vbi singulari-
ter limitando conclusionem, quod actione credi-

51 toris † confundantur hereditatis aditione inquit
eam oon procedere vbi quis heres est cum bene-
ficio l. & inuentarij.

Ad id quod D. Petra adduxit d. l. 3. §. incer-
tam. ff. de acquirenda possessione. Respondet
Peregrinus dicto artic. 35. nu. 21. quod ficta illa
solutio non facit hæredem pro suo credito Dñum
alicuius rei particularis, quia non copora minuit
sed hæreditatē in vniuersū Castrens. ad l. si is qui
ff. de conditionibus, & demonstrationibus, & pro
53 pterea intero ego quod ille textus §. incertam †
& Doctores ex aduerso allegati, non procedunt in
eo qui ex alio titulo repetiuntur in possessione,
& penes quem erit fructuum perceptio, & ita in
casum concesse retentionis, similiter etiam respō-
detur ad id quod fuit obiectum fore impossibile,
quod ex omnibus bonis sibi satisfaciat hæres cre-
ditor, quia vt dictum fuit fit diminutio totius cor
poris hæreditatis quę est vniuersitas quędam tex
tus est in l. fideicōmissum §. tractatū ff. de Iudic.
l. cogi §. inde quæritur ff. ad trebell.

Ad locum Castrensis in l. peculium l. 2. ff. de
54 peculio respondet † Idem Peregrinns loco præ-
dicto hoc est nulla alia ratione creditum suum
posse vnà cum fructibus mulierem rettinere nisi,
quia ipsa sibi soluisse videtur oon autem fauore
dotis vt pręsupponit D. Petra.

Nec subsistit intelligentia quę datur ad Doctri
nam Bartoli, quod successio habeat vim solutio-
55 nis, & iuditialis † exequutionis vt not. l. si ei
cui §. si is qui ff. de euictinn. vt scilicet procedat
in eo hęrede, qui nō est grauatus, quia vltra quod
generalis est doctrina ita vt generaliter sit intelli-
genda Respondetur etiam quod nulla ratio diuer
sitatis potest considerari magis in vno casu, quam
in alio ita vt ex idētitate rationis haberet subsiste
56 re † idem ius per l. illud ff. ad l. acquil. quinimo
etiam vbi posset dari aliqua diuersitas per eam
inducitur argumentum à fortiori ita vt si io casu
hęreditatis restituendæ pręsumitur solutio quar-
57 to fortius venit præsumenda † solutio vbi resti-
tui deberet hęreditas cum maior sit stimulus be-
ne gerentium negotia sua eo casu sibi satisfieri ad
notata in l. cum de indebito. ff. de probation.

Non facit responsio data quod diligentia hære
dis grauati in actu solutionis quā facit de proprio
non tribuat consequentiam quod censeantur bo-
na hæreditaria data in solutum vt voluit Socinus
& Menochius in locis citatis, quia respondetur,
quod imo ex ea diligentia potest pręsumi quod
noluerint hæredes expectare tempus restituendę
hæreditatis ne minor cadat diligentia in reci-
pienda satisfactione quam in assumendo onus
soluendi pro alio, & propterea iure merito addu
xerunt Menochius, & Socinus diligentiam ipsam
ad fortificandā eam solutionem, quam finxit lex.

Ad id verò quod opponitur de l. si pupilli §.
58 Item quæritur cū §. sequenti † ff. de negot. gest.
respondet Peregrinus, & optimè quod in casu di-
cti textus soluens non sustinet personam debito-
59 ris, vt hæres, & propterea tamquam ex diuersis †
non potest fieri illatio l. Papinianus exuli. ff.
de minor.

Quod autem obijcitur de omissa interpellatio
ne per l. acceptum vbi Baldus, & alij Cod. de
vsuris respōdetur, q ex eo, q lex fingit solutionē
statim facto credito vis. dictum fuit non erat opus
aliqua interpellatio, quia non vt interesse conse-
quitur valorem bonorum de tempore solutionis
factæ sed tamquam emptor ea bona habet quo
casu iuuat adducere non admitti quod emens re-
spectum habuerit ad tempus futurum iuxta no-
tata per Doctores ad l. Paulus. ff. de solution.
similiter respondetur ad l. secundam in §.
60 mutui datio. † ff. si certum petatur, & ad argu-
mentum quod inde sumitur quòd hæres graua-
tus de restituendo non erat debitor fideicommis-
sarij sed hæreditatis, & ideo facta solutione quā
lex finxit nihil amplius, habet agere cum fidei-
commissario. Vnde non consideratur quòd is so-
lum cogatur in specie iam etenim facta præsumi-
tur solutio, & creditum extinctum per regulam
61 quod solutione eius quòd debetur † tollitur
omnis oblig. institut. quibus modis tollitur obli-
gat. in primis, & per istam responsionem potest
etiam satisfieri ad id quod opponitur ex Bartol.
ad l. in diem addicto. ff. de aqua pluuia. arcenda.
vltra quod ibidem fit sermo de eo qui habebat
ius in re quòd non potest fingi in casu nostro, quia
fideicommissi restitutio non amplectitur ęs alie-
num vt sup. susius dictum fuit, & potest hæres sol-
uere seu satisfacere de rebus hęreditarijs credi-
toribus hæreditarij sex citata l. fin. §. & si pręfatā.
C. de iure deliberan & ibi Doct. cui negotio plu-
rimum etiam cōducit dispositio textus ad l. ante
62 restitutam ff. de solut. † & ibidem tradita, & fa-
ciunt notata per Bald. in l. quotiens ab omnibus
in primo notabili C. de fideicommi. dum dicitur
quod potest transigere hæres etiam in præiuditiū
63 fideicommissarij dummodo † bona fide transi-
gat. Inquit enim textus in dicta l. ante restitut.
quod priusquam fiat restitutio fideicōmissi ratæ
habeodę sunt solutiones, & liberationes factæ ab
64 hęrede † ad quem spectat legata præstare §. 1.
instit. de legatis, & id quòd dicitur onus legato-
rum spectare ad fideicōmissarium procedit quia
fideicommissarius fingitur soluere, quia fit detra
ctio de bonis quę alias ad ipsum spectarent, nec
admittitur comparatio facta de hęrede grauato
ad vsufructuarium quia ex diametro diffinit.
Si quidem durante vita verus hæres est qui gra-
uatur de restituendo, vt voluit Mathæus Politia-
nus in cons. 45. nu. 4. inter cons. vlt. volunt. vol. 1.
Vbi propterea infert quod creditores hæreditarij
65 possunt agere aduersus hęredem grauatum, vt sa-
tisfaciat, & in ipsius contumatia recurritur, ad for
tiora remedia iuris, vt per Bart. ad l. si finita. §.
Iulianus. ff. de damn. infect.

Ex quibus liquido apparet deductioné faciē-
dam esse io tot bonis hæreditarijs iuxta valorem
temporis solutionum factarum ad commodum
D. Pauli Cauagnolij pro quo ita iuris esse ceoseo.

Dum post hæc scripta mea venirent ad manus
Decisiones Surdi reperio fuisse per Senatū Man-
tuanum prout supra consului, & conclusum, &
decisum, vt testatur Surdus in decis. 224. vbi con-
clusionem in fortioribus etiam terminis proce-
dere inquit in casu, scilicet vnius ex cohęredibus
qui non solum pro portione sua verumetiam, &
pro portione aliorum vniuersaliter satisfecerit.
Rol. Cauagnol.

1599. Die 14. Aprilis, fuit vt supra cōtinetur
66 pronuntiatum, & decisum † per D. I. C. Andreā
Beccarium Consultorem assumptum.

Circa conclusionem factam quod hęres gra-
uatus de restituendo potest sibi ipsi satisfacere,

nota.

nota, quod si tutor qui creditor fuerit pupilli po-
67 terit sibi ipsi soluere † l. quoties §. item si tem-
pora l. ff. de administ. tutor. l. cum hæreditas in fi.
ne. ff. eod. quinimo, & quilibet administrator,
poterit sibi soluere sicuti a lij Baldus in l. cū ipse
C. de contrah. empt. l. diuortio. §. illum autem
ff. de negot. gest. & ibi glos. in verbo posiit mul-
to magis hoc licebit hæredi, sic probat Surdus in
cons. 253. D. Margarita nu. 16. vol. 2. Rol. Cau.

Numero 50.

Ibi, (Et Phanutius in tractatu de inuentario pag. 57. nu. 41. debet legi Phanucius in tractatu de inuent. in 7. par. nu. 46. Iac. Menoch.

Ad Consil. 184. Respondendum est hac de dubitatione.

SVMMARIVM.

1 *Donatio non valet nisi facta fuerit reseruatio de aliquibus bonis.*

2 *Reseruatio in donatione semper intelligitur facta de his bonis, quæ non veniunt in generali obligatione, & de quibus testator non potuit disponere.*

3 *Reseruatio vsufructus an sufficiat ad conualidandum donationem.*

Numero primo.



AD materiam istius consultationis accedit Cœphali cons. 485. Mag. D. Io. Franciscus libr. 4. nu. 124. & sequentibus, vbi similiter dicit
1 donationem non valere † nisi facta fuerit reseruatio de aliquibus bonis, & numero 133. & sequenti dicit quanta esse debeant bona reseruata. Iac. Maynold.

Sunt tamen nonnulli, qui dixerunt valere donationem omnium bonorum tam præsentium, quam futurorum nulla facta expressa reseruatio-
2 ne, quia scilicet tacite censeantur † exceptæ tes expressæ in l. obligatione generali cum sequenti ff. de pignor. vnà etiam, & illæ, de quibus testator non potuit disponere, quia non videntur venire in donatione. Mathes. singulari 136. Guid. Pap. singul. 588. Rol. Cauagnol.

Numero 4.

Ibi ascendere debere legendum est, extendi debere. Iacob. Menoch.

Eodē numero ibi (nisi fructus ipsi tenues sint.) Adde Crauettam in cons. 222. Vide clarum in §. Donatio q. 19. Rol. in cons. 39. lib. 1. post Bartolum in cons. 76. Donatione autem facta reserua to vsufructu, ad quem pertineant fructus existentes de tempore mortis donantis vide Francum. decis. 168. parte prima. Rol. Cauagn.

Numero 7.

Ibi verum hac in re, vide Curt. Iun. in cons. 25. habita diligenti, & consil. 210. in facto num. 6. Cagnol. in d. l. vltima nu. 210. Iac. Menoch.

Numero 9.

Ibi (reseruatio vsusfructus non sufficit ad con-
3 ualidandum donationem † omnium bonorum Celsus Hugo in consilio 37. in facti contingentia numero 5. Iac. Menoch.

Ad Consil. 185. Dubitatio proposita plura habet capita.

SVMMARIVM.

1 *Bursatus in consilio 280. libro tertio non recipitur a Menochio.*

Numero primo.



COmprobatur hoc responsum in consil. infrà 218. superiori anno
1 lib. 3. & si Bursatus in † consil. 280. consului superioribus lib. 3. contrarium responderit, & infrà in cons. seq. Iac. Menoch.

Scripsit etiam de hac causa Bursatus in consil. 14. lib. 1. has consultationes diligenter perpendendo pro eo quod pertinet ad confiscationem præsuppositam ob heresim, & incapacitatem succedendi ob eam, facilius descendo in sententiam Bursati, in iam d. cons. 280. per rationes, & iura quorum ibidem meminit, n. 40. & infra. Rol. Ca.

Numero 4.

Ibi, (Boerius q. 65. nu. 3.) & scripsi in cōmentarijs de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 9. num. 13. Iacobus Menochius.

Numero 8.

Hanc materiam de bonis hæretici occulti latè tractaui in meo Theatro criminali, de hæreticor. pœnis, quæst. 6. vbi articulum examinaui ad partes. Rol. Cauagnol.

Numero 22.

Ibi, (Censeatur etiam ei restitutum legatum, vide in consilio sequenti col. 2. in 2. dubitatione. Iacobus Menochius.

Ad Consil. 186. Habet hæc consultatio.

SVMMARIVM.

1 *Hieronymus Gabriel. in consi. 134. lib. 2. consuluit contra Menoch. consi. 186.*

2 *Aditio hæreditatis an arguatur ex eo, quod quis dixerit velle adire.*

3 *Aditio hæreditatis inducitur per eos actus, qui non possunt fieri citra ius, & nomen hæredis.*

4 *Aditio regulariter non præsumitur in hærede non suo.*

5 *Aditio hæreditatis an præsumatur ex impensa funeris.*

6 *Aditio hæreditatis an probetur ex supplicatione.*

7 *Aditio hæreditatis requirit animum.*

8 *Verbum volo iniunctum infinitiua indicanti alium futurum actum, nihil perfectum disponit.*

9 *Agens liberum in continenti agit.*

10 *Aditio hæreditatis requirit speciale mandatum.*

11 *Immixtio in bonis, an probet additionem in bonis hæreditarijs.*

12 *Bona primogenituræ obnoxia in præiuditium dumtaxat contrahentis possunt obligari, non autem in præiuditium eius, ad quem primogenituræ successio pertinet.*

13 *Ius primogenituræ non est cessibile.*

14 *Vocato propter mortem contrahentis licet non competat administratio bonorum, ei tamen non deficit ius super eis.*

15 *Bono in dubio præsumuntur possessa ex titulo præambulo.*

16 *Pluralitas rerum præsumitur.*

17 *Non procedit respectu certorum corporum specifice nominis.*

18 *Paria sunt quid exprimere specificè, vel genericè quando ad speciem genus refertur.*

19 *Sententia quando subiaceat vitio nullitatis.*

20 *Sententia lata sine citatione ad ius est nulla.*

21 *Aditio præsumitur per habitationem domus, & per possessionem aliorum bonorum quæ fuerunt relicta in bonis, & hæreditate defuncti patris.*

22 Falli

22 *Fallit quando dicta bona fuissent obligata pro restitutione dotis maternæ num. 11. fallit etiam quando bona fuisseat possess. iure legitimæ num. 22*
23 *In dubia præsumitur quis facere actum ea meliori modo, quo sibi vtilior est.*
24 *Actio in rem debet institui in loco vbi stat res.*
25 *In actione personali Reus debet conueniri in loco domicilij.*
26 *Instrumentum plenam fidem, euidentemq; probationem facit.*
27 *Defuncti voluntatem non obseruans priuatur omni commodo hæreditario.*
28 *Maioratus possessor tenetur ex fructibus bonorum maioratus fratrem, seu nepotem, vel patruum naturalem alimentare.*
29 *Ampliatur si obijciatur quòd bona primogenitura possideantur iure sanguinis nō iure hæreditario n. 30.*
31 *Circuitus est euitandus.*
32 *Hæres factum defuncti impugnare non potest, sed ad illius obseruantiam cogendus est.*
33 *Hæres adeundo hæreditatem cum legatarijs, & creditoribus contrahere videtur.*
34 *Hæres in maioratu tenetur ad debita contracta per prædecessorem etiam pro suis necessitatibus, nulla habita consideratione maioratus. Amplia quòd nulla debet fieri distinctio an venerit ad maioratum iure sanguinis, vel iure hæreditario, nu. 35.*
36 *Hæres adita hæreditate verbis, & factis amplius non potest desinere esse hæres.*
37 *Testatoris hæres esse dicitur, qui declarat se hæredem hæredis.*
38 *Hæres hæredis factum defuncti adimplere tenetur.*
39 *Hæres hæredis potest per Iudicem cogi ad faciendum verbalem restitutionem fideicommissi.*
40 *Aditio hæreditatis potest fieri verbis.*
41 *Aditio hæreditatis quomodo probetur.*
42 *Hæres bona hæreditaria possidens, hæreditatem adiuisse dicitur.*
43 *Aditio hæreditatis in suis hæredibus præsumitur, & non est probanda.*
44 *Bona hæreditaria allegans se possidere ratione hypotecæ tenetur probare.*
45 *Cautio vt filius liberetur a præsumptione possidendi hæreditario nomine.*
46 *Protestatio requiritur antequàm fiat immixtio hæreditatis.*
47 *Fructus percepti ex bonis primogenituræ suppositis, sunt obnoxia solutioni æris alieni defuncti.*
48 *Hæreditas dicitur adita per consumptionem fructuum per defunctum relictorum.*
49 *Aditio inducitur per transactionē factā cū legatarijs.*
50 *Abstentio ab hæreditate quando censeatur facta in fraudem creditorum.*
51 *Preces porrectæ porrigentis voluntatem declarant.*
52 *Pignora in bonis debitorum dicuntur.*
53 *Protestatio contraria facto inualidat actum qui subsequitur protestationem non procedit quādo actus contrarius cum alio celebratur. nu. 54.*
55 *Filius dicitur suus hæres.*
56 *Hæres qui semel fuit non potest amplius desinere esse hæres.*
57 *Qui prior est tempore potior est in iure.*
58 *Subrogatum sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur.*
59 *Hæres per aditionem hæreditatis insolidum creditoribus obligatur.*
60 *Inuentarij confectio quare fuit introducta.*
61 *Pater in bonis filij habet vsumfructum quem distrahere potest filio reseruata proprietate.*
62 *Res probatur duobus confinibus vbi coherentia sunt certa.*
63 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
64 *Cohærentia quæ datur de via publica, seu flumine certa non videtur.*
65 *Declaratur §. fi. l. cum seruo Dominus ff. de contrahen. empt.*
66 *Demonstratio frustra adijcitur rei demonstratæ.*
67 *Nihil tam naturale est quā quod eo vinculo quo quid ligatur, eodem possit solui.*
68 *Causa alimentorum summariè est tractanda.*
69 *Iudex procedens ad vlteriora non obstante exceptione declinatoria opposita, videtur tacitè pronuntiasse super ea.*

Numero primo.



Ro materia istius Consilij, vide præcedens Consiliū. Iac. Menoch. Contra Menochium, vide Bursatum in consilio 280. Consului superioribus lib. 3. & Hieronymū Gabriellium in cons. 134. †
1 Quęstio proposita est difficillima lib. 2. Iac. Maynold.

Numero 2.

Versic. secunda est dubitatio, vide supra in pręcedenti consilio nu. 22. vers. Altera est. Iac. Men.

Numero 26.

Ibi (si quis dixit se velle adire hæreditatem, & deinde infrà tres menses sua hęc verba non re-
2 uocauit † dicitur verè adiuisse.) apud me ista opinio nō subsistit, quia ista solemnitas aditionis tamquam extrinseca non præsumitur, & illa declaratio velle adire ex cursu temporis non recipit perfectionem. Certum est enim verba ipsa denotare solam voluntatem adeundi non actum aditionis, qui requiritur necessario, nec illi satisfit, dùm dicitur velle adire nisi aliqua præcedant, quia verba ipsa non denotant liberum agere, ex notatis per Bologninum ad l. Qui se patris Cod. Vnde liberi numero 56. in proposito tamen crediderim eadem verba satis operari si probatum fuerit postmodum posidere bona hęreditatis,
3 vel aliquos alios actus fecisse, etiam † quòd tales fuerint, qui potuissent fieri citrà ius, & nomen hęredis, & ita per istam rationem dixi in causa pendenti inter Dominos Tarachias, & Dominos Caloros, quod mater Domini Theodori non probabatur adiuisse filij hęreditatem,
4 cum enim aditio regulariter in hęrede † non suo non præsumatur, tanquam quid facti l. in bello §. facta ff. de cap. & postlim. reuers. l. necessarijs, & ibi Bartol. ff. de acquit. hęredit. quem in proposito allegat Natta consil. 398. Reuer. quon. D. num. 44. facit tex. in l. & si quis §. Pleriq; ff. de
5 Religios. & sumpt. fune. vbi dicitur † quod ex impensa funeris aditio non præsumitur. Bald. in cons. 382. num. 2. & cons. 437. num. 2. vol. 3. in tantum quod qui eam adducit probare tenetur. Signorol. de Homodeis cons. 154. num. 4. tanto magis in casu nostro, in quo Pars Actrix illi actui aditionis innititur iuxta l. ei qui ff. de Probat. & l. actor quod asseuerat Cod. eod. Bartol. in l. pro hærede in princip. circa finem ff. de acquir. hæreditate in puncto. Ferdinandus Thieneus in cons. 127. Cor mundum crea num. 44. inter consil. vltimar. volunt. lib. 2. Gail. obseruat. 128. lib. 2. Crauet. conf. 197. nu. 5. & Dec. cons. 651. nu. 9.

vbi di-

vbi dicunt quod creditores agentes contra hære-
des aditionem hæreditatis probare tenentur, &
quidem plene, & concludenter Craueta conf. 33.
nu. 2. & conf. 37. nu. 4. alias non probat l. neque
Natales Cod. de probation.

Hoc igitur processu diligenter ruminato nulli-
bi reperio probari actũ aditionis prædictæ, quod
licet Pars aduersa prospiciens, & ad id monita ex
oppositionibus factis dixerit aditionem ex preci-
bus porrectis S. A. sub die 22. Iunij 1604. quæ le-
guntur in dicto processu fol. mihi 96. sub illis ver
6 bis † la Signora Cornelia Calora Zabaldana ha
lite con soi filioli del primo marito per l'admini-
stratione, ch'il loro padre fece de beni spettanti á
lei, come herede del fù Signor Mercurino Zabal-
dano suo Padre, & è per trattarne anco vn'altra
cõtro d'essi per la ragione ch'hà ne'beni del fù Si-
gnor Theodoro suo figliolo.

Sed ea verba dubio procul aditionem hæredita
tis minime arguunt, licet enim dixerit, mater
quod erat institutura aliam litem contra filios
suos ex iuribus quę habebat in bonis q. D. Theo-
dori eius filij, non ideo infertur quòd hæredem se
declarauerit, vel primo quia ille sermo non con-
cludit de iuribus ex caussa successionis, quare cũ
aditio, vt iam dictum fuit debeat probari conclu-
denter. Et certitudinariè, non autem per possibi
le merito potest obijci non probat hoc esse quod
ab hoc contingit abesse vulgata l. neq; Natales
Cod. de Probation. & in aditione hæreditatis re-
7 quiritur animus † certus l. is qui hæres l. si is ad
quem, & l. hæres institutus ff. de acquiren. hæ-
redit. Crauet. d. conf. 33. & ex actibus inde ter-
minatis, ac indefferentibus non inducitur aditio,
quia etiam illi vt in casu nostro de mouendo litẽ
ex iuribus quæ habet super bonis Domini Theo-
dori possunt fieri á quocũq; alio extraneo, & nõ
admissibili ad successionem iure hæreditario, &
ita non potest dici quod ille actus non valuerit
fieri citra ius, & nomen hæredis, vt notanter tra-
didit. Natta consilio. 448. Christi Redemptoris
num. 12. & dicit in proposito Cardinal Mantica
de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 9. num. 6.
quod aditio non inducitur ex actu antiquo, qui
põt fieri duplici modo nẽpe ab eo qui sit hæres.

Nec præmissis habet obstare, quod iste actus
dubius possit recipere interpretationem ab hæ-
rede hæredis, vt ex Bart. Bald. Socin. & Corneo
notat Crauetta in citato conf. 197. Quãquàm, &
abundè, & doctè num. 4. vol. 1. quia respondetur
ipsam declarationem non esse attendendam, ex
iuribus quę inferius allegantur, in sequentibus
duabus considerationibus.

Vel secundo adducitur, quod eadem verba, Et
è per trattarne vn'altra, Non inferunt ad actum,
sunt. n. concepta in futurum. Vnde si ad hæredita-
tem referenda sunt, futuram declarationem non
presentem arguunt, vt in simili dicunt Doctores
dum faciunt verba de eo qui dixerit volo adire.
Bartol. in l. cũctos populos C. de summę Trinit.
& fid. Cathol. & ibidem Ias. nu. 22. & Ratio est,
8 quia verbum † volo iunctum infinitiuo indican
ti alium futurum actum, nihil perfectum dispo-
nit sed faciendum designat. Et ideo fit differentia
inter dictum volo adire, & volo esse heres vt pri-
mo loco non inducatur aditio, Secundo induca-
tur. Bartol. in l. gerit ff. de acquir. hæred. nu. 10.
Ias. in l. serui electione nu. 23. & infra ff. de legat.
primo, & ibidem Bartol. vbi adducit conclusio-
nem quod quando agens non est impeditum.
Sed liberum, & subiectum bene dispositũ, si vult
9 agere, incõtinenti agit † sed liberũ non est quãdo
demonstratur solus primus motus animi agentis,
quod ita est facturus, tunc enim non dicitur ita
facere, & est exemplum in eo qui dixit volo eli-
gere, volo soluere, volo adire, quia tunc non se-
quitur ergo eligo, ergo soluo, & ergo adeo, quia
agens tunc effectualiter non est liberum, quia nõ
determinauit animos an veller deliberare, sic
etiam notanter tradidit Bolognetus ad l. qui se
patris nu. 50. C. vnde liberi, & hanc voluntatem
possumus dicere esse voluntatem operandi cui
adest ipsa operatio etiam quod consistat in sola
declaratione, quę tamen debet esse perfecta, &
consumata, quia donec venerit ad consumationẽ,
vel ad actũ mutabilis est præsertim, quia hominis
voluntas ambulatoria est vsq; ad mortem.

Vel etiam, & tertio loco considerandum acce-
dit, quòd nullibi constat scripturam, vel pręces
fuisse compilatas ab eadem D. Cornelia minusq;
de ipsius consensu, & voluntate, & isto casu succe-
dit conclusio, quod ad actum adeundæ hęredita-
10 tis speciale debet † esse mandatum l. 2. ff. de of-
fitio procurator Cęsar. glos. in l. si quis mihi bo-
na §. si seruus ff. de acquir. hęreditat.

Quinimo etiam quod fuerit constitutus procu-
rator ad adeundam hæreditatem, ex isto manda-
to non inducetur aditio nisi tunc demum cum il-
le procurator adierit, quia constituens tunc vide
tur animo pendere, vt ante hęreditas non quæ-
ratur, quàm per eum sit adita, vt dixit Cin. in l.
prima num. 1. Cod. qui admitti requiritur enim
ipsius actus exequutio, vt notat Franchus decis.
60. nu. 15. & ista seruiunt, etiam ad præcedentẽ
considerationẽ, ex quibus omnibus tollitur obie-
ctum, quod D. Franciscus tamquàm hæres possit
declarare, quia vbi constare potest quod ipsa scri-
ptura de eiusdem D. Cornelię mandato fuerit cõ-
scripta vtiq; nihil declarauit, quoad aditionem,
& vbi ad ius successionis hæreditariæ referre in-
sendat D. Franciscus verba prędicta dubio procul
ad alium sensum non poterit trahi dicta declara-
tio quam ad id quod aditum erat, & adhuc iste
actus tamquàm respitiens futurum actum nihil
probat vt superius ostensum fuit.

Ad probandum tamen hæreditatis aditionem
in alia caussa dixeram considerandum esse, quòd
11 per † immixtionem in bonis satis sufficienter
probatur, concurrentibus bis, quorum inferius
meminit consultatio prò M. Reuer. Clericis Re-
gularibus Sancti Pauli Ciuitatis Casalis, cuius
tenor est.

Qui partes D. Com. Valentiæ, ac Dominorum
ejus Fratrum aduersus M. R. Collegium Vener.
Clericorum Regularium sub titulo S. Pauli De-
colati apud Ciuitatem Casalis tuentur Coram
Excellentiss. Senatu Montisferrati ad elidendam
intentionem Collegij prędicti, & ad destruendã
sententiam iàm aliàs superinde prolatam plura
excipientes deducunt in iure, & in facto.

Allegant in primis pręsupposita legati, cujus
est controuersia, validitate, posteaquam in dubiũ
non reuocatur; acta agitata contra ipsos Domi-
num Comitem, & fratres subiacere vitio nullita-
tis, quippè quod minores sint ætatis legitimę, &
indefensi fuerint, quo casu inquiunt ij, resultat
dispo-

dispositio, l. Cum, & vos minores C. si aduersus
rem iudic. vbi expressè inquit Imperator, cum
& vos minores, & indefensos esse affirmetis, nul-
lum vobis præiudicium fieri Pręses Prouincię pro
sua grauitate curabit.
Nec releuat inquiunt hij prouisio eisdem facta
de curatore Decreto, quia per eum nullæ factæ
fuerunt deffensiones, quo casu succedit Theorica
Bart. ad d. l. cum & vos minores, vbi dicit paria
sunt tutorem, vel curatorem non fuisse decretum,
vel decretum fuisse eum qui in iuditio non com-
pareat, & minores non defendat, qui enim rem
inutilem habet perinde est, ac si non haberet.
Et tantò magis videntur ista procedere, quan-
do ex actis resultat potuisse opponi quod hyppo-
theca pręsupposita per M. R. Collegium Vener.
Clericorum Regularium, nulla erat, & seu saltem
extincta remanebat, per mortem Perill. quon. D.
Comitis Alexandri, ex eo capite, quòd illa bona
sint subiecta vinculo primogenituræ, per ea quæ
notat Ias. ad l. is potest nu. 33. ff. de acquir. hęred.
& Dec. in cōs. 443 nu. 19. vbi inquit quod bona
22 primogeniturę obnoxia in præiudicium dumta-
xat contrahentis possunt obligari, non autem in
præiudicium eius, ad quem primogenituræ, &
dignitatis successio pertinet, quod etiam innue-
re voluit Bald. ad l. cum in antiquioribus Cod. de
23 iure deliberandi, vbi dicit quod hoc ideo ius †
primogenituræ non sit cessibile, quia ius ætatis
cedi non possit, vnde ei qui vocatus est propter
24 mortem † contrahentis, non videtur deficere ius,
licet ei administratio nō competat, ita not. Glos.
finalis ad §. 1. de feudi cognitione in verbo, aut
successione, secundum quem tex. inquiunt Doct.
reuocari posse alienationem factam per defun-
ctum, quia tunc bona sint sibi aperta, pro quo ar-
ticulo facit cap. 1. in §. moribus receptum est, si
de feudo defuncti fuerit controuers. inter D. &
Agnat.
Ad edocendum de iure primogenituræ, alle-
gatur ex latere D. Comitis, eam probari per pu-
blica instrumenta acquisitionum factarum ab Il-
lustriss. Supremo Cancellario, & Cardinali Gatti
naria, & ex adepta possessione bonorū medio eius
Procuratoris, vbi specificè enunciantur Massari-
tia ad Moronos, siue ad Mongaianum, & ad Ga-
tulam in tantum quod ea vna cum alijs bonis po
sitis in Ciuitate Casalis dicuntur comprehensa in
ordine primogenituræ de qua in testamento di-
cti q. Illustriss D. Cardinalis.
Et quia videtur posse objici non cadere suffi-
cienter probationem identitatis dictorum bono-
rum quia non facta fuit probatio de singulis mem
bris, & corporibus pręgdiorum respondet pars ad
uersa sufficere probationem quod illa massaritia
fuissent aliàs possessa per Illustriss D. Cardinalē,
subdens quod constito de corpore massaritij, eo
ipso dicitur probatum etiam de membris, & tan-
to magis cum in instrumentis acquisitionum,
plura etiam modia vti respectiuè comprehensa,
sub dictis corporibus massaritiorum enunciātur.
Rursus ad colorandam præcedentem conclu-
sionem adducitur ex latere D. Comitis, stante
probatione quod ille sit ex descendentibus ab Il-
lustriss. D. Cardinali, in dubio pręsumendum est
25 bona † per D. Comitem possessa ex titulo pręam-
bulo possideri iuxta theoricam desumptam ex l.
quædam mulier. ff. de rei vendic. quem tex. in si-
mili adducit Natta in cons. 235. num. 17 & seq.
Addo Syluanum in cons. 58. eund. Natt. in cons.
460. nu. 22. & 520. nu 6. Bursat. cons. 1. num. 52.
vol. 1. cum pluribus alijs relatis per Mascard. in
tit. de probation. conclus. 778.
26 Nec dicatur quod rerum pluralitas † præsu-
matur iuxta textum in l. demonstratio falsa ff. de
condition. & demonstrat. Afflict decis. 13. nu. 3.
post Bald. ad l. 7. C. de errore Aduocati. Crauet.
cons. 112. num 4. vol. 1. quia istud non est verum,
27 respectu certorum corporum † specifici nomi-
minis, in eadem familia ex notatis per Marzar,
in epitome de fideicommissis q. 55. nu. 5. & seq.
Addo ego in simili proposito textum, in l. cum
seruo Dominus §. fin. ff. de contrahen. empt. ibi
demonstratione feudi facta, fines denominari su-
peruacuum est, vnde in casu nostro satis specifica
resultare videtur demonstratio membrorum, ex
demonstratione massaritiorum, cui negotio con-
ducit consil. Alb. 10. vol. 1. vbi concludit quod pa-
28 ria sunt † quid exprimere specificè, vel generi-
cè, quando ad speciem genus refertur.
Vlterius etiam adducitur nullitatem sentētiæ
resultare ex eo, quod reperitur lata durante tem-
pore probatorio, vndè cum per eum actum vide-
antur rejectæ probationes, & seu defensiones, sub-
29 iacet sententia † vitio nullitatis, ex tradit per
Alex. in cons. 105. num. 4 lib. 5. Vanot. in tit. an
qualiber sententia posit dici nulla nu. 7.
Accedit pręmissę nullitati quia reperitur lata
sine citatione ad ius, stante quod erat circun-
ductum peremptorium ad ius alias emanatum,
30 vt liquet ex actis, quo casu nulla † est sententia
prædicta ex not. ad l properandum de iudic.
Item etiam, quia sententia lata mentionem fa-
cit de bonis sitis super finibus terriculæ, non autē
Ciuitatis Casalis, vnde quoad prædia Ciuitatis,
non potest prætendi immissio in possessionem,
quia de eis sententia non loquitur, minusq; de
bonis Terriculæ, quia nō fuerit probatum quæ, &
qualia essent bona possessa, per M. Ill. q. D. Com.
Alexandrum patrem, prout in tentato remedio
Saluiani interdicti requiritur.
Nec obstat quod ex latere dictorum Venerab.
Patrum objicitur ex processu resultare quod D.
Comes possideat bona q. Perill. D. Comitis Ale
xandri, videlicet Domum positam in Ciuitate
Mediolani, ibiq; multa credita, Item & bona po
sita super finibus Valentię, vt puta Moledium, bo
na Isoloni, & Fogliabellæ, & alia bona mobilia,
quæ dicti D. Comes, & fratres confessi fuerunt esse
libera, & nulli oneri primogeniturę obnoxia, quia
31 responsum fuit, quod licet per habitationem †
paternæ Domus, & possessionem aliorum bono-
rum, quæ fuerunt relicta in bonis, & hæreditate
dicti D. Com. Alexandri pręsumatur aditio ex l.
prima C. de repud. & abstinend. hęredit. fallit ta
32 men † illa conclusio ne procedat quando subest
alia caussa, propter quam filius licite domum ha-
bitauerit bonaq; patris possederit, puta quando
bona ipsa fuissent obligata pro restitutione dotis
maternæ, ita ibidem not. Castrens. & Bald. in l.
de hijs Cod. de furt. addo Bart. in l. gerit nu. 21.
& in l. pro hęrede ff. de acquiren. hæredit. ita in
his terminis singulariter voluit Cornens cōs. 147.
vol. 1. Maschar. de Probat. conclus. 45. num. 49.
vbi conclusionem hanc pluribus exornat, & mul-
tis comprobat auctoritatibus.

Cum

Cum igitur declarauerit se posſidere alio tit.
quam hæreditario edocueritq; de eo per exhibi-
tionem instrumenti dotalis Dominæ Comitiſsæ
Luciç vxoris ex quo appareat quodq; D. eius Pa-
ter Comes Alexander receperit nomine dotium
eius nurus ſcuta ſex mille auri, ſequitur ceſſare
pręſumptionem, quòd habitatio, & poſſeſsio bo-
norum ſtabilium, & mobilium habeat potius cau
ſam, & ius pignoris quam actum hęreditatis ade-
undæ, ita placuit Marantæ ad l. is poteſt ff. de
acquirend. hæred. num. 58. Afflictus deciſ. 372.
numero primo.

Quinimo etiam ſtante concluſione, quod in
23 dubio quis pręſumatur † feciſſe actum eo melio
ri modo quo ſibi vtilior eſt per l. primã ff. ſolut.
matrim. cum multis alijs videtur etiam ad com-
modum eiuſdem D. Comitis poſſe adduci, quod
24 poſsidet ea bona etiam iure legitimę, † quam
in paternis bonis prætẽdit per l. Quoniam in prio
ribus de inoff. teſtam.

Inſuper inquit D. Comes quod vbi allegata
bona hęreditaria eſſent obligata, & hippothecata
pro legato pręſuppoſito non poteſt iudicium inſti
tutum ad illa trahi, quia de illis actum nõ fuerit,
25 & ea poſita † ſunt in alieno Dominio, vnde ali-
bi inſtituendum eſt iudicium ex l. finali Cod. vbi
in rem actio, & ſi redierint ad perſonalem actio-
26 nem † conuertiri debet in loco Domicilij ſui, &
ita in Ciuitate Mediolani per text. in cap. ſi cleri
cus Laicum, & cap. cum ſit extra de foro compe-
tenti l. in criminali Cod. de iuriſd. omniũ iudic.

Et ita ex his omnibus inquiunt D. Comes, &
fratres ſententiam latam non tenere, ſic declarari
poſtulantes, Sed præmiſsis fundamentis nequa-
quam obſtantibus, contraria ſententia verior eſt,
debetq; formiter ſtare iudicium, & declaratio ſa-
cta ad commodum dictorum Venerab. Patrum,
qui propterea ad validandam eorum intentionẽ,
inherentes iam alias eorum nomine deductis, &
cedulatis, ac ex proceſſu reſultantibus, Adducunt
quod ſiue conſideretur perſona D. Comitis Mer-
curini, ſiue attendãtur perſonæ Dominorum eius
fratrum, ſiue ipſa bona ſuper quibus dicitur iudi-
cium inſtitutum, obnoxia fuerint, & ſiot allegatę
primogenituræ, ſiue non, vtraq; via, & in omni
caſu obtinere debent præfati Reuer. Patres.

Præſupponunt itaq; imprimis de eorum credi-
to legitimè, & ſufficienter conſtare, pręſertim ex
teſtamento condito per M. Reuer. D. Ignatium
Gatinariam, qui alias in ſæculo Horatij nomine
vocabatur, in quo fuit hęres inſtitutus q. Perilluſt.
D. Comes Alexander Pater dicti D. Comitis Mer
curini, & eius fratrũ, qui approbato, & acceptato
dicto teſtamento fecit ſe hæredem, ſe ipſum hęre-
des, & ſucceſſores ſuos obligando, promiſit annua
tim ſoluere ſcuta centum auri Venerabili Congre
gationi Reuerendorum Patrum, & Clericorum
Regularium S. Pauli Decolati, vt latius ex eodẽ
Inſtrumento teſtamenti apparet, quod tamquam
in ampliſsima, & authentica forma conceptum, &
cum litteris legalitatis conſcriptum, plenam fidẽ
27 facit, † probationemque euidentem inducit l.
Comparationes, cum ſua materia Cod. de fide in-
ſtrumentorum, l. ſcripturas, qui potior. in pignor.
habeantur, & ibi Doctores.

Cuius teſtamenti lectura inſpecta, parum ęquũ
videtur quod illud legatum annuum pium ex ſe,
quia alimenta continet, vel etiam quia Eccleſia
factum eſt, videatur ad præſens denegari, tanto
magis quod Comes Alexander dictam obliga-
tionem annuam fecerit, ex titulo lucratiuo, non
autem oneroſo, quia ſcilicet factus fuerit locuple-
tior, de alijs ſcutis centum; quo caſu ipſius filij,
& deſcendentes prompti eſſe deberent ad ſolu-
tionem, ne alias obijci contingat, quod non ob-
28 ſeruans † voluntatem defuncti priuatur omni
commodo hereditario, arg. eorum quæ notantur
in l. 1. ff. de his quibus, vt indign. Alex. conſ. 138.
nu. 13. in fine lib. 1. Socin. ad l. quibus diebus. §.
Terentius nu. 9. ff. de condit. & demonſtr. Pariſius
in conſ. 91. nu. 56. & ſeq. vol. 2.

Quæ omnia videntur eo magis fore attenden-
da, cum etiam iure cautum ſit dato, & non cõceſſo
quod fuerit probata primogenitura, maioratus
29 poſſeſſorem † teneri ex ipſius maioratus fructi-
bus, fratrem ſeu nepotem, vel patruum naturalem
alimentare, ita ſcriptum reliquit Ludouic Moli-
na de Hiſpaniorum primogen. lib. 2. cap. 15. ſub
rubrica, de aliment. & dot. quæ à maiorat, nume
ro 64. & ſequentibus quo caſu impium quodam
modo eſt credere, quod D. Comes intendat relu-
ctare in iudicio propoſito, eſto quod poſsit obij-
30 cere † quod bona prætenſæ primogeniturę non
ex iure hæreditario, ſed ex iure ſanguinis poſsi-
deat, vt voluit dictus Molina in allegato tractat.
de Hiſpaniorum primogenijs lib. 1. cap. 8. nu. 2.
& ſeqq.

Secundo etiam principaliter attenta perſona
eiuſdem Domini Comitis Mercurini, dicitur ip-
ſos Reuerendos Patres ius fouere virtute obliga-
tionis quam Comes prędictus fecit in tranſactio-
ne, per ipſum inita, cum D. eius fratribus in qua
inter cœtera conuentum extitit, de pręſeruando
indemnes, & releuando ipſos fratres tranſigentes,
a legato prætenſo per M. R. D. Ignatium, eorum
patruum pignori obligando omnia bona ſua pro
obſeruantia, vt fuſius in ipſa tranſactione legitur,
ſub verſi. Quinto conuenire, ad quod caput haud
mediocriter eſt aduertendum, quia licet iſto ca-
ſu prima facie videbatur poſſe obijci, dicto Reue
rendo D. Ignatio, & ſeu Collegio ab eo cauſam
habenti, nullum ius competere, ex l. ſecunda Cod.
de Pact. itidem ex l. ſecunda Cod. de heredit. vel
action. vendit. in tantum quod ſiue conſideretur
actio perſonalis, ſiue realis, obaudiendi ſint cre-
ditores, quia reſpect. perſonalis nihil eſt actum
ab eis, cum ipſo D. Comite item, nec reali prop-
ter verba dictę legis ſecundæ, ibi in illis verbis,
Quamuis ea lege emerit.

Reſpondetur tamen in propoſito facto allega-
ta iura non obſtare quia ea limitantur per Docto-
res, ne procedant in pia cauſa ita reperi annota-
tum per Franciſcum Curtium ad d. l. ſecundam
num. 4. ſubdens quod ſicuti non procedunt ipſa
iura in Fiſco hærede, vel emente hæreditatem, ita
nec etiam in pia cauſa, in tantum quod emptor
inuitus cogatur iuditium ſubire, cum creditori-
bus ex priuilegio pię cauſę abſq; eo quod inter-
uenerit aliqua ceſsio, & re vera ſubtilis eſt iſta cõ-
ſideratio, & multum attendenda in hoc inditio.

Pro quo facit etiam quòd in omnem caſum cõ-
demnatis alijs fratribus poſſet tandem fieri exe-
cutio contra D. Comitem, virtute promiſsionis
31 factæ de releuando, & ita euitabitur † circuitus,
vt ex Afflicto in deciſione 8. nu. 4. notat in ſimi-
libus terminis Franchus deciſ. 278. nu. 5. parte 2.

ad quam postulât Reuer. Patres animaduerti.

Tertiò inquiunt explicitè D. Actores nô posse D. Comitem euitare quominus sit hæres q. D. Comitis Alexandri eius patris talemq; se ipsum declarauerit, & factis, & verbis quo casu factum
32 defuncti † impugnare non potest, sed ad illius obseruantiam cogendus est l. si creditoribus C. de seruo pignori dato l. si tertius. §. fin. ff. de aqua pluu. arcend. Natta in cons. 214. num. 2. vol. 1. si
33 quidem per ipsam aditionem † hæreditatis cû legatarijs, & creditoribus contraxisse videtur, l. apud Iulianum in fine iuncta l. sequenti. ff. quibus ex causis in possess. eat. §. hæres quoq; & ibi glos. instit. de obligat. quæ ex quasi delic. nasc. tex. est apertus in l. quæ dotis ff. solut. matr.

Et in nostro proposito data etiam non tamen admissa allegata primogenitura dicitur quod ad huc D. Comes Mercurinus præsuppositi maioratus successor, tamquàm hæres D. Comitis Alexandri vltimi possessoris maioratus, tenebitur ad
34 debita † per defunctum, & eius prędecessorem contracta, etiam pro suis necessitatibus, nulla habita consideratione maioratus ex notatis ad l. 1. Cod. si certum pet. & ita vidi decisum per Ludouicum Molinam de Hispaniorû primogen. lib. 1. cap. 10. sub Rubrica maioratus successor, vtrum
35 ad debita † prædecessoris teneatur nu. 28. post Petrum de Peralta ad l. 3. §. qui fideicommiss. ff. de hæredib. instit. num. 129. nulla habita distin-
36 ctione an venerit ad maioratum, † ex iure sanguinis, vel iure hæreditario, vt voluit idem Molina in d. tract. lib. 1. cap. 8. no. 2. & seq.

Quod autem & verbis, & factis D. Co. Mercurinus hæreditatem adiuerit, ita vt ad præsens nullo
37 modo † possit desinere esse hæres, l. ei qui soluen do ff. de hæredib. instit. probatur ex infrascriptis.

Primò ita se verbis declarauit in precibus per eum porrectis Excellentiss. Senatui Mediolani, in quibus petendo sextam partem bonorum mobilium, necnon & quintam partem alterius sextæ partis, quæ spectat fratri nuper defuncto illius se hęredem facit arguendo, quod ipsius hęreditas pro quinta parte ad ipsum spectat, vt latius est videre in ipsis precibus quæ reperiuntur insertæ post inuentarium particularium rerum, & mobilium in bonis, & hęreditate q. D. Comitis Alexandri repertorum, quo casu D. Comes Mercori-
38 nus faciens se hęredem † hæredis declarat in necessariã consequentiam se hęredem testatoris l. fin. C. de hęred. instit. Bart. & cęteri Doctores ad l. paterfamilias. ff. de vulgar. & pupill. substit. Glos. in cap. ex transmissa, & ibidem Canonistæ extra de filijs Presbyterorum, l. 1. ff. de Castrens. peculio. l. si quis filiũ §. finali. ff. de acquirenda hæreditate Iaf. ad l. si. filius hęres nom. 12. ff. de liber. & posthum. peream rationem quia cõfusæ dicuntur actiones per tex. in l. si debitori. C. de
39 pact. vnde tamquam hæres † hæredis factum defuncti adimplere tenetur. Ita post Decium in l. hęredem nu. 7. & 8. ff. de reg. iur. & plures alios ibidem relatos notat Hondedeus in cons. 3. n. 54.
40 & ita etiam in simili videmus quod hæres † hęredis potest per Iudicem cogi ad faciendum verbalem restitutionem fideicommissi. Idem Hondedeus in cons. 26. nu. 22. & in cons. 39. num. 25. ibi in illis verbis, & sicuti D. Ioannes Maria hęres Cæsaris tenebatur soluere legata facta à Cæsare testatore, ita erunt obligati hæredes D. Ioannis Mariæ hęredis Cæsaris.

Nec est ambigẽdum de ipsa declaratione quia cum aditio hæreditatis dependeat ab animo non refricatur in dubium quo minus verbis fieri possit l. gerit. l. pro hærede, & ibidem scribentes. ff. de acquir. hæredit. Celsus Vgo in cons. 22. nu. 5.

Factis autem declarauit se hæredem patris ex eo quod se immiscuerit hæreditati paternæ, domum in Ciuitate Mediolani positam, & ab ipso q. D. Comite Alexandro acquisitam, prout ex testibus, & instrumento acquisitionis apparet inhabitando, & alia bona hæreditaria possidẽdo, & quæ ipsemet Co. Mercurinus confessus fuit in transactione inita cum fratribus libera esse ab omni onere, & seruitute possideodi qualia enunciantur Moledium Valeoriç, bona Isolani, & Foliabellæ possidendo fructus percipiendo, & alios actus hæreditarios faciendo qui vt infra demonstrabitur fieri non potuerunt citra ius, & nomen hære-
41 dis, ex quibus omnibus hæreditatis aditio † plenè probatur l. 1. Cod. de repud. hæredit. & d. l. Gerit. & l. pro hærede, & ibi Bartol. & alij. ff. de acquir. hæredit. faciunt etiam ad hoc propositum notata per Ludouicum Saccum in consil. 29. seu voto decisiuo vacante prioratu nu. 27. vbi simile deducit fundamentũ possessionis scilicet bonorum paternorum.

Nec iuuat exceptio quod inhabitatio dictę domus receptio mobilium, & suppellectilium, & apprehensa possessio stabilium, alium præexistentem titulum, & causam habeat, quam titulum âditionis hęreditatis videlicet ius pignoris, & hypotecæ dotium Dominæ Comitissę Luciæ vxoris eiusdem Comitis Mercurioi receptarum per Comitem Alexandrum, quia respondetur per istam exceptionẽ non obnubilari præsumptionẽ
42 legalẽ quod hæres † possidens bona hęreditaria hæreditatẽ adiuisse dicatur Bald. & reliqui Doctores ad l. 2. Cod. qui admitti, tanto magis quando sumus non in extraneis, sed in suis hæredibus,
43 quo caso aditio † non est probanda, sed præsumitur, ex Bald. in l. fin. & in l. si matre. C. communia de legatis. Quinimò allegans se possidere
44 bona hęreditaria ratione † hypothecæ dotalis tenetur probare se ea possedisse tanquàm hypothecata per l. ei qui dicit. ff. de probat. & ita subtiliter consulendo voluit Celsus Vgo in consil. 22. nu. 8. & 9. post Corneum in cons. 321. Præmitto quod in littera D. & E. vol. 1.

Nec dicatur eidem D. Comiti Mercurino prodesse declarationem factam nouissimè in isto iuditio pendente quod illa possideat iure hypothecę dotalis per eum allegatæ, prout de ea docuit per Instrumentum dotale exhibitum, multipliciter enim tollitur illa declaratio, & primo, quia illa fuit, & est seotina, facta post lapsum cuiuscunque temporis ad deliberandum, debebat enim il-
45 lico mortuo patre † & antequàm hæreditati se immiscuisset protestari, se non animo immiscendi hæreditati paternæ, sed pro satisfactione sibi facienda ex bonis paternis se bona hęreditaria detenturum esse, iuxta textum in l. sed & si quis plerique ff. de religios. & sumpt. funerum, ita scriptum reliquit Ioannes Dilectus de arte testandi sub tit. de acquir. vel repud. hæredit. caut. 15, quã in simili proposito sequutus est Mascardus in tit. de probat. conclus. 45 num. 36. vbi paulò antè inquit, quod hoc modo sit probatio negat... quod

sc...cet

scilicet non animo adeundi bonis hęreditarijs se immiscere non intendit, ex quibus datur intelligi quod protestatio requiratur antequam fiat immixtio in hæreditate: idem Ioannes dilectus loco citato nu. 4. versic. quod si filius.

Rursus non subsistit declaratio quod possideat iure pignoris, & hypothecę, quia ipsa bona longe excedunt dotes præsuppositas scutorum sex mille, vt ex innentario suppellectilium apparet. Item
46 & fructus percepti † non tantum ex dictis bonis repertis in Ciuitate Mediolani, & super finibus Valentię; verum etiam ex bonis, quę asseruntur obnoxia primogenituræ, qui tamquam pendentes tempore mortis D. Comitis Alexandri erunt obnoxij pro virili portione solutioni æris alieni, ex traditis per Molin. in d. tract. cap. 11. lib. 3. nu. 11. Quinimò ex quo mihi in facto præsupponitur eos fructus fuisse captos, & consumptos, per Comitem Mercurinum, dicitur etiam hæreditas
47 † per ipsum adita ex notatis per Cepollam in caut. 24. & 224.

Cæterum, quia audio constitui fundamentum ex latere D. Comitis, super protestatione, quam fecit in transactione inita cum fratribus, dum agnoscenda debita paterna declarauit D. Comes eum actum fecisse non animo approbandi testamentum Patris, nec adeundę hęreditatis, sed tantum intuitu transactionis, respondetur hanc protestationem nō sustineri, sed captiosam redargui, ita vt isto casu merito possit obijci. Vox quidem Iacob, manus autem Esaù.

Nullitas autem dictę protestationis, & declarationis insurgit, ex eo quod est cōtraria facto, quia scilicet transigendo de legatis relictis in testamento, quale etiam est creditum de quo agitur, vide-
48 tur hæreditatem † adire per ea quæ not. Bald. in cons. 272. nu. 1. & seq. vol. 5. & post eum Maranta ad l. is potest nu. 68. ff. de acquir. hæredit. & in isto casu soleo ponderare textum in l. pro hærede in §. Papinianus ff. de acquir. hęredit. Cui addo Petrū Caballū in cōs. 156. super controuersim nu. 19. Vbi loquitur in materia compromissi per quod hæreditatis aditio resurgit.

Quod tanto magis habet procedere in casu proposito ubi facta fuit protestatio, seu declaratio prędicta longe post mortem D. Comitis Alexandri, ita vt medio tempore simpliciter fuerint percepti fructus, si quidem transactio ipsa facta reperitur de anno Domini 1595. Testes verò ad instātiam Reuer. Collegij examinati deponunt eundem D. Comitem Alexandrum decessisse annis octo
49 iam elapsis; Vnde in fraudem creditorum † postmodum videtur velle abstinere ab hæreditate, vt annotare videtur Paulus de Castro in traditis per eum ad l. si seruum 70. § fin. ff. de acquir. hæred. per Alex. & alios in l. s. C. de repud. hæred.

Item insurgit nullitas protestationis prędictæ, ex eo quod iam declarauit in precibus porrectis Senatui Mediolani se hæredem hęredis, vt dictum fuit; Vnde cum preces † ipse videantur voluntatem declarasse per ea quæ ponit Angel. de Maleficijs in verbo comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur locum. Bald. & Imola ad l. si ita stipulatus §. Chrilogonus ff. de verborum oblig. non est quod dicatur posse desinere esse hæres qui semel hæres fuit per l. si qui soluendo ff. de hæredibus instituend.

Vel etiam dicitur, & in hoc firmandi sunt aliquantulum gressus nullitatem dictæ protestationis insurgere, quia in quarto cap. transactionis prædictæ solemniter inter ipsos transigentes est paciscitum quod bona libera obuenta ipsi D. Comiti censeantur supposita reciproco, & perpetuo fideicommisso inter ipsos fratres, & eorum descendentes ex quibus datur intelligi quod penes dictum D. Comitem reperiuntur bona hæreditaria q. D. Comitis Alexandri hæreditario titulo non autem iure Hippothecę.

Ratio est in promptu, quia si iure Hippothecę possedisset prout vltimo loco coram hoc Excellentissimo Senatu Montisferrati protestatus fuit in vanum ea subiecisset fideicommisso ex vulgata
51 iuris regula quod pignora † in bonis debitorū sint l. pignus. Cod. de pignorat. action.

Nec iuuat quod Doctores admittunt protesta-
52 tionem † hanc quod sit contraria facto, vt in l. qui in aliena §. Celsus, & l. pro hærede ff. de acquir. hæredit. quia respondetur conclusionem
53 ipsam non procedere, quando actus † super quo interponitur protestatio celebratur cum alio
54 itē non militat † quando nulla pręcessit expres-
55 sa repudiatio, & sumus in filio, † & ita in suo hęrede secundum textum in d. l. pro hærede in §. Papinianus ff. de acquir. hæredit. ita post Ruin. in cons. 157. num 2. & 3. vol. 3. notatum reperui pœnes Maschar. de probat. conclus. 47. num. 11. & pluribus seqq. qui more suo multos cumulat. Ludouic. Sacc. d. cons seu voto decisiuo 59. num. 27. & seqq.

Quo loco potest etiam desumi argumentum à contrario sensu, dum enim inquit ibi Maschar. & Doctores per eum relati, quod si prius quis repudiauerit hæreditatem expressè per actum repudiationi contrarium non dicatur adiuisse ea ratione quia non possit esse hęres ita, è cōuerso qui prius declarauerit se hæredem protestando postea sicuti hæreditatem adire, vel agnoscere non intendit ea protestatione non iuuatur per contrariam
56 rationem quod qui semel fuit hęres † non possit amplius desinere esse hæres l. ei qui soluendo ff. de hęred. instit.

Quod autem declarauerit se hęredem D. Comitis Alexandri plenius dictum fuit in antecedentibus iuribus dum fuit consideratum quod hæredem hæredis se declarauerit. Item etiam, & per alios actus indifferenter annotantes hæreditatis aditionem quales sunt disponere, compromittere transigere, & bona hæreditaria prędefuncti possidere simpliciter distrahere, & ea fideicommisso perpetuo supponere, facit in proposito ellegans consilium Baldi 272. incipit in causa Egregiæ, vol. 5. nu. 2. vbi dicit, quod hæres transigendo, vel compromitendo cum legatarijs, quia non habet ius cōpromittendi nisi adita hæreditate, quia sua non interest, dicitur facere actum, qui efficaciter non potest fieri citra ius, & nomen hæredis.

Et vbi pręmissa omnia cessarent, quæ tamen, & in iure verissima sunt, & in facto militare satis superq; demonstratum fuit, quomodo poterit D. Comes tamquam tertius possessor, & posterior in hippotheca, & obligatione bonorum q. D. Com. Alexandri euitare, quominus ad solutionē dicti annui legati, teneatur, si quidem aufugere nequit quin allegata hippotheca dotium D. Comitissę Lucię eius vxoris fuerit concepta longe post obligationem, & hippothecam factam pro solutione

dicti legati, quia ea legitur constituta vsq; sub
anno Domini 1573. die 20. Iulij, & hippotheca
dotium de anno 1588. die 11. Martij? Cum igi-
tur stante primo constituto respectu legati non
potuit in præiuditium ipsius constitutarij subuer
ti possessio ex notatis ad l. Quod meo. ff. de ac-
quir. rerum Dominio, & ex vulgatissima iuris re-
57 gula quod qui prior † est tempore potior esse
debet in iure cap. prior de regul. iur. in sexto l.
Potior ff. qui potior. in pign. habeant.

Quę omnia videntur procedere contra fratres
D. Mercurini sicut contra eundem D. Comitem;
Quinimo etiam, & fortius contra fratres saltem
ex eo capite, quia sub prętextu allegatę primoge
niturę se excusare non possunt ita vt quicquid ex
bonis paternis possident titulo hęreditario pos-
sidere præsumantur ex iuribus superius adductis.

Nec valent se tueri ex eo quod tantummodo
sint vsufructuarij bonorum terriculæ, & aliorum
positorum super finibus Ciuitatis Casalis, quia
vltra responsiones inferius dandas in solutioni-
bus contrariorum respondetur exceptionem ip-
sam non fore attendendam ex pluribus.

Et primo quia dicta bona saltem respectu vsus-
fructus vbi alias esset verificata primogenitura,
quod tamen expresse denegatur subrogata sunt
loco bonorum positorum super finibus Valentiæ,
& in Ciuitate Mediolani quę ipsi Domini fratres,
& vnà cum eis Dominus Comes Mercurinus con-
fessi fuerunt esse libera nulli vinculo primogeni-
turę obnoxia, vnde succedit regula, quod etiam
vsufructus prædictus debet assumere naturam eo-
rum bonorum, cuius loco fuerunt subrogata per
58 conclusionem, quod subrogata sapiunt † naturā
& conditionem illius in cuius locum subrogantur
l. itē veniunt §. prędiximus ff. de petit. hęredit.
Gloss. in l. certi cōdictio in principio ff si cert. pet.

Secundo inficiari non possunt ijdem Domini
fratres quominus tamquam simpliciter hæredes
q. D. Comitis Alexandri eorum patris teneantur
etiam vltra vires hęreditarias ad solutionem æris
alieni per q. eorum patrem contracti siquidem
59 hęres † per aditionem hęreditatis in solidum
creditoribus obligatur tex. est apertus in l. Quæ
dotis ff. solut. matrimon. in l. si te, & in l. finali
in versic. in principio Cod. de iure deliber. &
60 ad hunc effectum † introductum fuit remedium
confectionis inuentarij l. finali §. & si pręfatam
Cod. de iure deliber. Bartol. & alij ad l. primam
ff. de condit. & demonstrat. l. qui hęredi §. Plau-
tius ff. eod. l. sed & si ff. de verborum oblig.

Quinimo etiam sicuti diximus quod parentes
61 † in bonis filiorū habentes vsumfructuum possūt
eundem vsumfructum distrahere ita vt credito-
res in eo succedere possint reseruata proprietate
ipsis filijs ex notat per Ripam in l. Naturaliter §.
nihil commune ff. de acquir. possess. ita etiam
videtur in casu nostro dicendum reseruata saltem
proprietate bonorum ijs, qui prætendunt se suc-
cessores in præsuposita dignitate primogenituræ.

Quibus omnibus sic stantibus non obstant mo-
dò quæ pro contraria adducta fuerunt, & primo
non iuuat consideratio facta de textu in l. cum, &
vos minores Cod. si aduer l. rem indic. quia re-
spondetur eā dispositionē in casu nostro non sub-
sistere pręsertim, quia solenniter fuit dictis fra-
tribus prouisum de tutore, & curatore, prout acta
docent quinimo, & per curatorem ipsum fuerunt
exhibitę, & productę scripturę continentes def-
fensionem, & licet deffensio facta, & exceptiones
oppositę non fuerint tanti valoris, quod Rei non
potuerint Iuridicè defendi, & a petitis absolui nō
tamen acta ipsa dicuntur subiacere vitio nullita-
tis cū istud obuenerit non ob negligentiā Cura-
toris decreti sed ob defectum iuris, quo casu tol-
litur allegata doctrina Bartoli ad eum tex. ma-
terię enim non artificis vitium est, vt trito circum
fertur adagio tanto magis quando ex post facto
resultat ex processu exceptiones oppositas non
subsistere.

Quatenus enim dicitur de primogenitura de-
bet aduerti vltra superius adducta quod ea non
fuit legitimè, nec sufficienter probata licet enim
possit verificari identitas nominis, dum dicitur
massaritiū ad Gatulam, ad Moronos, seu ad Mon-
gaianū attamē nō pōt trahi ad identitatē singu-
lorum corporum quę tanquam dispersa, & longe
sita a massaritijs debent sigillatim probari. Qui-
nimo non tantum est probanda identitas singu-
lorum corporum, sed etiam requiritur probatio,
quod singula ea corpora spectabant, & pertinebāt
ipsis massaritijs, solent enim demonstrari prædia
per loca dupliciter, puta per locum Communem,
& specialem, cōmunem puta quia sunt sita super
finibus Ciuitatis Casalis, per specialē exprimen-
do contratam, sed quia istæ demonstrationes sūt
incertę, & pluralitatis, vt inquiunt Doctores ita
vt conueniant pluribus corporibus prędiorum,
non est quod per expressionem illarum possit di-
ci certa probatio, & seu identitas corporis, Dum
enim inquit tex. ad §. l. Demonstratio falsa ff. de
condit. & demonstrat. & ibidem Bartol. & alij
62 quod res † duobus probatur confinibus, intelli-
gitur vbi cohęrentiæ sunt certę in tantum, quod
vni corpori prędiorū sic competant vt non alteri
deseruiant, alias non est sufficiens, & concludens
probatio, sed pęnitus ambigua, vnde potest op-
poni dispositio l. Neq; naturales C. de Probat. si
63 nō probat hoc esse † ꝙ contingit ad esse, ita no-
tabiliter scriptum reliquit Io. Maria Rimin. in
cons. 429. nu. 22. vol. 3. vbi in hoc proposito in-
quit quod cohærentia † quę datur de uia, seu
strata publica de flumine, de Torrente, quale est
Gatula, nō videtur cohęrentia certa, quia vt dictū
fuit pluribus alijs, & diuersis prędijs conueniat
per tex. in l. ita fidei in princ. & ibi Bart. ff. de
iud. in l. Quæ conditio §. fin. ff. de condit. &
demonstrat.

Et ita in simili proposito respondetur ad l. cū
65 seruo † Dominus in §. fin. ff. de cōtrahen. empt.
vt scilicet procedat quando fundi facta est certa
demonstratio secus vbi incerta quod etiam com-
probatur ex consilio Albę pro contraria parte al-
legato, vbi loquitur in Oliueto si quidem præsup
ponit quod genus illius nominis non verificari
possit nisi in ea specie vnde iure optimo potest
eo casu adduci vulgata iuris regula quod rei de-
66 monstratæ † frustra adijcitur demonstratio l. 1.
in fine ff. de dot. pręlegar. & non deseruit allega-
ta auctoritas Marzarij in epit. fideicom. in q. 55.
nu. 5. quia ibi loquitur in nomine proprio adie-
cto cognomine, & ita in casu in quo concurrunt
duæ demonstrationes, vel etiam & fortius dicitur
quod loquitur Marzarius de personis quarū plu-
ralitas non præsumitur Alba cons. 83. num. 12.
vol. 1. Dec. in cap. in presentia nu. 4. extra de pro-
bat.

bat. Ruyn. in cons. 51. nu. 19. vol. 5. Nos autem versamur in rebus in quibus cadit præsumptio pluralitatis l. demonstratio falsa. ff. de condit. & demonstrat. Afflict. decis. 22. nu. 3.

Nec stringit fundamentum quod sit satis probatum extare identitatem singulorum corporum cum appareat quod exceptione opposita eadem sit nominatio facta de qua petitio D. Actorum loquitur, quia licet fundamentum prima facie videatur subtile, non tamen militat in casu nostro, nec est tanti ponderis quod potuerit astringere D. Actores ad probationem negatiuæ conclusionis, prout pars aduersa præsupponit, quia respondetur quod sicuti plene Actores intentionem suã probarunt per præsentem demonstrationem, & per expresionem certarum cohærensiarum ita D. Rei conuenti debebunt exceptionem concludentem probare, fungitur enim exceptio iure dissolutionis propositę actionis vnde succedit con-
67 clusio nihil, tam naturale est † quàm vnũ quodq; dissolui eo vinculo quo colligatum est ex vulgata iuris regula de qua in l. nihil. ff. de reg. iur. & in l. 1. ff. quãdo liceat ab emption. discedere alias firma manet actio, quia per concludentem exceptionem non tollitur.

Minus facit eleuata consideratio de textu ad l. quędam mulier. ff. de rei vendic. quam allegat Natta in locis super citatis, quia respondetur nõ fuisse legitimè probatum quod prædecessores possiderent singula bonorum corpora prout requirebatur iure primogenituræ ad notata per Bart. in l. vlt. C. de edict. Dini Adriani Tollen. Arer. ad l. Pomponius §. vlt. ff. de acquir. possess. & licet in actis possit apparere de allegata apprehensione possessionis, nihilominus non resultat probatio singulorum corporũ, aliud enim sonat dictio Massaritium aliud proprietates vel prædia, siue propriam significationem vocabuli, siue communem vsum loquendi attenderimus, vltra quod etiam per superius expressa iura fuit edoctum nõ esse attendendam exceptionem allegatę primogenituræ.

Non obstat quod opponitur de nullitate sententię ex eo quod fuerit lata durante tempore probatorio, & quod propterea fuerunt reiectę probationes, quia respondetur ordinem illum iudiciarium non debere admitti per supremum Magistratum, attenta etiam natura piæ causę quæ
68 etiam materiam alimentorum continet, quę † propterea celerrime debuit expediri per l. si quis a liberis §. si vel parens. ff. de lib. agnoscend faciũt ad hoc propositum tradita per D. Surdum in tractat. de aliment. tit. 8. priuileg. 2. nu. 2. & seq. nec fuerunt reiectæ defensiones, quia ex quo de illis non fuit habita ratio pręsumendum est quod Excellentiss. Senatus eas non subsistere declarauit
69 sicuti in simili dicimus quod quando Iudex † ad vlteriora procedit non obstante exceptione declinatoria opposita videtur tacitè pronũciasse super ea per quæ not. Felin. in cap. cum contingat extra de officio delegati, conferunt per me notata in obseruat. ad Decret. 6, Montisferrati sub §. 10. num. 7. & 8.

Vlterius etiam respondetur quod Excell. Senatus vltimo loco pronunciando sub die 21. Iunij anni 1596. non reijcit D. Comitem Mercurinum ab eius deffensionibus, sed prospiciens quod causa ipsa vlteriorem dilationem non expectabat, vt potè quia causa pia erat, & ex causa alimentorũ quæ dilationes reijcit pronunciauit super iure pignoris, saluis iuribus dicti D. Comitis Mercurini ratione allegatæ primogenituræ. Quinimo etiam fuerunt coacti dicti Reuer. Patres ad fideiubendum, prout fideiusserunt solemniter de restituendo quicquid, quo casu non pręcipitanter, sed cum maxima causę cognitione processum fiat, vnde ex quo non fuit pręclusa via edocendi de iure suo frustra conqueritur D. Comes de nullitate sententia, & ita ex istis sublata sunt fundamenta iacta super allegato vitio nullitatis.

Ad id verò quod vltimo loco fuit oppositum de declaratione facta quod scilicet alio titulo quam hęreditario possidet bona patris plenius supra fuit responsum, ita vt vlteriori solutione opus non sit.

Cui validissimo, & irrefragabili fundamento insistentes dicti Reuer. Patres, dicunt quod etiã non constito quod ipse fuerit hæres tenebitur nihilominus ad solutionem virtute dictæ promissionis, dum enim promisit Dominos eius fratres releuare indemnes, & eorum bona indemnia dubio procul constituit se subiturum pro Dominis Fratribus, conditionem ipsorum, & onus quod est bonis iniunctum suscipiendo, & saltem quoad hunc actum non potest negari quin induerit D. Comes personam hæredis, & quin effectus fuerit Reus debendi ex notatis in l. Reos § cũ in tabulis & l. 2. ff. de duobus Reis, & l. cũ duo eod. tit. 7.

Placebit tamen Excellentissimo Senatui iterũ animaduertere ad tollendum fundamentum primogenituræ sicuti iam alias hęc eadem bona quæ propria maioratus esse dicuntur fuerunt obligata pro dotibus q. D. Comitissæ Marinę accedente etiam beneplacito Serenissimi D. Ducis prout pluries, & in cedulatis, & oretenus per dictos Reuerendos Patres dictum fuit.

Considerantur ad hunc effectum verba promissionis indemnes, & indemnia conseruare, quia aliter verificari non possunt nisi per solutionem, siue bona spectemus, quia relicta fuerunt in hæreditate D. Comitis Alex. & transiuisse dicuntur, cum onere, siue personas fratrum attendamus, quia hoc ideo obligarunt ad eos releuandũ, quia actione personali tamquã hæredes poterunt conueniri, & ita ex pręmissis sublata est, consideratio super natura actionis realis vel personalis, & ita pronuntiatum fuit pro Reuerendis Patribus per Excellentissimum Senatum Montisferrati, vt sũt acta penes D. Secretarium Morum. Rol. Cap.

Ex quibus omnibus arbitror intrepide ius stare pro ipsis Venerabilibus D. Patribus pro quibus vbi expedierit excitatis dubitationibus paratus sum iterum respondere, quia in omnibus ius stare pro eis Dico, & Consulo. Rol. Cauag.

Ad Consil. 187. Ardua, & maxime controuersa est.

SVMMARIVM.

1 *Fratris appellatione an veniat frater coniunctus ex vno latere tantum.*

2 *Rimina ldi Iunioris consil. 401. lib. 4. habet in contrarium Consilium Menoch. 187.*

3 *Hondedeus in cons. 8. lib. 1. habet contradictorem Menoch. in consil. 187. libro 2.*

Num. 1.

Numero primo.



Ibi (Socinus Senior) adde in conf. primo col. 2. lib. 1. & nu. 2. ibi appellatione fratris contineri fratrem † ex latere patris, vel matris coniunctum. Ruinus in conf. 159. Viso testamento num. 17. lib. 2. Tiraquell. de inre primogen. q. 62. nu. 9. in fine, & num. 10. & Palcaz de maioratu parte 2. cap. 7. Iacob. Menoch.

Aduersus hanc Menochij consultationem facit 2 consil. † 40. Riminaldi iunioris, visis Consilijs duorum Clarissimorum lib. 4. vbi respondet ad hęc fundamenta Menochij. Iac. Maynoldus.

Rursus ego contra Menochij sententiam, in statuto Perusino tere simili huic, cuius hic fit men-
3 tio obseruaui consilium Hondedei 8. † si iure communi per totum lib. 1. Rol. Cauagnol.

Numero 7.

Ibi, (quod eo iure æq; succedebant Cumian. in cap. si aliquem, in verbo masculis nu. 64 de success. feud. Iac. Menoc.

Numero 14.

Ibi (quibus accedant) Cumia in dict. capit. si aliquem in verbo maior natu, num. 17. Iac. Men.

Numero 17.

Ibi (Respondit Berous) adde consil. 96. facti species num. 5. & consil. 143. lib. 2. Iac. Men.

Eodem numero prope finem ibi Mohedano decis. 159. legendum est Muhedano decis. 156. Iac. Menoch.

Rursus ibi ad materiam adde Paleaz. de Maioratu parte 2. quest. 2. nu. 7. Grass. tit. de success. ab inrest. quest. 71. nu. 2. Surd. in decis. 299. nu. 7. Rugerium in consil. 37. in casu ista nu. 38. lib. 2. Neapodamum in capitulis Regn. cap. si quis, vel si quæ de success. ab intestato num. 241. & ibidem Capicius. Iac. Menoch.

Numero 25.

Ibi (Respondetur procedere) legendum est respondetur non procedere. Iac. Menoch.

Eod. num. & paulo post ibi (C. Communi quo à Iustiniano) legi debet quod si à Iustiniano. Iac. Menoch.

Eod. num. & paulo infrà ibi (ab intestato venientibus at diuersum est in casu nostro legendũ est ab intestato venientibus, sic & in casu nostro. Iac. Menoch.

Eod. num. ibi (quod iure communi inspecto) legi debet quod nouo iure communi inspecto. Iacob. Menoch.

Eod. num. ibi (Socin. Senior conf. 89. nu. 12. lib. 4.) addendum est idem Socin. senior in conf. 25. viso statuto nu. 8. vers. confirmatur libro. 3. Egregiè, & clare Berous consil. 96. Facti species num. 9. & in conf. 143. vtrum in successione nu. 14. & 20. lib. 2. Iac. Menoch.

Numero 31.

Versic. tertius est casus ibi ff. solut. matrim. adde Ias. in consil. 127. Pro parte negatiua col. penult. versic. eadem opinionem libro primo. Iacob. Menoch.

Numero 4.

Versic. (duodecimo suffragari vrgetur) legendum est duodecim suffragari videtur. Iac. Men.

Numero 51.

In fine ibi (citat alios nonnullos) adde Decianum conf. 16. primo ergo num. 48. lib. 1. Ancharan. Regens q. 2. num. 16. lib. 3. Rimin. Iun. conf. 401. visis consilijs num. 23. & 24. Iac. Men.

Numero 52.

Ibi (ita declarat Berous) adde in conf. 16. facti species nu. 15. & in & c. Iac. Menoch.

Ad Consilium 188. Hac de controuersia quæ vertitur.

SVMMARIVM.

1 *Capitulans contraria non debet audiri.*
2 *Capitulans contraria suspectus est de calumnia.*
3 *Consensum tacitum, qui deduxit non prohibetur expressum deducere.*
4 *Tacita promissio in genere, non remouet expressam cessionem in specie.*
5 *Contrarietas, vt euitetur danda est interpretatio.*
6 *Matrimonium non potest fieri nisi in præsentia Parochi, vel alterius Sacerdotis de licentia ipsius.*
7 *Capitulum primum concilij Tridentini sessione 24. de reformatione matrimonij perpenditur, & afferuntur declarationes Illustriss. Congregationis.*
8 *Matrimonium vbi est nullum, an quis possit compelli ad obseruantiam sponsaliorum.*
9 *Matrimonium qui clandestina contraxerunt sine Parocho, possunt de nouo matrimonium contrahere in faciem Ecclesiæ.*
10 *Notarius, & testes, qui interfuerunt matrimonio clandestino grauiter sunt puniendi.*
11 *Matrimonium contractum coram Sacerdote, qui non habuit licentiam ab Ordinario, vel à Parocho debet declarari irritum.*

Numero primo.



Esolutio quam facit hoc loco Menochius circa reiectionem capitulorum secundo loco productorũ, sub eo prætextu, quod sint contraria primis capitulis non ita de facili penes me admittitur, licet enim verissima sit iuris conclusio, quod capitulãs
1 contraria non debeat audiri, quia in eo cadit suspcio calumniæ, sic vehemens ut pęnam incurrit
2 se † dicatur ex Archidiacono de iureiur. lib. 6. & Alba in conf. 620. & ibidem Apostillator Annibaldus libro. 4. vt alias dixi ad antiqua Montisferrati decret. 11. §. Quinto, per omnia admittantur, numero 42. & infrà, Attamen in casu Menochij non concluditur contrarietas, namq; esto
3 quod ab initio fuerit deductus tacitus † consensus D. Patriarchæ, non ideo restringitur facultas articulantis, quominus, & expressum etiam consensum deducere, & probare valeat, citra vitium contrarietatis quę necessario repugnantiam meram requirit, quæ in casu nostro dari minime potest si quidem ex eo vitatur contrarietas, quod simul stare potest, tacita permisio in gene-
4 re, & † expressa concessio in specie, quinimo in subiecta materia probatio primæ induationis faciliorem facit probationem alterius, quia scilicet facilius potuit Patriarca descendere in expressũ cessionem. Vnde si ea semper dari debet inter-
5 pretatio † per quam euitatur contrarietas, vt late dixi ad d. Decretum in loco citato. Multo magis, in casu nostro vti nulla datur repugnantia. Rol. Cauagn. Num. 7.

Ibi hoc nostro in casu interrogati scripsi in lib. 2. de

2. de Arbitrar, iudic. casu 453. in fine. Iac. Men.
Eodem numero, & ibi (Qui aliter quam præ-
6 sente Parocho, vel alio † Sacerdote de ipsius
Parochi, seu ordinarij licentia Adde. Quod
hanc dispositionem Concilij Tridentini sess. 24.
7 de reformatione Matrimonij in cap. primo †
declarando censuit Sacrosancta Congregatio
Illustrissimorum, & Reuerendissimorum Cardi-
nalium hunc versiculum non habere locum in
sponsalibus de futuro, sed tantùm in matrimo-
nio per verba de presenti, & qui contrahit spon-
salia de futuro, & consumauerit potest puniri,
8 & matrimonium erit nullum † poterit tamen,
qui sponsalia contraxerit compelli ad obseruan-
tiam iuxta cap. ex litteris 2. de sponsal.

Item pro eo quod pertinet ad hanc versiculum
(Qui aliter quam presento Parocho) censuit ea-
dem Illustriss. & Reuerendiss. Congregatio. Ma-
trimonium contractum coram testibus, sed sine
Parocho, vel alio Sacerdote, de eius licentia, post
Concilium Tridentinum non solùm est nullum,
sed, nec vim habet sponsalium. Adeò quod sic
contrahentes ad denuò contrahendum compelli
non possunt.

Iterum etiam vidi pronuntiatum ab eadem
Sacrosancta Congregatione sub 24. Iulij 1571.
In hæc verba, qui matrimonium sine Parocho
9 Clandestinè † contraxerunt atq; consumaue-
runt possunt si nullum aliud impedimentũ adest,
siue dispensatione, de nouo in facie m Ecclesię ma
trimonium contrahere. Qui tamen contrahen-
tes, & testes, & notarius, qui interfuerunt, dùm
10 sic clandestinę contractum fuit, grauiter sunt †
puniẽdi pœna arbitraria. In idem resoluitur alia
declaratio facta 20. Septẽbris anni prędicti 1571.
& est. Qui matrimonium extra præsentiam Pa-
rochi proprij, & testium Clandestinè contraxe-
runt, & consumauerunt, ipsius arbitrio ordinarij,
seu eius Vicarij grauiter sunt puniendi si nullum
aliud impedimentum adsit, & ipsi in matrimo-
nium consentiunt. Permittendum est eis, vt de-
nuo illud contrahant seruatis tamen seruandis, ex
Decreto Consilij sessione 24. de reformat. ma-
trimonij cap. primo.

Vlterius alia succedit declaratio facta ab eisdẽ
Illustriss. & Reuerẽdiss. Interpretibus, directa Epi
scopo Saluiato die 21. Decẽbr. 1570. & est. Matri-
11 monium contractum coram Sacerdote † qui nõ
habuit licentiam ab ordinario, neq; a proprio cõ
trahentium Parocho, non debet per ordinatium
irritari, sed tantum declarari irritum esse, quia
cum consiliũ iam illud irritum fecerit nõ est alias
irritandum, sed opus est sola declaratione, quod
irritum sit. Plures aliæ sunt declarat. ad capitulũ
de reformatione matrimon. sess. 24. quas habeo
manu scriptas, sed quia leguntur, pro maiori par
te pęnes Ferrandem Rebell. ad finem libri quarti
de Sponsal. in suo tractatu de obligationibus Iu-
stitiæ religionis, & Charitatis, ideo lectorem ad
eum remittimus. Rol. Canagn.

Ad Consil. 189. Quatuor propositis dubitationibus respondeo.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius inuestitus de dacito gabellis, & pedagio, an possit exigere augumentum monetarum.*

2 *Decima soluenda est de moneta antiqua, non de noua.*

3 *Canon, & census debet solui de moneta antiqua, aut de noua ad rationem antiquę.*

4 *Solutio debet fieri de moneta antiqua, siue debeatur ex statuto, vel rescripto, vel ex constitutionibus.*

5 *Dos promissa an debeat solui de moneta antiqua.*

6 *Casus legis vbi est apertus nõ est vlterius quærendum.*

7 *Erubescimus cum sine lege loquimur.*

8 *Calumniatur qui venit contra dispositionem legis.*

9 *Concessiones geminatæ remouent suspitionem obreptionis, & erroris.*

10 *Quod bis factum fuit nihil in contrarium admittit.*

11 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non datur, vbi geminata est confessio.*

12 *Iussioni secunda Principis omnino standum est.*

13 *Obreptio cessat, vbi interuenit causæ cognitio.*

14 *Concessio Principis, non dicitur facta per obreptionem, quando ad eam fuit deuentum ad relationem Supremi Magistratus.*

15 *Concessio Principis facta in remunerationem transit in vim contractus irreuocabilis.*

16 *Dux Mantuę, & Montisferrati, habet iura imperij in suo statu.*

17 *Vectigal nouum an possit imponi per Principem in suo Dominio.*

18 *Clausula pro arbitrio, & absoluta potestate, habet vim clausulæ derrogatoriæ.*

19 *Clausula scientes volentes vltro consultoq; habet vim clausulę non obstante solito.*

20 *Concessio facta contra solitum, tenet vbi de solito prædicto fuerit cogitatum.*

21 *Præscriptio non consideratur in re feudali inscio Domino directo.*

22 *Præscriptionis ius dicitur mere positiuum.*

23 *Princeps potest præscriptionẽ tollere tãquã introductã de iure positiuo.*

24 *Depositiones factæ per vnum, & eundem premeditatũ sermonem non probant.*

25 *Sententia Senatus Montisferrati, super facto augumẽti monetarũ debetur feudatarijs inuestitis de pedagio.*

26 *Exactio daciti vltra solitum, an redoleat impositionem noui vectigalis.*

27 *Vectigalia imponere ad Principem supremũ pertinet.*

28 *Concessio facta per Principem de exactione vectigalis eo modo quo solitus erat ipse exigere, valet.*

29 *Noua constitutio Mediolani, in tit. de feudis, in materia vectigalis imponendi, & exigendi perpenditur, & declaratur.*

30 *Subditi in materia vectigalis plus solito grauandi non (sunt.*

31 *Feudatarius exigens vectigal cum augumento monetarum non dicitur grauare subditum.*

32 *Moneta semper intelligitur secundum tẽpus cõtractus.*

33 *Census de qua moneta soluendus sit.*

34 *Moneta etiã in statutis attenditur iuxta tẽpus statuti.*

35 *Pecunia aucta debetur in gabellis.*

36 *Operę laboratorum sicut excrescunt, ita, & monetę valor debetur auctus.*

37 *Sententia Senatus Montisferrati recensetur in materia augumenti monetorum debiti in exactione vectigalis.*

38 *Noua constitutio Status Mediolani permittit augumentum monetarum in solutione vectigalis.*

39 *Probatio dubia non releuat.*

40 *Actor debet probare intentionem suam.*

41 *Probatio debet fieri per eũ qui venit cõtra possessorẽ.*

42 *Allegans excessum cõtra possessorem debet eũ probare.*

43 *Filius allegans alium filium fuisse melioratum vltra debitum astringitur onere probationis.*

44 Alle-

44 *Allegans excessum vltra vnciam contra filium naturalem existentem in possessione tenetur probare.*
45 *Pensionis excessum allegans contra possessorem tenetur ad probandum.*
46 *Spoliatum qui se dicit facit aduersarium possessorem.*
47 *Conductores publici vectigalis rapaces præsumuntur.*
48 *Nemo præsumitur iactare suum.*
49 *Præsumptio legis præsumitur validissima ad impugnandum ius tertij.*
50 *Hostes totidem nobis sunt quot serui.*
51 *Præsumptio non cedit à præsenti in præteritum.*
52 *Conductoris factum non nocet domino.*
53 *Pactum dicitur pars pretij.*
54 *Delictum vt tuitetur, etiã quæ facti sunt præsumũtur.*
55 *Solitum non præsumitur ex solutione quæ non fuerit vniformis.*
56 *Testes de vniuersitate non probant pro ea.*
57 *Præscriptio non currit contra dominũ, nisi detur illius scientia.*
58 *Scientia vera, & realis requiritur non præsumptiua in remissione proprij iuris.*
59 *Ratihabitio vt præiudicet quo ad præscriptionẽ, quid requiratur.*
60 *Præsumere aliud est, & aliud scire.*
61 *Patiẽtia domini ad hoc, vt præiudicet quod requiratur.*
62 *Ratihabitio quando æquiparetur mandato.*
63 *Lex licitatio §. earum rerum ff. de publican. & vectigal. declaratur.*
64 *Præscriptio non habet locum vbi volens præscribere non est capax Iuris alias præsumptibilis.*
65 *Solitum est probandum in specie non antẽ in genere.*
66 *Scripturis factis ab officialibus publicè deputatis creditur.*
67 *Illata per potentiores vis, quando dicatur.*
68 *Cottonei Oppidum dicitur alias pendere à Ciuitate Laudæ.*
69 *Membra recipiunt nutrimenta a stomaco.*
70 *Inuestitus de dacito carnis, & vini, an censeatur inuestitus de iure prohibendi.*
71 *Surd. in cons. 127. vol. 1. perpenditur, & nõ recipitur.*
72 *Genus in suo genere tantum valet quantum species in sua specie.*
73 *Vniuersitas quæ non reclamauerit aduersus proclamata duplicata nomine Domini sibi præiudicat.*
74 *Renunciare quilibet potest iuri priuato.*
75 *Præscriptibilia non sunt ea, quæ dicuntur esse meræ facultatis, & quomodo id intelligatur.*
76 *Tesaur. in decis. 16. perpenditur, & declaratur.*
77 *Surd. in cons. 127. nu. 161 perpenditur, & declaratur.*
78 *Dux Mediolani dicitur habere iura Imperij.*
79 *Surd in consi. 127. num. 28. arguitur de contrarietate per ea quæ dixit in consi. 390*
80 *Reseruata Principi an sint communicabilia.*
81 *Dacita qui habet, dicitur habere ius prohibendi pro eo, quoad ad dacitum pertinet.*
82 *Decimandi qui ius habet, censetur habere ius prohibẽdi ne fructus auferantur a fundo non soluta decima.*
83 *Surdus in consi. 390. nu. 15. lib. 3. perpenditur, & declaratur.*
84 *Ius exigendi vectigal dicitur de regalibus, & quare.*
85 *Ius prohibendi quomodo consideretur respectu eorum quæ competunt iurisdictionaliter.*
86 *Dominus an possit prohibere ne subditi vadãt ad aliud molendinum vel furnum.*
87 *Cephal in consi. 357 lib. 3. perpenditur, & declaratur.*
88 *Bald. in consi. 473. perpenditur, & declaratur.*
89 *Conductor præsumitur scire qualitatẽ soliti eius quod pertinet ad rem conductam.*
90 *Conductor rei propriæ, scienter sibi præiudicat?*
91 *Priuatio præsupponit habitum.*
92 *Actus referens, an, & quando sustineatur, non consisto de relato.*
93 *Feudatarius positus in loco Principis quæ iura habeat.*
94 *Verba semper debent aliquid operari.*
95 *Permittere quandoq; significat idem, quod concedere.*
96 *Pœna fraudantium vectigal ad quem pertineant.*
97 *Dominus loci debet esse peruigil, ne subditi opprimãtur.*
98 *Dominus loci debet esse custos subditorum, & cauere quod vniuersitas bene regatur, & fraudatores puniantur.*
99 *Feudatarij habent iura vtilia, & cum effectu.*
100 *Pœna delinquentium spectans ad dominum.*
101 *Dominus directus non potest se intromittere in caussa vassallorum.*
101 *Confiscatio bonorum in causa criminis læsæ Maiestatis ad quem pertineat.*
103 *Pœna quæ non succedit in locum damni ad quem pertineat.*
104 *Pœna dicitur quid diuersum ad emendationem damni.*
105 *Caseus an veniat appellatione fructuum.*
106 *Lana venit appellatione fructuum, sed non panni lanæ confecti.*

Nnmero primo.



Bi, (vt exigi olim consueuit) in
facti contingentia dubitationum
fuit an feudatarius inuestitus de
dacito gabellis, & pedagio possit
1 monetarum † augumẽtum exi-
gere, & per subsequentes ratio-
nes, & iura, dixi quod sic. Quia qui habet ius exi-
gendi pedagium, videtur etiam habere ius illud
cõsequendi habita ratione valoris, & augumenti
monetarum, quod successiuis temporibus repræ-
sentatur ex regula generali quod moneta, & men
sura semper intelliguntur secundũ tempus cõtra-
ctus, & actus incohati, l. Paulus cum sua materia,
ff. de solution. & liberation. & ibidem scribentes
Ias. ad l. 2. numero 91. Cod. de iure emphyteu.
Alex. cons. 25. lib. 7. Alba in cons. 118. nu. 14.
lib. 1. Vndè dicitur quòd si decima debetur ali-
cui, etiam ex priuilegio Pontificis soluenda est
2 † de moneta antiqua non de noua, nisi fiat ęstima
tio antiquę, vt voluit. Natta in cons. 664. nu. 5.
& in cons. 302. vbi post Guidonem Papiũ q. 493.
inquit, quod similiter Canon: & Census debet sol
3 ui de moneta † antiqua, aut de noua ad æstima-
tionem ipsius, ad quod propositum plurima effun
dit sola super antiquis Constitut. Pedemont. ad
decret. rempublicã in glosa octaua sub tit. de iu-
re emphyt. Oldrad. in cons. 168. vbi conclusionẽ
4 ipsam extendit † in statutis rescriptis Constitu-
tionibus Afflict. decis. 194. vbi loquitur in dote
5 promissa, siue moneta † antiqua fuerit in totum
reprobata, vt notat Boerius decis. 327. num. 12.
Bartol. & Decius ad l. quod te ff. si cert. peta. siue
deteriorata fuerit ipsa moneta propter diminu-
tionem ligæ, vel ponderis vt notat. Idem Boer.
in loco citato nu. 13. Borgnin. Caualcan. decis.
16. num. 41. part. 2. siue etiam antiqua, moneta,
quæ fuit tempore contractus non currat amplius
tempore solutionis, vel non sine magna difficulta-
te reperiatur. Quia licet solutio tunc debeat fie-
ri in alia moneta vsu recepta, adhuc tamen ad va
lorem intrinsecũ antiquæ monetæ fieri debet, ita
notabiliter determinat Andreas Gail. obseruat.
73.

73. nu. 6. lib. 2. idem Canalc. d decis. 16. nu. 46.
Crau. in cons. 47. nu. 3. sed quorsum isthæc cum
in casu D. Francisci Castiglioni, quod præsens
discutitur habeamus expressam declarationem
super ipso augumento per binas vices per Sere-
nissimos Dominos Duces Mantuę, & Montiferra
ti factam, quarum prima legitur de anno 1565.
altera verò de anno 1595. quæ rem ipsam adeo
expressè dilucidat, vt omnis censeri debeat remo
ta dubitatio, non enim quicquam vlterius quęre-
6 re debemus quādo stat casus legis apertus † per
ea, quę notantur ad l. continuus ff. de verb. oblig.
7 & sicuti erabescimus † cum sine lege loquimur
l. qui filiam §. Sabinus ff. ad Trebell. illam C. de
Collat. ita etiam calumniari videmur, quando
8 † contra legis dispositionem venire intendimus.
Nec dicatur declarationes ipsas, tùm pręcipuè
nouissimè factam sub nonis Ianuarij 1595. posse
redargui de obreptione prout innuere voluisse
videtur Mercatores Taurinenses in eorum pręci-
bus porrectis Serenis. Dominæ Ducissæ Eleono-
rę sub die 30. Octobris anni præsentis 1597. ibi
cosa forsi non gli sarebbe statta concessa, quando
hauesse supplicato che tal tariffa non fosse statta
vsata, & fusse statto messo in consideratione il
grande eccesso, & l'euidente danno, che è per sen
tire la sua Ducal Camera. Quia respondetur nul-
lam pœnitus, & omnino posse considerari in ipsis
declarationibus, & præsertim in nouissima obre-
ptionem.
9 Primo quia geminatæ, † vnde cessare debet
omnis suspitio. Quinimo magis enixa voluntas
demonstratur vulgata l. Balista ff. ad Senat. Con
sult. Trebell. & in actu geminato non pręsumitur
error, sed vera deliberatio l. si mulier C. ad Velle
ian. Felin. in cap. si cautio nu. 31. de fid. instrum.
extra nec quicquam potest opponi cōtra id quod
10 bis † factū est, vt notat Bald. in tracta. Scismatis
relat. p Felin. loco citato, & in cap. fin. extra de
offitio delegati. Gozad. in cons. 1. nu. 37. & cons.
70. nu. 7. & ad hoc propositum solet considerari,
11 quod vitture geminatę confessionis † non datur
exceptio non numeratæ pecuniæ, quę alias com-
peteret Abbas in d. c. si cautio, & ista geminatio-
ne attenta, cessare debet omnis, & quæcunq; reuo
catio per ea, quæ not. Cephal. in cons. 298. nu. 7.
vol. 2. sumpto argumento, tex. in auth. siue à me
C. ad Velleian. tanto magis in casu nostro, in quo
actorum geminatio reperitur, facta non simul, sed
ex interuallo, data scilicet inter eos lōga tēporis
intercapedine glos. in l. si conuenerit ff. de pi-
gnorat. act. Barbatia in cons. 8. nu. 19. volum. 2.
Marcabrun. ab Anguill. cons. 75. num. 58. post
Ial. Alex. ibi relatos. Vnde iure merito determi-
nant Doctores standum esse secundę iussio-
12 ni Principis, † vt notat glos. in l. nec damnosa
C. de pręcibus Imperat. offer. quia operatur vir-
tutem clausulę motus proprii, & ex certa scientia
vt post Bald. & Alex. not. Franciscus Marcus
quęst. 806. num. 8.
Secundo loco dicitur remoueri omnis præsum-
ptio obreptionis, & subreptionis, attenta relatio-
ne, quam voluit Serenis. Princeps sibi fieri per
Excellentissimum Senatum Montisferrati, vnde
13 maxima † causæ cognitio resultat, quod enim
factum est per Dominum cum consilio Procerum
vitio nullitatis obreptionis, & subreptionis nō su
biacet glosa in verbo gramaticus in §. si vero in
perpetuum, authen. de non alien. aut permut.
rebus Eccles. & ibidem Doctores, & adhibita co-
14 gnitio causę facit cessare obreptionis, † & subre
ptionis vitiū vt legitur in relatione facta p Sena-
tum prędictum de anno 1594. die 26. Nouembris
ibi in illis verbis. Tutta via questo non deue im
pedire, che ricercando li feudatarij come conuie-
ne facolta di poter ridur il corso delle monete,
hauuto risguardo al tempo delle loro concessio-
ni, non si debba loro concedere.
Tertio additur, sicuti non obstante dispositio-
ne legali, secūdum quam repetitur cautum, quod
augmentum, & valor monetarum debetur, prout
dictat relatio, super qua fundatur concessio, pos-
set adhuc sustineri confirmatio, & seu declaratio
facta in remunerationem benemeritorum pręfati
Domini Castiglioni, vt colligitur ex verbis decre
ti, ibi attentisq; etiam fide, deuotione, & erga nos
obsequio quibus ipsemet Dominus Franciscus,
(vt Vassallum decet) est repletus, vnde alijs ces-
15 santibus transiret ista concessio in vim † contra
ctus irreuocabilis ex traditis per Clarum in §. do
natio quæst. 3. Menoch. cons. 308. num. 7. lib. 4.
Cum igitur Serenis. Dominus Dux noster in suo
statu aliquem superiorē non recognoscat, geratq;
16 vices Imperij, & possit ea omnia, † quæ potest
Imperator in vniuerso orbe Rol. à Valle in cons.
76. num. 3. vol. 2. Cephal. in cons. 58. num. 68.
vol. 4. Bursat. in cons. 168. vol. 2. nu. 11. Ias. in
cons. 135. volum. 2. Surd. in cons. 1. nu. 12. vol. 1.
& in cons. 210. num. 22. & 278. nu. 14. volum. 2.
nemo est, qui verosimiliter possit ambigere, quo-
17 minus Vectigal etiam nouum † in suo dominio
possit imponere ad notata per Doctores in cap.
16. extra de verborum signif. per Nattam in cons.
661. Rol. cons. 9. vol. 2. & per capic. decis. 148. &
impositum alicui concedere.
Rursus pro confirmatione præmissorum, & ad
tollendas qualcunq; obreptiones, & subreptio-
nes, vbi cōsiderari potuissent additur virtus clau
sulæ in ipsa declaratione appositę ibi pro arbi-
18 trio, & absoluta potestate, † quibus &c. Quę
verba habent vim clausularum derogatoriarum.
Ozasch. decis. Pedemont. 100. Qui in fortioribus
terminis arguit, ex eis colligi quod Princeps vo-
luerit auferre ius tertij, quomodocunq; quæsitum
quo casu destruitur intentio aduersantium, dum
inquiunt in eorum præcibus fuisse ipsis ius quæsi-
tum ex solito, quod erat ante ipsam cōcessionem
prout infra latius enarrabitur.
Adduntur etiam pręmissis omnibus clausu-
19 læ subsequentes in ipso decreto ibi scientes † vo
lentes vltro, consultoq; quę sonant in clausulas ex
certa scientia, ac de plenitudine potestatis, vnde
perinde est, ac si dictum fuisset in ipso rescripto,
non obstante solito in cōtrarium, vt per Roman.
singul. 764. & Guid. Pap. singul. 7.
Nec fiat difficultas super eo, quod paulò ante
dictum fuit nempè quod Serenissimus Dominus
Dux ad eam concessionem non deuenisset, vbi fa
cta fuisset eidem expressio de solito in contrariū,
ante ipsam concessionem. Quia istud est merè
somnium, quod, sicuti non procedit in facto, ita
nec debet præiuditium afferre in iure ipsi Domi-
no Castigliono. Post quam in ipso decreto fit per
20 Serenis. expressa † mentio de allegata conside-
ratione in illis verbis paulò post principium con
cessionis, ibi quamuis ipsemet ab eius patre in

pupillari ætate relictus, istiusq; concessionis ignarus illa postea gauisus nõ fuerit, vnde per optime datur intelligi eleuatam exceptionẽ fuisse consideratã nõ dicã tacitè, prout inferunt clausulæ superius enarratæ, sed ita expressè, vt nihil magis.

Nec dicatur per allegarum solitum fuisse ius aliquod quæsitum ipsis mercatoribus, quia esto, & non admisso, quod potuerit considerari aliqua præscriptio, ea fuit interrupta ob concessionem, & seu declarationem factam de anno 1565. nec reperitur, quod fuerit legitimè introducta, cum ob minorem ætatem ipsius Domini Francisci, tũ
21 etiam ex eo, quod † in re feudali, quę à supremo Domino dependet, non consideratur ipso Domino inscio ad not. per Afflict. decis. 400. num. fin. & ad tradita in l. Peregrẽ §. quibus ibi Bart. & cœteri ff. de acquir. possess.

Vel etiã respondetur, quod vbi fuisset aliquod ius quæsitum ipsis Mercatoribus ex præscriptione illorum illud ipsum tãquam fundatum super iure ciuili merè positiuo potuit per Principem auferri, negari siquidem nullo iure potest, quin
22 ius præscriptionis sit merè † positiuum, vt passim notant Doctores plus quam in mille locis, at qui contra illud rescripsit Princeps, prout potest ergo & c. l. Princeps ff. de legib. l. digna vox. Cod. eod. l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. publicã Bal. in l. fin. C. de sentent. pass. Berons in cons. 76. num. 16. vol. 1. & in cons. 167. num. 12. vol. 2. vbi in-
23 quit, † quod Princeps etiam sine causa ius, quod est de iure positiuo omnino tollere potest ex cap. proposuit, extra de concess. præbend.

Minus facit eleuata cõsideratio, quod Sereniss. Princeps non fuisset concessurus ipsam confirmationem, & declarationem vbi certior fuisset effectus de imminenti damno, occasione cessantium commertiorum quia rectius intuenti nulla datur consideratio damni. Namq; hoc ideo nõ cessant, nec cessare vllo modo possunt cõmercia propter necessariam humanam indigentiam, & non est credendum, quod circumfertur per solos aduersarios de nouo transitu. Prout bene norint. Qui de regionibus, & situ plenè sunt informati. Vnde non consideratio damni admittitur, sed manifesti commodi probatio resultat in ipsum Serenifs. Dominum, respectu directi Dominij quod habet in ipso feudo, & dacito, vltra quod etiam in relatione facta per Excellentiss. Senatum videtur fieri expressa mentio damnorum. In tantum quod ad ea, vt iusta petentibus non esset denegatus assensus, nulla fuit habita ratio per Sereniss. Dominum, declarantem exprese concessionem hanc demandandam fore executioni esto quod præiuditium graue, & magnum infereretur in vim illarum clausularum, sciẽtes, volentes &c. per ea quæ not. Paris. in cons. 70. volum. 1. vt supra latius dictum fuit.

Nec releuant aliquo modo assertæ mendicatæ depositiones, quę dicuntur factę per ipsos Mercatores, & interessatos parte non citata informiter coram Iudice suspectissimo non constito, quod testes fuerunt citati, & quæ leguntur conscriptæ per vnum, & eundem præmediatum sermonem,
24 quæ propterea † non probant l. omnibus C. de testib. vbi glo. & Bart. Lancellot. de officio Prætoris in §. personas testium nu. 47. de testib. l. testibus tit. eodem specular. in tit. de teste. §. qualiter versic. volens, & Bar. & Angel. in l. quæ omnia §. 1. ff. de in ius vocan. facit etiã, quia eorum depositio fundata super solito præsupposito ex iuribus superius allegatis nihil releuat, vt ex actis etiam apparet, sicuti Mercatores ipsi, & viatores concordarunt se cum eodem Domino Castillione pro solutione pedagij, qui cum ad eo hũmaniter cum eis se gesserit, nullam iustam causam habent conquerendi, constat enim ex tariffa, quod solutio debet pro singulo pondere fieri derogariarũ de quartis septem, ita vt pro qualibet salma ponderum viginti duarum debeant persolui grossi triginta quinque, & conuentio facta ex humanitate, citra tamen præiuditium iurium suorum, reperitur ascendere dumtaxat ad grossos nouem cui humanitati videtur in proposito posse addi consideratio, quod ipsa taxatio de iure regulãda venit ad valorẽ monetarũ currentium nõ dicã solum de anno 1615. prout regulata fuit tariffa, de qua agitur verũ ẽt de anno 419. & longe antea. Quo tẽpore valor aurei ducati nõ poterat ascẽdere ad grossos viginti. Vnde si foret mutãda taxatio ipsa dubio procul esset reducenda ad id tempus ad commodum præfati Domini Castiglioni. Ex quibus plenè dignoscitur potius ipsi D. Francisco competere ius conquerendi, quam aduersantibus tanto magis quia fuit eidem Dño iniũctum onus exigendi pedagium, & seu dacitum ad ripã fluminis Padi pro maiori commoditate per transeuntium, non autem in Castro, prout alias tam ex stilo quam de iure solitum erat fieri in tantum quod onus prædictum, quod commodiori vocabulo seruitus nuncupari potest, detrahit plurimũ de dacito prædicto, Quandoquidem exactori ad hunc effectũ deputato erogantur singulo quoq; mense scuta quatuor pro salario, ad quod alias nõ tenebatur, ex quibus omnibus datur intelligi quod ipsi quærelantes pignus, vt est in adagio à saltuario petunt. Quare præmissis sic stantibus ex omni capite obaudiendi sunt particulares ipsi quos potius ex liuore, & odio, quam ex veritate negotij insurrexisse apparet, & vbi ad aliquam relationem deueniri contingat ad præmissa debet animaduerti ad commodum eiusdem D. Castiglioni, pro quo, vt præmissum fuit pro temporis angustia arbitratus non posse modo aliquo recedi à relatione iuridica facta in simili proposito per Excellentiss. Senatum Suæ Celsitudini ita iuris esse dico, & censeo, & ita iuxta votum meum venit Excellentiss. Montisferrati Senatus in sententiam profeudatario, vt patet ex relatione per eum facta Sereniss. Principis, cuius tenor hic est. Rol. Cauagnolius.

Sereniss. Madama Nostra Sig. & Padrona singolariss.

Habbiamo vedute le scritture prodotte dal Signor Gio. Francesco Castiglione che hà con l anneſſa supplicatione ricercata facoltà di puoter scoder il pedagio di quel luogo à moneta retratta, & trouiamo ch'ella fù già concessa da suoi antecessori dal Serenifs. Sig. Duca Guglielmo di glo. mem. fino dell'anno 1565. & se bene
25 egli dice di non hauerla vsata, non hauendone † mai hauuto notitia, tuttauia riferiamo con la douuta riuerenza à V. A. il nostro parere essere, che sia giusto, & ragioneuole il desiderio del detto Castiglione, che gli hà supplicato per la confermatione, e noua cõcessione della sudetta facoltà,

E vero,

E vero, che hauendo alcuni Feudatarij in virtù delle loro inuestiture da se stessi, & senza hauerne ricercato altro ordine riscossi i loro datij à moneta ritratta, hanno data occasione alli conduttori del Datio generale di dolersi, che nõ ne sapessero cosa alcuna, dicendo, che quanto è più gagliarda l'essattione de datij de i luoghi, & Castelli particolari tãto più si vẽgono a difficoltare i comercij à dãno d'esso Dacio generale. Tuttauia questonõ deue impedire, che ricercando li Feudatarij come conuiene facoltà di poter ridurre il corso delle monete hauuto risguardo al tempo delle loro concessioni non si debba loro concedere, il che è quanto possiamo in questo caso riferire all'A. V. alla quale faciamo humilissima riuerenza, augurandoli da Dio benedetto ogni felicità, & contentezza. Di Casale li 26. di Nouemb. 1594.

D. V. A. Serenis. Humiliss. & fedeliss. ser.

Bernardino Scotia.

Antonio Calloro.

Gio. Giacomo dal Ponte.

Alfonso Galuagni.

A tergo. Luiggi Oliuo.

Alla Serenissima Madama nostra Padrona singolarissima, la Sig. Duchessa di Mantona, & di Monferrato &c. Sigillata.

Exemplum retroscriptæ relationis modo quo supra subscriptæ, & inscriptæ solitoq; Excellentiss. Senatus sigillo sigillata fuit ab eius originali scripto manu M. Mag. D. Euandri Baronini dicti Senatus Secretarij mihi nota extractum, & cum eodem concordare compertum, & pro fide hic me manualiter subsignaui ego infrascriptus Notarius eiusdem Senatus Cancellarius.

Io Antonius Morns.

Numero 9. & 10.

Per eandem rationem conquærebantur olim Agentes Communitatis Cottonei, quod nomine Nobilissimorum Comitum de Feiuultijs, tentare
26 tur exactio † Daciti macelli carnium vltra solitum; & quod ea redoleret noui vectigalis impositionem, sed responsum per me fuit vt infra.

Ad sustinendum querimoniam, quam produxerant homines Cottonienses ex eo, quod non valeant D. Comites ministerio conductorum, & agentium exigere dacitum carnis vltra metam sulidorum viginti pro singula bestia grossa, & solidorum sex pro singulo vitulo; Assumunt sibi pro fundamento nedum iuris ciuilis dispositioné per quam inferior supremi Principis vectigalia
27 † instituere, & exigere nemo potest, cum istud sit maximi Imperij, l. vectigalia, l. solent, & l. finali. C. nou. vectigal. instit. nõ posse, & l. vectigalia. ff. de public. & vectigal. quinimo noua vectigalia exercentes, vel instituentes, l. Iulia. de vi publica teneri, sicuti etiam, & l. Iulia. de ambitu ipsarum legũ censura monet l. fin. ad l. Iul. de vi public. l. 1. ff. de ambitu, sed etiam N. C. in tit. de feudis, quibus cautum dicitur feudatarijs non licere quicquam exigere, sub quouis quæsito colore vltra id, quod tempore concessionis factæ per Principem solitũ erat exigi.

In quo negotio licet plura hinc inde fuerint allegata, & præsertim nomine eiusdem Communitatis, quę lato calamo laborauit ad iustificandã sui ipsius intentionem; attamen summa rei eò videtur reducta, quod ex latere dictæ Vniuersitatis dicatur plenè probatum solitum ipsum fuisse de viginti, & respectiue sex solidis tantum, & nõ vltra, ex eo quod ad illam rationem fuerit pluribus annis facta exactio, qua attenta videtur argui, quod omni casu in maiori summa de tempore factæ concessionis per Principem, non fuisse factam exactionem cadit legalis præsumptio, ita vt partes DD. Comitum fuerint probare, quod vltra recitatam metam de eo tempore fieret exactio, & sic ad rationem solidorũ triginta quinq; pro qualibet bestia grossa, & solidorum viginti pro singulo vitulo.

Ego autem ad indagandam veritatem istius controuersiæ priusquam ad particulariter obiecta nomine dictę Vniuersitatis dirigatur sermo; in primis dicerem, quęrendum esse de viribus actionis intentatæ contra DD. Comites tamquam de principaliori fundamento, quo discusso facilior erit aliarum subsequentium obiectionum resolutio.

Et proindè quòd pertinet ad ius commune, facillime tollitur ex priuilegio concesso antecessoribus dictorum Dominorum Comitum, in quo particulariter inuestiuntur de Dacitis, & Gabellis, eo iure quo spectabant, & pertinebãt Illustriss. & Excellentiss. tunc Duci Mediolani in cuius lo-
28 cum, ius, & † statum positi fuerunt, vt latius continetur in facta concessione quibus stantibus nemini dubium est, quin valeat concessio facta vt examinat Natta in cons. 661. in controuersia nu. 10. & seq. post Bartol. in l. quominus q. 2. ff. de flumin. & Canon. in cap. super quibusdam §. Præterea de verb. signif.

Quod verò dicitur de Nou. Constitut. vbi illæ procedant in feudis, in quibus vasallus constitui-
29 tur in locum † ius, & statum Domini superioris cuius rei examen non est, quod fiat ad præsens, videndum est in primis, quomodo intelligatur prohibitio exactionis vltra solitum cuius meminit constitutio ad hoc, vt iuxta mentem Floriani
30 in l. filia nupeura ff. famil. Erciscund. subditi †
plus solito grauari dicantur.

Et isto casu cum satis clara sit noua constitutio, quæ restringit se ad id, quod tempore concessionis factę per Principem exigebatur, ea tantum vìdetur cadere dubitatio, numquid Feudatarius inuestitus de Dacitis, Gabellis, & Pedagijs exi-
31 gendo excrescentiam valoris monetarum † dicatur quid de pluri exigere, quam solitum fuerit exigi de tempore concessionis ita vt locus sit prohibitioni, cuius meminit eadem constitutio.

In quo articulo illud pro constanti esse debet, quod, qui habet ius exigendi pedagium, videtur etiam habere ius illud consequendi, habita ratione valoris, & augumenti monetarum, quod successiuis temporibus representatur ex regula generali, quod moneta, & mensura semper intelli-
32 guntur secundum tempus † contractus, & actus inchoati l. Paulus cum sua materia ff. de solution. & liberation. & ibidem scribentes, Ias. ad l. secundam num 91. C. de iure Emphit. Alex. cons. 25. vol. 7. Alba in cons. 118. num. 14. vol. primo, vnde dicitur, quod si decima debetur alicui etiã
33 ex † priuilegio Pontificis soluenda est moneta antiqua, non de noua, nisi fiat ęstimatio antiquæ, vt voluit Natta in cons. 604. nu. 5. & in cons. 302. vbi post Guid. Pap. quæst. 493. inquit, quod similiter Canon. & census debet solui de moneta antiqua, aut de noua ad æstimationé ipsius, ad quod

propositum plurima effundit sola super antiq.
Constit. Pedemont. ad Decretum rem publicam
in glos. 8. sub tit. de iure emphit. Oldrad. in cõs.
34 168. vbi conclusionem ipsam extendit † in statutis rescriptis, & constitutionibus, Afflict. decis.
194. vbi loquitur in dote promissa, siue moneta
antiqua in totum fuerit reprobata, vt notat Boerius decis. 327. num. 12. Bartol. & Decius ad l.
quod te ff. si cert. petat. siue deteriorata fuerit ipsa moneta propter diminutionem ligæ, vel ponderis, vt notat Idem Boerius loco citato num. 13.
Borgnin. Caualcan. decis. 16. num. 41. parte 2.
siue etiam antiqua moneta, quę fuit tempore contractus non currat amplius tempore solutionis,
vel non sine magna difficultate reperiatur, quia
licet solutio tunc debeat fieri in alia moneta vsu
recepta, adhuc tamen ad valorem intrinsecum antiquæ monetæ fieri debet, ita notabiliter determinat Andreas Gayl. obseruat. 73. num. 6. lib. 2.
Idem Caualcan. dicta decis. 16. num. 46. Crauet.
cons. 47. nu. 3. & ita in indiuiduo deberi, scilicet
35 pecuniæ augumentum in Gabellis, † decisum
fuit per Senatum Pedemontanum, vt attestatur
Thesaur. decis. 214. quia soluuntur dominis locorum in subleuamen onerum feudalium, quæ sustinent quotidie, ac impensarum, quas in dies faciũt
pro defensione loci, & ex causis respicientibus bonum publicum Afflict. de feud. in tit. quæ sint
regalia in verbo vectigalia num. 4. Rol. cons. 34.
nu. 24. & 27. lib. 3. sicuti enim nunc aurum, &
36 argentum exercuerunt operęq; † laboratorum,
ac mercedes rerumq; omnium prętia ferè immensum Thesaur. Inn. de Monetis parte 2. num. 78.
sic congruit æquitati, vt in Gabellæ solutione ratio augumẽti monetarũ habeatur vt ait Thesaur.
Senior dicta decis. 214. num. 2. & ita etiam iuris
37 esse censuit Senatus Montisferrati cuius votum
habens Serenis. Dux Mantuæ, & Montisferrati
pro feudatario statuit me patrocinante, vt constat ex relatione dicti ordinis, sub dat. Casali 26.
Nouembris 1594. non obstante querimonia, quã
porrexerant Conductores generalis vectigalis,
cuius proinde verba formalia superius annotata
sunt ad Consil. præsens.

Nec præmissæ conclusioni repugnare videtur
Nou. Constitut. quia dum per eam disponitur, ne
quidquam exigatur vltra id, quod tempore factę
concessionis exigebatur, vtiq; in consequentiam
38 permitti videtur exactio † Gabellę cum augumento monetarum, quia alias exigendo monetã
currentem deterioratam in bonitate intrinseca,
minus exigeretur, quam soleret exigi de tempore concessionis, vt perpendunt Doctores in l. cũ
quid. ff. si certum petat. dum inquiunt creditori
minus censeri solutum, vbi non soluitur moneta æquiualens in bonitate intrinseca illi monetę,
quæ currebat de tempore factæ concessionis, &
contractus.

Hoc attento Homines Cottonienses, qui veniũt
aduersus exactionem, quam faciunt habentes causam a DD. Comitibus Triultijs intuitu pluris
exactionis, vtiq; grauantur onere probandi illud
plus in querimonia deductum, verum vt ex eorũ
latere probatio sit perfecta, & concludens, metiri
debent in primis, monetam antiquam, & sic eos
solidos currentes de anno 1450. cum moneta currenti de tempore præsenti, quia alias imperfecta
39 esset probatio, & probantes non † iuuaret, vulgata l. neq; natales C. de probation. cũ multis alijs.

Quod autem istius probationis onus Cottoniensibus incumbat, licet satis apertum sit ex abundè deductis per Priorẽ D. Consulentem per textũ
in terminis in l. finali C. noua vectigal. imponi
non poss. quem in indiuiduo perpendit Curt. iun.
in consil. 124. maturè, ac cum diligentia num. 9.
vol. 1. illud etiam facere videtur, quod communi
40 ter allegatur Actoris scilicet munus esse † intentionem suam probare, & quidem plenè vulgata
l. Actor, quod asseuerat C. de probat. vbi glos. dicit hoc etiam habere locum in quærelante.

Quinimo cum ad præsens sint Domini Comites in quasi possessione exigendi solidos 35. &
20. respectiuè nemini dubium, quin lex ipsa quę
pro possessore cãtat onus probandi excessum transferat in eos, qui contra possessores, seu quasi ve-
41 niunt, † vt est decisio Roderici Soarez. ad l. primam fori in tit. de Arris num. 14. & 15. dum inquit mulieri, seu ius hęredi competere onus probãdi facultates mariti tempore promissionis esse
idoneas ad arratum promissionem, ad hoc, vt sit
locus legi afferenti expresse marito facultatem
42 donandi arras vxori vltra decimam † partem
bonorum, quã habet tempore promissionis, &
licet huic opinioni assentire omnino non videatur. Didacus Couaruuias variarum resolutionũ
lib. 2. cap. 6. tom. 2. nu. 7. firmat tamen eandem
opinionem recipi.

Cui etiam non mediocriter suffragari opinor
ea, quę dicit Melchion. Paleaz. in tractatu maioratuum parte prima q. 52. in materia legis Taurinæ prohibentis patrem posse meliorare filium
vltra tertiam partem, vel quintam bonorum suorum, vbi distinguit, quod si filius fuerit in possessione aliquorum bonorum paternorum, &
fratres dixerint ipsum melioratum, vltra tertiam
43 vel quintam † partẽ probabunt, & ipsi excessum
ex prærogatiua possessionis, quã habet filius melioratus, qui si non fuerit in possessione, sed prætendens admitti iuditium instituat, partes actoris
sustinendo necesse habebit probare meliorationẽ
factam fuisse intra dictam tertiam, vel quintam
partem bonorum.

Hinc etiam dixi, quod allegans donationem
factam per Patrem filiæ naturali sobole legitima
44 existente excedere † vnciam, ad eam infrigendam, iuxta l. secundam C. de natural. lib. probare debet excessum vnciæ, si non fuerit in possessione bonorum, quod habui alias in facto pro Domino Horatio Bocio contra D. Marcum Aurelium,
& fratres de Cocarella corã Senatu Montisferrati.

Prout similiter dicendum venit de eo, qui alle-
45 gat pensionis excessum contra † possessorem, vt
teneatur eum probare, sic notat Bellamera decis.
470. testis cum fama quem sequitur Gigas. de
pension. q. 9. num. 9. vbi plura adducit, cui addo
Cassiad. de rescript. decis. 10. cas° occurrit nu. 9.

Hãc verò quasi possessionem exigendi Dacium
ad solidos 35. & solidos 20. admittunt Cottonienses, vt mihi ipsi, & cuicunq; intuenti planum
est ex confessionibus iudicialiter factis, dum affirmarunt à quodam tempore citra ipsos D. Comites exigisse vltra solidos viginti, & solidos sex,
licet supponant fuisse coactos ad ipsam maiorẽ
solutionem, quam ad rationem de qua supra esse
dixerunt, quo casu allegare videtur quod fuerint
spoliati ea facultate soluendi dictam minorem

summam

summam, & ita succedit conclusio, quòd qui di-
46 cit se spoliatum † admittit possessionem exta-
re penes eum, quem spoliatorem supponit ad no-
tata in cap. cum Ecclesia Sutrina extra de causa
possessionis, & proprietatis, & in can. reintegran
da 17. quest. 1.

Verùm, quia ad declinandum obiectum vide-
tur ex aduerso deduci, quod vniuersitas intentio-
nem suam iustificauerit, sufficienter ex datis pro-
bationibus, quibus cõstare supponitur Cottoniē-
ses conductores Macelli carnium, certo, & quidē
longo (vt aiunt tempore) nihil pluris solidorum
20. & solidorum 6. respectiuè exigisse, ità, vt per
argumentum à præsenti habita consideratione
illius temporis in præteritum adnotata in l. siue
possidetis de probat. l. si hi qui, & ibi Bald. C.
de adulter. §. pri. auth. de restitut. & ea, quę pa-
rit in 11. mens. col. 4. & ibi glos. intret. probatio
quod tantundem retroactis temporibus soleret
exigi pręsertim, quia cadat præsumptio, quod
47 conductores publici † vectigalis quorum condi-
tio rapax supponitur minus solito voluerint exi-
gere, vt considerat Surd. in cõs. 270. nu. 25. vol. 4.

Huic tamen replicationi respondendum puta-
mus, quòd probationes Cottoniensium non de-
bent esse præsumptiuę, sed vere reales, & conclu-
dentes, namque argumentum vt suprà desum-
ptum, videtur habere pro fundamento principa-
li, vbi illud idem etiam verum foret solam Homi
nis præsumptionem vt animaduertit Mascard. de
probation. q. 10. nu. 23. vbi loquitur in præsum-
48 ptione, quod nemo pręsumatur iactare † suum,
l. cum de indebito ff. de probation. & l. Campa-
nus ff. de oper. libert. quę proinde non sufficit,
cum ad obtinendam victoriam, & ad eijciendum
possessorem, seu quasi à sua possessione, vel quasi,
qui si titulum iustum habet, vbi liquidissime pro
bationes requiruntur omni casu sola præsumptio
iuris non hominis sufficiens est, Bald. in l. si tutor
petitus C. de peric. tut. Felin. in rubr. de probat.
col. 1 facit l. fi. Cod. de probat. quam declarando
Castrens. in cons. 281. in caussa ista nu. 1. lib. pri-
49 mo dicit solas præsumptiones † legum, & sic iu-
ris liquidissimas censeri ad impugnandum ius
tertij, & ad argumentum de illicito in persona
Domini contra subditos, glos. in cap. statutum
§. cum verò versic. ab aliquo de rescriptis in sex-
to, Felin. in cap. cum in iure col. 1. de off. delleg.
cum fortior sit præsumptio subditorum, & seruo-
rum contra Dominum ex vulgari, axiomate toti
50 dem nobis † hostes sunt, quot serui, præsertim,
quia illud præsens tempus non infert de necessita
te in præteritū, & ita plenā probationē non facit,
quę requiritur in actorib⁹ pro victoria l. matrē, &
neq; natales C. de prob. Bart. in lex pſona C. eod.

Quod autem ab eo tempore in præteritum de
necessitate non inferatur, vbi aliquo morbo non
laborarent probationes, super quibus fundant se
51 Cottonientes † satis est certum, non solum ex eo,
quòd aliter veritas esse possit, sed etiam, quia ob
mutationem bonitatis intrinsecæ, quæ in dies cre
uit, solidi pędicti nunquam potuerunt pro men-
sura crediti in eodem valore, & consequenter in
eodem numero considera i.

Nec obstat argumentum, quod publicani fint
rapaces, & præsumantur exegisse non quid min⁹,
sed quandoq; quid pluris, ex notatis per Surd. in
dicto cons. 470. nu. 25. quia respondetur vt supra,
propositionem hanc non concludere probatio-
nem perfectam.

Vel etiam dicitur, argumentum ipsum posse
commodè retorqueri, quia data natura rapacita-
tis in prædictos homines, hoc ideo curarunt mino
rem exactionem, vt inuitarent, & macellarios, ad
mactandas plures victimas, quo enim minor est
gabella, minus etiam remanet pretium carnis, &
vnius bestiæ grossæ. & vituli, non tantum dicitur
suppleri ob maiorem quantitatem, sed, & longe
augeri, id ipsum patet sensui, & docet experien-
tia rerum, sic enim alias patrocinando pro con-
ductoribus generalis datiti Montisferrati exper-
tus sum in materia macellariorū partis langarū.

Insuper accedendo ad ea, quę sibi pro funda-
mento assumunt Cottonienses, dicimus nullibi
probari assumptū, quod ex aduerso allegata con-
suetudo fuerit exigendi datium ad summam præ
suppositam tantum, siquidem, vt singula exami-
nentur, duas video considerari species probatio-
num, vnam scilicet per testes, alteram verò per
scripturas, hoc est per libros exacti datij.

Verùm quoad primas probationes illud prin-
cipaliter aduertendum venit, quod qualescunq;
sint testium depositiones reincidunt in tempus,
quod vniuersitas Cottonei conduxerat illud ve-
ctigal, quare si quid minus iusto pretio permisisse
exigi dolosa dicebatur exactio, non minusquam
lucrosa dictę Communitati si non hominibus, in
vniuersum saltem singulis, prout singulis.

Dolus autem versatur in eo, quod Cõmunitas
conducendo vectigal illudq; relocando, prout cō-
tigisse apparet dum curauit minus exigi, id ita
fecisse pręsumitur vt induceret pro posse suo quod
dam solitum in sui exonus, in Domini præiudi-
tium, arbitrata fortassis, quod illi actus essent ha-
biles ad introducendam consuetudinem illud
minus soluendi ex l. Imperatores in fine. ff. de pol
licit. & l. si publicanus, & l. licitatio §. earum. ff.
de public. ac l. fin. C. vectig. nou. inst. non poss.
52 licet inanis pro iure † debeat esse conatus cum
factum creditoris non noceat Domino, vt proba-
uit Prior Dominus Cõsulens, & latè tuetur Bero.
cons. 127. consideratis diligenter num. 4. vol. 3. &
facit pro ista sententia quod indulgentia, seu affe
ctata, vel quęuis alia negligentia publicani non
nocet, textus est in citata l. licitatio §. earum re-
rum quem in simillbus ponderat Francus decis.
Neapol. 397. num. 9. & 14. par. 2.

Cui propositioni affinis est ea consideratio,
quod quicquid in ista materia nixi sunt testes ad-
ducere, illud idem restringitur ad id tempus quo
exactio dicti vectigalis, seu gabellæ residebat pe-
nes Vniuersitatem Cottonei, seu Subconductores
ipsius, quia lapso tempore locationis factæ in Cō
munitatem prædictam ijdem testes affirmant
exactionem factam fuisse ad rationem de solidis
35. & de solidis 12. respectiue.

Lucrum verò ea eadem pręsupposita modica
exactione, vbi ea vera sit, quod tamen non est ex
omni parte certum cum illamet exactio de soli-
dis 20. & de solidis sex, potuerit censeri facta non
de moneta noua, & currenti, sed de antiqua, quæ
exinde calculata summam solidorum 35. & 20.
attingere potuerit, ita ut isto casu satis fuerit DD.
Comitibus Triuultijs dubiam reddere quærelan
tium, & actorum intentionem, ad notata in l. qui
accusare C. de edendo lucrū inquam surgit, quia
scilicet

scilicet quo minor est gabella, non ita cariori pretio Cottonienses carnes emebant, tanto magis, quia in sublocationibus factis per Vniuersitatem, potuerit tale onus imponi macellarijs, quod non solum responderit dicto maiori pretio, sed longè exuberauerit, pacta enim, vt legibus
53 cautum est pars † pretij esse censentur.

Huc et pertinet facta consideratio cópositionis, & conuentionis inter macellarios, & cóductores dacij, quę cum soleat communiter fieri ab huiuscemodi personis, vt ipsa docet experientia rerum eo facilius venit pręsumenda in facti contingentia, quo per solam exceptionem per Dominos, qui in possessione, seu quasi reperiuntur, dubia redditur ipsorum actorum intentio, & probatio, vt superius dictum fuit; & ita cessat replicatio, quod ea compositio sit quid facti, & non præsumatur nisi probetur per l. in bello §. factæ ff. de capt. & postlim. reuers. quia ea non procedit in hijs, quæ solita sunt fieri l. vlt. in fin. C. de fideiuss. Bald. & Rub. C. de fid. instrum. num. 8. quinimò ad sustinendam qualitatem exactionis solidorú 35. & 20. & sic ad exclusionem illicitæ exactio-
54 nis quæ delictum saperet; † vbi iure non posset sustineri etiam quę facti sunt præsumuntur Castrens. in l. illud nu. 7. in fine. C. de sacros. Eccles.

Nec obstat quod ad excludendam compositionis præsumptionem adducitur solutionem scili-
55 cet † fuisse vniformem, quæ non cadit vbi adest cópositio, quia respondetur, quod vbi de vniformitate caderet probatio cum dacium esset penes Vniuersitatem, non esset mirum, quod solutio diceretur vniformis, cú diformitas omni casu detur mutatis dominis hoc est conductoribus.

Vel etiam vniformitas in casu nostro non est considerabilis saltem eo modo, quo Vniuersitas eam deducit, quia scilicet non reperitur probatum, quales essent illi solidi 20. & solidi 6. qui soluebantur verum scilicet essent valoris, & bonitatis intrinsecæ, cuius erant de tempore factæ concessionis, quia si tales essent, vtiq; frustatoria diceretur omnis quæstio, cum longe maioris sint pretij quam dicti solidi 35. & solidi 20. qui ad præsens soluuntur cum de tempore factæ concessionis scutum aureum vix esset valoris solidorum 23. Imper. vt ex recto calculo monetarum facile potest colligi, vt aduertit Sola in suis constitut. Pedemont. in fine primæ partis, secundum primá impressionem, & in fine operú in secunda addit.

Minus obstat quod obijcitur de præscripta facultate soluendi minorem summam ad commodum Vniuersitatis, quia fundamentum quod faciunt Cottonienses sic semper solitum fuisse solui ab anno 1446. vsq; ad annum 1563. non est vllo modo probatum, vel quia nó reperitur expressus valor dictorum solidorum quare non incongruè potest adduci quod illud argumentum a solito facit pro Dominis Comitibus, quia scilicet sumendo principium soliti, est dicendú, quod illud erat de moneta antiqua, & sic deca, quę maioris nunc est valoris, quia adhuc non erat, sic deteriorata in bonitate intrinseca, vt considerat Thesau. in allegata decis. 214. vbi loquitur de moneta minuta, & sic de grossis illius Patriæ Pedemontanæ, quæ vix valent quartos tres illius monetę Mediolanensis; quare si solitum ab origine sumptum sic erat, vtiq; idem venit dicendum de successiuis téporibus, quia semper initiú spectare debemus.

Ex quibus minus concludens arguitur testium ex aduerso examinatorum probatio super secundo articulo probatorio, pręsertim etiam quia Io. Iacobus Codatius primus testis deponit tantum de annis 20. Secundus verò Io. Iacobus de Groppis de annis octo, & ita de eo tempore quo Vniuersitas titulo conducti retinebat prędictum dacitum, prout etiam dicitur de reliquis testibus,
56 qui cum sint Cottonienses, & de † Vniuersitate in causis onerum, & Gabellarum non sunt idonei, vt post Afflict. decis. 400. num. 7. & plures alios scribit Farinac. de opposit. contra pers. test. q. 60. num. 533. præsertim, quia commodum litis ad singulos spectat, prout in casu nostro, quod admisit Io. Antonius Cipolla tertius testis, qui ad interrogationem dixit sensurum commodum ex lite prædicta si communitas obtineret.

Demum ad obiectum pręsumptionis respondetur, non procedere, quia cum agatur de facto tertij necessario requirebatur, quod ab initio in-
57 teruenerit scientia, † quę sicuti non præsumitur ita probanda erit l. verius ff. de probar. Quare succedit conclusio, quod vbi ab initio requiritur scientia, præscriptio non currit, Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 52. nu. 34. & seq.

Quod autem scientia requirebatur, vltra quod ex se notum est, pars etiam in suis allegationibus responsionalibus admittit, dum limitando regulam in qua exactionem factam in minori summa per conductorem tunc pręiudicare Domino cum sciuerit, licet conetur probare interuenisse scientiam.

Cui rei illud obstat, quod ad remissionem iuris sui non præsumptiua scientia, sed vera, & rea-
58 lis † requiritur gloss. in cap. concertationi in verbo sciuerit de appellat. in 6. Riminald. Iun. cons. 234. Et prima consideratione nu. 334. lib. 3. vbi ex Rom. Natt. & alijs dicit, quod in actibus præiudicialibus requiritur exacta diligentia, quinimo, & quod factum ipsum sciat cum omnibus suis qualitatibus, quod vtiq; in casu nostro dici non potest, quia esto quod probaretur Dominos Comites sciuisse quod soluebantur solidi 20. & solidi 6. potuerunt arbitrari, quod solutio fieret successiuis temporibus, vel de moneta antiqua, vel de noua ad æstimationem antiquę.

Facit etiam quia conclusio legalis, quod scientia, & taciturnitas præiudicans est fundata super ratihabitione, quæ proinde ad hoc vt præiudicet
59 requirit † perfectam scientiam, sic in terminis Menoch. cons. 189. nu. 11. & 12. vol. 1.

Nec quicquam faciunt considerationes, quod habitarent in loco, & quod palam, & publice fieret exactio, quia vltra quod ista non video probata aduertendum insuper erit, quod ea possent omni casu arguere quãdam præsumptam scientiam, quæ vt dictum fuit non sufficit, quinimo cum ex allegatis videatur posse tantum inferri, quod Domini Comites potuerint pręsumere, & opinari, quod tantum exigeretur attamen scientia habilis in eorum pręiuditium nó cadit, quia aliud sit
60 præsumere, † & aliud scire Bart. in l. admonendi nu. 21. ff. de iur. iuran.

Quod autem dicitur de patientia non potest vllo modo casui de quo agitur adaptari. Primo quia nullibi apparet de perfecta scientia minoris exactionis, vt dictum fuit. Secundo, quia vbi appareret, patientia ipsa non induceret præiudi-

tium

tium Domini, quia adhoc, vt patientia Domini
61 † arguat, in eo scientiam in damnum sui ipsius de
necessitate requiritur, quod actus gestus fuerit eo
modo, vt sibi preiudicaret, atq; ita eius nomine
factus sit, quia tunc tacendo videtur ratum habe-
re, vt post doctores in l. Quæ dotis ff. solut. matr.
considerar. Menoch. in citato consi. 189. nu. 8. &
9. At qui in casu nostro, si illa exactio minoris, vt
aiunt summæ fiebat in manibus conductorū vtiq;
non poterat censeri facta Dominis Comitibus, cū
etiam potuerint conductores gratis remittere ma
cellarijs vectigal soluendum, inuitis dictis Domi
nis Comitibus, & proinde assumptum partis ad-
uersæ posset eo solo casu procedere quo exigere-
tur vectigal non per manus conductoris, sed nego
tiorum ipsius Domini, qui proinde ratificando si
bi præiudicat, & habet locum regula, quod ratiha
62 bitio mandato † æquiparatur, cap. ratihabitio
de reg. jur. in 6. Bart. in l. obseruare nu. 4. ff. de
offitio pro cons. & legat. & ita venit intelligend.
Surd. in allegat. consl. 470. nu. 8. quid vbi aliter
loqueretur dictum ipsius staret contra iuris dispo
sitionē, quæ vult ratihabitationē dari in eo actu,
cui quis potest contradicere, & per impugnationē
tollere, & ista est vera inductio l. licitatio §. earū
63 rerum † ff. de publican. & vectigal. & ita cor-
ruunt omnia in isto capite deducta vniuersitatis
nomine faciunt, notata in l. peregrè §. quibus. ff.
de acqnir. possess. per Bartol. & cœteros quod si
conductor voluit exigere, sed noluit concedere
immunitatem id non debet nocere Domino Alba
cons. 248. Intenti num. 15. vol. 2.

Nec obstat, quod ad tollendam Indulgentiam
ex actorum objicitur, sic conductores exegisse,
quia opinati fuerint de pluri nō posse exigi, quia
vbi ista opinatio probaretur ea non nocet Domi-
no suo, quia sēper cadit regula res inter alios acta
tertio non preiudicat toto tit. res inter alios acta.

Rursus ad remouendam exceptionem præscri
ptionis, super qua plura verba effundit vniuersi-
tas. Puto aduertendum, quod vbi etiam proba-
retur cursus tanti temporis, quod hominum me-
moriam excederet, non tamen adhuc poterit ope
rari validam præscriptionem assumendo naturā
priuilegij, quia vniuersitas, quæ prætendit præ-
64 scribere, † non est capax, vt extat doctrina Hip
polit. de Marsil. in singulari 80. tu habes.

Facit etiam, quia istud vectigal, tamquam feu-
dale prohibitum est alienari, atqui prohibita alie
nari prescribi non possunt, ergo, l. si fundum ff. de
fundo dotali, & huc etiam pertinent, quæ dicta
sunt per priorem Dominum Consulentem rega-
lia prescribi non posse.

Altera autem species probationum, cui inni-
tur vniuersitas ea est, quæ ex inuestituris colligi-
tur, sed quia illę non exprimunt quid, & quantum
sed enunciant solitum in genere. Partes vniuer-
sitatis erunt clarius probare dictum solitum, &
65 quidem concludenter, cum † sit fundamentum
ipsius reiecta omnino cōclusione facta, quod feu-
datarijs competat istud onus probationis per ea,
quę superius exarata sunt, quia satis est quod pro-
betur exactio facta de solidis 35. & solidis 20. quę
sicuti resultat ex testibus, quos homines Cotto-
nienses produxerunt contra producentes plenè
probant, l. si quis testibus C. de testibus.

Item probatur possessio, seu quasi ex breuijs,
& quinternetis exactorum, & Daciteriorum non
obstante oppositione facta, quòd sint scripturæ in
formes, & priuatę, quia respondetur, quod scrip-
pturis factis ab officialibus publicè deputatis, cre
66 ditur † plenè Salicet. in l. exemplo C. de pro-
bat. Bart. in l. quædā §. nummulario ff. de edend.
quos sequitur Ioānes Vincent. Certatus cōs. 175.
inter consil. Albę nu. 14. & quod in puncto libris
Doanæ credatur, extat decis. Ro. Genuæ 122.
numero 2.

Nec nocet facta repetitio, quod incumbat onus
probandi feudatarijs quid de tempore feudi con
cessi exigebatur, sub eo pretextu, quod fuerit do
ctum per vniuersitatem solitum exigi nō excede-
re solidos 20. & solidos sex, quia ex superius ad-
ductis satis superq; responsum fuit, & demonstra
tum concludenter, non posse obtinere vniuersita
tem nisi docuerit plenè, & nō presumptiuè, quod
soleret de tempore concessionis exigi, stante diu
tina exactione maioris summę, cui non obstat di
cere, quod per vim, & metum fuerit facta exactio
quia de vi, & metu, non constat, præsertim quia
potuerint etiam de eo tempore exactionis, Ex-
cellentissimum Senatum adire, prout nunc adi-
uisse apparet, quare quod dicitur de potentiori-
67 bus sibi locum vindicat, vbi irreparabilis † est
vis, & metus.

Demum nihili facienda est consideratio ad fun-
damentum, quod pro feudatarijs stabat consuetu
do exigendi in Ciuitate Laudæ, tamquam Ciui-
tate viciniori, quinimo, & de tempore factæ con
cessionis dominante itaut locus Cottonei potue-
68 rit dici membrum † dictę Ciuitatis, quo casu ab
ea regulari debet, & ita desumi probatio soliti
instar membrorum hominum, quæ à stomacho
69 † recipiunt nutrimentū, ad notata per Luc. de
Penna in l. Quicunq; C. de iure fisc. lib. 11. vers.
& obtiner.

Quod autem locus fuerit de tempore concessi
feudi vnitus Ciuitati Laudæ satis liquet ex sepa-
ratione facta per Principem infeudantem, Priua-
tio enim præsupponit habitum l. Decem. ff. de
verborum obligat. cum multis alijs.

Nec valet allegata diuersitas exactionū, quia
ea non fuit probata, & contra eam militat præ-
sumptio iuris, & ideo sustinentur adducta pro
DD. Comitibus Triuultijs, tāquam in iure vera,
& in facto militantia quibus proinde inhærendo
pro veritate sic sentio, saluo &c. Ro. Cauag.

Et quia in eadem causa dicebatur Dominos nō
habere ius prohibendi placuit insuper adijcere
ea quæ tunc deduxeram pro comprobatione corū
quæ superius adducta fuerunt per remotionē dif-
ficultatis obiectæ, & sunt infra.

Admittunt homines Cottonienses, vt superio-
ri consultatione demonstratum fuit DD. Comi-
tes habere dacitum carnis, verū vt illud pro posse
eorum restringant, iudicialiter deduxisse viden-
70 tur eosdem Dominos non habere ius † prohi-
bendi, ne quis macellum exerceat sine ipsorum
licentia, sicuti, & nec artem cauponariam, & pi-
strinum panis.

Ad vestiendum hoc eorum desiderium plura
deduxisse apparet, & nouissimè respondendo iu-
ribus Dominorum Comitum sibi assumpserunt
71 pro fundamento principali consil. Surd. 127. †
vol. 1. ex quo pro maiori parte iura sua metiuntur
ego autem qui aliàs expertus sum quanti facta
fuerint illius fundamenta in ea causa Communi-
tatis

tatis Cellarum, in qua negabant homines poſſe
per Fendatarios prohiberi furuorum errectio,nõ
obſtante quod de furnis eſſent inueſtiti, quia ſci-
licet illis non obſtantibus in contrariam ſenten-
tiam venit Senatus Montisferrati, coram quo ſi-
militer idipſum pluties obtentum fuit ad cõmo-
modum feudatariorum, pro quibus tunc aduoca-
tionis munus exercebam; ſemper enim illius fuit
opinionis ille ordo, vt qui particulariter de ali-
quo iure inueſtitus erat vt puta de macello, ho-
ſpitio, dacito, panis, & vini, furnis, molendinis,
carterijs, pannorum, qualcherijs, piſcationibus,
venationibus, & ſimilibus cenſeretur etiam ha-
bere ius probibendi, vt idemmet Surdus om-
miſsis ſubtilitatibus, & veritati ſtudens affirma-
uit longe poſt ipſum conſ. 127. vt planum eſt ex
conſ. 390. nu. 16. vol. 3. ego inquam in ſuo robore
conſiſtentibus iuribus iam alias allegatis pro Do
minis Comitibus ero pro nunc intentus ad eli-
denda illa fundamenta Surdi in recitato conſilio
527. eo ordine quo per Cottonienſes deducta
fuerunt.

Data tamen prius concluſione, quæ citra veri-
tatis offenſam negari non poteſt quòd præfati D.
Comites, & eorum anteceſſores fuerint inueſtiti
de dacito panis, vini, & carnium, vt notum faciũt
antiquiſsimę locationes factæ de ſimilibus quarũ
meminit prior D. Conſulens, quod licet ſic in ſpe
cie non exprimatur, non tamen erit conſtituenda
aliqua differentia quo minus iura procedant in
expreſsis generaliter, ſicut ſpecialiter deductis,
72 quia tantum valet genus † in ſuo genere quan-
tum ſpecies in ſua ſpecie, l. ſi duo in fine. ff. de ad-
miniſt. tut. & tantum efficit quoad incluſionem,
& compręhenſionem diſpoſitio facta verbis ge-
neralibus quantum facta in ſpecie, vt ibidẽ pro-
bat Bartol. quare, & ea, quę in generalitate conti-
nẽtur perinde ſunt, ac ſi ſpecialiter exprimeren-
tur Caſtrenſ. in l. ſi quando ff. de legat. 1. Afflict.
deciſ. 44. nu. 11. & 12. Ruin. conſ. 56. nu. 12. lib. 2.

Quod eofortius in propoſita facti ſpecie mili-
tare firmiter credendum eſt, quo ex obſeruantia
inde ſequuta, per quam Domini prædicti in eo-
rũ poſſeſsione, ſeu quaſi iuris prohibitiui fuerũt,
demonſtratum fuiſſe conſtat ipſis competere ius
prohibendi, non ſola ſimplex facultas dacita, &
ſiefructus exigendi, & egregiè dicit Surdus in al-
legato conſ. 390. nu. 32. & probauit prior Domi-
nus Conſulens.

Cũ quo illud ẽt affirmandũ venit, quod ibi ius
ipſum prohibitiuum non fuiſſet ab initio conceſ
ſum, cum tamen ſuperinde fuerint ex ordine Do-
minorum Comitum, ſeu anteceſſorum publicata
banna pęnalia, quibus homines nedum contra-
dixerunt, ſed illi parendo abſtinuerunt vtiq; iu-
ris cenſura dictitat ipſos Dominos conſtitui in
quaſi poſſeſsione prohibendi; probant hoc grã-
maticus deciſ. 67. & Franciſcus Marcus q. 529.
73 quia non reclamando † ſingulorum de populo,
fingitur interuenire conſenſus, vt firmat Dec. in
conſ. 197. qui loquitur de acquiſita poſſeſsione,
ſeu quaſi per Vniuerſitatem ſubinarum, ex pęna-
libus edictis, cui homines non contradixerunt,
tanto magis vbi ius ipſum eſt præſcriptum, vt in
caſu noſtro, Natta conſ. 522. & ſequenti, quod. n.
circumſcripta prohibitione ius publicum eſſe
dicitur carnes mactare, panem venalem habere,
& hoſpitium exercere, ac vinum minutatim ven-
dere, & vt aiunt ſub hędera retinere ad priuatam
vtilitatem introductum eſſe cenſetur, cui proinde
74 † quilibet renuntiare poteſt l. in re mandata C.
mandat. l. ſed ſi lege §. conſuluit. ff. de petit. hære-
dit. quo caſu bene intrat contra negligentes præ-
ſcriptio, vt conſiderat Natta in d. conſ. 522. nu. 5.

Ex quibus congrue tolluntur adducta per Cot-
tonienſes in contrarium nõ poſſe ſcilicet tractari
de prę ſcriptione ex eo, quod verſamur in hijs,
75 quæ ſunt merę facultatis, quia ea concluſio † lo-
cum ſibi vindicat, vbi non apparet de prohibitio
76 nibus factis, & ita loquitur deciſio Theſaur. †
16. ſic etiam ſemetipſum declarat Surd. in dicto
77 conſ. 127. nu. 81. † & etiam vbi non adeſt inue-
ſtitura ampla, vt in caſu noſtro, in quo non ſolum
conceſſa ſunt iſta Dacita, ſed quod plus eſt poſiti
fuerunt, quoad ea iura iſti Domini in ius ſtatum,
& locum Principis inueſtientis, cui ſicuti compe-
tebat ius prohibendi, ſic etiam tranſmiſsiſſe di-
citur in eos, quos ſibi in ſucceſſores conſtituit, &
ita ſicut licebat Principi interdicere, & prohibe-
78 re, cum iura Imperij haberet † Dux Mediolani
ſic & Dominis Comitibus, quibus vices ipſius de
dit, vt in puncto arguit Surdus in ſæpe citato cõſ.
390. num. 31. vbi hoc extendit etiam quod ceſſa-
ret præſcriptio.

Dum vero dititur, quòd ille Dux Mediolani
non haberet facultatem ſic prohibendi; Credi-
derim iure non recipi quicquid Surd. ex aduerſo
79 allegatus dixerit in conſ. 127. † num. 28. quia
contrarium, & melius dixit in relato conſ. 390.
cum Princeps ille haberet iura Imperij, vt poſſet
in ſuo Ducatu, & Dominio omne id quod potuiſ-
ſet Imperator, Bec. conſ. 56. num. 61. vol. 1. poſt
Alex. in conſ. 2. nu. 9. vol. 1. Curt. conſ. 49. col. 52.
& 50. & Pariſ. conſ. 1. nu. 25. vol. 1. quos ſequutus
eſt Alba conſ. 793. nu. 55. vol. 4. & conſ. 11. nu. 14.
vol. 1. Boſſ. de crimini Lęſ. Maieſt. num. 54. & de
regal. nu. 3. Bellon. conſ. 59. nu. 9. & 10. Socin. iun.
conſ. 92. nu. 3. vol. 2. & plures alij qui ſedulo om-
mittuntur.

Nec obſtat obiectum, quòd iſta ſint de reſerua
tis Principi, & quod ideo nõ cenſentur tranſlata,
vt arguit Surdus, quem ſibi in Achillem conſti-
tuunt Cottonienſes in citato conſ. 527. quia re-
ſpondetur cum eodem Surdo in conſ. 390. nu. 32.
80 quod etiam reſeruata Principi † communican-
tur, quando id ſit expreſſe, vel per Sermonẽ, adeo
generalẽ, vt æquipolleat expreſsioni ſpeciali.

Nec eſt ſeparandum ipſum ius prohibitiuum à
facultate, & prærogatiua conceſſa ad exigendum
Dacitum carnis, panis, & vini, ſub eo quæſito co-
lore, quod iſta ſint diuerſa, quia aliud ſit molen-
dinum, & Dacitum panis, carnium, & vini, aliud
ius prohibendi, vt Surd. ait loco citato num. 31.
81 Quia † reſpondetur quod Surd. eo loci non bene
percepit materiam de qua agitur, quia quando
quis eſt inueſtitus de mero mixtoq; Imperio, ac
Iuriſdictionaliter de furno, macello, dacito, panis
& vini in neceſſariam conſequentiam dicitur in-
ueſtitus ad aliud. Dec. in dict. conſil. 197. dum
enim admittunt Homines Cottonienſes feudata-
rios habere dacitum carnium, panis, & vini, ac
hoſpicij, vtiq; vt ſciant quis exerceat Priſtinum,
vinumque vendat, carnesue mactet, & ita à quo
debeant iſta dacita exigi, vtiq; non debet eis pro
hiberi, edicere, ne quis audeat ſine licentia ſimi-
lia exercere, alias aperiretur via fraudibus, facit
quod

quod in simili dicunt Doctores decimandi ius ha
82 bentem † posse prohibere ne fructus à fundo au
ferrantur ante solutam decimam, vt scribit Guid.
Pap. q. 283. & Franc. decis. 117.

Quibus attentis iuri consonum videtur, quod
si essemus in casu, in quo inuestitura diceret de
Molendinis, Pistrinis, & Hospitijs, cum isthęc cui-
libet liceant ex iure gentium, frustratoria fuisset
concessio, quod non videtur dicendum, vt idem
Surd. pro veritate scribens dixit in sępe relato
83 cons. 390. † nu. 15. id ipsum multo magis dicen-
dum venit in concessione facta de dacitis, pristi-
norum, macelli, artis, tabernariæ, & distributionis
vini cum ista sint regalia, quæ vbi non haberent
annexum, ius prohibendi, dicerentur alterari,
84 namq; ius exigendi † vectigal, hoc ideo dicitur
de regalibus, quia spectet habenti merum, &
mixtum imperium, & facultatem à Principe, vel
à consuetudine illud exigendi, vt not. Guid. Pap.
q. 498. quia sic vni spectant, vt alteri non compe-
tant, vt notant Feudistæ in tit. quæ sint regalia.

Quare fortiores sunt termini, sub quibus est cō
cepta inuestitura cum Gabellis, Dacitis, & Imbo-
taturis, quam si esset facta, expressio de Pistrinis,
seu furnis, macellis, & hospitijs, quia priori loco,
expressa dicuntur feudalia omnino, & continent
ius prohibitionis ad ea conseruanda, nec vllo mo
85 do potest verificari illa diuersitas, † quę consti-
tuitur inter ius prohibendi, ne quis artē exerceat
ab ea facultate cōcessa de furnis, hospitijs, & simi
libus, quia licet facere panem venalem, mactare,
carnes, vinumq; venundare videatur, quoquomo
do differre ab ipso iure exigendi Dacitum vini,
panis, & carniū, attamen veritas est in ipso iure da
citorum compræhendi ius prohibendi, quod du-
plici ratione comprobari videtur.

Prima est ad euitandas fraudes, quæ commit-
terentur ab exercentibus dictas artes, & ita ad ma
gis in tuto constituendum ipsa dacita, vt scilicet
sciat feudatarius, quos in debitores habeat, vt su-
perius tactum fuit.

Secūda ratio est, quia ad feudatarium pertinet
inuigilare per quas artes prædictę fiant, cum sint
publicę vtilitatis ne subditi, scilicet oppriman-
tur Iser. in cap. Imperialem §. præterea num. 40.
de prohib. feud. alienat. facit l. 2. C. de debitor.
Ciuit. pręsertim in casu nostro, in quo feudatarius
positus est in locum, & statum Principis inuestien
tis, qui cum haberet ius prohibendi vtiq; transmi
sisse censetur. Et dum conantur homines Cotto-
nei sustinere partem contrariam ex auctoritati-
bus Crau. Rol. Surd. & aliorum debent aduerte-
re, quod nos versamur in terminis longè diuer-
sis, namq; pręcitati Doctores si bene ponderentur
loquuntur in prohibendo homines, ne vadant ad
86 aliud molendinum, † vel alium furnum, pręter-
quam ad proprium Domini, casus verò noster om
nino dissimilis est, quia ius non est prohibitiuū
simpliciter, sed sub conditione ne quis scilicet si-
ne licentia Domini mactet carnes pistrinum ho-
spitiumuè exerceat, quo casu non prohibetur id,
quod posset forsitan dici esse proprium priuato-
rum, sed id, quod publicam vtilitatem respicit,
vt putà carnes venales, cætera alia venum dabi-
lia exercere.

Ex quibus concluditur benefacere pro Domi-
nis Triuultijs allegatas decisiones Viuij, Clari,
Cephali Bertrandi, & aliorum, quia bene perpen
87 si, & pręsertim Cephal. in citato cons. 357. † li-
bro 3. loquuntur in eo, qui habet ius exigendi ve-
ctigal panis, vini, & carnium, quem proinde dicit
habere ius prohibitiuum quod alios ad proprij
iuris defensionem.

88 Ad locum Baldi in cons. 463. † lib. 4. qua-
tuor sunt nu. 5. distinguentis inter ius possiden-
di, & ius prohibendi, respondetur, quod ibi lo-
quitur in iuribus priuatorum, vt puta quod vnus
caupo non possit prohibere, ne alius tabernam
exerceat, sed nos sumus in his, quæ sunt de rega-
libus, vt Dacitum exigere, & prohibere, ne hospi
tia, pistrina, & macellum exerceantur sine licen-
tia, quod ius tamquam quid de regalibus cū id q;
non est naturaliter commune omnibus non om-
nibus competit, arg. l. 1. §. quod si in mari. ff. de
nou. oper. nuntiat.

Nec ex eo debilitantur iura Dominorum Co.
Triuultiorum in subiecta materia, quia dici non
possit, quod fuerint in possessione, seu quasi pro-
hibendi ne quispiam auderet similia exercere si-
ne licentia, cum non innotuerit publicè ita pro-
hibitio, & quod Vniuersitas illi non acquieuerit,
prout in tentata solutione secundi principalis fun
damenti fusius legitur, quia vltra quòd istud ius
prohibitiuum apparet annexum concessioni fa-
ctæ de feudo, vt supra demonstratum fuit, non
stantibus obiectatis ad tollendam superfluitatē,
quia ea sic consideraretur in molendinis, & simi-
libus, sicuti in venationibus cum vtraq; sint iuris
gentium, & naturaliter communia omnibus, vt
ait Bald. in citato consil. 463. non potest negari
possessio, seu quasi ex inuestituris recitatis in prio
ri consultatione; quibus ex quo acquieuit expres-
se Vniuersitas Cottonei conducendo vectigalia
ipsa iuxta præcedens solitum illudq; diceretur
inesse productum, cum iure prohibendi, ne quis
artes ipsas exerceret sine licentia cōductoris, qui
causam habebat à Dominis vtiq; in consequen-
tiam videtur idem ius prohibendi approbasse, &
hinc intrat conclusio, quod Vniuersitas præsumi-
89 tur scire † qualitatem soliti, quia conducendo
sub ea forma scire tenebatur, vt per l. quod te ff.
si cert. petat. bene aduertit Socin. regul. 176.
fall. prima tanto fortius, quod Agentes Commu-
nitatis præsumuntur inuestigasse integrum factū
præcedentium locationū ex notat. per Crescent.
de dolo, & contum. decis. 9. num. 10. & 11. quo
casu paria sunt scire, vel scire debuisse Bald. in l.
quicumq; in princip. de seru. fugit.

Insuper etiam notandum venit, quod Vniuer-
sitas conducendo ius istud negatiuum, seu prohi-
bitiuum eodem modo pręiudicasse dicitur sibi
90 ipsi, quo dicimus conductorem rei propriæ †
scienter sibi ipsi præiudicare, sic ex Aretin. in l. si
aliquam rem ff. de acquir. posses. & pluribus alijs
not. Cost. de facti scient. & ignorantia distinct. 89.
cent. 2. num. 1.

Et proinde cum ex præmissis appareat oppor-
tunè de scientia Vniuersitatis, & patientia quin-
imò, & approbatione, cessant elleuatæ amaritu-
dines quod deberet factum innotescere maiori
parti populi, vt puta per proclama, & quod Dñi
Comites non fuerint in pacifica, & quieta posses-
sione, cum in facto constiterit rem ipsam aliter se
habere.

Quinimo, & ex iuribus, quę produxit Vniuer-
sitas liquidissimè apparet, quòd iniustè contēdis

Dominos Comites carere iure prohibendi, cum
idipsum admittat, vt in actis factarum subhasta-
tionum de anno 1541. & 1542. quæ relatę sunt in
facto causæ, post versic. octauo pro fundamento
datij fol. mihi 6. facie secunda per ea verba, sub
quibus dictæ subhastationes fiebant ex ordine
Dominorum Comitum Triuultiorum. Item ch'il
Datiaro sij obligato dare licentia à caduna per-
sona, che voglia amazzare alcune bestie, & ven-
derl'à minuto pagando vt infra. Quod cum fue-
rit ab Vniuersitate productum nemini dubium,
quin probet contra eam vulgata l. cum precum
de liber. caus. præsertim in iudicijs, in quibus
quasi contrahitur l. 3. §. idem scribit ff. de pecul.
& solent iuditia contractibus, seu stipulationibus
equiparari, vt ibidem scribit Bart.

Porro si conductor obligabatur ad dandam li-
centiam volentibus carnes minutatim vendere
solutio pretio conuento, vtiq; in necessariam an-
tecedentiam prohibitionem dari cóncludendum
est, quia licentia dicitur gratia concessa ad id,
quod alias non liceret, vt not. Cardin. in clement.
91 fin. q. 5. de elect. quare sicuti priuatio † pręsup
ponit habitum l. decem ff. de verborum obligat.
sic licentia priuationem, quia scilicet per licen-
tiam permittitur, quod prohibitum est l. 1. §. 1.
ff. de appellat. cum multis alijs, & illud solú fun-
damentum prosternit quæcunq; iura partis quæ
reiecta negatiua sic absoluté posita potuisset solú
quærere nunquid Domini cogerentur licentiam
dare, cuius rei non est quod ad pręsens fiat ser-
mo, quia vbi expedierit congrua dabitur respon-
sio ad defensionem iurium feud.

Nec in proposito crediderim alicuius esse con-
siderationis, quod obijcitur de statutis Laudæ,
quia quoquomodo se habeat negotium, illud
non inficit ius prohibendi, sed tunc demum foret
de eo disputandum vbi contigisset tractari de ali
qua pęna, & satis est in casu nostro, quod expressè
appareat de actu prohibitionis, & explicita volú-
tate prohibentis, quia tunc non succedit regula
vitiari dispositionem non constito de relato l. si
donatio. C. de donation. Dec. in l. liberti in 4.
not. ff. de officio Assess. post Bald. in auth. si quis
in aliquo C. de edendo, & in l. 2. C. de Episcop. &
Cleric. faciunt not. per Crau. in cons. 157. num. 3.
licet enim relatum non reperiatur, si tamen actus
92 aliquo modo potest sustineri tunc valebit l. quo-
ties ff. de reb. dub. Rip. in l. Admonendi nu. 36.
ff. de iure iur. præsertim, quia non est generalis
relatio, sed pro parte tantum, & quidem separata
ab ipsa principali dispositione quo casu vtile per
inutile non vitiatur, cap. vtile de reg. iur. in 6.
tanto magis quod dispositio reperitur facta per
Dominos Comites feudatarios, & sic per publi-
cam personam, quo casu etiam quod de statutis
relatis non constiterit, sustinetur prohibitio per
ea quæ dicit Castrens. in l. admonendi nu. 14. &
ibi Ial. nu. 35. ff. de iure iur. Præsertim, quia non
potest dici quod ipsa relatio sit facta per modum
conditionis, vt not. ibidem Ias. num. 30.

Verum quia, & super ipsis statutis, & alijs lo-
cationibus factis nomine Dominorú Comitum
magnum fundamentum constituere videtur Vni-
uersitas Cottonei; non videtur silentio prętereun
da responsio, quod Statuta Laudæ permittentia
quemlibet posse panem venalem exponere, dum-
modo fiat denuntiatio conductori etiam non con-
cessa licentia, soluendo tamen solidos decem se-
ptem pro quolibet modio, non nocent iuribus
Dominorum Comitum, cum non bené possit in-
ferri de iuribus Ciuitatis Laudæ ad iura Domi-
norum de Triuultijs in loco Cottonei omnino
93 distincto, & separato in quo iura † Principis ha-
bent quo ad hoc factum ex Principis munificen-
tia, & ex contractu cum eo inito, & ideo bené qua
drat dispositio l. Papinianus exuli ff. de minor.
præsertim, quia ad istum punctum non possit
extendi præsupposita relatio.

Vel etiam accedit quod illa denuntiatio quæ
fieri pręcipitur sustinet vices licentię, quæ debe-
bat dari per locatores, siquidem sic statuendo,
Laudenses omnibus licentiam dedisse videntur
panem venalem exponendi transferendo onus in
personam conductoris annotádi denuntiationes,
quare tantum abest obstare eam dispositionem,
vt potius iuuare dicatur.

Idemq; dicitur ad statuta relata sub pag. 80. &
sequentib. vsq; ad paginam 87. quę dum vidétur
innuere cuilibet licere, ecce quod licentiam tri-
buunt, & dum subdunt modo iuret, & obseruet
ordines, vidétur etiam potuisse supponere, quod
licentiam petant, denuntient, & soluant. Quin-
imò cum appareat de ordinibus relatis bene pro
cedit conclusio non credendum referenti non có-
stito de relato l. Asse toto. ff. de hæred. instit. cum
multis alijs.

Nec etiam obest fundamentum, quod dessumi
videtur ex pactionibus initis inter DD. Locato-
res, & Conductorem, quod scilicet teneatur con-
ductor permittere, vt quilibet vinum minutatim
vendere, ac etiam panem, quia potius hoc arguit
quod in contrarium staret prohibitio, quia alias
foret superflua pactio, quod esse non debet, quia
94 verba semper debene † aliquid operari Bart. in
l. 2. §. quod ait Prętor ff. qui satisdar. cog. & quod
intuitu istius pactionis cogeretur cuilibet volenti
panem venalem exponere, & vinum minutatim
distribuere licentiam dare namque permittere,
95 Idem quandoq; solet importare, † q. concedere,
vt notatur in l. minor auté. §. si autē. ff. de minor.
ibi per raró solet permittere institutioné in l. pe-
nult. ff. de decur. ibi relegat' sine permissu Princi-
pis eligi non potest, & l. 1. §. item labeo ff. quod
vi, aut clam, ibi nisi permissu meo fauore cœperit.

Ad ordinationem factam per Senatum Excell.
anni 1557. 17. Octobris, vbi de ea legitimé con-
stare dicatur; Respondetur acta inter alios tertio
præiudicare non posse toto tit. res inter alios acta.
Præsertim non constito, quod Ciuitas Laudæ
haberet eadem iura quibus fruuntur D. Comites
Triuultij, vltra quod verba Senatusconsulti can-
tant contra Datiarios, prohibere non posse, quod
potuit forsitan euenisse, quia istud ius non potue-
rit per eos exerceri, quare ad euitandum obiectú
sufficit dare instantiá l. neq; natales C. de probat.

Eo modo, quo supra dictum fuit de Ciuitate
Laudæ, respondetur ad aliam notulam, seu datá
datij, vini Ciuitatis Mediolani, vltrá, quod etiam
de facto supponitur non obseruari.

Ex quibus omnibus sic vt supra deductis abun
dè negari vllo modo potest, quin manutenendi
sint Domini Comites Triuultij in antiquissima
eorum quasi possessione satis cócludenter demon
stratú fuit, sicuti, & de prohibitionibus factis, &
populi acquiescentia, non obstantibus hijs, quę
in con-

in contrarium repetita leguntur, & ita &c. Rolandus Cauagnolius.

Pro hac materia videnda sunt, quæ not. Stefan. Bertrand. in consilio 279. visis consultationibus themate, & alijs per tot. vol. 4. Idem Cauagnol.

Numero 10.

Pro eo quod hoc loco dicit Menochius videnda sunt notata per eum in consilio 1279 Grauissimi maximiq; ponderis numero sexto libro 13. Rolandus Cauagnolius.

Numero 14.

96 Ibi (atqui pœnę fraudantium † vectigal. sūt
de spectantibus, & pertinentibus ad ipsum vectigal.) Hoc idem dixi in decisione mea consultina 4. libro primo, & tandem itidem respondi pro Nobilissima familia de Triuultijs contra Cottonienses per rationes, & iura sequentia.

In Articulo proposito per Homines Cottonienses per quem prætendunt pœnas fraudantium, & dolos committentium in Pistrino panis in distributione vini, & in macello carnium, spectare ad eos non ad ipsos Dominos Comites Triuultios inuestitos de omnimoda Iurisdictione mero, & mixto imperio, ac de dacitis ipsis, si vera fateri licet, mihi ipsi videtur, quod Vniuersitas nimium dilatet fimbrias suas cum enim ipsi subditi sint, & sub eorundem Dominorum Comitum iurisdictione constituti non video quomodo sibi possint attribuere istas pœnas, namque si verum est, prout verissimum opinamur, quod
97 feudatarius, & loci Dominus debet esse † per
vigil. ne subditi opprimantur, & vt crediti sibi
homines benè viuant, vt singulariter notat Isern.
in cap. Imperialem §. pręterea nu. 40. de prohib.
feud. alienat. vtiq; ad eos pertinet prouidere, ne
per Gabellarios excessus fiat, vt not. Capiblāc. de
auctorit. baron. pragmat. 8. nu. 188. sicuti enim,
98 & custos † subiectorum, & Pastor bonus, ac pro-
tector, & deffensor vassallorum per legem habetur
ita, & curam eorum habere debet, & ipsius inte-
resse dicitur, vt Vniuersitas bene regatur, & frau-
datores puniantur l. 1. C. de debit. Ciuit. cap. si
Vassallus quæ fit prima causa benef. amitt. l. 3. ff.
de off. præf. vig. faciūt notata per Guid. Pap. de
cis. 631. nu. 29. & Capiblan de auct. baron. pragm.
12. nu. 13. & infra, qui loquuntur in fortioribus
terminis faciunt notata in l. 1. ff. de off. pręf. vig.
Cuius conclusionis ea videtur esse principalis
99 ratio, quod vassalli, seu feudatarij † habent iura
vtilia in feudo, & cum effectu Bald. ad l. pri. in
vers. 14. ff. de rer. diuis. & in l. fin. ff. de off. Præfect.
vigil. vbi dicit, quod si Princeps concedit alicui
Castrum, & feudum, pœnę pecuniariæ erunt appli
candæ infeudato, etiam quod fuerit facta reserua
tio meri Imperij, quia ille pœnę pecuniariæ non
100 sunt de mero Imperio. † quicquid sit de publi-
catione bonorum, & proinde cum in casu nostro
inuestitura sit non solum de feudo, & omnimoda
iurisdictione, sed de mero, & mixto Imperio, du-
bio procul concludendum venit omnes redditus
causarum, siue Ciuilium, siue criminalium specta
re DD. Comitibus Triuultijs, sic Rol. à valle in
cons. 75. nu. 7. vol. 3. post Brun. in cons. 31. &
Natt. in cons. 580. quod intantum verum est, vt
Dominus directus, qui inuestiuit non possit se in
101 tromittere † in causis vertentibus in territorio
vassallorum, nec manum apponere ad res ipsis
Vassallis suppositas. Idem Rol. loco citato nu. 6.
vbi allegat Natt. Grammat. Socin. Franc. Marcū. Bossium, & alios, quia censetur vassallus inuestitus per Principem de feudo, & iurisdictione priuatiuè quoad Dominum Iacob. de S. Georgio in sua inuestitura feudali §. & cum mero Imperio, & in §. Vicarius num. 41. quem reffert Thesaur. decis. Pedemont. 173. nu. 11. vbi ad hoc propositū inquit non esse mirum, quod vtilitas, & commoditas iurisdictionis, quæ consistit in bannis mulctis pœnis, & conuentionibus iurisdictionalibus spectet feudatario, cum sit ipsa iurisdictio earū productiua Surd. cons. 57. nu. 22.

Et ne videatur pręcisa decisio desiderari in subiecta materia, videatur Bald. in cap. pri. §. sciendum num. 2. de feud. cognit. vbi in proposito dicit, quod emens vectigal, seu pedagium, videtur emisse pœnas transgressorum per l. creditor ff. de action. empt. præsertim cum feudatarius illud habeat ex tit. oneroso, & obseruātia, quæ tenētur feudatarij erga Dominum directum, vnde ratione vtilis Dominij, & commoditatum percipiendarum sola persona vassalli consideranda, & præferenda est, l. naturaliter in princip. ff. de acquir. possess. l. pri. ff. si ager. vectigal. illā C. de donat. ad hoc facit Bald. in l. summa rerum num. 3. & 13. extra de iudic. in princip. instit. de Attiliano tutore nu. 7. Mart. Laudens. in tractatu de Principe rub. pri. conclus. 138. Grammat. decis. 30. nu. 11. Boss. in tit. de Principe, & priuileg. eius num. 281. Mart. Garrat. in cons. 59. inter
consil. crimin. diuers. nu. 15. vol. pri. vbi exten-
dit conclusionem hanc procedere, etiam quod es
102 semus in crimine Lœsę † Maiestatis, quod tamē
cū grano salis intelligēdū est sunt enim distinctæ
bursæ Fiscales, quæ propterea confundi non de-
bent, nec vnus Fiscus manum apponere in bo-
nis alterius Fisci Rol. à Valle cons. 75. nu. 8. vol 3.
Alex. cons. 31. nu. 2. 15. & 17. vol. 1. diffusè, &
elleganter Crau. in cons. 128.

Quæ omnia si procedunt aduersus Dominum directum, multo magis debent habere locum aduersus subditos, & sic Vniuersitatem, & Homines Cottonei, qui sine tit. nequeunt prætendere aliquod iurisdictionis exercitium, nec aliquem Fiscum habent.

Quare non subsistit consideratio, quòd sicuti fraudes tendunt in damnum particularium, ita, & pœna ad Communitatem pertinere debet, per regulam l. secundum ff. de regul. iur. vt scilicet eum sequi debeant commoda, quem sequuntur incommoda, quia vltra quod argumentum posset procedere, vbi pœna applicaretur non Vniuersitati, sed singulis, vt singulis, dicitur etiam quod ea consideratio posset procedere si pœna succede
103 ret † in locum damni, sed aliud est emendatio
104 damni, aliud est pœna, † quod enim de emen-
datione damni dicitur vtiq; ad alium pertinere
non potest quam ad damnum passum. Pœna autē
soli Fisco in vltionem iniuriæ factę ipsi Domino,
cuius Fiscus est, videantur in hoc notata per Amadeum de Puteo q. Laudemiali 24. ex quibus ommissis pluribus alijs, ne stomachu sit longior sermo, præsertim, quia sapientissimis viris dirrigigitur, opportunè concluditur, tā in isto vltimo capite, quam in cęteris alijs duobus præcedentibus, repulsandos fore, & esse Cuttonienses in eorum requisitis, sic enim iuris censura monet, citra tamen &c. Rol. Cauagn.

Num. 29. & 30.

Ibi (cum & caſeus inter fructus connumerari debeat.) dictum hoc non probo, quia licet lac
105 veniat appellatione fructuum † ſicuti fœtus, pilus, lana, agni, Hædi, & vituli, qui dicuntur fruct⁹ pecudum. vt cauetur l. In pecudum. ff. de vſuris, & l. Bonæ fidei. in §. fin. ff. de Acquir. rerũ dom. l. vetus §. fœtus ff. de vſufructu, attamen diuerſa res eſt in Caſeo, qui non conficitur, niſi induſtrialiter. Vnde lac ipſum, vt de per ſe conſideratum, nihil habet commune cum Caſeo, quia diuerſa res eſt, quod inde patet Clarius, quia ſtatim quod confectus eſt Caſeus nom. lactis, ammittit in cuius rei exemplum cadit, quod licet lana fructuũ
106 nomine † veniat, attamen panni, ex lana confecti non veniunt. Rol. Cauagn.

Ad Conſil. 190. Reſpondebo paucis quantum per me licebit.

S V M M A R I V M.

1 *Doctori atteſtanti de conſuetudine, an ſit credendum*
2 *Collationes vbi duæ factæ fuerint, quæ nam ſit attendenda, & quid vbi vna collatio facta fuerit ab ordinario, & altera à vice legato, & num. 3.*
4 *Prouiſus ab Archidiacono taliter qualiter ſi fuerit in poſſeſſione, an habeat titulum coloratum.*
5 *Inueſtire an pertineat ad fructuarium.*

Numero primo.

1 QVod Doctori atteſtanti de conſuetudine credatur intelligas de † conſuetudine ſuę religionis quantum ſit ad præſumptionem, Menoch. in conſ. 54. in controuerſa cauſa Illuſtri numero 5. libr. 1. & prius in conſ. 1. Conſultatio hæc adeò grauis eſt nu. 164. lib. 1. vide quæ dixi in Paraphraſeon Iuris, ſeu obſeruat. legal. & iurid. ad conſ. 34. Non mediocri dubitatione num. 27. & 28. lib. 1. Rol. Cauagnol.

Eodem num. Dum hic de duabus collationi-
2 bus quæſtio eſt vtra collatio ſit † validior. Idem ſolet dubitari de collatione beneficij reſeruati facta ab ordinario, & de facta alteri per Vicelega-
3 tum, vigore † facultatum ſibi cõceſſarum, cuius dubitationis reſolutio legitur in deciſione 633. vacauerat Canonicatus nu. 1. lib. 3. Nouiſs. deciſ. & quia validior in dubio ſemper ea dicitur. quæ prior fuit, ſcias, quòd impetrato beneficio ab ordinario, & adepta poſſeſsione ſi ante alius obtinuerit à Curia Romana iſte primus præfertur, quia præuentione ligantur manus Ordinarij, vt nec coloratum titulum tribuere poſsit, Boer. deciſ. 24. Rol. Cauagnol.

Numero 4.

Ibi (eſt ergo ex his ſatis ſuperq; fundata intentio) ad idem facit deciſio Ioannis Mohedani in deciſ. 9. aliàs 136. de reſtitut. ſpoliat. vbi dicitur
4 quòd prouiſus † ab Archidiacono taliter qualiter, qui eſt in quaſi poſſeſsione cõferendi habet titulum coloratum. Rol. Cauagnolius.

Numero 10.

Ad ſimilem materiam pertinẽt ea quæ dicebat Menochius in conſ. 66. quęſtionibus his locis pro-
5 poſitis lib. 1. quòd ſcilicet inueſtire † pertineat ad fructuarium, quia & ille actus ſicuti collatio-nes, etiam facere pertinet ad fructus, licet in caſu dicti Menochij aliter ſenſerim, vt in obſeruationibus meis ad eum locum. Rol. Cauagnol.

Ad Conſilium 191. Non parum difficultatis.

S V M M A R I V M.

1 *Conceſſio facta in titulum donationis, an arguat alodium, vel feudum.*
2 *Contractus ille cenſetur initus quem verborũ forma demonſtrat.*
3 *Cõtract. talis eſſe dicitur qualis denominatur à partib⁹*
4 *Contractus ſunt ſtricti Iuris.*
5 *Contractus non recipiunt interpretationẽ ampliatiuã.*
6 *Contenta in contractu intelligi debẽt pro, vt litera iacet.*
7 *Contractus intelligitur talis qualem repræſentant ſtatuta, ad quæ refferunt ſe contrahentes.*
8 *Translatio directi dominij facit vt contractus non cenſeatur feudalis, ſicut & translatio facultatis liberè diſponendi, & aliorum iurium omnium competentiũ directo Domino num. 9. & 10.*
11 *Fidelitas, & homagium non arguunt feudum de neceſſitate, & num. 12.*
13 *Attendi debet, quod principaliter fit.*
14 *Homagium arguit ſubiectionem perſonæ nu. 15. & 16.*
17 *Similitudo non cadit in eo quod eſt idem.*
18 *Aequiparatio arguit diſtinctionem terminorum.*
19 *Nemo prohibetur legem facere in contractu ſuo, quam vult.*
20 *Alienatio prohibita non arguit feudum.*
21 *Actus ſubſequens declaratur à præcedenti.*
22 *Argumentum deſumptum ab antecedenti deſtructo non valet.*
23 *Clauſula ſaluo iure ſuperioritatis, an arguat feudum, & num. 24.*
25 *Feudum non arguitur ex obedientia, num. 26.*
27 *Feudum quid ſit.*
28 *Feudum, & donatio, an confundantur.*
29 *Dictio tantum eſt reſtrictiua.*
30 *Dictio ipſa eſt perſonaliſſima.*
31 *Idem iuris eſt de parte quod de toto.*
32 *Feudalia bona non arguuntur quando in regiſtro confecto de feudalibus ea non reperiuntur.*

Numero primo.

PRo materia iſtius conſultationis, quando conceſsio facta in titulũ
1 donationis arguat † allodium, vel feudum late alias diſputatum fuit in feudo Stellanelli pro Excellentiſsimo Principe de Auria, vt in deciſ. mea conſultiua 71. cuius infrà Meminimus ad nu. 50. & quia ad moderandum nomen donationis in eadem cauſa plura fiſci Regij Ducalis nomine fuerũt obiectara placuit oppoſitiones adducere vnà cum reſponſionibus allegatis pro ſuſtinendo contractu in vim donationis non autem conceſsionis feudalis plurimum enim hæc ſeruient ad cognoſcendum naturam contractus concepti in titulum donationis, eſto quod plures conſiderationes adducantur quæ feudalitatem primo apparatu repreſentare videantur.

Dicebat Fiſcus conceſsionem eſſe feudalem, quamuis ſub nomine donationis fuiſſet concept⁹ contractus. Verùm ad hoc reſpondebamus cum Natta in conſilio 194. Magnificus D. nu. 1. vol. 1.

quod

quod immo ex verbis factę conceifsionis pet Du
cem Galleoto non refultat alius cötractus, quam
donationis, quia partes ita eum contractum ap-
pellant non vno, fed pluribus io locis, & ideo ille
2 † contractus cenfetur initus, quem forma verbo-
rum oftendit l. qui feudum §. fund. ff. de contra-
hen. empt. & ab ea nominatione non eft receden-
dum, quia verba funt forma contractus, quæ dat
effe rei. Bald. in l. quoties col. 2. C. de fuis, & legi-
timis, qui in addit. ad fpecul.: in tit. locati in prin
3 cipio dicit, quód talis eft contractus, † qualis
denuminatur à partibus, quia non fit recedendũ
à uatura verborum ex propria fignificatione, quę
verbis attribuitur l. fi alij ff. de vfufructu legato,
& vbi datur receffus alteratur intentio contrahen
4 tium: funt enim contractus, † iuris ftricti, &
fuos ter minos non egrediuntur l. Quicquid aftrin-
gendæ ff. de verborum obligatione l. veteribus. ff.
de pact. & l. in uendendo ff. de contrahen. empt.
& contractus femel determinatus ad certas difpo
fitiones, & fub certo nomine, ita ftare debet in
fua determinatione, vt omnis alia determinatio
& denominatio excludatur argumento eorum
quæ notantur in l. 3. §. fi quis ita. ff. de eo, quod
cert. loco. Quia ficuti verba inuenta funt, vt defer
uiant menti non é contra, ita recedendo à verbis
fieret iniuria partibus.

Hinc dicimus contractus non recipere inter-
prætationem ampliatiuam etiam fi fine ea pro-
5 mifsio ftare † non poffet. Natta in conf. 676. in
caufa ex Hifpania num. 32. 678. in caufa agitanda
num. 22. poft Bald. in conf 145. cafus talis, & vol.
3. facit, etiam quód verba ad cogitatum refferun-
tur, & reftringuntur, l. fi quis ita ff de teftam.

Et ifthæc omnia eo fortiora dicimus, quo di-
xeruot contrahentes omnia contenta in eodem
6 contractu debere intelligi † ad litteram prout
iacent, quo cafu ficuti littera fonat in donationé
ceffat interpretatiua, feu potius diuerfificatiua
nominatio feudi, vt in primis iurium deductioni
bus fuit demonftratum fub nu. 44.

Quibus illud ipfum accedit efficax fundamen
tum, quod ad tollendam obiectionem, quę potuif
fet defcendere ex ftatuto Mediolani fub rubrica
de folemnitatibus in donationibus obferuandis,
cui Dux de eo tempore de plenitudine poteftatis
7 derrogauit, namq; vbi † contractus fuiffet feuda
lis, vt ex aduerfo Fifcus fupponit non vtique ne-
ceffaria fuiffet derrogatio ftatuti, quod loquitur
de donationibus.

Et ad comprobationé factæ conclufionis quod
donatio fit non feudum, faciunt confiderationes
elleuatæ in dictis allegationibus, fub num. 19. &
pluribus fequen. translatio fcilicet directi domi-
nij † quod ficuti dicitur de fubftantia feudi, ita
eo ceffante, non feudum. fed allodium erit, quod
in conceffione legitur. Thob. Non. in conf. 1. nu.
39. & Clar. in §. feudum q. 7. vbi teftatur de com
muni Intriog. de feud. centur. 1. queft. 10. nu. 6.
Rol. à Valle in conf. 85. Caftrum Sancti Stepha-
ni num. 55. & infra vol. 4. & traditio dicti loci
pleno iure vt ibidem diximus num. 28. & probat.
Rolandus d. conf. 85. nu. 29. omnino videndus.
9 Translatio facultatis libere deponendi † etiam
in eatraneos vt ibid. diximus nu. 31. Item tran-
latio omnium, & quorumcunq; iurium donatori
10 competentium, quo cafu etiam dicrecta veniunt,
vt ibidem probauimus nu. 34. & infra pofitio do-
natarij in locum donantis nu 40.

Nec præmifsis aduerfatur, quod dicitur de om
oimoda fidelitate, & plenifsimo vaffallagio: quia
11 ex quo ifta pacta non funt omnino extranea, †
nec derrogant naturę donationis ita non definit
effe talis, quia conuentio partium imponit natu-
ram contractui, vt in fimilibus arguit. Natta in
conf. 49. Vendidit miles nu. 18. & 19. volum. 1.
Vnde licet communiter in contractu donationis
non foleat apponi, quod donatarius preftat iura-
mentum fidelitatis, & promittat plenifsimũ vaf-
fallagium in exprefsis valebit pactum, & in reli-
quis remanet contractus donationis, & huc intrat
ea conclufio per quam dicimus, quod illæ pactio
nes non funt contra fubftantiam contractus, quę
proinde eam non mutant l. pacta conuenta, & ibi
Glofa ff. de contrahen. empt.

Nec procedit argumentatio, quę defumitur ex
correfpectiuitate ex Craueta in conf. 753. num. 8.
quia efto quod Dux Mediolani fecerit donatio-
nem ipfi Carreto ea intentione, vt exinde eum
obligaret ad fidelitatem, & vaffallagium, non
ideo donatio tranfit in feudum, cum non fit veri-
fimile, quod illa correfpectiuitas deberet plus
operari, quàm partes ipfe declararunt exprefsè
quia ommiffum pro ommiffo habetur d. l. Quic-
quid aftringendæ ff. de verborum obligat. & ita
ftant fimul, quod incontinenti dicatur cõuentum
de fidelitate, & vaffallagio, & quod contractus
donationis nomen obtineat pactionatæ.

Hinc bene dicit Hermanus Vulteius de feudis
fub rubrica quæ fit feudi forma cap. 6. nu. 8. verf.
quæ cum ita. Quod interpretes noftri rectè do-
cuerunt ex iuramento fidelitatis non argui necef-
12 fario feudum, quia quandoq; arguit † fubiectio-
nem, quod optimè cafui noftro fic quadrat vt ni-
hil magis. Et ideo fubdit idem Vulteius conclu-
fionem, quam nonnulli faciunt ex iuramento fi-
delitatis argui feudum effe conceffum fic intelligi
quando fcilicet aliæ circunftantiæ concurrunt,
quibus argumentum illud iuuari pofsit. Quare
cum in cafu noftro non concurrant aliqua ex qui
bus ad feudum pofsit inferri. Quinimò plura alia
quæ fidelitatem remouent, non eft quod ex Vaf-
fallagio, & fidelitatis facramento pofsit inferri in
hanc eandem fententiam venit Rol. in conf. 86.
num. 55. vol. 3.

Vltra quod, & ipfa fidelitas, & Vaffallagium
reftrictum eft pro vita Ducis tantum vt funt ver-
ba inftrumenti, vt alias probauimus in prioribus
allegationibus nu. 54. & infrà.

Infuper ad confirmationem, quod illa correfpe
ctiuitas non operatur mutationem contractus do
nationis, videnda funt verba inftrumenti in ea
parte, in qua de iuramento fidelitatis tractatur,
quę fonant in puris terminis donationis, non qui
dem in vno, fed pluribus locis, & ita remanet fu-
blatum primum fundamétum, quod fecit Fifcus
in fidelitate, & homagio Videamus modo de ui-
ribus fecundi argumenti cuius tenor eft.

Secundo ex forma dicti iuramenti, & homagij
in inftrumento pofita non iuxta terminos polli-
citationis, fed iuxta formam feudalitatis, vt in
titulo qualiter iurare debeat Vafallus D. fideli-
taté, & in titulo de nou. form. fidelitat. in vfibus
feudorum ex hac fidelitate comprehenditur non
fimplicis donationis, fed folidifsimum feudalis
conceffionis fundamentum Rofental de feudis
cap. 2.

cap. 2. de feudorum diuis. conclus. 64. nu 4. & 5.
Sed huic fundamento satisfit ex responsione da
ta antecedenti obiectioni, quia non operatur qua
litas iuramenti argumentum feudi cũ vt dictum
fuit partes ipse potuerint donationi, quam fecisse
declararunt adijcere eas pactiones, ac iusiurandi
formam quæ sibi ipsis visa fuit, & huc intrat consi
deratio. Rol. à Valle in sepius allegato cons. 85.
nu. 56. quod quando in substantia contractus nõ
est feudalis ex qualitate iuramenti non fit talis,
quia præstatur fidelitas accessione non principa-
13 liter, & semper attenditur, id quod † principali
ter, fit l. si quis nec caussam ff. si cert. petatur.
Nec valet consideratio vassallagij, quia vt di-
ctum fuit abundè, nec homagium, nec vassallagiũ
iunctum cum iuramento fidelitatis ad formam
nou. & veteris inuestituræ feudum arguit, quia
Homagium dicitur quędam species seruitutis, vt
tradit Iacob. de Sancto Georgio in tractatu de
Homagijs num. 22. sicuti, & Vassallagium, quod
14 arguit omni casu solam † personę subiectionem
ex qua proinde non rectè, nec concludenter ar-
guitur ad bona. Esto enim millies quod Galeot
tus homagium promisserit, & Vassallagium non
ppterea sequitur q cõfess⁹ fuerit bona ipsa fuisse
feudalia. Ita post clarũ in §. feudũ q. 19. voluit Me
noch. lib 3 præsũpt. 91. nu. 10. & pluribus seqq.
Et hæc omnia eo magis procedunt quo plerũq;
fiũt homaggia, & vassallagia in remunerationem
meritorum eius cui promittuntur vt ait specula-
tor in titulo de feudis §. Quoniam num. 22. vbi
loquitur etiam de remuneratione debita ob illa-
tam iniuriam, ob quam fit quis subditus, & Vas-
sallus. Porrò cum in casu nostro dixerit expresse
Galeotus donatarius causam quare ipse Duci tan
tum donatori Vassallagium promittebat cum iu-
ramento fidelitatis, quæ relationem habet ad per
sonam tantum, sequitur vt ad bona non sit reffe-
renda. Dixit enim Donatarius post acceptam
donationem plenariam cum trãslatione directi
Dominij, & omnium, ac quorumcunque iurium
ipsi Duci competentium quouismodo super re-
bus donatis, quod ob immensam liberalitatem,
& magnificentiam prefati Ducis, nõ solum prop-
ter donationem antedictam, sed etiam ob prote-
ctionem aliarum partium ex concessis, & dona-
tis, quas eo medio conseruabit, ob quę redditur
obnoxius, & corde ligatus, & ob multa beneficia
in eum collata promisit ipsi Duci tantum fideli-
tatem, & Vassallagium, & ita in remunerationem
donationis, & promissæ protectionis personam
propriam obligauit, non bona, vt colligitur ex
verbis ibi, redditur obnoxius, & corde ligatus,
quasi dictum sit ob protectionem Principis, & ip-
sius liberalitatem, quam exercuit liberè donan-
do, moueor ad promittendum, & subiectionem,
& iurandum fidelitatem. Vnde Vassallagium, &
fidelitatis Sacramentum potius sunt significatiua
15 causæ gratitudinis, † quam quod significent no-
men contractus prout in simili dicunt Doctores
in l. vbi ita donatur. ff. de donationibus causa mor
tis, cui rei conducit ea dispositio Galeoti, quæ
legitur in actu iuramenti, ibi, saluis etiam rema-
nentibus omnibus vt supra specialiter expressis,
quo casu iuramentum fidelitatis modificatur, &
qualificatur, sic vt non tribuat nomen contractui
vt infra in responsione ad tertiam obiect. Et omni
casu respondetur etiam cum Decio in cons. 413.
consuluit accuratè num. 7. versic. licet enim fide-
litas vbi dicit quod licet fidelitas, & homagium
in dubio videantur designare feudum, ab ista ta-
16 men præsumptione † receditur, quia per hæc
media quorum supra meminimus constat de do-
natione, hæc enim media vrgentiora sunt, & præ-
ualent ad iudicandum qualitatem contractus,
quia vna pręsumptio tollit aliam l. diuus. ff. de re-
stitut. in integr. cap. litteras, extra de præsum-
ptionibus, & cessant pręsumptiones vbi sumus in
claris l. continuus § cum ita ff de verbor obligat.
& ideò bene dixit Menochius in cons. 102. cum
grauissimæ iam diu num. 27. 28. 29 & 30. lib. 3.
quòd cum iuramentum fidelitatis consueuerit
præstari ex diuersis causis, ex causa scilicet feudi,
& aliquando ex causa subiectionis, non probabit
iuramentum fidelitatis feudum, nisi demonstre-
tur illud fuisse ratione feudi præstitũ, vt scribit
Crauetta in cons. 293. Ardua admodum num. 9.
versic. Quinto considero.
Corroborantur pręmissa ex eo, quod iam di-
ximus sub nu. 45. & infra, quod scilicet non iurat
nec Vassallagium promittit vt Vassallus sed per-
inde, ac si haberet ea bona donata in feudum. En,
igitur, quam apertum sit huius nostræ conclusio-
nis fundamentum, dum enim in hoc facit se simi-
lem feudatario non vtiq; talem se dicit, quia si-
17 militudo non cadit in eo † quod est idem vt ibi
probauimus, & hoc est adeo efficax argumẽtum,
vt sæpius mihi visum fuerit sufficere ad tollendũ
quæcumq; in cõtrarium obiectata, tùm præcipuè
id quod tertio loco Fiscus adducit vt infra.
Tertiò ex pacto illo, vt dict. Comes Galeottus
& filij, dictas promissiones, iuramenta omnia, &
singula obseruent sub tali pęna, vel simili in om-
nibus, & per omnia, quam incurreret Vassallus
contrafaciens Domino suo; ista enim dictio, in
omnib⁹ facit, vt inter duo subiecta, nulla debeat
esse differentia DD. in l. 1. Et ita versatur res in
Vassallo non in subdito simplici, cui tale pactũ,
& concessionis pars non conuenit.
Verùm præmissæ dubitationi latè satisfactum
fuit ex his, quæ priori loco diximus sub nu. 49. &
50. vbi demonstratur non tantũ sufficere obiectũ,
sed retorqueri ad fauorem Excellentissimi Prin-
18 cipis ob æquiparationem quæ terminos † distin-
ctos admittit, & ob reuocationem feudi, quæ di-
uersa est ab ammissione quo casu vt diuersitatis
ratio adducatur dicendum erit, quod de reuoca-
tione donationis actum fuit, non autem de
ipsa reuocatione feudi in quo sicuti agitur
tantum de ammissione vtilis dominij in ista re-
uocatione vbi casus venisset, qui tamen nõ venit a
non vtile, sed directum etiam dominium venire
debuerat, cum illud ipsum fuerit translatum in
donatorem, vt abundè dictum fuit. Veniamus
modò ad quartam obiectionem, quæ sub istis ver
bis concipitur.
Quarto ex pacto illo, vt Galeottus non possit
alienare sine consensu D. Ducis, istud enim pa-
ctum donationem liberam non arguit, sed feudũ
ex cuius natura requiritur Domini consensus ali
as incurritur caducitas, & feudum ad Dominum
deuoluitur, vt infra suo loco patebit dum de effe-
ctu feudali agetur.
Respondetur, quod immò expressio facta de
non alienando sine consensu Ducis, quæ restringi
tur ad personas expressas, vt alias diximus sub
nu. 70.

nu. 70. & 72. debet operari, quod illa concesſio
non ſonet in feudum, quia alias poſſet dici, quod
inanis fuit expresſio eorum quæ tacitè inſunt l. 3.
cum ſua materia ff. de legat. 3. Nec validum eſt
argumentum prohibita eſt alienatio rei donatæ
19 ergo eſt feudum, quia nemo prohibetur legem †
facere in cõtractu ſuo, quam vult l. donatio Cod.
de donation. l. 2. & 3. Cod. de donat. quę ſub mo-
do, & de probation. quę ſub modo, & de prohibi-
tione alienationis adiecta contractui donationis
ſtat exemplum in l. ſi ita quis. 135. in §. ea lege
ff. de verb. obligat.

Quinimo cum iſta prohibitio ſit concepta per-
ſonaliter per ea verba, ibi, ſine licentia ipſius Du-
cis, & filiorum vt ſup. & vt ſupra diuerſificat con-
tractum donationis à feudo, de cuius natura eſt,
vt irrequiſito Domino, quicunque ſucceſſor res
dominio dirrecto ſubiectas alienare nõ poſſit.

Vltrà quod etiam in propoſito facit, quia iſta
prohibitio hoc ideo neceſſaria fuit: quia ſicuti
translato dominio dirrecto in ipſum Galeottum
poterat ipſe, & cauſam habentes ab eo alienare
ad eam alienationem impediendam merito fuit
adiectum pactum, quia ceſſabat cauſa prohibitio-
nis, quę fundatur ſuper ea ratione quę pendet ex
Dominio directo, quod remanebat penes infeu-
dantem. Iura enim feudalia dum loquuntur de
alienatione intelliguntur de translatione vtilis
Dominij Intriogli. de feudis q. 9. nu. 37. per quam
innitus Dominus alium quàm quem fortè vellet
Vaſſallum, acquireret cap. 1. de fratribus de nou.
benefic. inueſt. & ne mutatio Vaſſallorum quan-
doq; Domino foret perniciosa, Vulteius de feud.
lib. 1. cap. 10. nu. 44. propè fin. quæ cõſiderationes
20 non † cadunt vbi nullum Dominiũ dirrectum
datur in concedente, quia non poſſet dici, quod
per alienationẽ potuiſſet habere alios Vaſſallos,
& ita remanet ſublata obiectio quarto loco facta;
Videamus modò de quinta, cuius tenor eſt.

Quintò confert, quia Dux ob rebellationem
Georgini hæc bona vti feudalia Fiſco ſuo incor-
porauit, & cum antea eſſet res feudalis ſecundum
naturam ſuam præſumenda eſt concesſio feudalis
quę ſubſequitur notiſsima enim iuris regula eſt
21 à pręcedenti † actum ſecutum declarari.

Verùm hæc argumentatio facillimè tollitur
quia non concludit, & ab actu iam conſumato, &
diù perfecto inter diuerſas perſonas non arguitur
ad ſequentem actum omninò diſsimilem præſer-
tim quando actus prædicti ſunt inuicem pugnan-
tes. & omnino diuerſi, ſi quidẽ eſto millies, quod
bona de quibus agitur fuiſſent feudalia, ceſſauit
qualitas feudalitia ob reuerſionem, quam fecit
feudum ad Dominum, per quem fuit conſolidatũ
vtile cum dirrecto Dominio, quod ſicuti donator
alienauit, tantum abeſt quod naturam præceden-
tem feudi immitari voluerit, quod potius cõtra-
rium egerit, vnde ex iſta diuerſitate ceſſat argu-
mentatio per l. Papinianus exuli ff. de minor.

Sexto, quia in conceſsione facta à Galleotto
nepotibus ſuis translata fuit dicta tertia pars cũ
illis pactis, modis, conditionibus, cum quibus
ipſe tenebat à dicto Duce, & in prima cõceſsione
Ducis erat promiſsio, omnimodę fidelitatis Vaſ-
ſallagij. Item ſine conſenſu Ducis alienare non
poſſet ergo vti debent iſti nepotes, & deſcendẽtes
acceſsione ſui auctoris, cum ſuis qualitatibus, &
ſua cauſa l. Pomponius §. cum quis de acquiren-
da poſſeſſ. Item, & cum conditione illa ne ſine
conſenſu Ducis Mediolani poſſet alienari, hoc
enim repetitum eſſe exiſtimatur in dicta conceſ-
ſione.

Ad hoc ſextum argumentum reſpondetur iura
illius eſſe retorquenda, nam ſi Galeottus tertiã
partem Stellanelli in nepotes ſuos tranſtulit ſub
pactis, modis, & conditionibus ſub quibus eam
tenebat à Duce, vtiq; dicendum erit tranſtuliſſe
rei donatæ dominium, quodcumq; nec vlterius
voluiſſe extendi promiſsionem fidelitatis, & Vaſ-
ſallagij, quam prima natura patitur cõceſsionis,
ad tempus ſcilicet, & ſub moderationibus pactio
natis: vnde benè infertur quod deſcendentes de-
bent vi conceſsione cum ſuis qualitatibus, et cum
ſua cauſa, tùm præſertim nec poſsent alienare ſi-
ne Ducis conſenſu, & filiorum vltrà quorum vi-
tam res ipſa dicitur alienabilis vt ſuperius di-
ctum fuit.

Et proinde non concludit argumentum tam-
22 quam deſumptum ab antecedenti † deſtructo, vt
not. Bald. in l. conuenticulam Cod. de Epiſc. &
Cleric. & in l. 2. in 5. oppoſitione C. de fideicom.
late Nicolaus Euerardus in loco legali 127. rela-
tio enim per Galeotum in donatione facta nepo-
tibus non alterat primam conceſsionem, ſed eam
reddit vniformem, quia iſte ſecundus contractus
donationis ſcilicet Galeotti in nepotes eandem
naturam ſumit quã donatio facta per Ducem ip-
ſi Galeotto per communem Theoricam quod re-
latum, eſt in refferente cum omnibus ſuis qualita-
tibus l. Aſſe toto ff. de hæredibus inſtituend.
23 Septimo in illis verbis, ſaluo, & reſeruato omni
iure † ſuperioritatis honoris Dominij Illuſtriſs.
Principi, ex qua reſeruatione ſuperioritatis feudũ
arguitur cap. 1. de inueſtit. de re alien. fact. Af-
flic. in cap. 1. nu. 73. verſ. item præſumitur ex qui-
bus cauſis feudum amittitur. Nam Galeottus in
fauorem dicti Ducis reſeruare poterat, tanto ma-
gis, quia in iſta alienatione requirendus erat con
ſenſus Ducis.

Sed illa reſeruatio facta per Galeottum non tri
buit aliquod ius de nouo; quia ſolum ius compe-
tens reſeruatur Duci. Vnde aut priori loco com-
petebat illa ſuperioritas quæ in omnem caſum
erga perſonam Galeotti conſiderabilis erat, non
erga bona, & tunc reſeruatio ad eam reſtringitur,
aut nullum ius ſuperioritatis competebat, & tunc
nullum etiam cenſetur reſeruatum per eam con-
cluſionem iuris, quod reſeruatio nihil de nouo
tribuit, & nihil ponit in eſſe, ſed ius tantum con-
ſeruat ſi quod eſt l. minor. § vltimo. ff. de euict. l.
ſub condictione ff. de cõtrahenda empt. Oldrad.
conſ. 214. factum tale eſt num. 2. & 3.

Nec ad rem pertinet, quod Galleotus potuerit
ſic reſeruare; quia non eſt queſtio poteſtatis, ſed
voluntatis, vtrum ſcilicet per eam reſeruationem
voluerit Galeottus auferre Dominium bonorum
dirrectum à manibus Nepotum, & transferre in
Ducem quod non eſt dicendum, magis enim ex
iure ſanguinis tenebatur Nepotibus quã cęteris.

Ad id quod dicitur reſeruationem ſuperiori-
tatis inducere feudi pręſumptionem ex cap. 1. de
inueſtitura de re alien. fact. & Afflict. in cap. 1. nu.
73. ex quibus cauſis feudum amittat. Reſponde-
tur quod in meo Codice, nec ille textus, nec Affli-
24 ctus loco citato dicunt † quod per reſeruationẽ
factam de iure ſuperioritatis in donatione inter
tertios

tertios sequuta inducatur probatiofeudi, nec vllibi crediderim posse probari, superioritas enim nomen est ęquiuocum, quod congruit tàm personæ solius personæ intuitu, quàm personę intuitu rerum, vt superius dictum fuit, ad quorum comprobationem commodefaciunt notata per Menoch. in cons. 191. non parum difficultatis nu. 41. lib. 2. & in tractatu de præsumptionibus 91. num. 13 post Ruinum, & Iacobum, quorum dicta similitant in reseruatione facta per concedentem vt ipsimet fatentur, quanto magis procedent in casu nostro, vbi tractatur de reseruatione adiecta per tertios, & non per Dominum, & ita nihil obstat deductio super dicta reseruatione, quam iuuare intendens Fiscus ad octauam conuolat obiectionem vt infrà.

Octauò ex confirmatione Ducis facta per Vrbanum de Sãcto Alexio in qua dicitur, quod ipse Pirrus, & filij sui iurent parere, obedire mandatis quibuscumq; dicti Ducis, & Officialium suorum in his quę pendent de mente ipsius Principis, & infra, quæ omnia in prædictis capitulis possint augeri, minui, & corrigi ad voluntatem dicti Principis, ex quibus non donatio, sed feudum demonstratur, quandoquidem obedientię promissio quando non est facta à subdito feudum denotat Menoch. cons. 102. nu. 2. 7. vsq; ad nu. 30.

Verùm huic considerationi respondetur per idem Thæma quo satisfactum fuit præcedenti dubitationi, namq; quod dicitur de obedientia congruè reffertur ad personam non ad bona, nec Menoch. in dicto cons. 102. dicit quod ex obedientia arguatur feudum
25 † quia si hoc esset verum sequeretur maximum absurdum, quod omnes subditi qui tenentur ad obedientiam essent feudatarij. Vnde sicuti non concludit argumentum, ita non videtur attendi, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, sequitur modo noua dubitatio tenoris infrascripti.

Addebat fiscus conferre ea quæ leguntur in instrumentis celebratis inter homines Stellanelli, & dictos nepotes, ex quibus constat dictos homines fateri Ducem Mediolani Dominum directũ, ibi quod ipsi Homines Stellanelli facient, & curabunt totaliter, quod dictus Georgius, & Henricus &c. parebunt mandatis prouisionibus dicti Ducis, & Officialium suorũ, & dicti Ducis mandata, & requisitiones seruabunt, & in secundo instrumento eadem ferè verba repetuntur.

Verùm præmissa tollitur argumentatio duobus modis, vnus est, quod verba, & confessiones dictorum hominum non inferunt necessario ad feudum, quia obedientia non arguit fidelitatem, vt abundè superius dictum fuit, secundus modus
26 est quia acta inter alios non præiudicant † toto tit. ff. & C. Res inter alios acta, istis sic positis putat Fiscus non procedere ea, quæ allodium arguunt, & ideo sic obiectat.

Non obstant verba illa concepta in donatiotionem meram liberam &c. quę etiam si importent omnimodam Dominij translationem, & disponendi facultatem. Respondetur, attamen effectum repugnare, quiquidem magis spectandus est, quàm verborum sonus Ias. in l. si insulam, & ibi notatur ff. de præser. verb. Bart. in l. qui cotem. §. qui maximos. ff. de publ. & vectigal.

Secundo respondetur non obstare, quia feudũ, & donatio sepe confunduntur, feudum enim nil
27 aliud est, † quam beneficium, & ita in specie sentit Collegiũ Bononiense in causa Finariensi resp. 4. nu. 6. Tertio quia adsunt pacta feudum denotantia, vel dicendum est pacta nouissima derogare prioribus, & quorum est virtus, vt speciem vnã contractus in aliam mutent l. vbi ita donatur vbi DD. ff. de donat. causa mort. vel si pura, & mera donatio erat è latere Ducis, & in eodem actu ipsa per Galeottum accepta, postmodum idem Galeottus in signum grati animi recognouit in feudũ, quod facere omnino poterat, vt ex vulgari regula iuris, quilibet in re sua sit moderator, & arbiter.

Sed replicando dicitur nullum posse considerari effectum, qui repugnet titulo donationis sola tamen repugnantia caderet vbi donatio transiret in feudum, quia vis fieret litteræ contra mentem contrahentium qui dixerunt eum contractum fore intelligendum vt littera iacet. Vnde transitus de vna specie contractus ad alteram prohibetur, vt alias dictum fuit in prioribus allegationibus, & suprà.

Nec valet quòd secundo loco dicitur, quòd feudum, & donatio confunduntur sæpè, quinimò multum interest inter vnam, & alteram speciem, quòd licet diuersitas nominis arguat l. idem C.
28 de codicillis, probatur etiam ex eo, † quod in donatione transfertur vtrumq; dominium, in feudo vero vtile tantum, vt alias demonstratum fuit, & denuò dicere iuuat, quod vera donatio, & ficta traditio, & dominium, & possessionem transfert. Rosentalis loco citato num. 13. & ipsa translatio dirrecti sicuti donationem sustinet; ita feudum sustulit Thob. Non. cons. 1. nu. 3. Ciar. qui de communi in §. feudum quæst. 17. Intrioglius de feudis, q. 10. nu. 6. centuria prima.

Ad tertium prompta est responsio, quod pacta apposita in donatione nõ sunt habilia ex seipsis ad transferen. dominium, quòd acquisiuerat Galeottus in Ducem, nec sunt contra substantiam donationis, & simul stare possunt, vt dictum fuit. Nec potest inferri, quod Galeottus voluerit recognoscere in feudum, id quod habuerat à Duce. Quinimò si bene videatur subiectio, quàm facit Galeottus ipsi Duci de persona sua apparebit, ꝙ non pro bonis, sed tantum, vt grati animi vices reddat, quod mihi ipsi probat constanter ea declaratio, quàm facit Galeottus ibi sponte, & ex certa scientia vnde si sponte subiecit se ergo non pro bonis, quia si stimulus bonorum cõpellisset cum ad dicta pacta, non vtiq; dixisset, quòd sponte ad ea veniebat, & ita patet, quod noluit bona in feudum capere.

Ad id quod dicebatur antiquitus bona obuenisse ex Imperiali concessione in Carretos respõdit Fiscus vt infrà.

Secundo non obstat illud, quod adducitur antea fuisse donata ab Ottone Imperatore Alderamo, quia in hoc historię, non bene inter se conueniunt, neq; DD. sed nihil ad rem, quia hæc versantur extra acticata.

Cui obiectioni replicatur non constare, quod Historiographi dissentiant in hoc, & ideò standũ veniti assertioni deductæ per quã dicimus opportunè, quod dominium dirrectum, & vtile fuerat translatum per Ducem Philippum Mariam dictę Vallis, & loci Stellanelli, quo casu ex notatis per D. Casanouam in principio allegationum concluditur,

cluditur, quod res ipsa de facili ad primęuam naturam redijsse constat.

Istis sic stantibus continuando Fiscus responsionem ad fundamenta quę fauent Excellentissimo Principi Auriaco. Tertio loco respondet hoc modo.

Tertiò non exhibet negotium quod Duci tantũ fuerit facta promissio homagij, fidelitatis &c. & nunc de ipso Duce non agatur, quia respódeo, veriorem esse opinionem illorum, qui dicunt non obstante illa dictione tantum promissionem extendi ad hæredes, vt per Decium in cons. 280. viso puncto, & diligẽter nu. 8. & ibi addentes Ruyn. in cons. 94. num. 5. vers. nec obstat vol. 1. Boer. decis. 67. præsuppono num. 5. vbi de communi.

Secundo respondetur, quia sub nomine dignitatis exprimitur, idest: Duci, & hoc quidem æquiuis, verisimiliusque est, vt qui sibi consultũ, successoribusq; suis prospicere voluerit, vnde illa dictio taxatiua ad dignitatem relata, non est personalis, sed socia dignitatis.

Sed ista facillimè tolluntur, quia nullum saltẽ validum fundamentum habent super quo stare possint, nulla enim est scribentium opinio con-
29 traria factæ conclus. quod illa dictio tantum † restringat obligationem Galeotti, vt ad alias personas non extendatur esto millies, quod essent filij, & Duces, & licet id ipsum satis conspicuum sit, & multis iuribus comprobatum iuuat tamen repetere, quod Galeottus prædictus expresè declarauit, quòd successoribus ipsius Ducis non intendebat omnimodam fidelitatem, ac etiam plenissimum Vassallagium promittere, sed simplicem Adhætentiam faciendo se amicorum amicum, & inimicorum inimicum, & ita discretiuè loquendo, constituit differentiam inter ipsum Philippum Mariam Ducem, & eius filios, & consequenter declarauit dictionem illam tantum stare restrictiuè, & terminatiuè. Quod etiam probauimus per ea verba per Galeottum expressa ibi, & hęc omnia quantum ad ipsum Ducem, pręsentem donec aget in humanis, prout late diximus in eadem causa sub num. 55. & 56. Quibus in proposito potest addi Decisio glosæ magnæ in cap. omnes si de feudo deffuncti ibi è contra Prima ratio vbi casus est de ista dictione tantum posita in obligatione facta de iurando fidelitatem alicui tantum. Nec allegata in contrarium ex Decio in consil. 280. quod in meo Cod. est 281. Ruino in cons. 94. & Boerio decis. 67. quicquam faciunt loquuntur enim in casu pœnitus diuerso, & dissimili, nempè in eo qui promisit de euictione pro suo dato, & facto tantum quo casu non est congruum, quod intelligatur etiam factum hæredis, quia factũ hæredis reputatur factum defuncti vt ibi dicit Decius, Vnde non violatur dictio tantum, nec ampliatur, quia per representationẽ idẽ est factum hæredis, quod factum deffuncti, sed in casu nostro res est omnino diuersa, etiam respectu eius cui dirigitur sermo, & declaratio, Hic enim agitur principaliter de obligando se ad tempus erga Ducem non de extendenda obligatione ad hæredes, & in hoc etiam mihi visum est claudicare argumentum.

Minus etiam facit consideratio, quod illa taxatiua tantum, cuius virtus est negare omne aliud respectu rerum, & personarum l. 3. §. cum vitio ff. de adim. legat. l. rationes cum ibi notatis, Cod. de probat, & l. ob æs C. de prędijs minor. & l. si aduersus C. si aduers. vendit sit adiecta dignitati Ducali, quia hæc applicatio est satis remota, & repugnat dictioni adiectę ipsi Duci tantum, cum
30 .n. dictio † ipsi sit personalissima vulgatis Iurib. personam non debet egredi glos. in dicto cap. omnes si de feud. deffuncti iuncta præsertim subsequenti declaratione ibi Ducem pręsentem, quę dictiones excludunt futuros, & successores, qui enim venturus est præsens non est. Item ibi dum agit in humanis ergo non hęredes, quia non admittitur rapræsentatio personarum per alia indiuidua, in quo proposito commode faciunt ea quę notauimus in obseruat. ad decis. consult. 71. Dubitat vt audio lib. 2.

Quartò nõ obstat vt ab eodem fonte tota pars Stellanelli deuenisse videatur, & non conuenire, vt vna atq; eadẽ res iure censeatur diuerso. Respondit Fiscus hanc partem iure Dominij directi à Fisco possideri, & per ea quæ dicta sunt in nullo præscriptum contra Reg. Cameram adeo vt si ille duæ partes ob non recognitiones factas libertatem sibi acquisierint, non ita in dicta tertia parte accidit, & sic à diuersis non inferendum, nec incongruum est, easdem res diuerso iure censeri diuersis respectibus, & casu diuerso, vt notãt DD. in l. eum qui ædes ff. de vsu cap.

Sed obiectũ nõ officere satis superq; satis appa-
ret, quia cũ agatur de vno eodẽq; loco Villa, & Valle Stellanelli. vtriq; dicẽdũ venit, quòd eiusdẽ naturę sit tertia pars, cuius sunt alię duę partes ex
31 notissima iuris regula, quod idem iuris est † de parte, quod de toto l. Quæ de tota ff. de rei vendicat. l. iuris gentium §. fin. ff. de pact. & l. 2. §. exercitum ff. de his, qui not. infa. Vnde bene posset in proposito dici, quòd turpis est pars, quæ suo non congruit vniuerso, can. quæ contra mores distinct. 8. cap. finali de spons. duorum, & omnia membra caput sequuntur can. non decet distinct. 12.

Nec militat id quod dicitur ad cõstituendam diuersitatem in ista tertia parte ab alijs duabus, quod scilicet eiusdem tertię partis dominium directum sit pęnes Camerã, quia hoc est, de quo disputatur, & iure contenditur directum dominium stare pęnes Excellentiss. Principem de Auria, & ita remanet sublatus obex quarto loco deductus. Rolandus Cauagnolius.

Numero 31.

Versiculo, & propterea pro confirmatione eorũ quæ hoc loco dicit Menochius, vide notata per eum in consilio 1274. Grauissima maximiq; ponderis nu. 22. lib. 13. Rol. Cauagnol.

Numero 40.

Ibi (verbum obscurũ declarationem recipere debet à verbo claro, Cephalus cons. 487. Reuer. Patres, nu. 7. lib. 4. Iac. Menoch.

Ibi, (Ab antiquis inuestituris non esse recedendum) vide Decianum in cons. 72. & licet cũ à me num. 50. lib. 2. Iac. Menoch.

Eod. num. ibi (vt ab ea recedatur) debet legi, vt ab eis recedatur. Iac. Menoch.

Numero 50.

Quid operetur recognitio facta per errorẽ late disputat Schraderus de feud. part. 1. cap. 5. per totum videnda sunt quæ dixi in decis. consult. 71. dubitat vt audio 77. licet in conspicuo, & 78. In dubitationem venit lib. 2. vt latius supra ad cons.

Menoch. 160. Rol. Cauagnolius.

Numero 53.

Ibi (non censeri effecto fideicōmissaria) Adde idem de re feudali Alex. cons. 29 perspectis considératisq; num 25. lib. 5. Boss. in tit. de Principe nu. 250. & 253. dixi supra in cons. 91. duas habet nu. 38 lib. 1. Iac. Menoch.

Numero 57.

Ibi (hæc itaq; confessio) ad idem faciunt notata per eundem Menochium infrà in cons. 202. cum grauissimæ iam diù num. 37. lib. 3. vbi hoc eodem vtitur argumento pro materia, vide quæ ibidem dixi. Rol. Cauagnol.

Numero 81.

Quod concessio facta de feudo, & pertinentijs, adeo sit generalis, vt volens dicere quod tale prędium veniat sub nomine pertinentiarum teneatur probare latè dictum fuit suprà in obseruat. ad consil. Menoch. 140. dubitationi propositæ. Respondendum videbatur ad nu. 1. libro hoc 2. R. C.

Numero 82.

Ibi, (& non vera dicitur, & propterea [nil nocet) delenda est dictio propterea. Iac. Menoch.

Eodem num. quę dicuntur de professione facta in catastro, & registro bonorum feudalium, probantur etiam per Surdum in cons. 151. fine longa verborum serie nu. 35. lib. 2. vbi similiter arguit

32 bona non esse feudalia quando in registro † cōfecto de bonis feudalibus, ea bona non reperiuntur descripta. Rol. Cauagnol.

Numero 83.

Ibi, (vt scribunt Brunus) debet legi vt scribit Brunus. Iac. Menoch.

Numero 85.

Ibi, (Cod. qui testam. facer. poss.) delenda est dictio poss. Iac. Menoch.

Eodem num. in fine, ibi (efficatius probatur quam testibus) debet legi efficatius probatur instrumentis quàm testibus. Iac. Menoch.

Ad Consil. 192. Hac de dubitatione satis egregia.

SVMMARIVM.

1 *Vnio facta de beneficijs quomodo sit intelligenda.*

2 *Factum contemplatione alterius, qu ando quid dicatur.*

Numero primo.



IT hoc loco mentio de vnito beneficio Abbatiæ de Pyro Monachis sanctæ Iustinę, sed dato quod

1 † vnio sustineatur, ea tamen erit intelligenda, vt non preiudicet Diocesano in sua iurisdictione temporali, vt probat Vincentius Grilenzonius in consilio 32. Canonici Regulares nu. 1. R. C.

Numero 10.

2 Quot modis dicatur, quid concessum, vel factum alterius contēplatione † videas Menoch. cons. 151. prima proposita dubitatio numero. 13. lib. 2. & in cons. 161. dubitatio nunc ista num. 53. lib. eod. & in cons. 1037. nu. 23. lib. 11. Rol. Cau.

Ad Consil. 193. Vereor ne cum apud virum.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium secundum quando, & quomodo teneatur ad alimenta Monaci qui de vna religione in aliam transiuit.*

Numero primo.



Vicquid hoc loco dixerit Menochius mea sententia est contra eū quod alimenta fuerint prestanda

1 singulis annis per Monasterium Beatæ Helenę, licet † enim trāslatæ fuerint Moniales in aliud Monasterium de ordine superioris, non tamen liberatur Monasterium à nexu obligationis quā habet de alendis Monialibus etiā q ob defectu eorum fuerint erectæ, dummodo tamen sint pœnitentes, quod ea ratione suadetur, quia si medio tempore aliquid boni esset eis delatum non secundo Monasterio in quo ex ordine superioris repositę sunt, sed primo acquireretur, vt probat Surdus de alim. tit. 7. quæst. 35. Monachus quando, vide infra. Rol. Cauagnol.

Numero 10.

Dicitur quod successor in dignitate potest declarare mentem sui antecessoris, sed limita in successore in officio qui non potest verba ambigua sententiæ sui antecessoris declarare, vt dicit Menoch. in cons. 255. quòd doctè admodum, & acutè num. 48. lib. 3. & ideo de ista opinione credidecim summopere dubitandum. Rol. Cauag.

Numero 12.

Declinat obiectum Menochius hoc loco sub prętextu quòd Monaco translato in aliud Monasterium debeantur alimenta, per primum Monasterium quando Monachus in illud primum bona intulerit. Ego autem credidi deberi alimenta per primum Monasterium translato Monacho in aliud etiam quod nulla bona transtulisset, quādo scilicet translatio facta fuisset ex ordine Monasterij, quia ratio alimentorum non est principaliter fundata super bonis, sed super obligatione quam agnouit Monasterium, recipiendo Monachum, cuius rei veritas hinc etiam patet, quia si quid deferetur ipsi Monacho sic translato culpa & facto suo, primo Monasterio diceretur acquiri, vt voluit Socin. senior in cons. 52. viso instrumento syndicatus num. 19. lib. 4. Idem dixi de alimentis debitis cuidam per Congregationem quę primo statu mutato in alias regulas pertransijt, vt in decisione mea consultiua cuius caput est. Voluit Reuer. Andreas lib. Rol. Cauag.

Eodem num. 12. dum inquit Menochius quòd qñ secūdum Monasteriū est opulentum, & habet vnde alimēta ministret Monacho qui de alio Monasterio in ipsum translatus fuerit, tenetur ipsum ad alimenta non primum, secus tamen quando est inops, quia tunc tenetur primum, probat Ioannes Petrus Surdus, in tractatu de alimentis tit. 9. q. 27. Nam raro euenit num 23. 24. & 25. vbi similiter transit cum ista distinctione, & eam iuuat ab eo simili quod dicitur de patre qui tradidit filium suum, alteri in adoptionem, vt scilicet pater is naturalis non teneatur alere filium quando egenꝰ est, sed quod onus hoc pertineat ad adoptantem ex fabro, & Angelo in §. sed ea omnia. instit. de hæredit. quæ ab intestat. defer. Rol. Cauagnolius.

Ad Consil.

Ad Consil. 194. Duæ sunt egregiæ propositæ.

SVMMARIVM.

1 *In feudo hæreditario ad hoc, vt quis succedat, an requiratur quod quis sit hæres primi acquisitaris, vel vltimo loco defuncti.*
2 *Filius an, & quando intret locum patris in successione patrui.*
3 *Transuersalis, quando succedat in feudo.*
4 *Hieronimus Paponius in cons. 1. in 2. dubio num. 15. non recipitur.*
5 *Nepos ex fratre prædefuncta in successione patrui carnalis, an concurrat cum altero patruo in bonis allodialibus, & feudalibus, & quid in bonis emphiteoticis num. 6.*
7 *Nepos, an concurrat cum patruo defuncti, ad successionē patrui carnalis mortui sine filijs, & fratribus.*
8 *Frater excludit patruum, & eius filios.*
9 *Quando duo parificantur per legem quod excluditur per vnum, excluditur etiam per aliud.*
10 *Filius fratris, quando intrat cellulam patris dicitur proximior per fictionem, quoad gradum, & per veritatem, quoad effectum.*
11 *Nepos, quandō concurrit ad successionem remotioris in gradu, & alterius quam patrui, an subintret locum patris.*
12 *Filij, succedunt in locum patris sui, quando tractatur de successione patrui, vel ut secus vbi de successione aliorum.*
13 *Priuilegium competens filijs fratrum, subintrandi in locū patris, aut matris non extenditur ad filios eorum.*
14 *Nepos ex fratre à successione patrui excludit pronepote*
15 *Successia qualibet vel ab homine, vel ab ipsa lege descēdens, normam capit à dispositione iuris communis.*
16 *Repræsentationis materia dependet ex coniectarata mente contrahentium.*
17 *Soror patruelis, an concurrat cum patruo.*
18 *Gradus in successionibus attenditur secundū ius ciuile.*
19 *Authentica cessante, & authentica post fratres C. de legitimis hæredibus declaratur.*

Numero 1.



1 IBI (ex quo sequitur filios hęredes esse debere, vel primi acquirentis vel † vltimi decedentis) Adde quod in isto articulo diuisa est scribentium opinio, alij enim voluerūt quod quis sit hæres vltimo loco defuncti, alij autem censuerunt sufficere quod sit hæres primo loco inuestiri, & in hanc sententiam obseruatum fuit, venisse infrascriptos septuaginta quatuor doctores omnes, & singulos diligētissimi inspectos, lectos, & perpēsos, qui sūt.

1 Præposit. Mediolanen. ad cap. 1. col. 1. & 7. an agna. vel fil.
2 Bald. ad l. cùm secundum. col. 2. num. 3. C. de fideicom.
3 Abb. & alij Canonistæ ad cap. in præsentia. de probat.
4 Bero. conf. 67. num. 59. vol. 1.
5 Brun. conf. 14. num. 18.
6 Paris. conf. 23. num. 180. cum seqq. lib. 1. in consil 65 lib. 3.
7 Osasc. decis. 161. in fin.
8 Socin. iun. conf. 42. num. 8. & conf. 98. num. 26. & 27. lib. 3.
9 Syluan. conf. 30. num. 20.
10 Alexan. conf. 26. num. 8. lib. 5.
11 Gozad. conf. 8. num. 2. quos cum alijs refert, & sequitur, & in conf. 26. col. vlt.
12 Valasc. de iure emphyt. q. 41. num. 19.
13 Clar. in § feudum. q. 9 num. 5.
14 Berterta conf. 14. num. 2.
15 Alba conf. 383. num. 23. vol. 2.
16 Philip. Cattat. inter cōs. Bald. conf. 137. lib. 2.
17 Calder. conf. 13. de feud.
18 Neuit. conf. 10. num. 15.
19 Afflict. ad d. cap. 1. num. 7. de eo, qui sibi & hæred.
20 Curt. iun. de feud. par. 3. q. 1. num. 18.
21 Zas. pariter de feud. par. 8. princ. num. 58.
22 Ferret. conf. 105. num 13. & 14.
23 Crauet. conf. 529. num. 4. lib 4.
24 Thom. Marin. tit. de feud. fœm. num. 49.
25 Borcholten itidem de feud. cap. 7. quomodo feudum acquir. num 94.
26 Intrigl. eod. tract par. 1. q. 49. nu. 187. cū seq.
27 Schrader. d. tract. par. 7. cap. 2. num. 46. & par. 8. cap. 8. num. 28.
28 Rosental. de feud. synops. feud. cap. 2. conclus. 33. num. 37. cum seqq. & cap. 7. num. 21.
29 Feder. Schench. tract. vt supra, tit. an agn, vel fil. num. 1.
30 Gail. obser. 149. 150. & 154 num. 19. lib. 2.
31 Purpur. cōs. 85. qui tamē aliud sensit cōs. 548.
32 Thesaur. decis. 99. num. 23.
33 Mohed. decis. 2. tit. de feud.
34 Borell. consil. 25. num. 16.
35 Pinell. ad l. 1. part. 3. nu. 91. C. de bon. mater.
36 Crescent. decis. 1. de feud.
37 Liparol. in scholijs ad Isern. ad cap. 1. versic. qui hæres, & versic. volens succedere d. tit. an agn. vel fil.
38 Lonont. de feud. eod tit. an agn, vel fil. fol. 62. cum seq.
39 Ruin. consil. 17. num. 11. lib. 1.
40 Guliel. Anneton. de iur. feud.
41 Roland. a Val. consil. 40. colum. 1. & consil. 97. lib. 1. & consil. 28. num. 13. vol. 3.
41 Putens decis. 179. lib. 2.
43 Milanen. decis. 7. num. 19 cum seq. part. 1.
44 Gabr. consil. 79. num. 19. lib. 2.
45 Peregr. consil. 7.
46 Phanuc. de inuent. part. 6. num. 30.
47 Crass. de success. §. legatum q. 14. num. 21.
48 Chirchonius tracta. com. opin. cent. 2. conclus. 31.
49 Aldobrand. conf 3. num. 88.
50 Zuccard. consil. 2. nu. 11. cum seqq. & consil. 71. num. 49.
51 Tob. Non. consil. 2. num. 25.
52 Vincemala conf. 1. num. 72. int. consil. feud.
53 Rip. conf. 8. num. 28.
54 Flam. Rub. consil. 22. num. 9. vol. 1.
55 Euerard. iun. d. consil. 20. nu. 21. & 22. lib. 2.
56 Ruger. consil. 2. num. 46. & 52. lib. 2.
57 Celsus Vgo consil. 26. num. 65. & consil. 113. num. 3.
58 Rot. Rom. decis. 469. nu. 6. par. 1. in nouiss.
59 Anton. Sola ad Constit. Sab. tit. de feud. in decreto, quia plerisque, part. 1. glo. vnic. num. 5.
60 Rim. iun. consil. 572. num. 10. cum seqq. & num. 42. vol. 5.

61 Iacob. Menoch. in cons. 202. num. 69. lib. 3.
vbi attestatur de magis recepta opinione.

Tredecim alij, qui hic desiderantur, ad asseueratum a nobis numero vt supra supplentur ex relatis ab istis.

Non me equidem latet complures etiam non leues auctores à parte contraria stare, & fortè etiã superius adductos numero, nequaquã, sicut etiam auctoritate inferiores, ita ut hic articulus sit valdè controuersus. Sed veriorem esse superiorem sententiam patet euidentissimè, ex cap. 1. de eo, qui ibi uel heredibus suis, qui textus omnes haud dubiè superat auctoritates nobis aduersantes.

Numero 3.

Ibi (Crementis in singular. 14. Decius) debet legi Cremēsis in singul. 14 Ruinus, Iac. Menoch.

Numero 4.

Quęstio proposita hoc loco per Menochium, satis est intricata, quia non semper est verũ, quod
2 filius iueret locũ patris, in successione † patrui,
vel Aui, vndè pro difficultatibus, & intelligentia
conclusionis, videnda sunt quę in causa Dominorum Comitũ, de Camino fuerunt deducta in qua discutitur de nepotibus pretendentibus concurrere cum patruo ad successionē patrui, & fratris patruelis, proposita genealogia, quę venerunt ad manus, & sunt vt infra.

Iacobus. Lelius.

Iacobus, Theodorus, Carolus, Barnabos.

Lelius, Carolus.

Supponitur in facto quod præfatus D. Comes Iacobus Theodorus decesserit sine prole maximè masculina, superstitibus D. Comitibus Barnaba patruelli, & Lelio cum Carolo ex quondam D. Comite Carolo seniore etiam patruelle prędefuncto susceptis, & in gradu remotioribus, & quæritur an ipsi concurrant cum D. Comite Barnaba patruo ad successionem bonorum feudalium possessorum per dictum quon. D. Comitem Iacobum Theodorum, an vero per eum excludantur tanquàm remotiores in gradu; libentissimè in materia ista vidissem inuestituras, quia vbi adsunt scripturæ, periculosum est citra earum lecturã, & considerationem consulere. Nihilominus stante facti serie proposita, vt Domini requirentis desiderio, cui multum debeo satisfaciam munus demandatum longius non differri sum arbitratus.

Supposito igitur semper, quod agatur de feudo antiquo concesso prædecessoribus quon. Dñorum Comitum Iacobi, & Lelij fratrum à quibus Dñi Comites, modo mortuus, & prætendentes descen
3 dere, prout requiritur, vt transuersalis † in feudo succedant ex traditis post alios per Clar. in §. feudum quæst. 79. nu. 21. vel etiam de nouo concesso cum clausula tamen antiqui auiti & paterni, quo in casu, etiam (quidquid post alios dixerit
4 † Papon. cons. 1. 2. dubio nu.) 25. transuersales etiam succedunt, vt probat latè, & deffendit Rol. cõs 4. nu. 7. & 8. lib. 4. & melius cons. 60. eod. vol. vbi de magis communi opinione, etiam quod in inuestitura non adsit pactum, & declaratio in materia ista aliter disponens breuiter, & conclusiue loquendo. Dico ipsum D. Comitem Barnabam excludere à successione D. Comites Nepotes vt in gradu remotiores. quod manifestum fit ex infrascriptis conclusionibus.

Prima erit igitur conclusio, quod vbi agitur de
5 successione patrui carnalis, nepos † ex fratre
prędefuncto illius locum subintrat, & concurrit cum altero patruo superstite ad illius successioné in stirpes §. reliquum in auth. de hæredit. quæ ab intest. deff. vbi Angelus not. auth. cessante, vbi Doct. omnes. C. de legit. hæredib. & hoc esse de iure communi positum extra controuersiam dicit Couar. variarum resolut. in Epitom. de success. nu. 7. conclus. 8. & plenissimam conclusioné profitetur Bec. cons. 16. nu. 1. quibus cum concurrit nouissimè Gras. in auct. de success. §. successio ab intestato quęst. 30. nu. 3. vbi dicit hanc procedere dato quod adsit statutum disponens quod agnati concurrentes ad successionem admittantur, prout erunt in gradu proximiores, ex quo nepotes subintrant in locum patris, & considerari debene ęque proximi stante iure repræsentationis ipsis patruis iuxt. glos. in l. eum ita, §. in fideicõmisso in verb. proximo ff. de legat. 2. vbi Doctores notant, & conclusio ista procedit nedum in bonis allodialibus, sed etiam feudalibus c. 1. §. his vero defficientibus, de success. fratr. seu de gradu succedend. in feudo in vsib. fend. vbi Iser. nu. 4. Bald. nu. 21. not. & Affict. in cap. 1. de nat. success. feud. num. 115. Curt. in tractat. de feud. par. 3. num. 16. Clar. § feudum quęst. 75. nu. 2. Ioan. Ant. de Ferar. inter cons. feud. Brun. cons. 70. in princip. & nouissimè Scrader. in tract. de feud. part. 7. num. 15. vbi Alex. Paris. & alios citat, & Rosental. in synops feudal. cap. 7. conclus. 56. nu. 11. cum seq. vbi late, quibus addo Decian. in respons. 38. num. 33.
6 cum seq. vbi idem concludit in bonis † emphyteoticis, & in stirpes succedere determinat.

Secunda erit conclusio, quod quando ad successionem patrui carnalis mortui sine filijs, & fratri-
7 bus concurrit nepos cum defuncti patruo, † quod
tunc subintrat in locum patris in tantum quod excludit patruum, non obstante quod alteruter respectu mortui sit in tertio gradu, atq; ita pariter admitten. esse videatur, auth. post fratres frũmq; filios. Ibi (vt pares &c. C. de leg. hæred. stante 9 nepos vbi de patrui carnalis successione agitur subintrat in patris locum, qui erat in secundo gradu, & eius locum tenet, atq; ideo sicuti frater ex-
8 cludit † patruum, ita & eius filius, Auth. post fra
tres l. prima C. de suis, & legitim. hæred. vbi Bald.
9 not. & ait quod quando duo parificantur † per
legem, quod excluditur per vnum, excluditur etiam per aliud, & Bal. sequũtur Nicol. de Vbald. in tractat. success. ab intest. 3. par. col. 2. quæst. 4. Socin. iun. cons. 123. lib. 1. cum alijs, quos refert, & sequitur Bec. cons. 81. per tot. etiam præmissa quamuis prædicti loquantur in bonis allodialibus procedunt etiam in bonis feudalibus, vt per Bal. in tit. impert. loth. num. 12. vbi dicit fortiori ratione in istis procedere, quando contra naturã feudi est, quod admittantur ascendentes, & filius patris habet celulam patris, quam subintrat, ac patruus aliam celulam non habet quam propriã,
10 & ideo filius fratris intelligitur † esse proximior
per fictionem, quoad gradum, & per veritatem quoad effectum, & Bal. sequuntur post Affic. Aluarot. Isern. & alios Curt. in dicto tract. de feud. part. 3. q. 9. vbi dicit ampliationem esse dispositionem text. d. auth. frat. Car. vt procedat etiam in feud.

in feudis Scrader. in allegat. tractat. de feud. p.7.
nu, 17. & Rosental. in synops. etiam feud. cap. 7.
conclus. 17. num. 1. vbi plures citat, quibus addo
Bec. alleg. cons. 81.

Tertia & vltima erit conclusio, q. licet vt modo
dicebamus nepos ex fratre vbi cócurrit ad patrui
carnalis successioné, siue cũ patruo superstite, siue
cũ patruo defuncti vers. diximus repræsentat patris
personá & subintrat in eius gradum, quãdo tamẽ
concurrit ad remotioris in gradu, & alterius quã
21 patrui † successionem, á quo vltra tertium gra-
dum distat talis benef. a nutric §. si igitur defun-
ctus vers. huiusmodi vero priuil. auth. ab intest.
veniunt, & excluditur per patruum superstitem,
& proximiorem defuncto in gradu succedendi
ex reg. prior in gradu &c. de qua in allegat. plu-
ries authen. post fratres la seconda C. de suis, &
legit. hæred. vbi Bal. dicit notandum quod filij
22 succedunt in locum patris sui, † quando tracta-
tur de success. patrui, vel aui, secus vero si de suc-
cessione aliorum, & cum eo concurrant vide Bal.
in principio, & pulchre Castren. num. 1. & 3. vbi
dicit etiam notandum quod priuilegium compe-
23 tens filijs fratrum, & sororum † subintrandi in
locum patris, aut matris suæ, non extenditur ad
filios eorum prędictis, accedunt Cyn. in tract. suc-
cess. ab intestat. 3. part. princip. nu. 14. vbi ideo
dicit patris filios excludere á patrui successione
alterius fratris nepotes cum ipsi in tertio, & isti in
4. sint gradu, & vltra tertiũ gradum non datur re-
præsentatio, Nicola. de Vbald. in eod. tract. 3. par.
princ. num. 7. vbi pariter dicit non habere locum
quæ dicta sunt de filijs fratrum vt concurrant cũ
patruo superstite, & excludant mortui fratres ab
illius successione in vlterioribus transuersalibus,
in quibus attendendo venit tantum proximitas
gradus, ex reg. qui prior, & nouissimè alios citat
Craf. in allegato tractatu de successione §. suc-
cessio ab intestato quęstione 33. in princip. & pro
cedit assumptum ne dum in allodialibus, sed ẽt
in feudalibus, quandoquidem, & in istis vltra fra
tres, & fratrum filios ad bona feudalia possessa
per patruum concurrentes prior Agnatus, & pro-
ximior iure repræsentationis postposito remotio
res quantumuis eius nepotes excludit cap. 1. vers.
hijs autem deffi cientibus de success. frat. vel
de gradu succed. in feud. vbi And. de Isern. not.
in vers. sed post fratres vbi dicit formaliter, quod
post fratres, & eorum præmortuorum filios in feu-
do paterno non nouo Agnati succedunt, quilibet
scilicet prout proximior est, & ibidem idem te-
nent Bald. Laudens. Aluarot. Rauen. Pręposit.
Afflict. & alij, idem Bald. consulendo concludit
in cons. 282. lib. 5. & in cap. 1. de nat. success. feud.
nu. 3 asserens quod mortuo vasallo sine descen-
dentibus aliæ omnes lineę ad eius successionem
concurrunt, secũdum tamen graduum prorogati-
uam, Iac. de Ardizon. in sum. feudi 3. parte prin-
cipal. vers. & hoc verum est circa finem Iacobin.
de Sanct. Georg. in sua inuest. feud. in tub. super
stites nu. 13. vbi ideo dicit quod succedunt in ca-
pita, quod non esset dicendũ, vbi potius daretur
repræsentatio, & ex moderniori bus hanc tenent.
Rol. cons. 68. nu 23. lib. 1. pulchrè, & late Bero.
cons. 68. vol. 1. Scrader. in dicto tract. de feud. part.
7. num. 6. & in terminis nostris Io. Antonius de
Ferat. inter cons. feudalia Brun. cons. 70. 71. &
74. vbi respondet contrarijs, cui accedit Brunus
eodem libro consil. 75. vbi dicit secundum hanc
opinionem bis obtinuisse, quibus addo Rosental.
in Sinops feud. dict. cap. 7. conclus. 56. num. 26. &
melius conclu. 57. nu. 6. & 11. vbi ideo infert ne-
poté ex fratre excludere á patrui successione pro
14 nepotem † ex altero, & pronepotem concurrere
ad successionem cum patruo magno defuncti, ex
quo inter eos datur paritas gradus, & cessat repræ
sentatio in pronepote, qui aliás patruum magnũ
excluderet, & tandem Peregrin. de fideicommiss.
art. 30. nu. 26. vbi sequendo dicta cons. Io. Ant.
de Ferrar. concludit, tum demum in materia suc-
cessionis delatę ex dispositione hominis, siue or-
dinatę in testamẽto, siue á contractu dependẽtis,
& proinde in feudis, & fideicommiss. Nepotem in
trare locum Patris, & currere cum patruo quãdo
illum repræsentat in successione bonorum allo-
dialium depẽdentium á mera legis dispositione
& proinde vbi agitur de ascendentium, ac Patrui
successione, & non aliter, propterea cum quęlibet
15 successio, siue á lege, siue ab homine † depen-
deat capiat normam á iuris communis disposi-
tione vt per Corn. cons. 68. nu. 36. lib. 1. & iura,
ac consuetudines feudales nõ determinent, vltra
fratris filios in linea transuersali Nepotes concur
rere cum patruo ad mortui vassalli successionem
sequitur hos Dominos prætendentes legitime ex
cludi per D. Comitem Barnabam á prætensa feu
di quota, cum feudalis controuersia in casibus o-
missis debeat secũdum ius commune determina-
ri cap. 1. de feud. cognit. vbi Doct. not. & ali-
bi posita, & ita breuiter iuris esse censeo, latius
scripturus, ac responsurus obiectis quatenus fiát,
quod non video dari posse, vbi negotium, vt sup-
ponitur se habeat. Et ita ex istis remanet pro
nunc explanata quęstio per Menochium posita,
insuper etiá addiderim quod istud ius represen-
16 tationis dependet ex coniecturata mente † con-
trahentium, ita vt quandoq; illi locus esse possit
quando alias de iure communi non esset, & è con-
tra, vt late scribit Menochius in consil. 215. Diu
ac multum anceps dubiusq; fui nu. 108. & pluri-
bus sequentibus lib. 3. vbi consuluit ad excluden-
dam repræsentationem. Rol. Cauagn.

Itidem. Ego censui dum respondi in causa suc-
cessionis bonorũ Francisci de Mortinis nõ posse
Agnesinam de Henricis eiusdem Frãcisci sororẽ
concurrere cũ Dñico eius patruo, ea pręcipua ra-
tione, quod Dñicus tamq̃ proximior Francisci
ad successionem admittitur exclusa nepte prędi
cta ex Henrico eiusdẽ Dñici fratre, quæ respectu
17 d. Fracisci est soror patruelis, & consequenter cõ-
iũcta sibi in quarto gradu §. Quarto gradu instit.
de Gradibus cognition. Dnicus verò est cõiũctus
ipsi Frãcisco in tertio gradu §. tertio gradu instit.
18 eodem tit. facta scilicet † computatione gra-
dus secundum ius ciuile Romanorum, quod in
successionibus attenditur can. ad sedem 30. q. 5.
l. Iurisconsultus §. Item liberi ff. de Gradibus
Affin. §. hactenus instit. eodem. Et ideo cum præ
ferendus sit in successione is qui proximior est
defuncto §. si plures institut. de legit. agnat. suc-
cess. l. 2. § hęreditas ff. de suis, & legit. § si verò
nec fratres Auth. de Hęredib. ab intestato veniẽt.
d. l. Iurisconf. §. tertio gradu, & §. quarto gradu,
merito ius stare dicitur pro Dominico.

Non obstat quod Agnesina subintrat locum
19 patris ex Auth. † cessante, & auth. post fratres,
& ibi

& ibi Doctores C. de legit. hæredib. ita ut dicatur fieri æqualis cum dicto Dominico, ex text. in §. cum filius institut. de hæreditat. quę ab intestat. deferunt. Quia respondetur quod illa conclusio habet locum solum in successione ascendentium, & patrui non autem patruelis, vel patrui magni, vel alterius collateralis, textus est in § reliquum. Auth. de hæredit. ab intest. venient. & ibidem Angelus in 3. notabili vbi dicit, quod male fuit Consultum in contrarium. Alex. in conf. 44. nu. 17. vol. 5. post Bart. & Salycetum in Auth. post fratres Cod. de legit. hæredib. quos in terminis nostris refert, & sequitur Marcabrunus ab Anguillis in cons. 2. nu. 6. & seq. omnino videndus quia stat locus in indiuiduo propositæ consultationis.

Nec nocet interpretatio quę affertur ad textũ id Auth. post fratres la 2. ibi post fratres fratrũq; filios, quia nõ potest dari intelligentia ad casum fratrum patruelli uè cum stat continuati antecedentis textus super successione scilicet, patruorum, & ascendentium vt superius dictum fuit, nõ autem patruelium. Quod hoc sit verum clare innuunt verba textus antecedentis ibi hij autem fratrum filij cum pares sint defuncti fratribus, & ita ecce quod de patruis loquitur dispositio, sic not. Angelus in d. §. reliquum. Aut de hęred. ab intest. venient. Istis igitur sic attentis cõcludo nullum ius competere ipsi Agnesiuę tanquàm remotiori. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consil. 195. Respondendum videbatur huic dubitationi.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum sumit vires suas à die mortis.*
2 *Notarius an possit declarare mentem testatoris.*
3 *Dispositio clara non indiget coniecturis.*

Numero primo.



Roposita hęc consultatio Menochij nõ modica difficultate caret, quandoquidem plura, & quidem vrgentia concurrunt pro compensatione quæ non videntur sufficienter sublata per responsiones vt aptè suo quoq; loco demõstrabitur interim pluris facienda sunt ea verba ex quacunq; causa, & iure tam cogitato quam cogitabili, insuper pro materia inducendę compensationis videas quæ dixi in decisione mea cõsultina 24. omissa discussione nonnullorum cum alijs sequent. lib. 1. Rolandus Cauagnolius.

Numero 10.

Ibi (nisi euidenter constet) aduersus ista faciunt quæ dixit idem met Menochius in consil. 236. multis certè rationibus, num. 9. lib. 3. vt dixi in citata decis. mea consult. 24. nu. 12. & 13. & dum per Menoch. hoc loco negatur euidens coniectura repellitur a vi declarationis factę per testatorem, quod dicat se tacitum, & contentum quę bene perpensa tollit fundamentum voluntariæ obligationis, & dilectionis. Rol. Cauagnol.

Numero 14.

Fundamẽtum, quod hoc loco facit Menochius est subtile, sed res: ponderi potest, quod relicta per testatorem subrogantur, loco fructuum quos percepit testator pater, & quod proinde de eis poterat disponere ad fauorem pauperum, & reparationis Ecclesiæ. Rolandus Cauagnolius.

Numero 16.

Ad id quod dicit Menochius, de testamento condito per patrem antequam filius esset insignitus Episcopali dignitate, responderi potest hoc
1 nihil esse, quia testamentum, sumit vires † suas à die mortis, l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. & §. posteriore, instit. quib. mod. testam. infirm. & ex quo decessit cum eo testamento videtur approbasse illius disposita, etiam quod casus obuenerit Episcopalis dignitatis. Rolandus Cauagnolius.

Numero 17.

2 Ad eam conclusionem, quod fietur † dicto notarij, accedit responsio, quod notarius isto casu non potuit quidquam affirmare, quia dispositio testamenti respectu fructuum robur capit. à die mortis ipsius testatoris qui vt dictum fuit nõ immutando nec restringendo verba testamenti videtur de nouo disposuisse, vbi tamen replicari posset quòd testator post modum, declarauerit, tunc non vt notarius sed testis consideratur, quo casu ad tollendam vim generalis dispositionis non sufficeret, quicquid sit, vbi versaremur in ambiguo vt late dictum fuit supra ad consil. 176. Rolandus Cauagnolius.

Numero 19. 20. & seq.

Responsiones quæ his locis annotantur visæ sunt leues, & minus concludentes contra expres-
3 sam † dispositionem quæ coniecturas non admittit l. continuus §. cum ita ff. de verbor. obligat. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consilium 196.

SVMMARIVM.

1 *Filius honoratus in plusquã sit legitima, si hæreditatem adierit tenetur stare testamento.*
2 *Fideicommissum reciprocum an. possit fieri in legitima.*
3 *Renunciatio cuius meminit cap. Quamuis de pact. in sexto, qualis esse debeat.*

Numero 12.

IBi, (grauauit fideicõmisso) dixi infra in cons. 451. propositæ huius, nu. 35. lib. 5. Iac. Menoch.

Num. 14.

Ibi, (quod tenetur) delenda est dictio quod. Iac. Menoch.

Numero 15.

Pro eo quod hoc loco plures concordantes allegantur ab eodem Menoch. in cons. 1234. & si de hac facti specie, num. 19. lib. 13. in materia quòd
1 filius honoratus in plusquam sit legitima † qui hęreditatem adierit non possit eam deducere, & ita ego nuperrime respondi pro Comitissa D. Antonia Marliana vide quæ ego dixi in annotomia iuris ad l. quoniam in prioribus Cod. de inoff. testam. pro materia vide quę dixi suprà ad consilium Menochij 57. est egregia sed non parũ ad num. 9. & sub num. 5. lib. 1. Rol. Cauag.

Numero 16.

Ibi (patrem posse constituere fideicommissum reciprocũ † super legitima filij) quibus casibus possit imponi onus in legitima post alios notat, Marcus Antonius Cuccus de legitima sub rubrica legitima nullum grauamen admittit, num. 16. & pluribus sequentibus, Rolan. Cauagnol.

Nume-

Numero 48.

Pro materia renunciationis quam facit filia ad
3 formam cap. quamuis † de pactis in sexto, & quomodo sit intelligenda nouissimè scribit D. Paulus Galleratus in doctissimo eius tractatu de renunciation. parte. 1. lib. 3. cap. 2. num. 57. & infrà. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consil. 197. Prima illa proposita dubitatio.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum restitutorium vni ex pluribus vocatis etiam si pares sint, restitui non potest, sed omnibus est restituendum paribus in gradu alioquin quisque ex eis partionem suam aduocat.*

2 *In fideicommisso familia perpetuò relicto, omnes in eodem gradu existentes simul succedere debent, nec censetur introducta primogenitura.*

3 *Ex prohibitione de alienando quando arguatur quod voluntas testatoris fuerit successores vocandi.*

4 *Ratio quādo est generalior dicto. dispositionem ampliat.*

5 *Ratio legitimas dispositiones moderat, laxat, & retrahit quemadmodum solent habenæ equum.*

6 *Ratio sicuti limitat dictum, ita etiam illud ampliat.*

7 *Fideicommissum absolutū quando inducatur, & nu. 28.*

8 *In donatione inter viuos potest imponi grauamen de restituenda re donata alicui in euentū alicuius conditionis.*

9 *Res vendita cum pacto de retrouendendo si per emptorem fuerit obligata, & postea per venditorem recuperata secundum conuentionem, renertitur libera ad venditorem.*

10 *Primogenitura potest constitui per codicillos, & num. 11. & 12.*

11 *In codicillis hareditates directò non relinquuntur sed per obliquum.*

12 *Testamentum nullum sustinetur in vim clausula codicillaris.*

13 *Primogenitura aequiparatur in omnibus fideicommisso, & num. 14.*

15 *Testatoris voluntas non debet controuerti quando in eius testamento verba non sunt ambigua.*

16 *Testatar quando possit grauare heredem in testamento vel codicillis onere fideicommissi restituendi fideicommissario.*

17 *Verba ita tamen important, ea lege, & eo modo, & eatenus num. 18. restringunt vel determinant praecedentia num. 19*

20 *Fideicommissum in casu contrafactionis per alienationem non cōmittitur si fuerit facta alienatio in vnū de permissis.*

21 *Prohibitio de alienādo simplex, & sine causa non tenet.*

22 *Prohibitio de alienando quando inducat fideicōmissum simplex, & absolutum in casu alienationis, & in casu mortis tantum.*

23 *Dictiones (casu quo) & tunc, & eo casu, idē importāt.*

24 *Tunc dictio extremitatem temporis denotat importat etiam, clausulam illo tempore, vel in id temporis nu. 28. item importat tunc temporis nu. 29. & ea vice tantum 25.*

27 *Ipse dictio personam demonstrat.*

28 *Prohibitus alienare extra familiam, nō videtur prohibitus alienare in familia si alienatio fieret in remotiorem, & nu. 29.*

30 *Per clausulam (ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid deinceps &c.) dicitur data licentia alienandi.*

31 *Clausula saluis permissis quid operetur, & num. 33.*

32 *Exceptio in casibus non exceptis firmat regulam.*

34 *Patta sunt testatorem prohibere rem alienari nisi inter ipsos coharedes vel alienari extra familiam.*

35 *Haredes haredis non possunt venire contra factum defuncti.*

Numero primo.



Roeo quod pertinet ad primam quæstionem de filijs positis in cōditione an censeantur vocati dispositiuè, videnda sunt quæ superius annotauimus ad Consilium Menochij 135. Respondendum videbatur numero primo, & sequentib. hoc eodē libro 2. Rol. Cauagnol.

Numero 9.

Ad ea quæ dicit hoc loco Menochius de fideicommisso simplici, & absoluto ob rationem adiectam, Quia volo quod bona mea conseruentur in agnatione & familia, vltra notata per me in decis. cōsult. 12. testando Io. Bernardinus nu. 33. lib. 1. in qua causa obtinui plurimū conferunt quę alias respondendo proposui in causa Dominorum de Gamberia quæ sienti materiam hanc elucidant, ita placuit dicta recensere vna cum sententia quæ fuit inde prolata per Excellentiss. Montisferrati Senatum.

Viso Themate super quo fuit proposita difficultas, & pluries reuoluta cogitatione iurium quæ hinc inde possent allegari, vt à decisiua consultatione, & conclusione exordiar. In eam veni sententiam quod Domini Henricus, & Iacobus nedum non possint substantialiter impugnare primogenituram de qua infra, & aduersus eam venire, sed nec etiam possint iure aliquo colorare impugnatiua meorum intentionem, & apertam iustitiam partis aduersæ obnubilare, & licet isthęc pateant ex sola facti serie inspecta, & ex allegationibus Iurium à prestantissimo D. Aduocato, & I.C. Laurentio Cortino, subtiliter pro more suo compositis, itaut non sit opus, vlteriori elucidatione, vt tamen satisfatiam voto Nobilissime Matronę D. Angelæ Gamberiæ matris, & tutricis eiusdem D. Vincētij, placuit hæc subijcere, sed vt plenius appareat fundamenta legalia accommodari, & applicari facto de quo agitur, proponitur ipsius rei substantia hoc modo.

Viuens Reuerendiss. Dominus Bernardinus Gamberia Episcopus Caualliceu. Pallatium honorificentissime constructum in Ciuitate Casalis titulo donationis trāstulit quon. D. Henrico eius nepoti ex fratre, prohibendo eidem Donatario omnem alienationem sub infrascriptis verbis. Ita tamen quod prefatus D. Henricus eiusq; hæredes, & successores non possint, nec valeant de dictis bonis immobilibus sic vts. donatis aliquē contractum facere, nec vendere, seu aliquo modo distrahere, sed quod ipsa bona immobilia sic vts. donata perpetuò remaneant in domo de Gamberijs, nec ad alios extraneos aliquo modo deuenire possint, nec ex cōtractu, nec ex delicto, vel alio quouismodo. Et casu quo ipse D. Henricus venerit ad aliquem contractum de bonis prædictis in extraneas personas, quæ non essent de domo de Gamberijs, seu ad aliquem quemuis distractum seu committeret aliquod delictum propter quod ipsa

ipſa bona haberent venire ad alienas manus. Tunc & eo caſu ipſo iure, & facto ipſa bona immobilia ſic vt. donata tranſeant ad filios ipſius D. Henrici ſi extabunt, ſi vero non extabunt ad proximiorem de domo, ſeu proximiores in eodẽ gradu ipſi D. Henrico in quos voluit ſtatim. & incontinenti ipſorum bonorum tranſire dominium, & poſſeſsionem quoniam hæc omnia voluit perpetuo obſeruari, vt ipſa bona ſemper in familia ſua remaneant, & fauore familiæ ſuæ. (Quibus omnibus annectitur clã ſubſequens.) Ad habendum, tenendum, & poſsidendum, & quicquid deinceps præfato D. Donatario perpetuo placuerit faciendum ſaluis ſemper præmiſſis & c.

Iſtis omnibus ſic ſtantibus præfatus D. Henricus Donatarius de ipſo Palatio. & alijs bonis proprijs codicillando diſponens in titulũ, & prærogatiuã primogenituræ in perſonã D. Bernardini primogeniti nepotis ex filio, & ipſo decedẽte in pſonã q. D. Octauij eiuſdem D. Vincentij patris erexit, & codicilli, ac primogenituræ tenor is eſt.

Et primo voluit iuſsit, & ordinauit præfatus D. Codicillans ad hoc vt infraſcripta bona vnita remaneant, & vt iufraſcriptus primogenitus, & ſubſequens honoratius viuat, & viuant, & familiam ſuam ad maiora dirigere poſsit, & poſsint quod D. Bernardinus filius D. Franciſci eiuſdem D. Codicillantis filij, & ſic eius nepos ex filio, & primogenitus habeat, & habere debeat, & ita illi jure prælegati relinquit, & reliquit Palatium ipſius D. Codicillantis, ſic vtſ. deſcriptum, & in quo celebratur preſens inſtrumentum cum omnibus ſuis membris hortis capſinis quomodocunq; dicto Palatio contiguis, & illi deſeruientibus, ac deſeruire ſolitis, & conſuetis ſequuta tamen morte præſ. D. Franciſci eius patris. Ita tamen quòd in dicto pallatio recipiat, & recipere debeat honeſtè hoſpitandos cœteros Dominos ſuos fratres non immutata tamen aliquo modo ſtructura, & forma dicti pallatij dummodo ipſi Domini fratres ſint bonæ, & honeſtæ conditionis, & vitæ, & ſe benè gerãt cum præfato D. Bernardino primo genito, & cum alijs primogenitis ſubſequend. & non aliter nec alio modo quem primogenitum pariter habere vult, & intendit, ac ſibi iure prælegati relinquit, & reliquit capſinam della Motta ſit. infra fines Glarolarum, & Occimiani loco dicto ad mottam cui coherẽt fines Occimiani, & Glarolarũ cũ omnibus prædijs prattiuis, aratiuis, boſchiuis, vineatis, zerbidis, ac quomodocũq; & qualitercunq; dicto maſſaritio ſpectantibus, & pertinentibus deſeruientibus, & deſeruire ſolitis, & conſuetis vbicunq; ſitis, & tam allodialibus quã feudalibus, & quomodocũq; & qualitercunq; per ipſum D. Codicillarum acquiſitis, cum onere tamẽ annuatim dandi cęteris dominis ſuis fratribus ſachos quinquaginta frumenti in pręſenti ciuitate, & quod Palatium, ac quod maſſaritium iure pręlegati relinquit, & reliquit præfato D. Bernardino eius ex filio primogenito vtſupra ac ſucceſſore cuicunq; primogenito ſequuto vſq; in infinitum de familia de Gamberia ordine ſucceſſiuo, ita quod cæteri omnes primogeniti ordine ſucceſsiuo vtſupra futuro excepto nullũ in dictis Palatio, & maſſaritio ius habeant niſi vtſupra.

Ad iſtius primogenituræ obſeruantiam præſupponendum eſt in facto quod mortuo Dno Bernardino primogenito, & in prima inſtitutione nominato ſine filijs deuenit primogenitura præd. ad D. Octauiũ Gamberiã, qui nedum bona primogenitura obnoxia poſſedit quietè, & pacificè alijs ſubſequentibus in gradu ſcientibus volentib. & non contradicentibus ſed etiam eiſdem habitationem in eodẽ Palatio prębuit, & ſimiliter ad formam mentis q. D. Henrici Senioris annuas præſtationes Sachorum quinquaginta frumenti præſtitit pręſertim q. D. Fabricio Gamberię patri DD. Henrici, & Io. Iacobi, qui ad præſens nituntur erectionem primogenituræ impugnare.

Accidit modo quòd ijdem Domini Henricus, & Io. Iacobus, ſeu verius Domina Margarita eorũ mater ad impugnandum dictam primogeniturã veniunt eo præcipuo fundamento, quod ex omni parte inutile eſt, vt pote quia fideicommiſſum fuerit iniunctum per Reuerendiſsimum Epiſcopum Caualliccenſem, & ad quod fideicommiſſum tamquam ſimplex, & abſolutum dicuntur vocati omnes qui ſunt in pari gradu ſuccedendi, itaut eo attento non potuerit Dominus Henricus Donatarius priuare eos tamquam vocatos ex dicto fideicõmiſſo, cum illud ſit reſtitutoriũ ad omnes æquales in gradu, ad notata in l. peto §. fratre ff. de leg. 2. & vt plenius dixit I. V. Doctor Dominus Laurentius Cortinus, vnde ſi vni ex pluribus
1 † vocatis, & exiſtentibus in pari gradu ſuccedendi fuerint reſtitutura bona fideicõ miſsi vtiq; non erit ſatisfactum, diſpoſitioni fideicommittentis, & ideo quilibet ex paribus aduocabit portionẽ ſuam, vt eſt textus in l. cum ita § in fideicõmiſſo ff. de legatis 2. quem in propoſito citat, Peregrinus in ellegãti tractatu de fideicommiſsis, artic. 14. num. 7. citat. Cumian. Sociu. Dec. Curt. Ruin. Alciat. Menoch. Bertan. & Decian.

Et pro iſta ſententia facit, quia Reuerendiſsimus D. Epiſcopus Caualicenſis, videtur, in ipſo Pallatio, induxiſſe fideicommiſſum, ad commodum, familiæ, de Gamberijs, ibi in illis verbis, ſed quod ipſa bona, immobilia, ſic vt ſupra donata, perpetuo remaneant in domo de Gamberijs, nec ad alios extraneos, aliquo modo deuenire poſſunt, quo caſu ſuccedit illa concluſio, quod
2 in fideicommiſſo † familiæ perpetuo relicto, omnes in eodem gradu exiſtentes ſimil ſuccedere debent, quia non cenſetur introductum Primogenium, ſiue Maioratus, vt concludit, molina de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 1. ſub rubric. quid ſit maioratus, nu. 7. & vbi poſſet conſiderari quod iſta verba, ſint, poſita ad rationem preambulæ prohibitionis, de alienando vt placuit, plerilq; ſcribentibus, apparet nihilominus, quod ipſi D. Henricus, & Iacobus, ſint vocati, quo caſu iſta
3 prohibitio † arguit quod voluntas teſtatoris fuerit ipſos vocandi, dũm prohibuit alienationẽ, vt egregie conſiderat Ruinus in conſ. 130. viſo teſtamento Nicolai num. 4. vol. 2. quem ſequitur Menoch. in ſuo conſ. 95. & ſi doctè num. 110. &
4 & in omnem caſum, quando ratio † generalior eſt ipſo dicto etiam diſpoſitionem ampliat, & regulat, l. cùm pater §. dulciſsimis ff. de leg. 2. &
5 ratio † legitimas diſpoſitiones ita moderat, laxat, & retrahit, vt ſolent habenæ equum, & gubernacula nauem, l. ſcire ff. de legib. Rol. à valle in conſ. 6. Magnificus D. Gabriel, num. 16. 17. & Port. in conſ. 6. num. 41. & conſ. 142. nu. 40. & in conſ. 36. num. 29. & Bero. in conſ. 89. num. 50. vol.

30. vol. 3. ex quorum dictis infert quod ratio ge-
neralis facit, vt dispositio generaliter sit intelli-
6 genda, & sicut ratio limitat † dictum, ità etiam
illud ampliat, l. Aurelius §. Sticho ff. de libera.
legat. Bal. in l. suum C. de iur. delib. Rol. loco
citato num. 20. & ideo licet dicatur, quod ex sola
prohibitione alienationis non inducatur fideicō-
missum nisi in casum alienationis, & sic condi-
tionale, attamen propter eam rationem, vt in fa-
7 milia remaneat, tunc fideicommissum † abso-
lutū inducitur, vt ex Soc. in l. qui Romæ §. cohę-
redes nu. 16. ff. de verb. oblig. & in l. si cognatis
nu. 17. ff. de reb. dub. notat Franc. Marzat. cons.
1. nu. 11. vnde sola cogitatio fuit dicti Reueren-
dissimi Episcopi, quod bona essent remansura
penes omnes Dominos descēdentes de hamberia
vnde effectus illius cogitationis quæ fuit diuidua
non potuit fieri indiuisibilis cōtra dispositionem
primi dominij;

Nec videtur dubitandum de validitate fidei-
commissi, resultantis ex tenore donationis, quia
8 iuribus etiam cautum est, in donatione † inter
viuos, posse fieri grauamen, de restituenda re do-
nata, alicui, in euentum alicuius conditionis, vt
est textus qui vocatur singularis in l. Quoties do-
natio, Cod. de donat. quę sub modo, l. in donatio-
nibus Cod. ad leg. falcid. Bald. in l. finali Cod.
famil. Ercisc. Bart. in l. similiter §. 1. ff. de legat.
3. & in omnem casum dato, quod in ipsa donatio-
ne inter viuos, quę statim valet, nec est opus quod
morte confirmetur non possit fieri fideicōmissa-
ria substitutio, nō tamen negatur quin sit quęsita
actio alijs vocatis in donatione, ex pacto facto
per donationem vt notatur singulariter in d. l.
Quoties donatio, & refert Bartol. loco citato quē
sequitur, Gulielmus de Benedictis in cap. Ray-
nutius in verbo si absq; liberis morere, parte 2.
sub tractatu fideicommissariæ substitutionis, nu.
20. & sequenti.

Et istis sic stantibus non videtur quod primo-
genitura errecta per q. D. Henricum habeat no-
cere quia dispositio cadit super Palatio de quo
non potuit q. D. Henricus disponere in præiudi-
cium vocatorū ex fideicommisso q. Reuerendiss.
Episcopi seruit in hoc proposito allegata doctrina
Bar. in l. cum diem in vers. tota die cōtingit, vbi
9 dicit, quod si vendo † tibi rem pacto apposito
quod intra certū tempus tenearis illam mihi pro
eodem prętio reuendere, & interim tu emptor
qui eras dominus obligasti rem alteri, & postea
reuendis mihi secundum conuentionē quam fe-
cimus concludit Bar. quod res ipsa, libera ad me
reuertitur, & quod illa obligatio interim facta
per emptorem resoluitur quia non potuit illam
rem emptor in pręiudicium meum obligare præ-
tex. qui singularis est in ea materia in l. 3. alias
in l. si ex duob. §. sed, & Marcellus ff. de in diem
adiect. & ea potissimum ratione quia res ad me
reuertitur ex necessitate per quam emptor tene-
batur mihi reuēdere, & proinde in facto pręsup-
ponitur quod q. D. Henricus Gamberia teneba-
tur Palatium secūdum tenorem donationis alijs
omnibus vocatis reseruarę, & ideò obligatio in-
terim facta per eū ipso mortuo resoluitur, sic in
indiuiduo ex allegata Doctrina Bar. voluit Dec.
in cons 239 primo non videtur nu. 10. & seq.

Cęterum præmissis omnibus nequaquàm ob-
stantibus verior, & vndiq; recepta, & probata re-
manet contraria opinio Constitutionem, scilicet
primogenituræ de qua in codicillo q. D. Henrici
sustinendam fore, & neutiquàm infringi posse,
Moueor ad sic dicendum, quia etiam per codicil-
10 los † potest constitui maioratus, & primogeni-
tura, textus est in l. fin. C. de codicillis, quem in
proposito errecti maioratus citat Ludouicus Mo
lina de primogenijs Hyspaniorum lib. 2. cap. 8.
sub tit. de cęteris solemnitatibus, quæ in primo-
geniorum institut. requirunt num. 23. sicuti enim
fideicommissum potest fieri per codicillos, quorū
11 proprium est hæreditatem † non directo, sed
per obliquum, hoc est per fideicommissum trans
mittere, l. hæreditatem, & l. si idem. C. de codi-
cillis, l. penult. in fin. ff. de condit. institut. l. hæ-
reditas. C. de hijs quib. vt indign. §. codicillis in-
12 stitut. de codicill. ita vt si testamentum † subia-
ceat alicui nullitati sustineatur, in vim clausulæ
codicillaris, si in eodem testamento dixerit testa-
tor valeat iure codicillorum, quia tunc conuer-
tuntur in vim fideicōmissi, & omnia relicta iure
fideicommissi petuntur l. 2. in §. fin. ff de iur. codi
cillorum. §. fin. institut. de codicillis l. 2. C. eodem
tit. l. 2. ff. ad Trebellian. Sur d. in cons. 232. condi-
dit Rener. D. nu. 18. vol 2. Molin. loco citato nu.
38. Grassus in §. codicillis nu. 13. vbi dicit hanc
conclusionem non habere dubitationem. Ita etiā
13 primogeniturę dignitas † poterit in codicillis
constitui, ex d. l. fin. C. de codicillis, cum maiora-
14 tus, & primogenitura † æquiparentur fideicom-
misso, & in omnibus exequantur. Did. c. Coua-
ruuias variarum resolut. cap. 15. lib. 1. & practi-
car. quæst. cap. 38. in princip. & magis expressè
dixit Surdus in cons. 241. dispositio Dni Chri-
stophori nu. 5. vol. 2. Molina de primogenijs Hi-
span. lib. 1. cap. 5. ex quibus verbis quis primo-
genium num. 31.

De constitutione autem primogenituræ nulla
videtur proponi difficultas, quia de ea plenè con-
stat per exhibitionem codicilli, in cuius verbis
15 cum nulla † sit ambiguitas, non debet admit-
ti voluntatis quæstio, vt inquit Paulus Iurissccon-
sultus, in l. ille aut ille, ff de legatis 3. & cum pri-
mogenitura purificata fuerit in persona D. Vincē
tij ipse solus, & non alij quantumuis existentes
in æquali gradu habet succedere.

Hoc stante non obstant ea quæ in contrarium
adducuntur, quod scilicet codicillans non potue-
rit constituere primogenituram in eo Pallatio
ad quod ex fideicommisso alias iniuncto per eū
qui fuerat Dñus illius dicuntur cæteri descēdētes
ex secundogenito vocati. Pręsupposito quod fi-
deicōmissum fuerit simplex, & absolutum, quia
ad obiecta multiplex datur responsum, & illud
omninò irretragabile.

Primò igitur loco negatur expressè quod in
ipsa donatione facta per Episcop. in D. Henrico
contineatur aliquod fideicommissum simplex, &
absolutum si enim agunt D. Henricus iunior, &
Io. Iacobus ad vindicationem ipsius Pallatij ex
fideicommissaria substitutione clarum est, quod
nulla substitutio fideicōmissaria considerari po-
test in donatione inter viuos, in qua vbi posset cō-
siderari fideicommissum illud non tenet, licet
enim ex l. cum hij §. idem erit. ff. de transact. l. cū
pater. §. eorum ff de leg. 2. l. vt heredibus, ff. eod.
& pluribus alijs iuribus allegatis per Gulielm. de
Benedictis in c. Raynutius, in vers. si absq; liberis

morere in tract. fideicommiss. substit. nu 20. cau-
tum esse videatur quod sicuti in testamento, vel
16 ab intestato in codicillis † quis possit heredem
suam grauare onere fideicommissi fideicommis-
sario restituendi, attamen veritas est, quód illa
conclusio procedit, vel in donatione causa mortis
vel in ea donatione inter viuos facta quę ab ini-
tio nō valet, sed à morte donatoris robur capit,
non autem in ea donatione inter viuos quæ ab
initio valet, prout est hæc donatio facta per q.
Reuerendiss. Episcopum, vt puta quia non dica-
tur facta inter personas prohibitas, ista non sunt
verba mei consulentis aurea est doctrina, & deci-
sio Gul. de Benedict. in loco citato.

Secundò dicitur in casu proposito nullū posse
considerari fideicommissum absolutum, & sim-
plex, in casum mortis ad cuius rei probationem
præsuppono in primis, quod verba Reuerendiss.
Episcopi disponentis super Palatio sunt condi-
tionalia concepta scilicet, sub conditione appo-
sita de non alienando, vnde in solo casu cōtrauen
tionis, & alienationis ipsius Palatij extra familiā
cōmittitur fideicōmissū, cōditio autē resultat ex
17 illis verbis (ita tñ) † quæ important, ac si dictum
fuisset, ea lege, eo modo, vt scripsit Rebuf. in §. 1.
de mandat. apostol. in concordant. Franciæ, & per
18 inde est, ac si dictum fuisset, catenus, † vt notat
in l. si ita cum Titio, & ibi in glos. ff. de stat. liber.
19 & quarum dictionum est virtus † vt restringāt,
vel determinant præcedentia l. Lucius ff. ad Tre-
bell. l. ita tamen. ff. de manumis. testam. l. liber-
tas. §. 2. C. de numerarijs lib. 12. clem. 1. §. eisdē
de foro compet. Conditio autem apposita respicit
factum alienationis extra familiam de Gambe-
rijs, quo casu vocati sunt proximiores, non ex
simplici, & absoluto fideicōmissō sed ex eo quod
20 resultat in casum contrafactionis, † & idcirco
facta alienatione in vnum de præmissis per ere-
ctionem maioratus, & primogenituræ, non com-
mittitur fideicommissum quia non fit aduersus
testatoris prohibitionem, & ideó alij non reuo-
cant etiam quod essent propinquiores pro ali-
qua parte, tex. est in l. filiusfam. §. cum pater. ff.
de legat. 1. l. pater §. his ff. de leg. 3. l. vnum ex
familia. §. 1. ff. de leg. 2. cum alijs multis relatis
à Pereg in trac. de fideicom. arti 4 num. 7.

Tertió principaliter cōsideratur fideicōmissū
simplex, & absolutum non insurgere nō solum ex
eo capite, quod incipiat dispositio D. Episcopi
21 ab ea conditione, & prohibitione † de alienan-
do, sed etiam ex eo, quia reperitur factum præce-
ptum de non alienando nulla adiecta causa, & sic
simpliciter, & de per se, quo casu non tenet vt est
tex. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. in l. pater. §.
Iulianus, & in l. Lucius in prin. ff. de leg. 3. Alciat.
Beret. & reliqui Doctores relati à Pereg. loco ci-
tato nu. 1. vnde concludendum est, quod illa clau-
sula separata, & subsequens ibi (sed quod ipsa
bona immobilia sic vts. donata perpetuo rema-
neant in domo de Gamberijs, nec ad alios extra-
neos deuenire possint) adiecta sunt nunc ad indu-
cendum fideicommissum simplex, & absolutum,
sed tantum ad vestien. prohibitionem factam de
non alienando quę de per se frigesceret, & nullius
esset valoris, vt sic vt quod prius erat frigidum
roboratum vestibus fortius insurgeret ex d. l.
filiusfam. §. diui cum alijs allegatis, & vestimen-
tum ipsum dicitur fundatum super causa, quam
mouit testator ad sentiendum, & prohibendum
ipsam alienationem, vnde satis est quod in eo ca-
su contrauentionis fideicommissum simplex, &
22 absolutum † inducatur, non autem in casum
mortis, & ideo valet alienatio facta per q. D. Hen
ricum per vltimam voluntatem in primogenitū,
& maiorem natu descendentem ex primogenito,
& sic in personam permissam per primum dispo-
nentem, vt ex tex. in d. l. pater filium §. filiam. ff.
de leg. 3. notat Sfort. Oddus in cons. 33. adeo co-
piosè nu 12. vbi dicit de communi, & citat Curt.
iunior, Deciom, Albam, Rol. Socin, iun. & Gabr.
idem Sfortia in cons. 65. D. Leonardus num. 22.
Pereg. dicto art. 14. num. 18. omnino videndus,
quia ponit casum d. § & eum trahit ad factum de
quo agitur, & loquitur in fortioribus terminis,
vlz. vt procedat cōclusio etiam in eo casu in quo
prohibitio ipsa de alienando fuerit vestita cum
causa vlz. si disponens dixerit, prohibeo bona
mea alienari extra familiam, quia in familia bo-
na mea conseruari iubeo, & sic vbi adest, & causa
in primo actu, & ratio ex eadem causa descendēs,
citat ad hoc propositum Alea: Socin. Rimal. sen.
Dec. Ruyn. Ceph. Sylua. D. Menoch. & Bero. vbi
respondet contrariæ sententię, & fundamentis
quæ pro ea adducuntur, videndus est Surdus in
cons. 415. nu. 22. vol. 3.

Quartò & principaliter dicitur in casu propo-
sito neutiquam posse considerari aliud fideicom-
missum, quam in casum contrauentionis propter
ea verba ibi (& casu quo ipse D. Henricus vene-
rit ad aliquem contractum, de bonis prædictis in
extraneas personas, quæ non essent de domo de
Gamberijs, seu ad aliquem quemuis distractum
seu cōmitteret aliquod delictum propter quod
ipsa bona haberēt venire ad alienas manus, tunc
& eo casu ipso iure, & facto ipsa bona immobilia
sic vts. donata transeant ad filios ipsius D. Henrici
si extabunt, si veró nō extabunt ad proximiorem
seu proximiores, de domo in eodem gradu. Et
23 ita propter illas dictiones (casu quo) † & (tunc,
& eo casu) quæ idē significant. l. Gallus. ff. de lib.
& posthum. & ibi glos. in verb. tunc vbi exponit,
24 tunc, † idest in eum casum, & temporis extre-
mitatem denotant l. 4. in §. penult. ff. de cond. &
demonst. & ibi glos. l. penult. de testam. tutel. l.
fin. de fideicommiss. libert. l. 1. §. si quis ita ad
25 Tertull. & idem operantur † prout solet opera-
ri clausula pro illo tempore, vel in id temporis,
26 l. is cum quo ff. de pecul. & perinde est, † ac si
dictum fuisset tunc temporis, & in l. etiam §. 1. la
prima. ff. de minor. & ea quo respiciunt illę clau-
sulæ conditionē cōtrauentionis omnino impleri
debet Anchar. cons 356. vers. quarto cōfirmatur.

Et ex pręmissis adducitur considerandum non
posse aliquo modo admitti fideicommissum, nec
purificatum, nec purificandum, quia si quod erat
considerabile in pendenti, erat sub ea conditione
quæ non poterat venire, & purificari in alia per-
sona quam in ipso q. D. Henrico Seniore, verba
enim illius dispositionis sunt (casu quo ipse D.
Henricus venerit ad aliquem cōtractum) dictio
enim (ipse D. Henricus) adeó personalis, & per-
sonalissima est, vt in alia persona non possit con
siderari, Ias. in l. si quis filium famil. §. fin. ff.
de acquir. hæred. Soc. Sen. cons. 250. in causa vers.
5. non dicit vol. 2. & in cons. 57. in causa vol. 3.
27 vbi inquit, quod dictio ipse † personam demō-
strat,

strat, proinde cũ præfatus q. D. Henricus Senior
non deuenerit ad aliquem actum alienationis ex-
trafamiliam sequitur quod non fuit purificatum
fideicommissum, nec amplius ab alio purificari
pôt, seu conditio impleri, ét per eam dictionẽ tũc
quæ etiam ita intelligenda est, ac si dictũ fuisset
28 ea vice tantũ † C.cum in cunctis extra de elect.
Non obstãt modo quæ per contraria parte fue-
runt adducta quia scilicet ea procedũt in omnem
casum, vbi opinio sustineri posset, quòd tamen
non admittitur, ex sententia Pereg. loco citato,
28 quando prima dispositio prohibitiua † ex se va-
leret, vt puta quia adiecta esset causa prohibitio-
nis prout in exemplo dato de testatore qui dixe-
rit prohibeo bona mea alienari extra familiam,
ista est ne dum communis sed frequẽtissima om-
nium Scrib. sententia ex Bertaz. in cons. 6. possem
pro dissolutione nu. 10. vol. 1. cons. ciud. Ruy.
cons. 122. de duob. lib. 2. & in cons. 173. num. 9.
& in cons. 121. viso testamento num. 6. eod. lib.
2. in cons. 127. vbi latius nu. 12. dicto lib. 2. Franc.
Veg. cons. 66. præsupponitur in facto num. 12.
nouissime Ang. Mateac. in Epitom. legat. & fi-
deicõmiss. de simplici ue puto fideicommisso ex
prohibita alienatione emergente cap. 24. nu. 20.
vbi declarat *Doctores* contrarios, citat, Curt. Bar.
Bal. Soc. & sic annotari tradit in decis. Pedemont.
post notata per Socinũ in l. qui Romę §. coheredes
num. 16. ff. de verborum obligat. & in cons. 227.
vol. 2. Laderchius Imola in cons. 92. viri pleriqꝫ
consultissimi num. 1. vbi ex mente plurium scri-
bentium quos allegat dicit hanc opinionem esse
receptissimam, & sępius inculcatum, patet hoc ex
eo quod vbi ratio prohibitionis subsequitur ad
prohibitionem, & præceptum de non alienando
cum causa adiecta, facit secundum opin. eorum
qui tenuerunt induci fideicommissum simplex, &
absolutũ, ne censeantur illa verba rationis super-
fluè apposita, & ideo cessante in casu nostro ea su-
perfluitate cessare debet omnis contradictio.
Et redeũdo ad fundamẽta nostrę propositionis
dicitur validissima constitutio primogeniturę de
ipso Palatio, quia prohibitus † alienare extra
29 familiam non videtur prohibitus alienare in fa-
milia, etiam quòd alienatio fiat in remotiorem
vt supra dictum fuit vt notat Surd. in cons. 415.
vrgere, videtur nu. 6. vol. 3. vbi dicit satisfactum
fuisse voluntati primi disponentis in vnũ ex qua-
tuor filijs, qui alioqui ęqualiter erat successurus
reliquerit, hoc idem sequitur Menoch. in consil.
327. cum ex proposita nu. 97. vol. 4. per tex. in l.
filius familias §. cum pater in versi. sed si omnes
ff. de legat. 1. facit circa lex vnum ex familia §.
secundo, & in §. sed; & si fundum ff. de legat. 2.
vel etiam quia in ipsa donatione dedit facultatẽ
q. Reuerend. D. Episcopus q. D. Henrico Seniori
sic disponendi per eam clausulam, quę in disposi-
tiuis legitur ibi (ad haben. tenen. & poss iden. &
quicquid deinceps præfato D. Donatario perpe-
tuo placuerit faciẽdum saluis semper pręmissis)
30 per quam clausulam † dicitur data licentia alie-
nandi vt not. Vinc. de Franch. decis. 6. num. 7.
citat. Parid. de Put. & Iacob. de Santo Georg. ac
Curt. in tract. feud. quod etiam confirmatur ex
31 illa clausula (saluis † præmissis) quæ idẽ ope-
ratur ac si dictum sit, dummodo non disposuerit
extra familiam, & sic per exceptionem declarat
32 regulã in contrariũ, exceptio † enim in casibus
non exceptis regulam firmat, & explicat l.
fin. §. qui dubia de trit. vino oleoq; legat. Soc. in
l. 2. §. voluntatem num. 5. ff. Sol. Mat. Dec. in l.
1. nu. 26. de reg. iur. & per istam clausulam saluis
33 tamen pręmissis † dicitur facta modificat a pro-
hibitio alienationis in extraneas personas, quæ
non sint, de familia, & hoc tam ex sui propria
natura quã etiam ex vi clausulæ præcedentis, ad
habendum, & faciendum quicquid vt ex Bart. in
l. si quis ex argentarijs §. si initium ff. de edendo
Paris. in terminis istius clausulę saluis &c. in cons.
70. testator multa fecit num. 28. vol. 3. nouissime
Laderchius, Imola, in cons. 1. nu. 18. succedit in
proposito Doctrina Bartol. ad d. l. qui Romæ §.
choeredes ff. de verb. obligat. dũ inquit, ꝙ pariæ
34 sunt † testatorem prohibuisse rẽ alienari nisi in
ter ipsos choeredes vel quod prohibeat rẽ aliena
ri extra familiã, sequitur Alex. in d. §. choredes.
Et præmissa omnia tanto magis habent exclu-
dere eosdem Dominos Henricum iuniorem, &
Io. Iacobum, quando ipsimet declararunt se hęre-
des q. D. Henrici senioris, media persona q. D.
Fabritij eorũ patris, & qui propterea tamquam
35 hęredes † hæredis non possunt venire contra fa-
ctum defuncti l. cum à matre C. de rei vend. l. ex
qua persona ff. de reg. iur. l. si ab eo C. de liberal.
caus. l. venditrici C. de reb. alien. non alien. &
esto etiã quod Palatium ipsum fuisset proprium
hæredis non potest tamen adhùc contrauenire
alienationi l. filium ff. de liberal. caus. l. 3. C.
de reb. alien. non alien. Dec. cons. 547. num. 3.
Cassan, cons. 47. numero 30. 32. quia non mi-
nus testari potest, de bonis hęredis, quam de reb.
proprijs §. non solùm instit. de leg. l. hęredem C.
de fideiuss. & re vera si liberè dici potest mirum
est quod ijdem Domini fratres de Gamberia
insurgant contra eam primogeniturã quam alias
iudicialiter pluries approbarũt petendo scilicet
annuas illas præstationes quas reliquit q. D. Hen-
ricus senior qui primogenituram, & maioricatũ
instituit, & indecens est quòd mox impugnant id
quod alias fortiter approbarunt, & sustinuerunt.
Et ita ex pręmissis remanet absoluta conclusio
quòd non possit considerari in facto proposito
aliquod fideicommissum simplex, & absolutum,
quoad oẽs æquales in gradu. Et ita &c. saluo &c.
De anno 1605. die Sabbati 2. Aprilis pronun-
ciatũ extitit pro dicta primogenitura per Excell.
Senatũ Montisferrati, referente D. Senatore Ardi
tiono, & quia in ipsa sententia multa sunt capita,
quæ præsens negotiũ non faciũnt, ne superfluo
labore Lectorẽ detineri contingat sat est vt de isto
capite fiat mentio, & est tenor sententię vt infra.
Censuit secũdo Senatus ex bonis q. D. Henrici
Gamberię patris dicti D. Io. Francisci, & proaui
dictorum Dominorũ filiorum q. DD. Octauij, &
Fabritij, & quæ per partes in processu admissa
fuere, esse infrascripta vlz. Palatium situm in
pręsenti Ciuitate, sub suis notorijs cohærentijs,
massaritium Mottæ, alia tertia pars dictorum bo-
norum habitorum à pręfato D. Innocentio Fore-
sto, donata exinde ipsi D. Henrico per prędictum
Reuerendiss. D. Episcopum Bernardinum, con-
stante instrumento ipsius donationis in lata, &
ampla forma receptæ per q. Andream de Alba
Notariũ Casalensẽ anno 1506. die 25. Nouẽbr.

Numero 25.

Ibi, (num. 3. & Decius) delenda est dictio,

Decius,& loco ipsius addenda dictio &. Iac. Men.

Numero 28.

Ad versic. His iuribus, ibi, (superest vt confutemus) latisßime scripsi in conf. 900. Iac. Menoc.

Numero 29.

Ad intellectum l. peto in §. fratre ff. de leg. 2. pro quo laborat Menoch. hic vide quæ dixi in Anatomia iuris, interim videas tradita per eundem Menochium in conf. 106. Hæc iuris consultatio numero 37. Rol. Cauagnol.

Numero 30.

Ibi, (appellat illud fideicommissum) delenda est dictio fideicommissum. Iac. Menoch.

Num. 32. ibi (arguo sic lib. 2. Ruin.) legendũ est arguo sic lib. 2. & Ruin. pro materia adde Gozad. in conf. 52. in hac causa col. 2. versic. sed hic solum. Iacob. Menoch.

Numero 38.

Ibi (ergo filię dicuntur de familia patris, & fratrum) Crauetta conf. 831. sub anno 1536. nu. 4. & num. 6. vbi de filijs masculis filiarum, & dixi supra in conf. 172. cauenit num. 16. & 17. I. Men.

Numero 45.

In versic. te tamen ibi (sub ea prohibitione) suprà conf. 95. & si doctè nu. 121. & latisßime in conf. 900. Iacob. Menoch.

Numero 46.

Ibi (filia nupta desierit esse de descendẽtibus patris) Crauett. d. conf. 831. nu. 5. & ibi in vers. argumentis declarat non procedere quando filia est nupta in ipsa familia. Iacob. Menoch.

Numero 55.

Ibi (de filia affirmarunt) dixi supra in d. conf. 95. & si cum in caussis, num. 121. lib. 2. & infra in conf. 90. habet proposita hęc egregia lib. 9. & conf. 867. respondendum videbatur de prima proposita num. 8. lib. 9 Iacob. Menoch.

Pro materia cuius hoc loco meminit Menoch. vide quæ idemmet scribit in conf. 1203. et apud num. 23. lib. 13. Rolandus Cauagnolius.

Numero 63.

Ibi (sicq; continetur, & succeßio ex testamento) petra de fideicommiss. q. 8. nu. 304. Iac. Men.

Numero 67.

Pro materia quæ hoc loco discutitur, in casu renunciationis factæ per filiam, quę integram dotem receperit videnda sunt ea quæ scribit D. Paulus Galleratus, in tractatu de renunciat. lib. 3. cap. 2. nu. 48. parte 1. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consil. 198. Dubia admodum videtur hæc consultatio.

S V M M A R I V M.

1 *Pluralis loquutio non verificatur in vno solo fallit in fideicõmissaria substitutione num. 2. & 5.*

3 *Substitutione facta haredibus decedentibus an sit locus vbi aliquis hęres decesserit.*

4 *Substitut. cõditionali, an sit locus vbi cõditio nõ euenit.*

6 *Decius in consil. 594. in materia pluralis loquutionis non resoluenda in singularitatem, non recipitur.*

7 *Marc. Antoni. Peregrinus de fideicõmissaria artic. 21. n. 40. & in artic. 28. n. 13. perpẽditur, et declaratur.*

8 *Io. Petrus Surdus in consilio 297. nu. 68. 69. & 70. lib. 3. perpenditur, & declaratur.*

10 *Pluralitas non resoluitur in singularitatem quando substitutio facta est omnibus simul.*

11 *Ius accrescendi impeditur etiã ex tacita substitutione.*

12 *Portio minus grauata accedẽs portioni magis grauatæ desiderat contributionem.*

13 *On. impositũ certæ, & determinatę rei, cũ rẽ sequitur.*

14 *Lex qui fundum §. cohæres ff. Ad legem falcidiam perpenditur, & declaratur.*

15 *Lex quod si alterato, & l. prima §. si cohæredis ff. Ad l. falcid. perpenditur, & declaratur.*

16 *Onera hęreditaria inter plures hæredes quomodo diuidantur, si fuerint certis bonis imposita.*

17 *Subrogatum quando non sumit naturam eius in cuius locum fit subrogatio.*

18 *Successor hęres non impugnat factum defuncti.*

19 *Factum tutoris est factum pupilli.*

Numero 1.

IBi (stirps inquam eadem est inter hos fratres) vide Ruin. in consil. 28. viso statuto inditę ciuitatis lib. 3. Iacob. Menoch.

Numero 3.

Ibi (tertio vrgere non parum videtur) vide supra in conf. 187. ardua, & maxima num. 14. versic. septimo. Iacob. Menoch.

Numero 6.

Propositio quã hoc loco facit Menochius, quod
1 pluralis loquutio in vno † solo non potest verificari, procedit regulariter, sed in fideicommissa-
2 ria † substitutione non militat, & ideo in facti contingentia dixi, quòd filiæ D. Baldassaris Castiglionei, non excludebantur, à portione bonorum quam pater earum habuerat, ex testamento, D. Io. Baptistæ Rotæ, in quo facta erat substitutio ad commodum aliorum fratrum dicti D. Baldassaris, sub loquutione plurali, hoc est vbi aliqui decesserint, siue filijs, cuius rei sũma cũ iuribus, quibus ista cõclusio declaratur sequẽs est.

Ea dubitatio proponitur, nunquid filiæ q. D. Baldassaris, Castiglionei excludant eorũ patruos ab ea portione bonorum, quę ex iuditio q. D. Io. Baptistæ Rotæ obuenit eidem q. Baldassari, & cum ex Codicillis appareat alios fratres non esse substitutos inuicem, & reciprocè nisi in casum in
3 quem aliqui ex eis decesserit † sine filijs etiam fœminis res ipsa caret difficultate, vel quia sub-
4 stitutioni conditionali non est locus † vbi conditio non euenit. l. hæredibus §. nepotes ff. ad treb. l. is cui ita legatum ff. quando dies leg. ced. l. ex facto §. fin. ff. eod. ad trebbell. Crauetta in conf. 62. Nobil. Vrbanus de Molario libro primo conf. 208. viso testamento Bartholamei, & 292. lib. 2. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 5. tum precipue quod in vltimis codicillis filiæ fœminæ hoc est neptes vocantur ad succeßionem bonorum eiusdem D. Rotæ, vt patet ex eademmet dispositione, ibi iubeo, quod vbi, & quatenus hęredes prędicti vt supra instituti decederent nullis superstitibus filijs masculis legitimis, & de legitimo matrimonio natis, quod tunc, & eo in casu fœminę dictorum institutorum digne tamen, & congrue semper referendo succedant, & succedere habeant in hæreditate, & bonis per me relinquendis tempore obitus mei, quo casu cum sint fœminæ expresse vocatæ impediunt directe, ne domini eorum patrui admittuntur ad portionem fratris, & respectiuè patris quinimo, vbi patrui superuiuentes ab humanis decesserint sine filijs, vel filiabus erit eorum portio bonorum fideicommissi restituẽda filiabus, quæ extiterint de tempore obitus eorum.

Nec

Nec dubium tunc facit, quod substitutio sit cō-
cepta sub locutione plurali, ibi hæredes instituti
5 succederent, quasi quod in personam vtriusq; †
ipsorum fratrum conditio habeat impleri per ea,
6 quæ scribit Dec. in cons. 594. † viso testamento
Francisci num. 2. & 3. quia vera solutio est, quod
in substitutione fideicommissaria illa pluralitas
resoluitur in singularitatem, vt est tex. in l. hęre-
des mei §. cum ita ff. ad Senat. cons. Trebbell. Pe-
7 reg. de fideicommiss. art. 21. † nu. 40. & in art.
28. num. 13. & infra cuius dicta procedunt in casu
longe fortiori, quā sit hic præsens, de quo agitur
vbi scilicet substitutio esset concepta sub dictione
omnes, vel omnibus quo casu substitutio fideicō-
missaria non obstante signo vniuersali locum ha-
bet, etiam quod purificetur cōditio in personam
vnius hæredis tantum, vt probat Ias. in cons. 41.
in hac ardua, & difficili consultatione lib. 1. vbi
tollit contraria, in casu autem nostro non adest
illa dictio omnes hæredes, nec colligitur, quód
codicillator voluerit vocare neptes ad integrā hę
reditatē eodē tēporis cōtextu, minusq; datur illa
cōsideratio copulatiuę positę inter hęredes in casu
Decij cuius ēt sententiā falsā autumanāt scriben-
tes tamq̄ cōtra casum l. Lucius in §. caio ad Treb.

Nec præmissis aduersatur id quod dicit D. Io.
8 Petrus Bimius in cons. 297. † quoniam nihil est
tam difficile, num. 68. 69. & 70. lib. 3. vbi nititur
probare opinionem quod singularitas non resol-
uatur, in pluralitatē, quia dicta per eum possent
militare, vbi conditio mortem omnium, respicit,
quia tunc ne diuidatur conditio mors omnium
debet attendi, & substitutus quis dicitur omnibus
9 institutis, vt loquitur textus in l. quamuis, † &
l. penult. C. de impub. & alijs substitut. & ita ma-
teriam hanc declarat Laderchius Imola in cons.
10. si diligenter inspiciantur num. 5. 6. & 13. vbi
dat exemplum de eo qui instituit caium, seium, &
sempronium, & si hæredes non erunt substituo
meuium, quo casu sicuti non est meuius substi-
tutus vni magis quam alteri, ita non est mirum
10 quod illa pluralitas non † resoluatur in singula
ritatem, & in casu nostro factū est omnino diuer-
sum, quia dum substituit reciprocè ipsos hæredes
superstites in casum mortis aliorū sine filijs, vtiq;
filię in conditione positæ dicuntur inuitatæ ad
portionem eorum patris, vnde non potest dici
quod vnus substitutus datus sit, institutis, quod
dictum bene probat idem Laderch. Imola, loco
citato nu. 5. ex Bartol. Alex. & Ruin. quos alle-
gat, & ad rem tacit quod sicuti quilibet hæres in-
stitutus habet conditionem, si sine liberis decesse-
rit quæ extante non est locus substitutioni, ita vi-
deretur dicendū quod ipsę filiæ censentur habere
ius ad excludendum patruos suos à portione earū
11 patris, namque etiam † tacita substitutio impedit
ius accrescendi Ias. in l. re coniuncti nu. 154. ff.
de legat. 3. & in casu nostro considerabam signifi-
catum verborum quibus vsus fuit Rota testator,
in codicillis, vbi declarando ea verba posita in
testamento, reciprocæ substitutionis, inter fratres
cohæredes, de filijs masculis, declarauit, quod
voluit intelligere etiā de fœminis vbi masculi, nō
extarent dignè tū, & cōgruere ferendo, quod di-
ctum nemini dubiū quin stet distributiue quoad
portiones cuiusq; ex heredibus institutis. R. C.

Numero 30.

Dùm dicitur hic quod portio delata accrescit
12 cum onere suo aduertas, quod si portio minus †
grauata, accedit portioni magis grauatæ ex sub-
stitutione pupillari, dabitur locus contributioni,
secus si accedat vulgari, l. qui fundum §. cohęres
ff. ad l. falcid. in quo proposito considerabā vim
facere eam conclusionem iuris quę habet, quod
13 vbi onus est † impositum certæ, & determi-
natæ rei, & sic portioni debet fieri solutio de ea
re, & eam sequitur iuxta l. si fideicommissum. §.
tractatum. ff. de iudicijs, sed responsio est, quod
14 in d. §. † cohæres portio non accrescit ex iure
accrescendi, sed ex iure pupillaris substitutionis,
vt tenet post Azonem Bartolus in eodem §. cohę-
res pupillo in principio. Vnde in mero iure ac-
crescendi non fit contributio, vt est tex. in l. quod
15 si alterutro, † & in l. 1. §. si cohęredes. ff. ad leg.
falcid. Et ideo ad confirmationem eius quod hoc
loco dicit Menochius bene facit, textus in eodem
§. tractatum, iuxta quàm in facti contingentia
dixi quód si duo fuerint hæredes instituti, vel ex
iudicio testatoris, vel ex dispositione legis, vt
puta quia vnus succedit in certis bonis, alter verò
in alijs prout vidimus obseruari in Ciuitate Ca-
salis Patria mea dilecta, in cuius territorio mater
ex Statuto excluditur à successione filij, & admit
titur agnatus proximior, in bonis verò extra ter-
ritorium admittitur mater quippè quod statutū
non porrigat vires suas extrà territorium statuen
tium, & aliquod onus iniunctum reperiatur spe-
cialiter, & determinatè bonis sitis in territorio
Ciuitatis dubio procul ad solutionem illius æris
16 non tenebitur † alter hęres, sed is solus qui ex
beneficio statuti successit cum illud ęs vniuersum
patrimonium non respiciat, & ita iudicaui in cau-
sa D. Catherinæ, r. q. D. Pauli à Turri, & moder-
nę vxoris I. C. D. Horatij Galloni quę fuerat cō-
promissa I. C. D. Laurentio Cortino, & mihi, de
cernēdo q. cēsus impositi sup domo d. D. à Turri
posita in d. Ciuitate erāt soluēdi per D. Ambrosiū
qui successerat nepoti ex fratre, nō obstante quód
alter compromissarius dissentiret, sub eo prætex-
tu quod pecunia censualis fuisset capta ad soluen
dum ęs alienū, quod alias vniuersum patrimoniū
respiciebat per regulā quod subrogatū sapiat na
turam eius in cuius locū fuit facta subrogatio l.
licèt veniāt. §. prædiximus. ff. de pet. hęredit. Glos.
in l. certi condict. ff. si cert. pet. quia ad illud ob-
iectum respondebam non procedere argumentū,
Primò quia onus ęris alieni quod alias respicie-
17 bat vniuersum patrimonium est considerandum
prout tunc, non autem prout nunc, quia diuersa
effectu sunt patrimonia, si quidem de tempore
quo census non erat constitutus patrimoniū con-
siderabatur viuentis, quod fuit per impositionē
censuum liberatum saltem respectu vniuersalis
obligationis, vndè post mortem alio modo consi-
derandum est patrimonium.

Secundò adducebatur quod in omnem casum
D. Ambrosius non poterat impugnare factam de
functi, ex quo enim defunctus liberauit vniuersū
patrimonium, & partem tantum bonorum oneri
18 subiecit † qui venit ad illius successionem debet
acquiescere l. ex qua persona ff. de regul. iur.

Replicabat D. Cortinus, quod non defunctus
sed mater, & sic D. Catherina imposuerat censum
super domo tanquàm tutrix malitiosè, sed respō
19 sum fuit factum tutoris censendum esse factum †
pupilli. Et quòd tristes euentus non sunt haben-
di

di in consideratione, vnde nō est verisimile quòd mater cogitauerit de luctuosa morte filij, stante igitur hac discordia, quia compromissum fuerat factum cum clausula, Quòd in casum discordiæ standum esset voto Illustriss. D. Presidis, & Com. D. Guidi Auellani, idem D. Præses Arlitus sententiam meam probauit, vt sunt acta Egr. Cācellarij Laurentij à Valle sub die 21. Iulij 1601. Rolandus Cauagnolius.

Ad Consil. 199. Matrimonialis hæc controuersia, & grauis.

SVMMARIVM.

1 *Cephalus in consi. 140. lib. 4. comprobatur.*
2 *Socinus iunior in cons. 39. nu. 9. lib. 1. comprobatur.*

Numero primo.

1 CEphalus cons. 540. † tria petantur lib. 4. idem de hac caussa respondit. Iac Menoch.

Num. 34.

Ibi, (quandoquidem quando de matrimonio puratiuo debet legi Quandoquidem cum. Iac. Menoch.

Numero 46.

Ibi, (insurgit validior præsumptio in terminis Soci. sen. cōs. 39. visis, & inspectis n. 9. lib. 1. Iac. M.

Numero 51.

Ibi, (quādo hæc nominatio) pro veritate istius nominationis, vide quæ dixi supra ad cons. 15. dicendum videbatur ex dispensatione facta ad num. 11. lib 1. Rol. Cauag.

Numero 57.

Ibi, (nempè ante Constitutiones Sacrosancti Concilij Tridentini filij nati &c.) Vide omninò Thomam Sanchez de matrimon. lib. 3. disput. 42. in fine est pag 645. Iac. Menoch.

Ad Consil. 200. Vtinam quod Iustinianus aliquando.

SVMMARIVM.

1 *Lex cum ita §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. perpenditur & declaratur.*
2 *Filius quando subintret locum patris.*
3 *Fideicommissum relictum familiæ quomodo sit intelligendum.*
4 *Filius non ingreditur locum patris quando adest clausula salua gradus prærogatiua.*
5 *Transmissio fideicommissi conditionalis, an impediatur ob rectum loquendi sermonem.*
6 *Fideicommissum conditionale, an transmittatur, quando quis est grauatus de restituendo, vbi decedat sine filijs legitimis, & ex legitimo matrimonio natis.*

Numero primo.

PRo materia nominationis, generalis, specialis, & singularis. Item expressæ, & tacitę, cuius hoc loco meminit Menochius videnda sunt ea, quæ supra dicta sunt ad consilium 114. Tametsi hæc vna sit præcipua ad num. 90. hoc eod. lib. Rol. Cauag.

Numero 6.

Ibi (Primo ex l. cum ita, §. in fideicommisso.
1 ff. de legatis 2. hic §. † in meo codice legitur sub capite, l. omnia, & huius §. sensum explanat Peregrinus in consilio 50. quæstionem hanc, nu. 9. lib. 1. & quod virtus repræsentationis habeat locum dumtaxat in hereditatibus ascendentium vel patrui secus, vbi tractatur de successione trāsuersalium, ita distinguit Curt. iun. in cons. 190. lib. 3. sub num. 2. Vide Cephalum in consil. 465. proponitur quòd olim lib. 4. plura alia cum auctoritatibus opportunis, videns in mea Anotomia iuris ad hunc textum. Rol. Cauagnol.

Numero 16.

Ibi (præfertur ei qui venit ex representatio-
2 ne) quando filius subintret † locum patris dixi supra ad Consilium 194. Duæ sunt egregię propositæ ad numerum 4. hoc eodem lib. Vide quæ dixi in Anatomia iuris ad l. cum ita §. in fideicommisso ff. de legat. 2. Interim etiam videas Andream Fachineum controuersiarum iuris lib. 4. cap. 84. & infrà. Rol. Cauagnol.

Numero 18.

Ad idem pertinet, quod dicitur de fideicommisso ad quod vocatur familia fideicommittentis, vnus enim tunc de familia censetur vocatus
3 per fideicommissariam † cum familia non consistat in primo, sed in omnibus sub dicto nomine contentis, vt scribit Cephal. in consilio 473. Ludouicus numero 34. lib. 4. Rol. Canagnol.

Numero 34.

Dum inquit Menochius hoc loco, quòd in substitutione factarum clausula, salua gradus proroga-
4 tiua † filius non ingreditur locum patris, habet contra se decisionem Rotæ Romanæ 708. parte prima diuersorum, & alia cuius meminit Marta in tractatu de clausulis parte prima clausula 131. Hæc clausula apposita. Rol. Cauagn.

Numero 42.

Ibi (Appellant hanc fictionem) Alex. in consil. 204. Consideratis verbis nu. 7. lib. 2. Iac. Men.

Numero 87.

Ante versic. Quinto vrgere videtur videlicet, ibi (Curtius Iunior in consil. 16. nu 6. Adde, & Beroum in cōsi. 168. viso testō nu. 2. lib. Iac. Men.

Numero 100.

Quomodo procedant ea quæ hoc loco dixit Menochius, proprietatem verborum, & rectum,
5 loquendi sermonem impedire transmissionē † fideicommissi conditionalis declarat idem Menochius in cons. 1272. quod quandoq; iuuenalis perla, nu. 2, & infra lib. 13. reliqua ad materiam transmittendi fideicommissum conditionale vide quæ dixi infra ad cons. Menoch. 209. respondendum videbatur filios hos lib. 3. Rolan. Cauag.

Numero 107. & tribus sequ.

Dicit Menochius fideicommissum conditionale non transmitti, ex eo quod grauatur quis de restituendo vbi decedat sine filijs, legitimis, &
6 de legitimo † matrimonio procreandis, sed contrarium tenuit in cons. 1268. de prima proposita dubitatione, & in consil. 1270. dubitari adhùc contingit, num. 1. & infra lib. 13. vbi nititur se tueri à contrarietate sub eo prætextu quod alij etiam grauissimi viri sententiam mutauerint, sed ista ratio non videtur concludere. Rol. Cauag.

Numero 116.

Quod iuridice teneat hoc loco Menochius fideicommissum conditionale vnitum cum iure accrescendi non transmitti annotauit Andreas Fachineus lib. 10. controuersiar. iuris c. 21. R. Cau.

F I N I S.

E is.